

bant, consuetes, non ponebant ea sub capite, sed sub cubitu audientium, & velaminibus quibusdam tegebant capita vniuersæ ætatis. Qui in victu corporis occupati sunt, & ne per somnium quidem spirituales videre delicias, quas nos habere vult sermo diuinus, dicens. Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui, requirunt quasi amatores luxuriæ, & non amatores Dei semper in corporalibus esse delictis. Cum ergo aliquis apertis moribus populi ut placeat, eis, quibus aures pruriunt, loquitur, quæ gratanter accipiunt, loquitur, quæ vicina sunt voluptati, talis magister consuit cervicalia sub omni cubitu manus. Hi quidem ad voluptatem meditata deportant, & iussa semper inquirunt, quæ delectent potius audientes, quam conuertant a vitis, faciunt velamina super capita non modo puerorum, & iuuenum, sed si fieri potest, senum quoque, & patrum, in tantum ut eos decipiant, qui iuxta laborem anima spirituali ætate, & senio processerunt. Quos torpentis otij magistrus merito faminas appellat Propheta, notante ibid. Origene his verbis. Effeminatae quippe sunt eorum magistrorum, & anima, & voluptates, qui semper sonantia, semper canora componunt, & faciunt cervicalia, non in quibus capita reclinent, sed in quibus cubitum, id est, manus eorum, non sint in labore, nec opere lassescant, sed sint in requie, sint in otio, sint in his gestis, quæ voluptatibus seruiunt. Et infra. Aut enim non iubebo, sed ipse dirumpam cervicalia, si non vel anima dirumpo cervicalia consuta, sub omni cubitu manus. Dei opus est omnem arguere texturam, & dissoluere omnem fictionem pessimam, quæ nocet his, qui nolunt manibus operari, sed otiose eis vri. Et cognoscetis quia ego Dominus. Si non concissa fuerint cervicalia, si non velamina dirumpo, non cognoscetis, quia ego Dominus. Delicia quippe, & otium, & resolutio non sinunt cognosci eum, qui dicit. Ego sum Dominus.

Ipsa desidia, & otium maiorem laborem infert, quam vel fodere, vel farcinam humeris importare, afferre possit. Matth. 20. Conquesti sunt mercenarij, qui per totam diem in vinea laborauerant, quibus sub noctem, eadem merces rependebatur ac illis, qui circa vesperam vocati sunt, illis verbis. Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei, & æstus. Hos arguit Origene ac si falsa dixerint. Etenim socij portauerunt pondus diei, & æstus, nam cum illi otiosi perstiterint in foro, non potuerunt non laborare, & pondus diei ferre, non secus ac alij qui ab auctora conducti sunt. Expendenda cum Origene verba eiusdem Euangelistæ ibid. Et egressus circa horam tertiam, vidit alios stantes in foro otiosos: & dixit illis, ite & vos in vineam meam. Et infra: circa undecimam vero exiit, & inuenit alios stantes. Utique otiosos. Cum omnes in foro perstiterint, à primo mane, quando primum egressus est paterfamilias, ut operarios conduceret, sed illi hac hora vocantem abegerunt quia otiosi decreuerant. Otium enim si semel animam occupauerit, obturat aures, ne facile Dei vocantis vocem excipiant. De his desidiosis hominibus exponit ibid. Origene verba Christi Domini Matth. 11. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Laborantes, & oneratos vocat Christus Dominus otiosos, quia nullum opus, nullus labor tam grauis est qui possit cum otio comparari. Nos autem (verba sunt Origene) qui undecima hora sumus vocati, sicut illi non portauimus pondus diei, & æstus, eo quod stetimus otiosi, antequam paterfamilias veniret ad nos: qui dixit ad nos: venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Onus enim erat otiositas ipsa, & quod non iudicabantur interim ad opera digni vineæ. Æstum

ergo portauerunt, qui ante undecimam erant vocati, vniisque secundum estimationem vacationis.

Quærit Ambrosius lib. 1. de Caim, & Abel cap. 3. Quidnam illud fuerit, quod Caimum in tantum malorum barathrum detraxerit, hominem scilicet sancte institutum, ut par erat educasse filios suos Adamum, & Euam postquam à peccato resipuerunt? Quid enim scelestius, quam sine exemplo hominem occidere? Quid impium magis, quam fratrem delere. Hoc Ambrosius in otium refert, quod probat ex Gen. 4. Cum enim Moyles vtriusque fratris ortum scriberet, hac ratione habet. Quæ concepit, & peperit Caim, dicens: possedi hominem per Deum. Rursumque peperit fratrem eius Abel. Itaque cum vtriusque fratris natiuitatem recenseret Caimus, Abelo præponitur. Cum vero eorum artes, & studia recenseretur Abel Caimo præfertur, subdit enim. Fuit autem Abel pastor ouium, & Caim Agricola. Quod non per oscitantiam Caimo excidisse quis putet: sed ut ostendat Caimum multum temporis in otio, & desidia posuisse, ac tandem aliquando ad excollandam terram animum applicuisse: Abelum autem à prima ætate robur corporis exercuisse gregem curando, & ad pascua deducendo. Ex his autem transit Moyles ad narrationem de Caimo, & Abelo, in qua, & huius pietatem, & illius aggresses mores viuus coloribus depingit. Ambrosium audi. Et factus est, inquit, Abel pastor ouium: Caim autem operabatur terram, non est otiosus, quod cum ante generatus sit Caim, ut lectio docet, prælatus sit hoc loco Abel. Nec idem sit ordo nominum, qui est ordo nature. Quid sibi vult notatio ordinis, ut prius minoris meminerit, ubi scribitur vita status, operisque vsus. Officiorum interrogemus distantiam, & colligamus causam prælationis.

Matth. 24. 20. Orate autem ne fiat fuga vestra hyeme, vel sabbatho. Ambrosius in Psal. 21. iuxta mysticum sensum per hyemem tentationes intelligit. Per sabbathum vero, quod cessationem significat, otium adumbrari putat. Ergo cum hyeme sabbathum apprime coniunxit, quia nulla alia suggestione, ita dæmon homines decipit, ac dum eos ad otium desidiamque impellit. Non veniat mihi (ait Ambrosius) pes superbia, & manus peccatoris non moueat me, superius quidam accipiunt torrentem voluptatis in tentationibus fortitudinem, quibus placuit Deo exhibere suauis, & grati certaminis voluptatem. Etenim si hyemes pro tentationibus accipiuntur: vnde, & orandum Dominus admonet ne fiat fuga nostra hyeme, vel sabbatho. Hoc est, vel in tentatione, vel otio.

Iob. 4. 14. In horrore visionis nocturnæ, quando solet sopor occupare homines. Verba sunt Eliphaz quæ sensu morali exponit Gregorius lib. 5. cap. 22. de his qui degunt otiosam vitam: hi enim in multa mala corruunt, & ex ipsa otiositate in facta crimina dilabuntur. Vnde subdit statim. Pavor tenuit me, & tremor, & omnia ossa mea perterrita sunt. Id est, ex otio in multas noxas corruunt, quæ pauore, & tremore me concusserunt. Insuper addit illud Thren. 1. 7. Viderunt eam hostes, & deriserunt sabbatha eius. Sabbatum pro vacatione, & otio sumit Gregorius iuxta Allegoriam. Ergo hæc omnia, inimici dæmones derident, quia ex ipso otio animam ad malum impellunt. Nimirum (ait Gregorius) torpore non studio dormiunt, & idcirco interna non conspiciunt quia caput non in lapide, sed in terra posuerunt. Quibus plerumque contingit, ut quando securius ab externis actionibus cessant, tanto latius, immunda in se cogitationis strepitibus per otium congerant. Vnde sub Iudææ specie per Prophetam torquens otio anima desletur, cum dicitur: viderunt

Genes. 4. 2.

Ambros.

5: Matth. 24. 20.

Ambros.

6. Iob 4. 14.

Thren. 1. 7.

Gregor.

eam hostes, & deriserunt Sabbathum eius, præcepto enim legis ab exteriori opere in Sabbatho cessatur, hostes vero Sabbathum videntes irident, cum maligni spiritus ipsa vacationis otia ad negotiationes illicitas pertrahunt. Notanda verba illa Gregorij. Caput non in lapide, sed in terra posuerunt. Quidam enim dormientes lapidem capiti supponunt, vt de Iacobo habes Genes. 28. 11. hi vero sunt iuxta anagogem, qui ab exteriori actione vacant, vt cœlestia meditentur, & Christum qui mysticus lapis est, contemplatione lustrent. Hi quidem, & scalam à cœlo in terram conspiciunt, & auxiliares Angelos, & Deum ipsum. Hi quidem non otiosi putandi sunt: alij vero dormientes terram capiti supponunt, quia otiantur nulla alia de causa, quam, vt laborem abiciant. Vel illi lapidem dormientes capiti supponunt, qui non omnino otio indulgent, sed aliquo tempore occupationes intermittunt, vt postea maiori cum diligentia occupentur: at contra mollem terram subiciunt, qui feriantur, vt genio, libidinè indulgeant.

Genes. 28. 11.

7.
Iob 7. 1.

Iob 7. 1. *Militia est, vita hominis super terram, & sicut dies mercenarij dies eius.* Cum militibus, & operariis vitam humanam componit Iob, quorum verborum sensus est, iuxta Gregorium lib. 8. Moralium cap. 7. Sicut miles optat bella ingruere, & reges dissidere, vt stipendia, aut habeat, aut augeat, & veluti illi, qui operas suas locant, timent, ne desit, qui eos conducatur, ita & nobis timendum est, ne quando desit negotium circa quod nos occupare possimus. *Sciendum, quoque est* (ait Gregorius) *quod mercenarius sollicitie curat inspicere, ne vnquam dies vacuus labatur ab opere, & expectatus finis temporis ne inanis veniat ad remunerationem, qui sibi cursus presentis temporis pensat, dies cum operibus numerat, ne à labore vacua transeant vitæ momenta formidat.*

Gregor.

8.

Quærit Chrysostrum. hom. 19. in cap. 8. Actorum, quæ merita prætulit Eunuchus ille, de quo Lucas Actorum 8. ob quæ tot miracula sint præstita. Rapuit enim Angelus Philippum, vt Eunuchus occurreret, tum suggestit spiritus Philippo, vt curui propius accederet, & viæ comitem se ei daret, item multa alia diuinæ providentiæ signa, quæ ibid. Lucas recenset. Reducit peculiarem Dei providentiam erga Æthiopem ad illud, quod de Eunuchio scribit Lucas eodem cap. *Et reuertebatur sedens super currum suum, legensque Esaiam Prophetam.* Nimirum homo in aula delitiis enutritus, nec viam agens otium terebat, sed viæ laborem sanctorum librorum lectione solabatur. Vt enim otiosi homines dæmones ad se lacessunt, ita qui rebus honestis occupantur, digni profecto sunt, quibus Deus arcana mysteria pandat, & à peccatorum tenebris ad lucem veritatis traducat. *Qualis igitur* (ait Chrysostrum) *erat, cum esset domi, qui sic in itinere otium non admitteret.*

Actor. 8. 28.

Chrysostr.

9.
1. Cor. 1. 26.

1. Corinth. 1. 26. *Videte vocationem vestram, quia non multi sapientes secundum carnem non multi nobiles: sed quæ frustra sunt mundi elegit Deus, vt confundat fortia.* Hanc Apostolorum ignobilitatem ad vilia munera, quæ exercuerunt Apostoli, refert Chrysostrum humil. 3. in 1. ad Corinthios. Ex Christi Apostolis plures fuerunt piscatores, qui victum sibi retibus quærebant. Item Matthæus ex telonio sibi cibum parabat, nec vllum otiosum inueniens ad Apostolatus apicem vocatum, imo vero maluit Christum publicanum, quam desiderem in suam societatem asciscere: etiam si publicani, tamquam publici peccatores despectui haberentur. Imo vero dum iussit Apostolos vt se sequerentur, eos occu-

patos inuenit, & ab opere ipso ad summam dignitatis apicem euecti sunt. *Neminem igitur artis sua pudeat,* (ait Chrysostrum) *sed eos tantum qui otiosam vitam agunt, qui magna ministrorum copia, qui incredibili cultu fruuntur. Quod enim homo ad comparandum victum semper se exerceat Philosophia genus est, eorum anime meliores sunt, & mentes firmiores. Piger enim multa in cassum facilius loquitur, multa perperam agit, & per totam diem nihil operatur: torpet plurimum. Qui autem in negotijs occupatur non facile quidquam superfluum, neque verbis, neque re, neque cogitationibus suscipiet.*

Chrysostr.

Genes. 2. 15. *Tulit ergo Deus hominem, & posuit illum in paradiso voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum.* Cum omnia sponte eo tempore terra ferret, quare paradysum custodire, aut excolere, mandatur Adamo? Chrysostrum. homil. 2. ad popul. vt ex illo labore nouam gratiam Paradysiacæ delitiæ compararent. Illi, qui in otio torpent, qui voluptatibus indulgent, qui cibis ventrem distendunt, aut nullam, aut paruam capiunt voluptatem ex cibo, & potu. Qui vero laboribus corpus exercent, vel ex vilissimis cibis summam hauriunt voluptatem. Ergo vt fructus paradysi, & diuersæ, quas offerebat, delitiæ, & epulæ gratiores essent homini, noluit eum desiderem esse, sed ad excolendam terram adiecit. *Propterea* (ait Chrysostrum) *& ab initio Deus hominem ad laborem alligauit, non puniens, neque ipsum castigans, sed corrigens, & docens, quando illaboriosam vitam degebat, Adam paradiso excidit. Paulus agebat vitam in labore, & armenta, noctem, & diem operans, tunc in paradysum actus est, & in tertium cœlum ascendit. Ne igitur laborem respuamus, neque operationem vituperemus. Non immerito Paulum cum Adamo componit Chrysostrum. Adamus cum in delitiis esset, & vltro oblata fercula caperet, à paradiso excidit: at contra Paulus laboriosam & illiberalem artem exercens ad paradysum raptus est, quia otium è paradiso homines detrudit. Honestam vero operatio in paradysum euehit.*

10.
Genes. 2. 15.

Chrysostr.

1. Corinth. 9. 24. & sæpe alibi cœlestis beatitudo, tamquam regnum, & corona proponitur. Nempe inuuit Deus cœlesti patria non fore donandos, otiosos desides, & ignauios homines, sed laborantes, & occupatos. Hac ratione exponit hunc locum Pauli Chrysostrum homil. 16. in cap. 4. ad Ephe. *ios his verbis. An ignoratis quod ita fiet, vt in externo illo mundanoque foro, quando factorum habetur inquisitio, omnisque ciuitas in vnum congregatur? Nam vetus erat apud eos, qui foris sunt consuetudo, vt aurea donaretur corona, non his qui mali nihil, perpetrasset in ciuitate. Nam istud ad hoc dumtaxat sufficiebat, ne subeundum esset supplicium, sed qui etiam magna contulissent beneficia, ita scilicet oportebat, ad istum honorem consequendum duci.*

11.

1. Cor. 9. 24.

Chrysostr.

Matthæi 25. Cum Christus Dominus aduersus impios horrendam illam sententiam intonat. *Ite maledicti in ignem æternum causam reddidit: esuristi enim, & non dedistis mihi manducare.* En tibi qua ratione, non punit ob aliquod commissum scelus, verum quia ab opere cessarunt. Nempe sat fuit dicere, manus à bono opere cohibuistis, qui enim nihil boni operatur, consequens est, vt in multa crimina ruat, quorum radix, origo, & caput est otium. *Quod autem* (ait Chrysostrum ibidem) *illi, qui de suis bonis egentibus non retribuerunt, non solum vsque ad bonorum priuationem puniuntur, sed & in gehenna ignem amandantur, istud quæso quamnam habeat rationem? Et istud sane, potissimum habet rationem, non minus, quam illud prius. Nam ex illo instruiuntur, quod illi quidem, qui bona fecerunt, cœlestibus sine fine potisuri sunt bonis: qui*

11.

Matthæi 25.

Chrysostr.

qui vero culpantur, quod etsi nihil habeant mali bonorum tamen aliquid omiserunt, simul cum illis, qui mala gesserunt, in ignem gehenna sunt abducendi. Nisi quisquam illud dixerit, quod & bonum non facere malitia quedam pars sit. Nam otij istud est, & segnitici, otium vero malitia quedam pars est, imo vero non pars, sed caput, & mala radix. Omnem quippe malitiam docuit otiositas.

13. Prouerb. 10. 4. *Egestatem operata est manus dissoluta, manus autem fortium diuitias parat.* Desidi datur operari: operanti vero parare. Verbum operor laborem significat, & multam curam, & hominem sudantem, & incumbentem operibus adumbrat. Parare autem idem est, ac se disponere & aptare ad rem aliquam. Ergo sensus est: *Egestatem operata est manus dissoluta.* Id est, vir remissus, multo labore, multaque cura, & diligentia, egestatem, & indigentiam sibi comparat. *Manus autem fortium diuitias parat.* Qui vero ab opere non cessat, multo minore labore, immensam sibi rerum copiam, & abundantiam acquirit. Ergo refellit hoc Salomonis proloquium, eos qui putant nullo labore desidem premi, imo vero ignauus, quam is, qui operatur, grauius laborat.

14. 2. Thessalon. 3. 6. *Denunciamus autem vobis fratres in nomine Domini nostri Iesu Christi, ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate. Qui vero sint isti fratres, qui inordinate ambulant, addit Apostolus: Neque gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore, & fatigatione, nocte, & die operantes, ne quem vestrum grauauerimus.* Ergo fratres, inordinate ambulantes hi sunt, qui laborare, & operari detrectant. Quid ergo cum his agendum est? ut subtrahatis vos. Verba illa *ut subtrahatis vos* excommunicationem à fidelium catu continent, iuxta Chrysostrum homil. 5. in cap. 3. 2. ad Thessalon. Mirandum sane, quod tantus Apostolus leuissimo crimini, nempe desidia, & otio tantam poenam inflixerit, qua nulla maior eo tempore habebatur. Eandem poenam infert Chrysostrum, incestuoso illi Corinthio, & eo tempore non ferebatur nisi ob grauissima crimina. Præcipue eo tempore, cum demon arripiebat, corporaliterque vexabat eos, quos excommunicatio feriret. Ergo tu ex magnitudine poenæ, quam magnum sit hoc crimen animaduerte. *Ne repellamus* (ait Chrysostrum) *itaque gratiam, ut subducatis vos, inquit, ab omni fratre inordinate ambulante. Magnum tunc erat hoc malum, nempe à consuetudine, & consortio fratrum diuelli. Per hoc ergo vindictam de omnibus sumit. Quemadmodum alibi Corinthiis scribens dicit: cum tali, inquit, ne cibum quidem sumite.*

15. 1. Ad Timot. 5. 11. *Adolescentiores viduas deuota.* Cum enim luxuriata fuerint in Christo, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Simul autem, & otiosa discunt circuire domos, loquente, que non oportet. Que verba dum versat Chrysostrum homil. 15. in caput 5. 1. ad Timotheum expendit verbum illud *discunt.* Quod dictum accipere, sumpta similitudine ab adolescentibus, qui conquirenda doctrinæ gratia paternas domos deserunt, & diuersas Academias frequentant, in quibus omnium facultatum professores publice docent, & publicis stipendiis conducti, aluntur. Ergo Paulus vocat otium omnium vitiorum vniuersitatem, emporium, & officinam. Sensus Pauli confirmat Chrysostrum ex nostro Ecclesiastico cap. 33. 8. *Seruo malenolo tortura, & compedes, mitte illum in operationem ne vacet: multam enim malitiam docuit otiositas.* Sicut enim in litterariis emporiis omnes facultates publice exponuntur, siue, quæ ad Philosophiam, siue quæ ad Ethicam, siue quæ ad curationem corpo-

rum, vel ad Ecclesiasticos, & ciuiles canones, siue quæ ad Mathematicam, & Theologiam pertinent. Eadem prorsus ratione, qui desidia sitique putrescit in omne prorsus vitiorum barathrum deuoluitur. Neque hoc aut illud tantum addiscit, sed omnibus prorsus incumbit: imo vero scolastici singuli singulos adeunt magistros, & diuersa gymnasia, alij Philosophiæ, alij Theologiæ operam nauant, neque potest quis simul omnes facultates, aut docere, aut addicere: at vero otiosus licet vna sit, omnia simul vitia docet, & desidiosus, simul omnibus criminibus se inmergit. *Omnem enim malitiam docuit otiositas, non huic damnationi tantum obnoxia sunt, sed criminibus alijs. Quid enim loquaces otiosa, curiosaque fiant, quando cura viri decedente diei, diuinarumque rerum non succedit cura. Qui enim propria non curat aliena curabit omnino: sicut cui sua cura sunt, alienorum nulla ratio subest, cura nulla alterius obstrept.* Hæc Chrysostrum.

16. Prou. 6. 6. *Vade ad formicam o piger, & considera vias eius, & discite sapientiam.* Duo mihi expendenda cum Chrysostrum homil. 11. ad Pop. prius illud est. *Vade ad formicam.* Quærit magnus Chrysostrum causam ob quam Deus conderit hanc bestiis tam industriam, & ad subeundos labores plane ferream? Scilicet illud in causa est, quod per diuersorum animalium mores hominem ad diuersas virtutes, effingere curauit. Nempe per canem ad fidelitatem, per leonem ad fortitudinem, per vulpem ad prudentiam, demum per formicam ad laborem, & operam hominem conatur allicere. Ergo symbolum operis, & laboris non in magna mole elephantis, equi, aut bouis posuit, sed in parua formica, ut nemo exiguas vires, aut corpusculi debilitatem causetur. Insuper notandū verbum illud *discite.* Quædam facultates, quarum natura non admodum difficilis est, neque multum captum nostrum superat, ea, quæ docet, audientium auribus intonat, quæ facile concipi ab auditoribus mente capiuntur. Aliæ vero facultates sunt, quæ non modo vocibus, verum etiam quibusdam figuris delineatis rem, quam tractant discipulorum oculis subiiciunt, adeo enim sunt difficilia, ut quantumcumque magister ea eloquatur, nisi etiam videnda proponat, difficile mente percipi possunt. Hoc videre quotidie licet in his, qui Mathematicas profitentur, qui non modo vocibus, sed expressis etiam quibusdam figuris in tabula docent. Ergo contra reliqua vitia Deus egit vocibus, legibus, præceptis, Prophetis missis, Apostolis prædicatoribus, quod satis fuit, ut homines hæc vitia dedicerent, at vero contra desides, & otiosos homines non solum verbis egit, sed rebus ipsis, & quantum valeat operari, & laborare in formica depinxit. Hoc enim valent verba illa, *vade ad formicam o piger, &c.* Hoc est, si tot monita, & diuina præcepta non te impellunt ad excutiendam desidiam, saltem eius vitij fæditatem, & oppositæ virtutis pulchritudinem in formica considera. *Infirmum ipsum* (ait Chrysostrum) *animalibus implens, & naturales brutis inferens mores, hos quidem imitari, hos vero fugere nos iussit. v. g. industria est formica, laboriosam facit operationem, si igitur attendas maximam ab animali capies admonitionem, ut non emolliaris, nene effugas labores, & sudores, propterea scriptura torpentem ad illam mittit, dicens: vade ad formicam, o piger, & considera vias eius, & discite sapientiam. Non vis, inquit, ex scripturis discere quod bonum est operari, & quod non operans, neque manducare debet? Non vis è doctores hoc audire? Discite hoc à brutis, Sic enim Dominus sæpè facimus maioribus, & qui videntur esse præstantiores, cum peccauerint,*

puerulis solertibus attendere exhortamur, dicentes, respice minorem te, quam sis industrius, & solers, & tu igitur ab hoc animali maximam cape sedulitatis exhortationem.

17.
Gen. 3. 19.

Postquam deliquit Adamus inter alia, quæ in eum Deus eiacularus est, hæc verba inseruit. *In sudore vultus tui vesceris pane tuo.* Quæ verba iuxta Chryso- stomum homil. 54. ad Pop. non maledictionem continent, sed malorum remedium, ac si dicat, quia per desidiam, & otium in peccata lapsus es, hoc tibi remedium malorum erit, vt scilicet nunquam ab opere cesses, donec vita super sit, ex quo maximum contra ingruentia vitia, remedium capies. Ergo quod homo diurnis, & nocturnis laboribus additus sit, non mali alicuius, aut supplicij loco capias, sed eximij beneficij: nam qui operi insudat, malorum cogitationum incurfus non patitur, & ad omnem virtutū actum se instruit. *Mala res* (ait Chry- stomus) *est ubique remissio charissime, & propterea ab initio Ada dictum est, in sudore vultus tui vesceris pane tuo: & vt ex afflictione multa, ad requiem peruenientes Deo gratias agant.* Et post pauca. *Fortassis quidem, & qua dicuntur repellitis: tamen videamus, qualis Adam fuerit in Paradiso, & qualis postmodum.* Et homil. 72. ad Pop. *Deus enim penam imposuit, hæc leniorem esse decreuit: continuo quidem nos damnans sudori, continuo- que labori.*

Chrysof.

18.

Quærit Chryso- stomus homil. 77. ad Pop. *Quid sit quod tam accurate Davidis lapsus litteris com- mendauerit sancta Scriptura, qui potius silentio obuolucendi videbantur? Sumpta similitudine à medicis rem exponit Chryso- stomus: illi enim mor- borum narrationem instituunt, vt eis medeantur, quos ægri iam contraxerint, & futuros anteuer- tant. Ergo causas Dauidici mali his verbis exponit oraculum. *Factum est autem vertente anno, eo tempore quo solent Reges ad bella procedere, misit David Ioab, &c. David autem remansit in Ierusalem. Dum hæc agerentur accidit, vt surgeret de stratu suo post meridiem, & deambu- laret in solario, &c.* Ergo si huius tragediæ causam exquiras, nullam aliam præter otium, & desidiam reperies. Eo tempore, quo solent Reges ad bella procedere, ipse deses in Ierusalem permansit: tum etiam eo tempore fœmineæ pulchritudini species oculis irrepsit, cum à somno surgeret, cum corpus curauerat, cum otiosus iacuerat, eo inquam tempo- re tantam vim exercuit fœminea species contra Prophetæ robur. Adde insuper non omnium mor- borum tractationem medicos instituere, sed eorum qui grauiores sunt, ex his enim facile ad alios re- media parantur. Ergo licet in sacra Scriptura non sint expressa omnium spiritualium morborum re- media, certe de aliquibus, qui grauiores sunt, & faciliè hominum mentes subuertunt, omittere fas non erat, inter quos in primis erat otium, quod grauissimum malum est, & valde frequens. *Non enim* (ait Chryso- stomus) *sumus Dauide solertiores, qui cum parumper neglexisset in ipsum precipitatus est pec- cati barathrum, sed cito surrexit, ne itaque tantum quod peccauerit aspicias, verum quod peccatum aspersit: pro- pterea enim historiam illam descripsit, non vt lapsum con- sideres, sed vt surgentem admireris: vt discas cum cecide- ris, quomodo surgere conueniat, sicut enim medici difficilli- mas eligentes agritudines describunt, talisque curationis viam voluminibus docent, vt in maioribus exercitati, mi- nora faciliè transigant: ita scilicet, & Deus in medium peccatorum maxima produxit, vt in paruis offendentes, per illa faciliè horum correptionem inueniant. Si enim illa sanitate accepertunt, multo magis, & minorem.**

Chrysof.

19.
Gen. 3. 17.

In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Nullum animalium Deus verbis labori addixit

præter vnum hominem, quem fas erat sine labore vltro oblata capere? Respondet quaesito Chryso- stomus lib. 1. de Prouidentia, idco factum, quia vnus homo inter omnia animalia peccare poterat, ergo ideo oportebat medellam adhibere, vbi morbus in- esse poterat. *Quid igitur num* (ait Chryso- stomus) *his tantum contentus fuit? Minime, imo, & sudores illi adiecit, & labores: nihil enim minus, quieti, & otio natum est, quam hominis natura. Si enim his additi, neque sic quidem peccare desistimus, quo scelerum, non progressura esset audacia nostra, si nos affluere delictis, & otio consti- tuisset Deus?*

Chrysof.

20.
Iob 5. 7.

Expendenda etiam verba Eliphaz Iob 5. 7. *Homo nascitur ad laborem, & auis ad volandum.* Quibus ver- bis ea, quæ præmiserat exposuit, nempe: nihil in terra sine causa fit. Ac si dicat, omnia Deus apta, & ordinata condidit, & ad munera subeunda, quibus- cūque rebus instrumenta satis apta clarigius est. Volucres enim, quarum natura est per aëra libere euagari, plumis ornauit, quibus veluti remigiis per inane corpora suspendunt, &c. At homini, quem ad omne laboris genus effinxit, instrumenta dedit ad quamcūque artem, & ad omne opus aptissima, nempe corpus, & mentem, quibus ad opus quod- cūque se exercere potest. Insuper perit auis, si plumas demas, & perit homo si laborare desinat. Insu- per Bernardus serm. 4. de duabus mensis expendit verbum illud *nascitur*. Non ait ad laborem creatus est, sed ad laborem natus. Videlicet cum primus homo creatus est inter delicias Paradisi, potius, ad quietem, & tranquillitatem creatus videtur, quam ad laborem: verum tamen postquam in peccatum incidit, inuersa est fabulæ catastrophe, labori om- nino incumbere oportet. Ergo sicut in priori statu voluptatem capere decebat hominem, ita etiam in hoc statu decet laborare. *Labor iste fratres, exilij* (ait Bernardus) *& paupertatis nostra nos admonet profecto, & iniquitatis. Ad quid enim morte afficimur tota die in ieiunijs multis, in vigilijs, abundantius in laboribus, & arumnis? Numquid ad hæc creati sumus? Absit, nam licet homo natus sit ad laborem, sed minime ad laborem crea- tus est: natiuitas est in culpa, idco, & in pena Omnes enim nos oportet gemere cum Propheta: in iniquitatibus concep- tus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Hæc ille, vel si placet illud addamus: Deus creauit homi- nem, & cum muniuit gratia, & iustitia originali, multisque alijs datis donis: ille vero ruptis repagulis præscriptum carcerem transfiliuit: ne tamen om- nino corrueret, cum labore, & sudore coërcuit Deus, scilicet opus perditæ iustitiæ sufficiens, quasi hæc loco illius, hominem in officio continere va- leat. Expendit etiã Bernardus serm. de Obedientia verba illi Eliphaz, scilicet: *Homo nascitur ad laborem.* Quasi ipsum nomen homo homines ad laborem impellat. Homo enim dicitur ab humo, quam præ- cipue ipse excolit, & in qua inuertenda operas suas collocat. Ergo, ô, homo memineris ad hoc te na- tum, vt opereris erga terram. Adeo enim hoc ve- rum est, vt ille qui laborare renuit longe abesse ab hominum natura censendus sit. *Quomodo scit se esse hominem*, (ait Bernardus) *qui ad id paratus non est, ad quod natus est?* Alij vero legunt, & *dæmones volant*, vbi codex vulgatus habet, & *auis ad volandum*. Scilicet, ad illos velociter dæmones volant & illis magno- pere insidiantur, qui laborare detrectant. Non longe abest ab hac sententiâ Galenus lib. 5. de vsupart. cap. 4. *Pro corporis nuditate manus, pro anima imperitia rationem accepit*, ac si dicat, homo natus est omnibus auxilijs destitutus, quæ vel ad vitæ sustentationem, vel ornatū sunt necessaria, si vero animū inspicias, etiam*

Bernard.

Bernard.

Galen.

etiam omni scientia, & rerum cognitione vacuus in lucem prodit. Vtrique malo Deus occurrit, & ad paranda corporis necessaria manus quidem dedit, ad ornandum vero animam, mentem. Ergo sicut oportet animum rerum cognitione vestire, ita & manibus opera exercere. Et ut ille, qui omnino rudis est, vel qui mentem abiicit, inter homines numerari vix potest, ita etiam qui ad operandum non instruitur longe abesse ab hominum cognitione censendus est. Forte hoc Deus innuit Genes. 2. 7. *Formavit igitur Deus hominem de limo terra, & inspiravit in faciem eius spiraculum vitæ.* Reliqua omnia Deus loquens condidit, vnum hominem operans, & vt nostro modo loquendi rem exprimam, laborans effinxit: vt ex ipsa sua formatione noscat homo ad quam rem creatus sit nempe ad laborem. In eadem sententia est Basilius in cap. 1. *Elaia his verbis. Primum igitur, & maxime proprium humane conditionis studium est, vt operetur, ita, vt iners otium sit prope modum præter hominis naturam.* Hæc Basilius. Hunc sensum videntur habere iuxta anagogem verba illa Psalm. 103. *Exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam usque ad vesperam.* Id est, ab ipso vitæ exordio homo addictus est labori, nec licet illum intermittere donec vitam cum morte commutet.

Pro anima tua non confundaris dicere verum.

1. Hinc noster interpretes contra linguæ vitia agere aggreditur. *Pro anima tua non confundaris dicere verum.* Quasi dicat, etiam pro tuenda vita, mortisque periculo fugiendo caue ne erubescas dicere verum.
2. Græcis tantum est. *Pro anima tua ne confundaris.* Itaque à nostro interprete addita sunt verba illa, *dicere verum.* Nec immerito, cum hinc author agat de linguæ vitiis. Qui Græca mirum in modum suscipit Vatablus, nec nostræ lectioni sæpius ante ferre pudet, hoc modo exponit, iungitque cum præcedentibus. Obserua temporis malitiam: & etiam si virtutum omne genus, pudoremque profligatum sentias: nihilominus te non pudeat, vel dicere, vel facere, quæ te deceant. Quandoque enim in id vitiorum barathrum deuenitur, vt omnis iustitia exulet à Republica, adeo, vt qui pietatem, & honestatem sequitur risui habeatur, oporteatque pietatem celare. Ergo etiam si in hæc tempora peruenieris, palam iustitiam profiteri, nec te virtutis pudeat. Habet enim hæc animi libertas magnum præmium iuxta illud. *Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor, & ego eum coram patre meo.* Ergo si Græca consulas sententia generalis est, nec ad veritatem trahenda, sed ad omnem pietatem, quam vel dictis, vel factis exercemus extendenda.
3. *Pro anima tua.* Multiplicem sensum habent hæc verba. Primus est, quem exposuimus: ne te vel veritatis dicendæ, vel pietatis exercendæ pudeat, etiam si tibi propterea moriendum sit. Iuxta illud Actor. 10. *Nec facio animam meam præciosiorem, quam me.* Et Psalm. 118. *Anima mea in manibus meis semper, & legem tuam non sum oblitus.* Secunda expositio animam pro conscientia sumit hoc modo: ne te veritatis, vel pietatis pudeat, ne conscientiam tuam hac ratione lædas. Qui enim ob pudorē veritatem, vel honestatem simulat, vel contrariam viam arripit conscientia suæ officit. Tertia expositio animam in propria significatione accipit, & hac ratione sententiam exponit, ne ob pudorem à veritatis, vel honestatis tramite declines, animæ tuæ bono

confulens. Quarta expositio, ne aliquid dicas vel facias ob quod te pudeat. Pecatum enim pudorem secum trahit, etiam profligatæ pudicitia homini. Hanc innuit Tigurina, quæ vtrumque versum hac ratione coniungit. *Occasionem obserua, cauetoque malum, ne te anima tua pudeat.* 5. Paulus de Palacio, ne tam vili animam tuam æstimes, vt potius illius damnum, quam aliarum rerum iacturam admittas. 6. Dionysius. *Pro anima tua.* Id est, ne te pudeat, vel verbo, vel opere virtutem profiteri, pro anima tua, id est, vt hac ratione, & animæ tuæ, & corporis saluti consulas, iustitia enim, & pietas tam ad corporis, quam ad animæ salutem valet. 7. Hugo Cardinalis. *Pro animas tua.* Si quod multis accidit, tibi etiam contigerit, vt scilicet vel plura tormenta subeunda, vel vera fides abneganda sit, omnia tormenta, & diram mortem, lubens sustine, ne fidem, vel pietatem neques.

Est enim confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam, & gratiam.

Postquam in superioribus de pudore egit, & asseruit propter eum non discedendam à recto tramite virtutis: ne omnem profus pudorem damnare videatur, oportuit distinguere inter pudorem noxium, & vtilem. Ergo ait. *Est enim confusio adducens peccatum.* Est pudor noxius qui peccatum inducit, qualis est ille, qui ora claudit cum veritatem proferre oportet, de quo versu præcedenti. *Et est confusio adducens gloriam, & gratiam.* Est etiam pudor vtilis, qui hominem gloriosum reddit, & gratum facit, hic est ille, quo commissa scelera detestatur. De vtroque habes in Psalm. *Confundantur, & reuerentur simul, qui querunt animam meam.* De vtili vero pudore alibi. *In te Domine speravi non confundar in æternum.*

Confusio. Hoc nomen confusio, quod apud hunc authorem, & alibi sæpius in scriptura pro ignominia sumitur, hoc capite pro pudore accipitur. Et quamuis facinis idem nomen confusio vtrumque significet. Græcis tamē diuersum est nomen: etenim nomen *ἀνία* confusionem pro ignominia transtulit vulgatus, & nomen Græcum *ἀνών*, transfert confusionem pro pudore.

Ne accipias faciem contra faciem tuam nec aduersus animam tuam mendacium.

Ne accipias faciem contra faciem tuam. Personarum acceptio hoc versu damnatur, quæ est quædam noxij pudoris species. Quasi dicat, ne alicuius nobilis, vel potentioris viri causa aliquid committas quod contra faciem tuam sit, personamque quam geris, quoquo pacto lædat. Itaque muneris tui ratio tibi habenda est, non Principis, aut nobilis alicuius viri. *Nec aduersus animam tuam mendacium,* supple ne accipias, id est, caue, ne mendacio illi potenti faueas, & in perniciem tuam illi patrocineris.

Ne accipias faciem aduersus faciem tuam. Græca hac ratione habent. *Ne accipias personam, vel faciem aduersus animam tuam.* Hanc partem ita exponit Iansenius. Ne contra animæ tuæ salutem, cuiusquam personæ habeas rationem, ita vt consideratione dignitatis, aut potentia eius illi præ pudore cedas in causa iusta. Itaque hac sententia iubemur bono nomini consulere, ne ob cuiusquam metum famæ nostræ notam inuri patiamur, sed eam subito detergamus.

tergamus. Verum sine dubio de acceptatione personarum in causis dicendis, vel operibus bonis exercendis authorem agere ex ipso contextu liquido patet, vnde extorta videtur hæc expositio. Alium sensum nobis offert ex Tigurina Vatablus, habet enim. *Ne cedas vlli faciei.* Quam ipse hac ratione exponit, ne cuiquam vel truculento homini cedas, quominus, quæ iusta sunt facias, ne animo tuo afferas perniciem. Ergo secundum hunc authorem docet sententia ne ob minas, & pericula à recto deflectamus. Paulus de Palacio. *Nè accipias faciem contra faciem tuam.* Nemo te tibi sit pretiosior, vt vllius causa peccandum putes.

Palacio.

3.

Hugo.

4.

Iansenius.

Palacio.

Hugo.

5.

Hugo.

VERS. 27.

1.

Contra faciem tuam. Nos in damnum tuum. Iansenius aduersus nomen, & famam tuam. Alij aduersus munus quod geris. Hugo, pudorem tuum, id est, ne pudeas, pudor enim maximè in facie residet.

Nec aduersus animam tuam mendacium. Nos nouam sententiam de mendacio cauendo hoc Hemistichio tradi diximus, postquam in priori contra personarum acceptationes disseruit. Græca exemplaria habent. *Et ne reueraris in casum tuum.* Quam lectionem si sequamur optimè cum nostra expositione congruit. Repetit enim eandem sententiam in posteriori Hemistichio, quod frequens est, in Scriptura. Scilicet dixerat: ne in iudiciis vel pietate exercenda personam alicuius accipias, & subdit. *Et ne reueraris in casum tuum.* Id est, caue, ne ob reuerentiam alicuius potentioris viri animæ tuæ perniciem afferas. Iansenius ita superiori annectit, & exponit. Dixerat *ne maculam contra honorem nostrum ob cuiusquam viri potentioris reuerentiam admitteremus:* & subdit. *Et ne reueraris in casum tuum.* Id est, ne alterum ita reueraris, vt in te dictis conuiuendo ea res ruinæ tibi causa sit, & detrimentum afferat. Paulus de Palacio. *Nec aduersus animam tuam mendacium.* Id est, ne cuiusquam hominis etiam potentioris causa mendacium proferas, vel peccatum committas, mendacium enim sæpius in scripturis, pro peccato sumitur. Hugo Cardinalis. *Nec aduersus animam tuam mendacium,* id est, ne tuaris iniustam causam, vel sententiam iniustam feras, hoc enim est mendacium aduersus animam tuam. Id est, quod multum animæ tuæ nocebit.

Animam tuam. Postquam in priori parte sententiæ faciei meminit, in posteriori & animam posuit, vt noueris hæc peccata, siue personarum acceptationem, siue mendacium, &c. & animæ & corpori, nocere, non modo exteriora lædere, sed interiora penitus perdere.

Mendacium. Hugo iniustam causam, vel falsum testimonium, vel falsam expositionem, vel doctrinam, etiamsi probabilis author eam tradiderit, vel doctrinationem, vel adulationem intelligit.

Ne reueraris proximum tuum in casu suo: ne retineas verbum in tempore salutis.

Ne reueraris proximum tuum in casu suo. Quasi dicat, cum proximus tuus in calamitatem inciderit ne verearis illum inuisere, & consolari, quasi propterea aliquid detrimenti accepturus sis, vel quasi te dedecet eiusmodi hominem inuisere. Etenim si hoc modo exponas, optimè cohæret quod sequitur. *Aut retineas verbum in tempore salutis.* Aut cum à malo seruatus proximus est, aut quidquam pro votis acciderit felicitatem illi gratulare. Ergo docet proximum inuisendum, siue cum triste aliquid

sue cum felix aliquid obuenerit. Qua in re multum peccant Principes viri, & famina, dum alijs inuisere detrectant ne illis cedere videantur.

Iansenius duplicem adducit expositionem, prior est. *Ne reueraris proximum in casu suo.* Id est, cum frater deliquerit, ne præ pudore à correctione abstineas. *Nec retineas verbum in tempore salutis.* Nec te contineas, à corripiendo illum dum spes emendationis affulget. Tigurina. *Ne reueraris proximum tuum in casu suo reformides.* Id est, cum proximus tuus aduersa fortuna afflictaur, ne eum tamquam ignotum prætereas, sed ei adesto. Paulus de Palacio. *Ne reueraris proximum tuum in casu suo.* Id est, non timeas proximum tuum, minantem tibi casus, & ruinas, scilicet si quid dixeris vel feceris: corripere, mone, virtuti insiste. Item alio modo. *Ne reueraris proximum tuum in casu suo.* Id est, consolare proximum in aduersitate constitutum. *Nec retineas verbum in tempore salutis.* Hoc est, consolatorium verbum, quod afflictis solamen adducere potest, ne contemnas. Hugo Cardinalis. Adhuc persistere existimat authorem, circa ea, quæ superius dixerat, scilicet non acceptandam cuiusquam personam, ergo. *Ne reueraris proximum tuum in casu suo.* Id est, etiamsi proximus, & coniunctus sit tibi qui deliquerit, iustam tamen contra illum fer sententiam, vel ne eius, vt reuerentiam exhibeas, peccato consentias. Tertiam adhibet expositionem Hugo, quam ipse verbis accipe. *Ne reueraris proximum tuum in casu suo, id est, in paupertate sua, quin veram sententiam, si reus est, contra ipsum feras. In quo sæpe peccant iudices, sub quadam falsa specie pietatis deserentes pauperibus, peruertunt iudicium, quod est contra legem Deuteronomij 24. Non peruertes iudicium, &c. Item Exod. 23. Pauperis ne misereberis in iudicio. Vel ne reueraris proximum tuum in casu suo.* Id est, cum ignorantia aliqua, detinetur, hominem doce præcipue cum doctrina illi profutura. Hoc enim est, quod subdit: *ne retineas verbum in tempore salutis.*

Ne retineas verbum in tempore salutis. Expendit Hugo verbum illud *retineas*, his verbis: & signanter dicitur *retineas verbum*, verbum enim exire desiderat, sicut granum seminatum in agro, nisi vi retineatur. Vnde Romanorum 10. *Propos est verbum in ore tuo, & in corde tuo, hoc est verbum fidei quod predicatus.* Et est sumptum ex Deuter. 30. vbi dicitur sic. *Iuxta est sermo valde in ore tuo.* Hæc ille. En quam procliuus homines sumus ad loquendum, quantumcumque intersit linguæ pruritū cohibere.

In tempore salutis. Id est, quando affulget spes vt à malis proximus resurgat. Hugo dum viuimus.

Non abscondas sapientiam tuam in decore suo.

Hæc verba ad præcedentia pertinent: & ea vnusquisque secundum expositionem, quam superioribus attuli annectere contendit. Ergo ait. *Non abscondas sapientiam tuam in decore suo.* Id est, profer sapientiam, quando eam decet manifestare. Scilicet, vel pro Dei gloria, vel proximi vtilitate, vel marentium consolatione, vel felici congratulatione, vel proximum docendo, vel corripiendo, vel iustam sententiam ferendo. Tigurina cum superioribus alia ratione annectit, dum vtramque sententiam hac ratione transfert. *Salutiferam occasionem nactus, ne comprimis sermonem, nec sapientiam celes, quominus reddas illustrem.* Id est, cum se occasio dederit promendæ sapientiæ, ne eam præterlabi sinas. Paulus de Palacio, ne abscondas, &c. Cum necessitas

vrget,

1.

2.

Iansenius.

Palacio.

Hugo.

Deuter. 24.

Exod. 23.

3.

Hugo.

Rom. 10.

Deuter. 30.

4.

Hugo.

VERS. 28.

Palacio.

vrget,

virget, exponendæ fidei, ne comprimam silentio, sed coram tyrannum prome. Dionysius, victus decore, & splendore sapientiæ ne silentio eam alto premas, vel ut eidem placet: dum fulget, & iubar emittit, dum splendet, vel in decore eius, ornando scilicet illam concinnis verbis. Quid enim prodest sapientiæ si solæcismis, & barbaris verbis inuoluatur: Carpendi hoc loco Theologastri nonnulli, qui barbariam, & linguæ ignorantiam defendunt, eisque insultant, qui verborum concinnitatis curam habent, & rem, quam assequi non valent damnant. Gloss. Ordin. *Non abscondas verbum; qui enim abscondit frumentum maledicetur in populis; benedictio autem super caput vendentium. Vnde negotiamini, dum venio.* Ergo docet talentis à Deo concessis utendum.

In decore suo. Nos, dum oportet eam explicare, & palam facere. Græca, ad pulchritudinem vel decorem. Alij, dum illustranda est, id est, dum oportet experimentum eius edere. Hugo hac ratione exponit: *Non abscondas sapientiam, id est, non abscondas decorem sapientiæ tuæ, obscure interpretando. Decor enim sapientiæ est facilis, & aperta doctrina, vnde proverbiorum 15. lingua sapientium ornat scientiam. Item eodem 14. Doctrina prudentum facilis. Infra 24. Qui elucidant meritam æternam habebunt. Dan. 12. qui docti sunt fulgebunt, quasi stella firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stella in perpetuas æternitates. Augustinus in lib. de Doctrina Christiana: cauendum est, ne fugiant ab animo, quia dicenda sunt, dum attenditur, ut arte dicantur. Docet ergo hic author, ne ob sermonis concinnitatem concinatorum verba auditores præteruolent: attemperandus igitur est stylus auditorum ingenio. Lyra, in decore suo, verbis curiosis obumbrando veritatem. Sunt enim nonnulli, qui verbis ad speciem compositis auditorum oculos perfittungunt, & eloquentiæ fucō mendacium colorant.*

In lingua enim sapientia dignoscitur: & sensus, & scientia, & doctrina in verbo sensati, & firmamentum in operibus iustitiæ.

In lingua enim sapientia dignoscitur. Quasi dicat, in sermone hominis, quam sit sapiens apparet. Et sensus, & scientia, & doctrina in verbo sensati: id est, mens scientia, & doctrina egregie dignoscuntur in eloquutione cordati hominis. Et firmamentum in operibus iustitiæ. Et quam firmus sit, & quam firmiter virtuti adhæreat, ex operibus iustitiæ, quibus incumbit liquido constat.

Græcis tantum est in sermone enim cognoscitur sapientia, & doctrina in verbis lingue. Quibus significatur poliendo stylo incumbendum esse, multum enim verborū concinnitas ad inflectendos animos valet. Quæ sententia referenda est ad illud, quod dixerat: *Non abscondas sapientiam in decore suo.* Id est, ne sapientiam aptis verbis ornatam detegas, vnde addit. *In sermone enim cognoscitur sapientia, &c.* Id est, ex compta, & ornata oratione, quam sit sapiens, quisque dignoscitur. Quidam vero hanc sententiam, non ita bene, referunt ad illa verba, quæ præcesserunt: *Ne reuercearis proximum tuum in casu suo,* hac ratione: ne ergo timeas proximum tuum in casu suo, ut quam sit præditus sapientia appareat: & per opus hoc iustitiæ, quam sit in sapientia firmus, intelligamus.

In lingua enim sapientia dignoscitur. Id est, quam quis sapiens, vel pius sit, verba ostendunt. Cui sententiæ postea opponit: *Et firmamentum in operibus iustitiæ.* Id est, ex operibus verba fulciuntur, hæc enim opera, & verba inutuo se iuuant, & ex alijs

alia dignoscuntur. In lingua. Hugo non est abscondenda sapientia in ornatu verborum, sed potius reuelanda.

Sensus, & scientia, & doctrina. Dionysius sensum, & scientiam ad speculationem, doctrinam ad moralem cognitionem, quæ ad virtutem mouet, retulit. Hugo inter hæc tria ita distinguit. *Sapientia de celestibus, sensus de temporalibus, scientia de ornandis moribus.*

Et firmamentum in operibus iustitiæ. Lyra, quia doctrina bona, confirmatur per opera bona docentis. Ergo Lyra, qui docet, per bona opera doctrinæ suæ vires addat. Quo sensu repetendum est verbum dignoscitur hac ratione: & firmamentum in operibus iustitiæ dignoscitur, id est, quas quis in virtute radices egerit, vel quam sit doctrina firma, ostendunt. Iansenius hanc partem hac ratione exponit. *In lingua enim sapientia dignoscitur, &c.* Id est, quam quis sapiens sit verba ostendunt, & firmamentum in operibus iustitiæ.

Id est, loquimur autem de ea sapientia, quæ non in verbis radices figit sed in operibus. Ergo qui vel solis verbis, virtutem sectatur, vel tantum oratione ad pietatem permouet, sine fundamento ædificat vel sine radice in altu assurgit. Dionysius Carthusianus: *Et firmamentum in operibus iustitiæ, id est, fortitudo animi per opera bona cognoscitur, ac nutritur. Vnde Salomon protestatur Proverb. 18. iustus quasi fundamentum æternum.* Ergo iuxta hanc expositionem præmissa sententia significat opera iustitiæ roborare hominem in virtute, qui enim nondum in virtute se exercuit diu, etsi sibi videatur ad virtutem anhelare, parum sibi fidat. *Et firmamentum, &c.*

Hugo Cardinalis, id est, confirmatio doctrina est in operibus iustitiæ, iustitia enim operum dat firmitatem, & efficaciam doctrinæ, & auctoritatem docendi, vnde Matth. 5.

Qui fecerit, & docuerit, hic vocabitur magnus in regno cælorum. Et in eodem subditur, sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona. Cantorum 2. Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis: sed heu vox quidem Iacob est, sed manus sunt Esau. Genes. 27. & manus Moysi leprosa est. Exod. 4. & facies cornuta. Exod. 34. Hæc ille. Glossa. *Et firmamentum, scilicet veritatis in operibus iustitiæ.* Id est, opera iusta verbis testimonium exhibent.

Integram sententiam hac ratione transfert Tigrina: *Nam ex sermone sapientia cognoscitur, & e verbis lingue eruditio. Concilium item sapientia, & doctrina ex oratione cordati, & est in his operibus fundamentum.* Ergo quod noster vulgatus dixit, sensus, illa consilium transtulit.

Ne contradicas verbo veritatis vllō modo, & de mendacio ineruditionis tuæ confundere.

Postquam monuit, ne propter noxium pudorem à correptione proximi desistamus, subinde, alias noxij pudoris species refecat, inter quas illa est in primis, ne correptionem detrectemus, aut peccatum excusemus. Ergo sensus est, ne contradicas verbo veritatis vllō modo. Ne te corripienti contradicas. Et de mendacio ineruditionis tuæ confundere. & si quid peccasti ne excuses.

Ne contradicas, &c. Nos vtrâmq; partem de peccato commisso intelleximus. Iansenius priorem partem de peccato commisso nobiscum intellexit, posteriorē vero de peccato non quocūmq; quod per mendacium significari solet, sed de mendacio propriè, quod fallum proferendo sermonem committitur intelligit hac ratione: si peccasti, ne corripientē detrectes. Et de mendacio, &c. Et si quod mendaciū, per imprudētiam commisisti, ne pertinaciter defendas.

Ne contradicas, &c. Nos vtrâmq; partem de peccato commisso intelleximus. Iansenius priorem partem de peccato commisso nobiscum intellexit, posteriorē vero de peccato non quocūmq; quod per mendacium significari solet, sed de mendacio propriè, quod fallum proferendo sermonem committitur intelligit hac ratione: si peccasti, ne corripientē detrectes. Et de mendacio, &c. Et si quod mendaciū, per imprudētiam commisisti, ne pertinaciter defendas.

Ne contradicas, &c. Nos vtrâmq; partem de peccato commisso intelleximus. Iansenius priorem partem de peccato commisso nobiscum intellexit, posteriorē vero de peccato non quocūmq; quod per mendacium significari solet, sed de mendacio propriè, quod fallum proferendo sermonem committitur intelligit hac ratione: si peccasti, ne corripientē detrectes. Et de mendacio, &c. Et si quod mendaciū, per imprudētiam commisisti, ne pertinaciter defendas.

defendas. Sed præstat vt vtraque sententia ad idem referatur. Vnde secundam expositionem adhibet Ianfenius, quæ vtrâque partem de mendacio propriè intelligit hoc modo. Pudeat te deprehendi in mendacio, dum per imprudentiam tuam, & inscientiam veritati contradicis, vt quod dicitur, confundere de mendacio, non accipiatur de mendacio commisso sed de committendo. Faut huic expositioni Tigrina, quæ hoc modo transtulit: *Cave contradicis veritati vilo modo, quamobrem te fallacis imperitia tue pudeat.* Illud contradicis exponit Paulus de Palacio, id est, veritati agnitæ ne contra eas.

3. Hugo. *Verbo veritatis.* Hugo Cardinalis, id est, Christo, qui est verbum veritatis. Nos verbo veritatis, id est, verbo vero, phrasi Hebræa. Idem Hugo per verbum veritatis sacram Scripturam intelligit.

4. Palacio. Hugo. *Vilo modo.* Id est, nullo modo. Paulus de Palacio, id est, adhuc in re leuissima, ne agnitæ veritati contradicis. Hugo *vilo modo.* Id est, nec corde, nec ore, nec opere.

5. Ianfen. *Et de mendacio inereditionis tue confundere.* Nos per mendacium peccatum intelleximus, quod non infrequenter peccatum in Scriptura dicitur. Alij peccatum, quod frequenter in excusationibus committitur, ne delicta tua excuses, ne in mendacium incurras. Ianfenius vt diximus, de vero, & proprio mendacio locum intelligit. Lyra hac ratione exponit: dum alios reprehendis, errata corrigis, & vitia carpis, tua ipsius peccata in alienis carpe, & corrige.

ETHOLOGIA LIV.

Veritas fortis & mendacium agrè subsistit.

1. Tertul. *NE contradicis verbo veritatis vilo modo.* Ideo prohibeam veritati contradicere, quia cum ipsa firma sit eam euertere non possumus, imo vero facile contemur. Ergo quantas habeat vires veritas eloquamur, & quam sit mendacium debile. In primis Tertullianus lib. de velandis virginibus. *Veritati nemo præscribere potest, non spatium temporis, non patrocina personarum, non priuilegium regium.* Expendo verbum illud præscribere, quod ipse Tertullianus in iure non vulgariter edoctus profecto ad præscriptionem contra leges retulit, vt rebus immobilibus præscribatur, sufficit possessio cum bona fide, & titulo per decem annos inter præsentis, & viginti inter absentes, & per triginta sine titulo tam inter absentes, quam inter præsentis. Hanc conclusionem colligit Gratianus ex variis iuribus ciuilibus §. Præscriptionum, quod habetur post caput placuit 16. quæst. 6. in tit. de vsu cap. cod. de præscrip. longi temporis. Et l. si quis emptionis in princip. cap. de præscrip. 30. an. & in nostro regno lib. 4. nouæ collect. titulo 15. l. 3. sic habetur. *En los fueros de algunas ciudades se contiene que el que tu biere, ò poseyere casa, ò viña, ò heredad por anno ydia en paz, y en az de aquel que se la demanda entrando, y saliendo el morador en la villa, no sea venido à responder por ella, y enduda si en la dicha prescripion de anno, ydia es menester titulo, y buena fe.* Multa alia hac in re missa facio, ne in alienas segetes falcem mittere videar. Illud interim ex his omnibus colligo, sufficere aliquod temporis spatium ad præscriptionem, diuersum quidem vt res ipsæ diuersæ sunt: hoc sane in rebus ad iustitiam pertinentibus; at ea est vis veritatis, vt contra eam nullum temporis spatium, nulla quantumcumque longissima mora eam infirmare possit.

2. Pfall. 140. 50. *Oleum autem peccatoris non impinguet ca-*

put meum. Veritatem cum oleo componit Hieronymus, vt enim oleum siue aquæ, siue vino, siue liquori cuiuscumque admisceatur, semper supremum locum obtinet, neque à quoquam detruendi potest in imum, sed quantumcumque in fundum vasis adigatur, sua leuitate eminet, & superna loca tenet, eadem prorsus ratione, veritas semper eminet, neque obscurari potest, quocumque super infuso mendacio. Audi Hieronymum in cap. 12. Osee. *Semper veritas superna est, deorsumque mendacium, omnes alias species, qua non habent oleum veritatis possunt sibi misceri, & de pluribus vnum effici: sed horum oleum detestatur Prophetæ Psalm. 140. oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.*

Hoc autem optimè expendit Athanasius oratione contra Arianos. Ea est vis veritatis, res tam caduca est mendacium, vt si quam habeat mendacium subsistentiam, eam sibi asciscat ex similitudine cum veritate. Alias enim mendacium serpit, nec se à terra erigere potest, nisi veritate fulciatur. Vnde diabolus vt homines decipiat, mendacia veritate colorat. *Diabolus (ait Athanasius) nihil sibi subsistens, vt pote qui scit humani generis ad veritatem amores, vultum pratendit.*

4. *Genes. 33.* Cum Angelus neruum femoris Iacob tetigisset, & sicasset ascendente aurora inducias petit, & pacem rogat. Scilicet auroram illucescere alicui iuxta anagogem est, veritatem colere: tenebræ vero, & nox mendacium indicant. Ergo ante auroram, cum nox orbem teneret, claudicabat Iacob, cum vero illuxit dies, tam fortis in aduersarium extitit vt se dimitti rogauerit, quia dū quis veritatem colit iniustus est, si vero mentiatur, facile subuerti potest. Huius sententiæ est Cyrillus lib. 6. in Ioan. cap. 5. his verbis. *Luctatur, & pugnat aduersus illos tantum, qui veluti in nocte, & tenebris versantes caliginosum obscurumque cor possident, at vero cum illis non pugnat, qui sunt in luce.*

5. *Apocal. 19. 12.* *Ecce equus albus, & qui sedebat super eum vocabatur fidelis, & verax, &c.* Nullo alio Hieroglyphico melius adumbrari potest veritas. Et licet omnia, quæ hoc loco Ioannes commemorat ad veritatem facile aptari possint, tamen quod ad rem attinet illud hoc loco notandum, nempe vocabatur fidelis, & verax, & de ore eius procedebat gladius. Qui vera loquitur verbis tanquam gladio vitur. Etenim verba cum veritate prolata, non aliter inimicum verberant, prosternunt, trucidant. Hanc sententiam deduco ex Orig. qui propositam rem probat autoritate Pauli 2. ad Thessalon. 8. & 2. Thessal. 2. 8. *Et tunc reuelabitur ille iniquus, quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet, illustratione aduentus sui.* Christus Dominus interfectorus dicitur illud Dei, & hominum odium Antichristum nō alio quam verbo, & illustratione. Si causam huius requiras, audi Paulum subinde dicentem: *Cuius est aduentus secundum operationem Sathanae in omni virtute, & signis mendacibus.* Id est, Antichristus omnia per mendacium, & præstigia conficiet, ergo veritas nullo alio indiget, quo illum destruat, quam verbo. Addit etiam illustratione. Ducta similitudine ab igne, vt enim lumen nullo labore, sed sola sui ostensione, & manifestatione tenebras discutit absque mora, & vt cum Philosophis loquar in instanti, eadem prorsus ratione veritas sola sui ostensione mendacium dare terga cogit. *Sed enim (ait Origenes) armatur sermo contra mendacium, illud interficit spiritum oris sui, & destruit apparitione præsentis sua, & vide an hunc sensum sub innuere voluerit Apostolus hæc scribens in epistola ad Thessalonicenses. Quid enim est, quod*

quod spiritu oris interficitur, cum Christus sit sermo, veritas & sapientia, nisi mendacium? Et quid est illud, quod destruitur apparitione presentia Christi, qui sapientia, & sermo consideratur, nisi id omne, quod profiteretur, se esse sapientiam, atque etiam sapientiam, eatenus existens, quatenus Deus per illam comprehendit eos, qui non sunt sapientes vera sapientia in vafritie ipsorum. Quare mire, & supra modum de sermone differens Ioannes, qui albo equo vehebatur, inquit, etiam illud: oculi eius sicut flamma ignis, ut enim flamma clara pariter, & lucida, iam vero etiam ignea est, & consumptrix materialium: sic oculi, ut ita dicam, sermonis, quibus & ipse videt, & quisquis illius fuerit particeps, prater quam, quod percipiunt intelligibilia per ea quae in ipso insunt, conficiunt, & moliantur conceptus crassiores, & magis materiales, omnibus quoque modis falsis, gracilitatem, & tenuitatem veritatis fugientibus. Subdit etiam Ioannes veritatem depingens. Et in capite eius diademata multa. Multas coronas, veritas gestat in capite, quia de multis mendaciis triumphum agit, & vna cum sit, superior multis mendaciis euadit, est enim veritas vna, mendacium vero illi oppositum multiplex, sicut enim vna est, ab ea tamen innumeris pene modis aberrare possumus. Ergo vna veritas innumera pene mendacia prosternit: hoc etiam ex Origene subiugio loco citato his verbis. Valde autem ordinate postquam induxit sermonem iudicantem in iustitia, & iudicio bellum gerentem, ac proinde post bellum illuminantem illud subiungit: & in capite eius diademata multa. Nam si vnum & uniforme esset mendacium de quo prostrato coronam acciperet victor: fidelis, & verax sermo, iure etiam sermo, qui superasset Deo repugnantes, scriptus fuisset vno diademate. Notandum etiam cum Origene ibid. veritatem non induci a Ioanne armis manitum, sed toga, & vestibus indutam. Et vestitus erat veste aspersa sanguine. Imo verò caelestis illa phalanx, quae veritatem comitabatur, omni prorsus armorum genere destituta erat. Sed neque vestes eius erant naturae, quae ictibus inimicorum aliquo modo obfistere possent sed ex subtili bysso contexta. Et exercitus, qui sunt in caelo sequebantur eum in equis albis, vestiti byssino albo, & mundo. Eis enim qui pro veritate pugnant, byssus pro armis est. Audi Originem. Considera vero albos equos eorum, qui sequebantur sermonem, & pura bysso. Et considera, num quia byssus e terra oritur, byssina indumenta significant, proprietates linguarum, quae sunt in terra, quibus induta sunt voces, & aperte, & pure significantes.

Ambrosius ad verba illa Psalm. 61. 5. Cucurri in sitis. Sed quid sit sitis illa statim exponit Dauid. Ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant. Id est, aliud in corde, aliud in ore habent, mendacium meditantur. Haec est illa sitis, & Ambrosius ibid. adducit lectionem Symmachi. Placuit illis in mendacio. Optima sanè sitis cum mendacio compositio. In primis metaphoram retulit Ambrosius ad mendacij debilitatem; vt enim sitis statim elanguescit, ac penitus abit si vas aquae ebiberis, eadem prorsus ratione mendacium euanesceat statim, ac ad conspectum veritatis steterit. Audi Ambrosium. Placuit illis in mendacio: cum obicerent falsa pro veris, omne mendacium sitim habet, veritas vbertatem, quae in perpetuum perseverat. Verum nonnulla pro hac analogia confirmanda ex natura sitis seligamus. In primis Aristotel. section. 27. Problem. 3. sitim ex metu oriri, & cum timore coniungi asseuerat. Cum enim metu pulsamur, sanguis circum cor stat, suo calore fouens, vnde ex nimio calore sitim excitari necesse est. Numquid igitur (ait Aristoteles) sitis ea de causa obueniatur? Nam & siccum expuere, & linguam

haerere, & reliqua huius spiritus elatio facta, & sanguis sitim quoque ex calefcente corpore nasci certum est. Addit etiam ibid. Aristotel. sitim eis etiam accrescere, qui inter dicendum conturbantur. Quid pulchritus ad naturam mendacij significandam dici potuit? Cum enim quis mentitur, passim haeret, vt ipse etiam mentientis voces falsitatem probent. Verba Aristotelis subiungo. Et vero qui in dicendo conturbantur, sitim vehementer consuenerunt. Item vt Arist. habet section. 28. problem. 6. minus sitim quam famem toleramus, & mendacium vix ferre possumus. Adeo enim mentientem hominem angit, vt passim cunctabundus haereat, & vix fictionem suam dissimulare queat. Aristoteles loquitur. Cur minus sitim, quam famem patiamur? an quia sitis amplius contristamur quam fame, &c.

Iob 13. 4. Prius vos ostendens fabricatores mendacij, & cultores peruersorum dogmatum. Fabricatores mendacij appellat Iobis amicos suos, tracta similitudine ab his, qui aedificant. Illi multa cura & ariam ad aedificium eligunt, fundamenta iaciunt, parietes construunt, & ne vel latum vnguem lapis extuberet, curant. Ita illis, qui mentiuntur multa cura agere oportet; nam ille qui mendaciis innititur, facile capitur. Hanc sententiam affero ex Gregorio lib. 11. Moral. cap. 15. his verbis. Qua in re quoque oportet intendi quod mendacij fabricatores dicuntur, sicut enim aedificium lapidibus ita & mendacium sermonibus fabricatur. Expendit vltorius Gregorius nomen illud fabricatores. Duplex enim hominibus, habitatio esse potest. Alij aedificia inhabitant ex arte constructa, ex lapidibus, argilla, calce, lateribus, trabibus: alij vero montium concaua viscera, & specus incolunt. Quorum haec differentia, vt qui domum construunt in aedificando magnos sumptus faciunt, nec satis sit semel domum condidisse, sed quotannis sit necesse facta tecta reficere. Speculae vero à natura factae numquam deficiant, neque collabantur, neque necesse sit reficere, aut munire. Ergo mendacium instar domus est, quae subinde refici indiget: at veritas instar est lapidae speluncae, quae immobilis semper perseuerat. Vbi enim (subdit Gregorius) non dolosa loquutio, sed sensus veritatis est, quasi immensa moles, non ex fabrica, sed ex natura confurgit. Interim hic adhibenda verba Apocalypsis 14. 5. vbi de illis qui agnum sequuntur, ait Ioannes. Et in ore eorum non est inuentum mendacium. Expende illud inuentum, non dixit, non fuit, sed non est inuentum. Id est, difficile fieri potest, vt quis mendacium proferat, nec tamen in ore eius mendacium inueniatur: ac propterea pro eodem sumpsit mendacium non dicere, & mendacium in ore eorum non inuenire, vtique si mendacium dixissent, non posset, non inueniri.

Psalm. 10. cum inimici Dauid insidias illi pararent, admonebatur ab amicis, vt sibi ab illis cauerent, rationem vero subiungunt. Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, vt sagittent in obscuro rectos corde. Id est, caue tibi, o Dauid ab inimicis, & eorum dolos fuge, nam si te palam aggredierentur, minus sanè tibi timendum esset, nunc verò maximum tibi periculum imminet, cum te ex insidiis adoriantur. Hanc amicorum rationem irridet Dauid. In Domino confido, quomodo dicitis anima mea, transnigra in montem sicut passer. Id est, Vos, o amici mihi metum incutitis, quia me dolis inimici impetunt, ego vero, vel inde eorum maxime petitiones nihili duco, quia per dolos rem agunt. Vix enim vnquam mendacium rem ad optatum finem perducit. hanc expositionem hausi ex Chrysostomo ibidem. At dolos

Aristot.

Iob 13. 4.

Gregor.

Gregor.

Apoc. 14. 5.

8.

Psal. 10. 3.

Chrylost.

Origen.

Origen.

6. Psal. 61. 5.

Ambros.

Aristot.

struunt, & non recta aggrediuntur, & propterea eos maxime irrideo, quod sagittant in tenebris. Nihil enim imbecillus viro, qui extruit insidias, non opus habet, ut armis aliorum capiatur: sed cadit manu propria, & sua ipsius manu eueritur. Quid ergo potest esse imbecillus, quando capitur à proprijs machinationibus?

9.
Psal. 89.
Chrystost.

Idem Chrystostomus in Psal. 89. *Talis enim res est veritas, abundat iustis rationibus, quibus causam suam tuetur.* His verbis Chrystostomus componit veritatem cum Rhetorica, quæ docet ex diuersis locis rationes formare, quibus causam, quam tuetur probabilem reddat. Ea enim est eloquentiæ vis & hac ratione causam colorat conquisitis vndique apparentium rationum pigmentis, ut vim quodammodo auditoribus inferat, ut videre erat in eloquentiæ Romanæ Principe Cicerone, qui cum causam apud Cæsarem defenderet, vi eloquentiæ Imperatorem è sede extrahebat, & quos in manu habebat libellos contra reum, manu propria difficere cogebat. Cum hac eloquentiæ vi robur veritatis componit Chrystostomus, & comptam orationem superare fatetur.

10.
2. Reg. 8. 5.

2. Reg. 8. 5. *Et præcepit Rex Ioab, & Ahytai & Thetai, dicens: seruate mihi puerum Absalon.* Cum in vitæ, imperiique discrimine magnus Dauid versaretur, securus tamen de victoria contra filium, & quasi iam de illo triumphum egisset, præcepit ducibus exercitus sui ut manus à parricida filio absternerent. Vnde quæso tanta fiducia? Et tam certa spes? Ambrosius 2. officiorum cap. 22. In causam, quam Absalon tuebatur refert. Per summum dolum populum aduersus patrem commouit, per fraudem patrem aggressus est. Ergo adeo imbecille est mendacium, ut qui eo nititur diutius subsistere non possit, ergo ex filij dolis certissimè sibi pater victoriam sperabat futuram. *Deliniebat singulos sermonibus (ait Ambrosius) & cum accederent, ut adorarent eum, extendens manus suas, apprehendebat, & osculabatur eos: si conuertit in se corda omnium dum blanditiis huius modi interiorum tangunt viscera sensuum, sed delicati isti, & ambitiosi elegerunt honorabiliora, & grata ad tempus, & incunda, ubi autem parua processit dilatio, quam prudens omnium Propheta paulisper cedendo interponendam putauit, non potuerunt tolerare, ac sustinere. Denique non dubitans de victoria Dauid commendabat filium dimicaturis, ut ei parcerent, ideo neque prælio interesse maluit, ne vel referre arma licet parricidæ, sed tamen filio. Liqueat igitur ea esse perpetua ac solida, quæ vera sunt, & quæ sincere potius, quam dolo congregantur, ea vero, quæ simulatione, ac assentatione parata sunt, diu non posse persenerare.*

11.
Ecclef. 29. 2.

Item Ambrosius lib. de Tobia cap. 9. pro nobis adducit verba Ecclesiastici 29. *Fanerare proximo tuo in tempore necessitatis illius, & iterum, redde proximo in tempore suo. Confirma verbum, & fideliter age cum illo, quem versum hac ratione legit Ambrosius: redde proximo in tempore, coangusta verbum, & fideliter age cum illo, & in tempore inuenies, quid tibi necessarium sit.* In primis illud nota, ubi nos habemus: *confirma verbum*, Ambrosius legit, *coangusta verbum*. Nam veritas non multis ambagibus, non longa oratione opus habet, nec sinuosis mæandris, aut circuitu, sed paucis verbis, & breui oratione rem concludit. Nam veritati magna vis inest, quæ magnam molem mendacii obruere potest. Rem probat Ambrosius ex cap. 3. Danielis. Falsa accusatione senes impudici Susannam aggrediuntur, multis verbis probabilem orationem suam reddiderunt. At Susanna, quæ veritatem tuebatur à verbis profusus abstinuit, & sola mentis ad Deum ele-

uatione longam senum orationem confutauit. Imò vero hac de causa non senem aliquem, aut prudentissimum virum Deus excitauit ad detegendos dolos seniorum: sed vnum Danielem puerum adhuc, & nulla rerum experientia insignem elegit, ut comptam, & fucatam senum orationem euerteret: scilicet mendacium seipso decidit, & sua mole ruit, neque externa aliqua vi indiget. Ambrosij verba subscribo. *Redde, inquit, proximo in tempore, coangusta verbum, & fideliter age cum illo, & in tempore inuenies, quod tibi necessarium est. Non amat multis innocentia se defendere. Susanna vocis assertionem non eguit, verbum coangustauit ad Dominum, & statim adipisci meruit castitatis propriæ testimonium. Plurima presbyteri loquebantur, qui laborabant verborum fucò obducere veritatem, sed non filia Iuda, tacuit apud homines, loquuta est Deo. Erubescenda erat in plebe, ipsa defensio muliebris, & dum pudor defenditur, impudentia prætendebatur. Coangustauit verbum dicens ad Dominum: tu scis quia falsa dixerunt de me. Et Dominus spiritum Danielis pueri castitatis excitauit auctorem.*

Ambros.

In nostram sententiam pertrahit Gregorius 2. Moralium cap. 31. verba Iob 1. 22. *In omnibus his non peccauit Iob labijs suis.* Id est, non dolos nec fraudes meditatus est. *Quid inde? Neque stultum aliquid contra Deum loquutus est.* Id est, non deprehensus est in mendacio. Nam fieri non potest, ut qui mendacia meditatur, & concinnat, dolos suos non prodatur, & detegat. In cuius rei confirmationem adducit verba 1. Petr. 2. *Qui peccatum non fecit.* De Christo Domino loquitur, & peccatum non fecisse ait, id est, dolos non est meditatus, peccatum enim pro dolo, & mendacio posuit iuxta phrasim scripturæ, vnde statim subiunxit. *Neque inuenus est dolus in ore eius.* Ac si dicat, non meditatus est mendacium, ideo mendax non deprehensus est, fieri enim non potest, ut qui mendacium loquitur, etiam in ipso dolo, & fraude deprehendatur. *In omnibus his (ait Gregorius) non peccauit Iob, nec stultum aliquid contra Deum loquutus est. Quod neque peccasse, nec stultum aliquid contra Deum loquutus asseritur, hoc iam de illo Petrus sicut iam premisimus apertè testatur dicens, quod peccatum non fecit, nec inuenus est dolus in ore eius. Dolus quippe in ore, quanto prudentius apud homines caller, tanto apud Deum stultius desipit. Paulo attestante, qui ait: sapientia huius mundi stultitia est apud Deum. Quia ergo dolus in ore eius non fuit, stultum proculdubio non dixit. Apte inferit Gregorius verba Pauli 2. Cor. 3. quorum hæc est sententia. Desipit omnino ille qui putat ad speciem composita oratione posse veritati tenebras offundere, aut mendacium tegere. Imò vero quo quis amplius dolos conatur obtegere, magis ipsos in lucem prodit.*

12.
Iob 1. 22.

1. Petr. 2. 11.

Gregor.

2. Corint. 3.

Chrystostomus homil. de Susanna, adducit verba illa Psal. 54. *Expectabam cum, qui saluum me fecit à pusillanimitate spiritus, & tempestate.* Tempestatem pusillanimitatis vocat, eam, quæ nobis à mendacio oritur. Tempestatem vero fortem eam dicit, quæ nobis à veritate imminet. Verbi gratia. Quandoque leui flante aura, nauis quoque molliter fluctuat, quam iactationem non timent illi qui nauigando assueti sunt, sed si quis primum nauem conscenderit, alget, timer, expanescit. Et hanc merito Dauid vocat tempestatem pusillanimitatis. Quandoque autem fæda sæuiente procella flante typhone grauior nauis latera quassantur, adeo, ut neque ille, qui ad clauum sedet, neque reliqui nauis opem ferre valeant contra vim ventorum. Hæc inquam tempestatem non est pusillanimitatis sed fortitudinis, quia metum incutere valet omnibus etiam

13.
Psal. 54. 9.

etiam multum versatis in re nautica. Ergo malum quod à mendacio, & dolo nobis ingruit, tempestas est pusillanimitatis, quia nisi pusillanimes deterrere non potest: at vero si quando à vera accusatione nobis malum infurgat, & inster, hæc inquam tempestas fortitudinis dicitur, quia etiam fortes, & strenuos viros concutere valet. Vnde & Susanna hanc pusillanimitatis tempestatē à mendacio obortam despexit, nihilque defensionis curavit. Aliud etiam ex Evangelio adducit idem Chrysofomus. Christus Dominus ob falsas criminationes morti damnatus est, & à falsis testibus morti addictus: at, cum tantillū morti cessisset statim rediuius surrexit. Possset quidem diutius resurrectionem differre, noluit tamen mendacia despiciere, & dolos inimicorum contemnere. Sed quandoque veritas, cedit, sed obrui à mendacio non potest. *Augustia mihi vndique* (ait Chrysofomus,) *sed expectabam eum, qui saluum me fecit à pusillanimitate, in tempestate falsorum testium, tamquam ventum malorum. In illis autem ventis, & fluctibus castitatis naufragium non fecit, quia Dominus gubernavit, affuit precanti, exaudiuit, quam viderat, & ipse quidem Dominus Iesus, qui per linguam falsorum testium est crucifixus. Sed etiam si ipsi quidem falsi testes ad boram praxaluerunt, resurrecturo quid nocuerunt? Demonstravit ergo seruis exemplum, ne falsos testes perhorrescant, & cum creduntur non timeant.*

14. Genes. 3. 4. *Dixit autem serpens ad mulierem.* Non sub alia forma, quam sub serpentina permittitur serpenti, cum hominibus concertare, vt scilicet ipsa exterior corporis species dolos patefaceret, & cauere sibi ostenderet. Sanè si fub columbina, aut ouina forma ad homines diabolus sermonem habuisset, possent aliquam peccato suo obtendere excusationem. Quis enim crederet, sub tam simplici forma fraudes delitescere? At vero cum serpentem induit callidissimum scilicet, & astutissimum animal, loquentis dolos protendebat. Mendacium enim seipsum prodit.

15. Psalm. 108. *Deus laudem meam ne tacueris, quia os peccatoris, & os dolosi super me apertum est, &c. Quid vero contra mendaces istos Dauid fecit, quam defensionem contra instructos dolos obiecit: Ego autem orabam.* Nihil aliud quam verba obtendebam, quia mendacium fragile est, nec alio remedio fortiori eget, quam verbis, vt omnino corruat. In hac expositione patronum habeo Chrysofomum ibid. his verbis, *audi quid ipse dicat: ipsi detrahebant mihi, ego autem orabam: vidisti ubi querat auxilium?*

16. *Simile est regnum celorum querenti bonas margaritas: inuenta autem vna pretiosa margarita, abiit, & vendidit vniuersa quæ habuit, & emit eam.* Matth. 13. 45. Plures margaritas, & pretiosos lapillos, quæsiturus venerat, qui vna tantum pretiosa margarita inuenta, & empta contentus discedit. Nec alias perquirere margaritas laborat. Scilicet margarita hæc pretiosa, quæ querentibus animum satiat teste Chrysofomo homil. 48. in Matth. veritas est. Hæc sanè vna est, mendacium vero multiplex est; item hac habita reliquas omnes cõtēmnit negotiator Euangelicus, quia eas vires habet veritas, vt hæc vna sibi sufficiat, nec alterius rei auxilio, ad suam defensionem, aut egeat, aut quarat. Vendit etiam vniuersa quæ habet, vt eam emat, qui veritate nititur, non opus habet ad sui defensionem opes, vel potentum gratiam, vel amicos obtendere, sed bona causa contentus cætera despiciat, nudam veritatem pro fortissimo muro opponat. Chrysofomus dono. *Querenti enim, inquit, pretiosas margaritas, & cum inuenisset vnã pretiosã, vendidit vniuersã, quæ habebat,*

& emit eam, vna quippe veritas est, neque in multas scinditur partes, atque veluti, qui margaritam habet, ipse noluit se diuisum esse, etiam si alijs ignotum illud sit, cum parua in loculo margarita recondatur.

Lucæ 16. Damnatus apud inferos diues his verbis Abrahamum inclamat *Pater Abraham miserere mei, &c.* Abrahamum Patrem appellat, qui cum non genuerat, sed eo nomine vsus est subdole, vt per Patris appellationem, eum ad miserationem inflecteret. Sed vide qua ratione ipsa orationis series fraudem detegat. Et ait. *Rogo te Pater Abraham, vt mittas eum in patris mei domũ, habeo enim quinque fratres, &c.* Abraham, vocat Patrem, & ab eo petit, vt in domum patris sui Lazarum mittat, ex quo aperte liquet falso Abrahamum Patrem vocasse, mendax enim sibi constare non potest, sed nolens, volens dolos detegit. Hoc dixerim vestigiis insistentes Chrysofomi homil. 5. in Lucam de diuite his verbis. *Rogo te Pater Abraham, vt mittas eum in domum patris mei. Vide peruersitatem, neque in ipsis panis continet veritatem. Vides enim quid dicat. Rogo ergo te, Pater. Ergo Pater est Abraham. Et quomodo dicis rogo ergo te, vt mittas eum in domum patris mei, &c.*

Ioannis 11. 49. *Vos nescitis quidquam, neque cogitatis, quia expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autem à semetipso non dixit: sed cum esset Pontifex anni illius Prophetauit.* Nec satis fuit Ioanni hanc Caiphæ prædictionem Spiritui sancto adscripsisse: sed iterum repetit idem inferius cap. 18. *Erat autem Caiphæ, qui consilium dederat Iudæis: Quia expedit vnum hominem mori pro populo.* Quo quæso tendit hæc repetitio, neque temporari, neque rei de qua agebatur, necessaria? Respondet Chrysofomus homil. 82. in cap. 16. Ioannis his verbis Euangelistam vim veritatis ostendisse. Ac si dicat, ea est vis veritatis, vt homines nolentes volentes eam promant. En tibi qua ratione Caiphæ cum verbis dolos intenderet Christo, nihilominus eisdem verbis præclaram edidit veritatem. Hoc tibi notandum est, hoc tibi firmiter animo inharere debet. Vnde non satis mihi semel est id notasse, sed idem, iterum atque iterum repeto. *Cur iterum* (ait Chrysofomus) *nos admonet? vt pro salute hoc factum demonstraret, & tantam esse veritatis excellentiam, vt, & inimici eam prædixerint.*

Ioannis 19. 32. duo commemorat Euangelista, facta circa corpus Iesu in cruce pendentis. Nempe latus eius vulneratum est hasta à militibus; insuper abstinerunt à contractione crurum, & brachiorum, quod in latronibus fecerant. Vtrūque autem factum docet, vt duæ prophetarum prædictiones adimplerentur. In primis prædixerat Moyses Exodi 12. 46. *Neque os illius confringetis.* Ergo vt veritas huius prophetiæ persisteret, nescientes milites à contractione ossium abstinerunt. Itē Zacharias cap. 12. 10. *Et aspicient in eum quem confixerunt.* Has etiam Zachariæ voces impleuerunt iidem milites, dum Christi latus lancea perfoderunt. Hanc duplicem Prophetiam non amicis, sed inimicis militibus, & veræ religionis expertibus implendam commisit Deus, vt vel inde vis veritatis eniteat, quæ sane tanta est, vt etiam ipsos inimicos, & infideles adigat, vt eam fateantur, confirmet, & probent. Hoc dixerim ex Chrysofomo homil. 84. in caput 19. Ioannis his verbis. *Vides quanti sit veritas? per ea quæ illi faciunt. prophetia adimpletur: alia enim ex hoc manifestata est. Venerunt ergo milites, & primi quidem frigerunt crura: sed ad Iudæorum gratiam consiliandam latus eius lancea aperuerunt, & mortuo adhuc insulant. O pessimam voluntatem, ac scelestissimam! Noli tamen*

17. Chrysof. 18. Ioan. 11. 49. Ioan. 18. Chrysof. 19. Ioan. 19. 32. Exod. 12. 46. Zach. 12. 10. Chrysof.

Chrysof. 14. Gen. 3. 4. 15. 16. Matth. 13. 45. Chrysof.

tamen perturbari dilectissime, quæ enim illi malo animo patrarunt, veritati consentiebant, prophetia enim hinc impleta est, inquit: viderunt in eum, quem transfixerunt.

20.

Proditor Iudas vili pecunia Magistrum vendidit, ac tandem laqueo guttur transfixit. Quæ quæso analogiam, & proportionem habent peccatum, & supplicium? Chrysostomus homil. 1. de Passione, ideo ait hoc mortis genere Iudam obiisse, ut mendacij pœnas daret. Cum enim exercitum ductasset, quo Dominum comprehenderet, ipse sub amicitia signo, & verbis magistrum prodidit. Ergo ut pateret cuius præcipue pœnas daret laqueo vitam finiuit. Verba enim, subdola, quæ loquutus est per guttur effortauit. Ergo guttur illud mendacij instrumentum pœnas ferat. Sanè si ob acceptam pecuniam puniretur, manus configerentur: si ob conceptam proditionem in corde cor ipsum vulneraretur: cum vero collum non manus, aut cor laqueo adigatur, mendacij præcipue pœnas daret Iudas. Multis quidè criminibus, illisque grauissimis se polluit Iudas, auaritia, detractio, infidelitate, proditione, sacrilegio, aliisque innumeris, sed supra hæc omnia mendacium Deus detestatur, illudque, velut aliis ommissis punit. Imo vero ipse Iudas hoc innuit illis verbis: *Peccauit tradens sanguinem iusti*. Ideo hæc patior, quia subdole magistrum alloquutus sum. Non mea est hæc sententia sed Chrysostomi homil. 1. De Passione, *ô, signum sacrilegum* (ait Chrysostomus,) *ô conuentus nefarius, ô placitum puniendum, vbi ab osculo incipitur bellum! Et per pacis indicium pacis rumpitur Sacramentum, & eo, per quod consueverunt gentes bella finire, per hoc profanus Iudas bellum voluit inchoare. Guttur enim profanum, quod hodie Christo extendis ad osculum, crastino illud extensus ad laqueum.*

Chrysof.

21.

Iob 15, 6.

Eliphaz Themanites apud Iob cap. 15. vers. 5. & 6. mendacium insectatur illis verbis: *Docuit enim iniquitas os tuum, &c.* Postquam vero in eum, qui dolos struit, multa iaculatus est, tandem vers. 24. *Terrebit eum tribulatio, & angustia vallabit eum, sicut Regem, qui preparatur ad prelium.* Sumpta similitudo est, à Regibus, qui apparitoribus cincti incedunt, & militum manu stipati, ne quis aliquid contra eos moliantur. Priuati enim homines, non tot insidiis patient, quorum humilis fortuna aliorum inuidiam non contraxit, sed securi incedunt, nullo etiam latu regente: at Reges, & Principes, quorum sedes à multis expetitur, multis etiam periculis patent. Ergo huius naturæ mendacium est, quod cum multis insidiis pateat, multis vndique conquestis rationibus illud fulcire, munitur oportet: at veritas in modum priuati hominis sine lateronibus secunda incedit, neque aliorum armis eget, quibus defendatur. Hoc ex Gregorio dixerim lib. 12. Mor. cap. 20. qui in eiusdem rei confirmationem adducit Ieremiam cap. 9. qui in loco magno verborum ornatu mendacium insequitur Propheta. Sed illud interim ad rem nostram cum Gregorio expendo. *Docuerunt linguam suam loqui mendacium.* Sunt enim quædam artes, quæ ob eximiam difficultatem, quam continent, multum temporis spatium requirunt, alia vero, quia faciliores sunt, & ad eas natura ipsa ducimur breui tempore, & nullo negotio addiscuntur. Hoc in mendacio, & veritate apprimè patet. Mendacium enim difficultatem maximam præ se fert, & vix multo tempore ad speciem veritatis colorari potest: ad veritatem vero natura ipsa comparati, sumus, & quodammodo nati, atque adeo nullo negotio eam addiscimus, hoc indicant verba Ieremiæ. *Docuerunt, &c.* Id est, ô, amenres homines qui cum

Ierem. 9. 5.

possent veritatem nullo negotio adipisci, per salubras & scopulos maluerunt consecrari mendacium. In eundem sensum adducit verba Christi Ioannis 8. 45. *De mendace diabolo: Et in veritate non stetit,* Ioan. 8. 45. quia non est veritas in eo. Expende verbum illud *stetit*, ac si dicat: lubrica sane res est mendacium in quo vel diabolus ipse firmum se tenere non potuit. Etiam si multis fucis dolos coloraret, ad effigiem tamen veritatis formare non potuit, sed mendax deprehensus est. *Terrebit eum tribulatio* (ait Gregorius) Greg. *& vallabit eum angustia sicut Regem, qui preparatur ad bellum. Pone sibi ante oculos, quid sibi a veritate scientibus responderi possit, & cum magno conatu pertractat, quomodo per argumenta falsitatis documenta veritatis exciperet. Hinc inde se circum togit, & contra hoc, vbi deprehendi poterit veritati similem responsionem quarit: quia si velit verum dicere, utique sine labore potuisset. Plana, utique veritatis via, & graue est iter mendacij. Unde & per Prophetam dicitur: docuerunt linguam suam loqui mendacium, ut inique agerent laborauerunt. Bene ergo dicitur terrebit eum tribulatio. Et angustia vallabit eum, quia apud semetipsum in labore timoris deficit, qui securitatis sociam viam veritatis reliquit. Sicut Rex preparatur ad prelium, quia falsa agens, falsa loquens formidat, ne suos amittat milites, id est, argumenta falsitatis: & veritatis iaculis pateat; si ei fortasse defuerit, quod ex fallacia opponat.*

Greg.

22.

Author operis imperf. in Matth. homil. 1. ad illa verba Euangelistæ. *Salatiel autem genuit Zorobabel,* de Ethymologia huius nominis Zorobabel, & quam ob causam huic viro sit impositum conquirat. Est autem Zorobabel, teste hoc authore, idem quod *Doctor Babylonia*. Sed cum multi fuerint qui Babylonios docuerint, cur Zorobabel hoc præcipue sibi nomen arrogauit? Fuit apud Babylonios Ezechiel sapientissimus Propheta, fuerunt, & illi tres pueri, in omni sapientia Chaldæorum apprimè eruditi, fuerunt etiam Sophistæ, Magi, & Arioli, quos rex consuluit. Vnus tamen Zorobabel Doctoris nomen cæteris præripuit. Huius rei causam habes 3. Esdræ 3. cū enim orta esset quæstio, quidnam fortissimum videretur, & nonnulli primas deferrent Regi, alij vero scemina, nonnulli vino, hic Zorobabel veritatem tutatus est, & eam fortiosem omnibus aliis euicit. Ergo licet multi alij diuersis doctrinis Babylonios imbuerint, quia tamen Zorobabel rem vtilissimam docuit, nempe *super omnia vincit veritas*, aliis omnibus nomen Doctoris præripuit. Hunc authorem loquentem dono. *De Salatiel nibi legitimus, vel boni, vel mali, tamen putamus eum sanctum fuisse, & in captiuitate assidue Deum petisse pro ipsa calamitate, quæ contigerat Israël, & ideo petitionem Dei eum appellatum fuisse. Salatiel autem genuit Zorobabel. Interpretatur autem Zorobabel fruitio postposita, vel commixtio, vel Doctor Babylonia: & ideo inuentus est recte secundum prouidentiam Dei, nominatus Zorobabel, id est, Doctor Babylonia. Quæ autem maior doctrina, quam ostendere veritatem dominatricem esse? Et impletum est in eo id quod fuerat scriptum: super inimicos meos prudentem me fecisti.*

Imper.

23.

Adeo non mendacium se tueri potest, ut etiam suis tenebris nouam lucem veritati afferat, & facem præferat. Ut enim noctis tenebræ syderum splendorem non occultant, verum etiam iubar stellarum explicant, quod dies occultauerat. Hinc Chrysostomus homil. 4. de laudibus Pauli mirum Dei extollit beneficium, qui tempore Prophetarum, Pseudoprophetas esse permisit, & tempore Apostolorum falsos Apostolos. Horum enim mendacium illorum veritatem magis celebrem fecit, & commen-

dauit

dauit magis. *Quod enim ante memorauit (ait Chryso-
stomus) ideo fieri falsa signa Deus concessit, ut abun-
dantius vera monstrarent. Propterea, & Pseudoprophe-
tas tempore Prophetarum, & Pseudoapostolos cum Apo-
stolis apparere permisit, ut disceret, quod splendentes eius
ubique virtutes, nequaquam obscurare posset similitudo,
& umbra quedam virtutum. Hac ille. Expende verba
illa. Ideo falsa signa Deus concessit, &c. Quibus pro-
culdubio ad praestigia Aegyptiorum alludit, & eor-
um incantationes per quae similia miracula edide-
runt hariooli, his quae fecerat Moyses, verum haec
falsa portenta adeo non Mosaica miracula obscur-
arunt, vt etiam illis multam lucem attulerint, nam
virgæ, in serpentes conuersæ, serpenti à Moysse factæ
præda factæ sunt: & cum omnino vim diuinam
imitari non possent, non vulgare de illa testimonium
reddiderunt, illis verbis. *Digitus Dei est hic.**

Non confundaris confiteri peccata tua, & ne subiicias te omni homini pro peccato.

Noli resistere contra faciem potentis, nec coneris contra ictum fluij.

1. Perfitit innoxio pudore depellendo. *Non confundaris confiteri peccata tua.* Cum corripere ob peccatum, quod re vera parasti, non neges, non excuses, nec corripienti aliquo modo contradicas. *Et ne subiicias te omni homini pro peccato.* Et pro defendendo peccato, ne te subiicias hominibus, qui facile te deliquisse probabunt. *Noli resistere contra faciem potentis.* Maximè ergo excusatio abiicienda est, dum à potentiori aliquo corripere, aut iudice, aut quoquomodo tibi prælato. *Et ne coneris contra ictum fluij.* Perinde enim facies, ac si contra fluminis alicuius impetum obsistere nitaris, conatus enim non succedet. Nam te inuitum, & reluctan- tem rapiet, non aliter, si veritatem negare pergas, potentior vir ad delicti confessionem coget.

2. Græca diuerso modo has sententias coniungunt, scilicet. *Non confundaris confiteri peccata tua: & ne vi cohibeas fluxum fluminis.* Pertinet autem ad prius dicta hac ratione. Quas tibi peccati tui excusationes pudor subiicit, abiice. Nec te pudeat palam profere, quæ peccasti, hoc enim est, contra fluxum rapidi fluminis obniti. Id est, omnino non perficies: imo ipsæ rationes, quibus celare contendis delictum, te veluti fluctus aquarum sommergent. Posteriores vero sententiam Græca sic efferunt. *Ne te subiicias homini stulto: & ne accipias faciem, vel personam potentis.* Quæ sententia si hoc modo intelligatur ad ea, quæ proximè sequuntur referenda est, hoc modo. Nullius quantumcumque potentis hominis gratia à iustitia declines, & veritate, quod frequenter præ pudore fieri solet. Pro stulto peccatorem accipio, ne te peccatorum cuipiam in societatem des, vel personam potentis accipias, id est, ne cuiusquam vultum ita verearis, vt ei cedas, dum te ad peccatum impellit.

3. *Non confundaris confiteri peccata tua.* Ad humilem peccatorum confessionem allicit, tam Deo faciendam, quam sacerdoti, quam cuicumque alij, qui extra Sacramentum penitentiae corripit. Nam vt habes Prouerb. 18. *Qui abscondit scelera sua, non dirigitur, qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur.* Nonnulli huius scientiae antithesim hac ratione produunt, si peccasti, palam peccata tua confitere. Si à peccatis es immunis, etiam si te potentiores ad peccatum alliciant, ne sequaris eos. Hoc enim est, quod sequitur. *Et ne subiicias te, &c.* Paulus de Palacio, *ne confunda-*

ris, &c. Id est, si nihil mali tibi ex peccati reuelatione oboriatur præter pudorem, consilium est confiteri, sin maius aliquod malum. Prudenter age iuxta Theologiae canones.

Et ne subiicias te omni homini pro peccato. Plerique enim dum mendaciis celare peccata nituntur obnoxios se faciunt maioris, & nouæ reprehensionis. *Pro peccato.* Dionysius Carthusianus, *id est, pro adulatione, aut pro aliquo motiuo, irrationabili, & iniusto.* Ergo secundum Dionysium nos subdere peccatis debemus, non vt eos venemur adulatione, aut ficta animi summissione, sed quia Deum præferunt. Addit idem, seu pro peccato perpetrando, id est. *Ad hoc vt propter homines pecces.* Hugo Cardinalis: *Hugo. non confundaris, confiteri sacerdoti tuo, qui potest consuleri, & absoluere, quia confiteri peccata est gloriam dare Deo, sicut dixit Iosue ad Achor Ios. 7. Fili da gloriam Deo.* Iosue 7.

Omni homini, id est, nulli homini: iuxta illud. Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. In nonnullis codicibus desideratur, illud *omni:* tantum enim habent. *Ne te subiicias homini pro peccato.* Sed nostra lectio vim addit sententiæ. Lyra, delictum confessariorum habendum ex his verbis docet, ad mores apte, *omni homini.* Paulus de Palacio, multis quidem hominibus in bonum subdimur, nulli autem eorum, ad malum, & ad peccatum.

Noli resistere contra faciem potentis. Nos de excusatione locum intelleximus. Dionysius absolute, cum diuite non contendendam, sed ei cedendam, ne ab illo victi opprimamur. Interlinealis. Non humana virtute, sed diuina opera aduersarij superantur. Vnde ego dabo vobis os, & sapientiam, cui non poterunt resistere, & contradicere omnes aduersarij vestri, id est, ne humana virtute subnixus, sed superna vi fretus diabolum & eius ministros te superaturum confidas.

Nec coneris contra ictum fluminis. Id est, contra insuperabilem potestatem, seu contra impetum mali, quod non potes euadere, ideo dictum est Paulo. *Durum est tibi contra stimulum calcitrare.* Paulus de Palacio per ictum fluminis concitati populi ardens desiderium intelligit, huic ergo cedendum. Lyra, id est. *Iustitia diuina, qui resistunt, peccatis obstinati.* Qui hoc loco legit contra ictum fulminis, nisi mendosum codicem sim fortitus. Si vero hanc lectionem sequamur, optima iustitiæ Dei cum fulmine compositio.

ETHOLOGIA LV.

Peccata confiteri honorem non vulgarem adducit.

1. **N**on confundaris confiteri peccata tua. Noxius pudor nonnullos abstrahit à peccatorum confessione. Pudet enim illos nudare crimina, quæ semel gesserunt. Hos præsens Ethologia bono esse animo iubet, nec peccatorum commissorum confessionem dedecori ducendam, sed laudi, euincit. Id in primis probat illud Genef. 48. *Do tibi partem vnâ extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo.* Moribundus Iacob extra sortem, quam cum reliquis fratribus communem Iosepho relinquit, partem etiam adscribit, quam scilicet tulisse de manu Amorrhæi dicit. Hæc pars, teste Philone, lib. 2. Antiquitatum, fuit Sichem, quæ idem est, ac succollatio. Ergo Sichyma Iosepho mandatur, qui principatum apud Aegyptios gerebat, quo significaret moriturus senex multum subeundum esse

Chryso.

Vers. 31.

1.

2.

3.

Prouerb. 18.

Palacio.

4.

Dionys.

Hugo.

Iosue 7.

5.

Palacio.

6.

Dionys.

7.

Palacio.

Lyra.

1.

Gen. 48. 22.

esse laboris, eis qui magistratum gerunt. At vero filio suo Iudæ, qui confessio dicitur, non succollationem mandat, sed laudes. Audi quid dicat. *Iudæ te laudabunt fratres tui.* Genes. 49. 8. En tibi qua ratione Iudæ filio prædicit fore à fratribus laudandum, non enim dedecori tribuendum est ei qui confitetur, imo vero ob hoc dignus est, qui ab omnibus laudetur.

Philo.

Celantur autem (ait Philo) & asseruntur semper affectus in Sichymis, qua vox interpretatur succollatio, nam qui laborat ob voluptates, libenter asseruator earum est, apud sapientes vero corripuntur, & percunt. Non intra breue tempus, sed hodie, id est, semper: nam eum omne hodierno metimur: est enim totius temporis mensura diei vniuersi ambitus: & ideo Iosepho dat Iacob Sichymam, tamquam portionem eximiam, res corporeas sensibiles exercenti se in talibus. Iudæ autem, id est, confessioni non dona, sed laudes, hymnosque, & cantationes, quibus celebretur à suis fratribus. Cepit autem Iacob Sichyma, non à Deo, sed arcu, gladioque suo, verbis vim secandi, repugnandique habentibus.

2.

Fideli vnguento nardino vnxit Maria caput Christi recumbentis. *Et domus repleta est ex odore vnguenti.* Memineris hanc Mariam peccatricem illam fuisse, quæ sordes animi lachrymis abluit, & singultibus ad pedes Domini confessa est. Ergo hæc ipsa dum vngit Christum suaueolentia domum replet. Domus hæc iuxta anagogem exponente Bernardo sermon. 46. ex paruis, hic mundus est, qui suauis odore repletur, dum peccatores peccata sua fatentur, & per confessionem crimina expiant. Imo hic suauis odor non intra hunc nostrum orbem se continet, sed ad cælum vsque diffunditur iuxta dicta Domini apud Lucam cap. 11. 7. *Gaudium erit in cælo super vno peccatore,* &c. *Et domus repleta est (ait Bernardus) ex odore vnguenti, hos ergo pedes primo vngit anima peccatrix illo primo vnguento, quod dicitur compunctionis, denique Maria, qua peccatrix erat, vnxit pedes Iesu, nec mediocriter sane vnguentum hoc videbatur, de quo scriptum est, & domus repleta est, ex odore vnguenti. Nec mirum cum etiam in cælestibus sentiatur huiusmodi vnguenti fragrantia: veritate attestante, qui ait: gaudium erit Angelis Dei super vno peccatore penitentiam agente.*

3.

Cant. 1. 12.

Canticorum 1. 12. Fasciculus myrrha dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur. Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engadi. Prius myrrham ponit postea botrum, ex quo dulce vinum emanat. Per myrrhæam amaritudinem altiori sensu penitentium dolor significatur, per vinum vero, quod cor hominis lætificat, gaudium, & lætitia, & boni nominis odor, ergo qui myrrhæ amaritudinem decerpit futurum est, vt etiam vini delectationem, & suaueolentiam capiat, neque quispiam pudore, & verecundia à penitentia abstrahatur, ex qua potius gaudium, & honorem venatur. Hoc idem ex Bernardo dixerim, qui in huius rei probationem adducit illud Marci 15. 23. *Et dabant ei bibere myrrhatum vinum, & non accepit.* Peccatorum penitentiam sitiebat Dominus, quæ veluti myrrha est, ex qua vini suauitas manat, quam si Christo propinarent carnifices non respueret: illi vero amantes hoc vinum quod sitim sedat offercebant, quod cum gustasset noluit bibere. *Itaque tu (ait Bernardus) si peccata luxisti bibisti amaritudinem, si autem iam respirasti in spem vite vite sanctiori mutata est tibi vite amaritudo in vinum, quod lætificat cor hominis. Et forrassis hoc illud significauit, quod Saluatori oblatum in cruce vinum myrrhatum, & ideo noluit bibere, quoniam istud sitiebat.*

Bernard.

4.

Matth. 9. 20.

Matthæi 9. 20. Dicebat enim intra se, si tetigero tan-

tum vestimentum eius salua ero. Hæc mulier quæ tacita accurrit ad Iesum, eos qui in Ecclesia Christiana peccata fatentur, significat, hi enim in auream confessario peccata susurrant, nec tenentur ea palam edere. Quod nescio cui tantum pudorem afferre potest, vt confiteri aut differat, aut omitat. Alij sanè, qui ad Christum sanandi accedebant multis clamoribus ad ferendam opem inflectebant, hæc mulier sub silentio accedit, tacita simbriam vestimenti contigit, & in pristinam valetudinem restituta est. Non cogaris, ô Christiane crimina tua populi auribus insonare aut publicè prodere, sed sacerdoti ea, qua valeas ratione mullitare. Quid dubitas, quid trepidas, quid paues, quid pudore nimio discutiaris? Hoc ex Petro Chryologo dixerim sermon. 34. *Est nobis dura, & desclenda conditio. Peccare nos cogit fragilitas innata, & confiteri prohibet confusio cognata peccati. Malum enim facere pudor non est, & pudor est confiteri? Timemus dicere quod committere non timemus. Sed hodie mulier, cum quæreret medicinam tacita vulnere verecundo inuenit silentio, per quod possit peccator ad veniam peruenire. Prima est felicitas in peccatorum turpitudinem non venisse, sed felicitas est secunda veniam peccatis latentibus inuenisse.*

Petr. Chry.

5.

Lucæ 11. 12.

Lucæ 15. Et murmurabant Pharisei, & Scriba dicentes, quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Hos Phariseos increpat Petrus Chrysologus sermone 168. nam licet peccatores, qui in peccatis persistunt, viles sint, neque Christi Domini digni consortio, qui vero peccatorum sarcinam curant deponere, digni profecto sunt, quibus se socium Christus præbeat. Hi enim nobilitatem, quam peccatum perdiderant per penitentiam recuperant. *Peccatores recipit (ait Chrysologus) recipit peccatores Deus, sed Deus peccatores esse non sinit, quos recipit. Peccator Deum non violat appropinquans. Pharisei Deus peccata non recipit cum recipit peccatorem. Unde Phariseus non quales venerant sed quales redibant videre Deum peccatores.*

Petr. Chry.

6.

Lucæ 11. 12.

Lucæ 15. Et murmurabant Pharisei, & Scriba dicentes: quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Sed Christus Dominus duplici similitudine adducta calumniam depellit: altera tracta à pastore, qui de inuenta oue sibi gratulari perit, altera à muliere, quæ post conquisitam drachmam vicinatum gratulationem lubes excipit. Quibus probat Christus Dominus, quam non sit indecens, quam non sit iniucundum peccatum, dum dolore, & penitentia abstergitur, vt enim ouem, aut drachmam perdidisse dolorem incutit, & negligentia eum arguit, qui perdidit: at vero perdita inuenisse, maiorem dolorem, & pudicitiam abstergit, ita sane peccatum commississe dolorem incutere debet, at vero de peccato commissio penitere maiorem, & pudorem dificit, lætitiã reddit. Hæc omnia ex Petro Chryologo desumpsi serm. 168. his verbis. *Semper quidem cum perdita reperimus, nouum capimus cumulum gaudiorum, & est incundius nobis inuenisse perdita, quam non perdidisse seruata.*

Petr. Chry.

7.

Lucæ 11. 12.

Lucæ 18. Descendit hic iustificatus ab illo. Ille inquam Publicanus, qui de peccatis doluit, iustificatus est præ Phariseo, qui legem impleuerat, nempe sapius penitentia, & dolor de peccatis ad maiorem sanctitatis, & virtutis apicem euehit penitentem, quam alios non intermissa iustitia. Hoc innuit Ambrosius lib. 2. de penitentia, vbi loquens de confessione peccatorum, quæ in Ecclesia fit, ait. *Vbi quod pudori esse debeat, nisi non confiteri, cum omnes simus peccatores, vbi ille laudabilior, qui humilior, ille iustior qui sibi abieciior.*

Ambros.

In regeneratione, & peccatorum remissione alter homo decedit, & alter resurgit: nempe accedit peccator, & resurgit iustus, unde iustificatio merito dicitur regeneratio, quia sicut in generatione nouus homo resurgit qui alter non fuerat: etiam in spiritali regeneratione homo, qui prior fuit omnino esse definit, & alter denuo resurgit. Ergo sicut puerulis, cum primum in lucem eduntur, non vertuntur vitio, & crimina, quæ in aliis hominibus præcesserunt: & ei, qui per penitentiam in Dei gratiam regeneratur cum omnino primum hominem deposuerit quæ prius ille commiserat imputari non possunt. Quid ergo pudore afficeris, peccata, quæ alius commisit, & ad te minime pertinent, confiteri. Rem cõcionatorio modo dictam accipe, alias enim multum ad illum pertinent peccata dimissa, nec de illis esse sine metu licet. Rem ex Paulo probat Ambrosius serm. 27. qui cum peccata deponit cadit, cum gratiam accipit, resurgit, & cum moribus etiam & nomen mutat, vt nihil in eo remaneat eius quod præcessit. Hoc enim habes Actorum 9. *Et cadens in terra audivit vocem, &c.* Et post pauca, *surrexitque Saulus de terra, &c. surgensque à terra* (ait Ambrosius) *Paulus exterioribus quidem oculis nihil videbat, non aërem, sed mentis luminibus Christum videbat de cælo: denique in tantum profuit Domini ista percussio: vt de Iudæo Christianus, de blasphemio Apostolus, de Saulo Paulus extiterit. Et eo usque mutauit veterem cum moribus hominem, vt etiam mutaret & nomina.*

Peccata quidem dum viuunt noxia sunt, pudorem incutiunt, & mærorem, cum vero penitentia lachrymis abluuntur, non modo nihil mali inferunt, sed & laude, & vtilitate penitentes cumulant. Notat rem Ambrosius lib. 5. Exameron. cap. 2. animalia quidem terrestria, quandoque nociua sunt hominibus, hæc autem eadem si ad mare transferas venena deponunt, non modo nihil hominibus nocent, verum, & grata illis sunt, & ad usum vtilia. Hoc in lupis marinis videre est. Lupus enim terrestribus homini nocet, lupus vero marinus non est hominibus ingratus. Ergo peccata dum viua apud nos perseverant, instar animalium terrestrium multum nobis nocent: si vero assuescant marinis fluctibus, id est, si lachrymas penitentium discant innatare, non pudorem, non mærorem offerunt, sed gaudium, sed lætitiã, sed honorem. Adducit Ambrosius ad rem præsentem probandam verba Isaia 65. 25. *Lupus & agnus pascentur simul, leo, & bos comedent paleas: & serpenti puluis panis eius, non nocebunt, neque occident in omni monte sancto meo.* Id est, peccatores, qui instar leonum, luporum, & serpentium multa mala inferebant, iam ad iustitiam redacti, cum his, qui nullum peccatum commiserunt, comparandi sunt. Adde hanc gratiam (ait Ambrosius) quod ea que timeamus in terris, amemus in aquis. Etenim noxia in terris in aquis innocua sunt. Leo terribilis in terris, dulcis in fluctibus. Quid loquar carnorum etiam, luporum teneritudines, nescit hos lupos agnus timere, tanta est aquarum gratia, quarum viruli cicurantur, & leones, vt his prophecium dictum de Ecclesiastica sanctitate iure conueniat, tum lupi, & agni simul pascentur, leo, & bos, simul paleas manducabunt, nec mirum quandoquidem in Ecclesia, etiam illud aque operantur, vt per donum abluta, nequitia cum innocentibus comparetur.

Magnus Gregorius in Psalmos penitentiales pro nobis exponit verbum illud Psal. 129. *Si iniquitates obseruaueris Domine. Domine quis sustinebit?* Id est, dum semel per penitentiam peccata remittis, omnino deles, abluis, abstergis, radicitus euellis, adeo vt nihil eorum remaneat. Quid ergo tristi-

tia premeris, ô, homo, quid nimio dolore discutiaris, quid pudore rubescis, dimissa sunt peccata, euauerunt. Nec amplius eorum Deus meminerit. Audi Isaïam cap. 44. v. 22. *Delebo vt nubem iniquitates tuas, & quasi nebulam peccata tua.* A nebula, & a fumo similitudinem trahit Propheta, vt modum significet, quo Deus peccata delet, vt enim sol oriens nebulam omnino absorbit. Et sicut fumus dum alta petit penitus euanescit, neque amplius vel minima pars illius apparet, unde vernacula phrasi fumus similitudinem gerit eius rei, quæ omnino perit, nec vsquam apparet sic enim dicere solemus: *Layda del imo, que va, inunca vuelue*: non aliter hac metaphora significauit Isaïas peccata in nihilum per penitentiam redigi. *Si iniquitates* (ait Gregorius) *obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit. Quia peccatori ex corde ignoscit, & peccatore conuerso, omnium iniquitatum eius obliuiscitur, quis iam de misericordia dubitet. Ego sum, ego, sum, qui deleo, vt nebulam iniquitates tuas, vt iustificeris. Attende qualiter peccati confessio peccata obliteret: qua iustificat iniquum, tollit ab eo memoriam peccatorum. Confitemur, vt deleantur peccata nostra, nec post confessionem ad ea reuertamur: sed iuxta Apostolum ad anteriora non extendentes, que retro sunt obliuiscamur.* Hæc vltima verba desumpsit Gregorius ex Paulo ad Philip. 3. *Quæ quidem retro sunt obliuiscens, ad ea vero quæ sunt priora extendens me ipsum.* Id est, priorum peccatorum immemor, ne per nimium timorem, aut pudorem retardent me ad virtutem effingo. Et attende pulchram similitudinem. Vt enim ea, quæ nobis à tergo obstant, cum ea omnino non videamus, nec ruborem incutiunt, quamuis impudica sint: nec timorem quamuis malum nobis minitentur: ita etiam quæ semel nobis remissa sunt crimina nec timorem nobis inferre debent, nec pudorem. Quod non ideo dictum accipe quasi semel remissa peccata lugenda non sint: sed ne nimio timore aut verecundia à confessione nos arceant: quo nihil amplius, quæ præmisit ethologia, vel quæ subdit, probant.

4. Reg. 19. *Protegam urbem hanc, & saluabo eam propter me, & propter Dauid seruum meum.* Cum multi præcessissent in Ierusalem pij, & sancti viri, nec pauci superstitēs essent, nullius merita respexit Deus ob quæ ciuitatem liberaret præterquam vnus Dauid. Causam reddit Chryostomus in Psal. 50. nempe, quia reliqui iustitiam seruauerunt, & innocentiam: at vnus Dauid in multa illaque graua crimina incidit, & de illis penitentiam egit. Tanti enim Deus penitentiam facit, vt innocentia eam præferre videatur. *Vides* (ait Chryostomus) *quanta penitentia vis sit. Et mortuus, & viribus valuit. Venerunt enim aliquando Barbari, & ciuitatem Hierosolymitanam obsidione cinxerunt. Ezechias vir iustus Deum rogabat, atque obsecrabat dicens. Misere mei Domine, & parce huic ciuitati. Veni ad eum Propheta Esaias, ac ne iustitiam suam exauditam esse arbitraretur (quamquam alioqui tam multi ante à Dauidis morte fluxissent) quid ait? Protegam te, & urbem hanc propter me, & propter Dauid seruum suum. Se Deus Dauidemque coniunxit, vt verè penitentes ad diuinam quodammodo conscendisse naturam apparet.*

Ioannis 4. *Benedixisti quia non habeo virum: quinque enim viros habuisti, & nunc quem habes non est tuus vir.* Vide mulieris probitatem, cum obiecta sibi crimina audiret, nõ exarsit ira, imo vero ob hoc eum maximè coluit, subdit enim: *Domine vt video Propheta es tu.* Scilicet mulier, cui diuini splendoris lux affulserat, dum penitentia tangitur, nullum pudorem

Isa. 44. 22.

Gregor.

Philip. 3. 13.

II.

4. Reg. 19. 34.

Chryost.

12.

Ioan. 4. 17.

Chrysoft.
 pudorem de prateritis peccatis subeundum sibi certo nouerat. Imo uero ea ipsa populo sua crimina palam facit: *Videte hominem qui dixit mihi omnia quaecumque feci. Scilicet non parcendum pudori, ut Christi gloriam, & maiestatem manifestemus. Vtrumque ex Chrysoftomo refero homil. de Samaritana eius nomine loquente. Cuncta mea peccata diuulgo, ut vos manu ducam, & vos Deum qui ad homines venit, cernatis, mala mea publico, ut Christus adoretur, qui peccatores non auersatur, uenite, uideate hominem, qui dixit mihi omnia quaecumque feci.*

13.
 Psal. 103. 1.

Psalmo 103. 3. *Domine Deus meus, magnificatus es uehementer. Ab aëstibus sumptam similitudinem uult Augustinus in hunc Psal. pretiosiores vestes in solennes, & magis festiuos dies asseruamus. Ergo Deus uilioribus uelibus indutus magis festiuos cultus in dies solennes asseruat. Sed quamnam sunt hæ pretiosiores vestes? Confessionem, & decorem induisti.* Omnibus enim iustus tanquam uelimento Deus induitur iuxta illud Isaia 49. *Uino ego dicit Dominus, quia his omnibus uelut ornamento uestieris, uerum iustis aliis, qui innocentiam seruarunt, tanquam quotidianis uelibus induitur, eos autem, qui pœnitentiam egerunt, tanquam magis pretiosa indumenta in dies solennes asseruat. Domine Deus meus* (ait Augustinus) *magnificatus es uehementer. Unde magnificatus es nimis? Confessionem & decorem induisti. Confitemini ut decoremini, ut inducat uos circummambitus lucem sicut uelimentum. Circummambitus Ecclesiam, quia ipsa facta est lux in tulo, quia prius tenebra in se: dicente Apostolo: fuisisti aliquando tenebra, nunc autem lux in Domino.*

Isaia 49.

August.

Psal. 127. 1.
 Psal. 127. 1. *Labores manuum tuarum, quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit.* Notat Augustinus ibid. dictionem illam, labores. Sane dicendum uidebatur; quia fructus laborum manuum tuarum manducabis, beatus es, & bene tibi erit; sed addit vim nomen illud, labores. Ac si dicat, non modo beatus es, cum fructus laborum tuorum decerpis, uerum cum ipsos labores pertuleris, tunc sane beatus, & faelix eris. Id est, non modo maximam iucunditatem capies, cum in aliis uirtutibus te exercueris, quæ gaudium præ se ferre uidentur, sed cum ipsam pœnitentiam, & dolorem de peccatis colueris: ipsæ enim lachrymæ, fletus, & singultus dulcedinem maximam tibi parient. Addit Augustinus ibid. uerba Psal. 125. *Euntes ibant, & flebant mittentes semina sua: uenientes uenient cum exultatione portantes manipulos suos.* Id est, ipsæ lachrymæ gratæ erunt pœnitentibus, non aliter ac fructus esse solent agricolæ. Et illud Psal. 41. *Fuerunt mihi lachryma mea panes die ac nocte.* Id est, ipsæ lachrymæ suauissimæ mihi fuerunt instar cibi. *Quasi peruersæ* (ait Augustinus) *uidetur dicere non intelligentibus: debuit enim dicere, fructum laborum tuorum manducabis, multi enim manducant fructum laborum suorum. Manducant in uinea, ipsum laborem non manducant. Laborant circa arbores pomiferas, quis manducat labores? Nemo, inquam, sed quod illa arbores attulerunt: fructus laboris & ipse manducat agricolam. Quid sibi uult, labores fructum tuorum manducabis? sed quia ipsi labores non sunt sine gaudio propter spem, de qua antea diximus: spe gaudentes in tribulatione patientes, modo nos ipsi labores iucundant, & latificant sed in spe. Si ergo labor noster potuit manducari, & potuit iucundare, manducatus fructus ipsius laboris qualis erit? Manducabant labores suos, qui euntes ibant, & flebant, mittentes semina sua: quanto iucundius manducabunt fructus laborum, qui uenientes uenient cum exultatione portantes manipulos suos. Et ut noueritis fratres quia manducatur labor iste, in superiori Psalmo audistis dictum superbis,*

14.
 Psal. 127. 1.

Psal. 125. 6.
 Psal. 127. 1.

ETHOLOGIA LVI.
 Multiplex utilitas, ex pœnitentia capitur.
 Deponendum pudorem pœnitentibus diximus, imo uero de pœnitentia latandum, & gaudendum nobis, quod ut certius, firmitusque sit, nonnullas utilitates, quæ ex pœnitentia oriuntur commemoremus. Leuit. 16. 8. *Cadent inimici uestri in gladio in conspectu uostro.* Origenes homil. 16. in Leuit. addit in morte. *Persequimini inimicos uestros, & cadent in conspectu uostro in morte.* Quod sensu morali de pœnitentia exponit, in qua omnino inimicos nostros delemus, reliquæ uirtutes dæmones fugant, una pœnitentia comminuit, atterit, delet. Addit Origenes, quo rem probet, uerba Pauli Rom. 16. 20. *Deus autem pacis conterat Satanam sub pedibus uelociter.* Hæc uerba iuxta Origenem quantum ualeat pœnitentia significant. Quorum singula ad nostrum institutum expendamus. *Deus autem pacis.* Cū Deus pœnitentiam docet, Deus pacis dicitur, quia pœnitentia pacem in animum inducit. Dum quis in peccato uersatur aculeis conscientie compungitur, & in bello est, dum uero per pœnitentiam peccata obliterat in summa pace uersatur. *Conterat Satanam.* Quasi de serpente, qui pedibus insidiatur de dæmone loquitur Apostolus. Hunc autē serpentem ait

qui ante lucem uolebant surgere, id est, ante Christum, non per humilitatem, quia surrexit Christus, dictum est illis surgite postquam sederitis: id est, humiliamini, & inde surgite, quia ille humiliabit, etenim, qui exaltatus est propter uos. Et quid dicitur us est? *Qui manducatis panem dolorum, iste est labor fructuum panis doloris, nisi enim manducarent, non diceretur panis. Nisi enim haberet suauitatem aliquam panis iste, nemo illum manducaret. Cum quant a suauitate plorat in gemitu, qui orat? Dulciores sunt lachryma orantium, quam gaudia theatrorum. Et audi flammam desiderij, qua manducatur iste panis ab illis de quibus dicitur, qui manducatis panem doloris. Alio loco dicit amans iste cuius uocem in Psalmo plerumque cognoscimus. Facta sūt mihi lachryma mea panes die, ac nocte, dum dicitur mihi quotidie ubi est Deus tuus. Expendit etiam Augustinus duplicem illum fructum eorum, qui manducant labores manuum suarum. Alterum expressit Dauid illis uerbis *Beatus es.* Alterum sequentibus: *Et bene tibi erit.* Alterum de presenti dedit. Alterum de futuro promisit. Ac si dicat huius pœnitentia non modo fructus, & utilitates capies in sæculo futuro, uerum etiam in presenti sæculo eximiam lætitiā, multam utilitatem capies. Itaque pœnitentia ipsa, & dolor de peccatis etiam in presenti uita dulces sunt, & suaues: subdit Augustinus. *Redis ergo, & plangis ad Deum, quia illi suspiras antequam uideas, & desiderio ipsius gemis, & quia in ipso desiderio dulces sunt ipsa lachryma, & pro cibo tibi erant, quia factus est tibi & ipse panis die ac nocte, dum dicitur tibi quotidie ubi est Deus tuus? Sed uenit Deus tuus de quo tibi dicitur ubi est? & absterget lachrymas, & ipse pro pane lachrymarum succedet, & te in æternum saginabit. Quia erit nobiscum uerbum Dei, quo pascuntur Angeli, interim modo labores fructuum, postea fructus laboris. Labores fructuum tuorum manducabis, beatus es, & bene tibi erit. De futuro est manducabis labores fructuum, beatus es, cum perueneris ad fructum laborum bene tibi erit. Cum manducas labores fructuum tuorum beatus es, cum perueneris ad fructum laborum bene tibi erit. Vtique beatus eris, & si beatus eris, bene utique tibi erit. Sed inter est inter spem, & rem, si spes dulcis est, quanto magis res dulcior erit?**

Augul.

1.

Leuit. 16.

Rom. 16.

ait conterendum, & comminuendum non tantum ferendum, aut vulnerandum, quia omnino per pœnitentiam dæmon perit, & funditus deletur. Viuax animal serpens est, & qui vix moritur etiam sectus, nisi in capite vulneretur, ergo pœnitentia caput dæmonis atterit, adeo, vt omnino pereat, neque aliquis deinceps sensus remaneat. *Sub pedibus*, facilitatem indicant hæc verba, non opus erit gladium exerere, lacertis ludari, sed vel calce dæmonem facile conterit pœnitens. *Velociter*. Nec longum temporis spatium ponendum, sed breui rem perficies. *Si conterat satanam* (ait Origenes) *sub pedibus nostris velociter Deus, cadent inimici in conspectu vestro in morte. Cuius morte? Ego arbitror quod nostra. Si enim nos mortificemus membra nostra, quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, si hanc mortem inferamus membris nostris, illi cadent in conspectu nostro, quomodo cadent in conspectu nostro? Si tu iustus sis, cecidit iniustitia in conspectu tuo, si castus libido, &c.*

Numer. 28. 1. *Dixit quoque Dominus ad Moysen. Præcipe filiis Israël & dices ad eos: oblationem meam, & panes, incensum odoris suauissimi, offerre per tempora sua. Vel vt legit Origen. homil. 33. in Numer. In diebus festis meis.* Dicendum sane videbatur in diebus festis vestris, sed cum ait, in diebus festis meis, significat hos dies festos potius Dei, quam hominum fore dicendos. Habet dies suos dies festos, in quibus exhilaratur, hi sunt lacrymæ & pœnitentiæ hominum, qui peccata sua desunt, tunc Deus exhilaratur, & diem festum agit. *Habet ergo* (ait Origenes) *dies festos suos? Habet, est ei magna festiuitas salus humana.* Puto ergo quod per singulos quoque credentium, per singulos qui conuertuntur ad Deum, qui proficiunt in fide festiuitas oritur Domini.

Matth. 3. *Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum.* Duo valde inter se diuersa conuinxit Baptista: nempe pœnitentiam, & regnum cœlorum. Quid enim distit magis à regno cœlorum, quam pœnitentia? In quo pax summa, summum gaudium, summa lætitia est? Imo vero (ait Origenes tractatu 1. in Matthæum) nihil magis cum regno cœlorum coniunctum, Nam qui pœnitet, quasi iam intra diuorum numerum relatus æterna beatitudine perfruitur. Ergo pœnitens inter cœlicolarum cuneos versatur. *Et fortassis* (ait Origenes) *iniqua que virtus est regnum cœlorum, vt iuxta hunc sensum iam in regno cœlorum sit, qui secundum virtutem viuunt, vtque hoc quod dictum est, pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum, non ad tempus referatur, sed ad actiones, affectusque.*

Ambrosius lib. 2. de pœnitentia cap. 7. adducit pro nostro instituto illud Prouerbiorum 18. *Denique iustus in exordio sermonis accusator est sui.* Pœnitentia iudicium Dei præuenit & sententiã antecurrit, dæmonis quoque accusationem accusatione sua difficit, vt nihil habeat, quod illi opponat, qui sibi sua peccata opposuit. Infert etiam secundum anagogem, quod in resurrectione Lazari factum scribit Ioannes cap. 11. In primis Marthæ, & Mariæ ciulatu permotus Dominus fratrem ad communes auras reuocat: scilicet lacrymæ animæ resurrectionem in primis exorant, præcipue si pro illa petant, Maria, quæ verba Dei audit, & Martha, quæ necessaria ministrat. Si quis enim actiua, & contemplatiua vitæ operibus inuigilet, facile animæ resurrectionem merebitur. Addit Christus Dominus. *Vbi posuistis eum? Quia Deus ipse peccatorem quærît, & vitam offert, & nisi Deus prius quærerit, peccator à sepulchro resurgere non valet. Tollite lapidem,* ne quis aut impossibile, aut difficile putet cri-

minum iugum excutere, molemq; deponere: ideo iubente Domino alienis viribus lapis ab ostio monimenti amouetur, quia etiam si peccator magna peccatorum mole obruatur, facile tamen euanescit Deo iubente. *Tollite lapidem.* Nam nisi prius per confessionem peccata nudaueris, ipse intus iaces cadauer, non reuocandum ad auras. *Et lacrymatus est Iesus.* Videt Dominus lacrymantes sorores, & ipse lacrymatur: scilicet valde Deum mouent effusæ lacrymæ pœnitentium, adeo vt illi lacrymas moueant. *Lazare veni foras.* Qui pudore afficitur intus latet in antro, iubet ergo Christus Dominus, vt qui peccata deponit non in angulo delitescat, sed in publicum fedeat. Nihil enim est, quod illi pudorem offundere possit, quia peccatum desere, gaudium summum, summamque lætitiã affert. *Denique* (ait Ambrosius) *iustus in exordio sermonis accusator est sui. Nouit omnia Deus, sed expectat vocem tuam, non vt puniat, sed vt ignoscat, non vult vt insultet tibi diabolus, & celantem peccata tua arguat. Præueni accusatorem tuum, si te ipsum accusaueris, accusatorem nullum timebis. Si te detuleris, ipse etiam si mortuus fueris, viues. Veniet ad monumentum tuum Christus, & si viderit pro te flere Martham, boni faminam ministris, flere Mariam, quæ attente audiebat verbum Dei, mouebitur misericordia, cum viderit in obitu tuo lacrymas plurimorum. Et dicit vbi posuistis eum, videam, quem fletis, & lacrymis suis ipse me moueat. Veniet, & leuari lapidem inbebit, quem ceruicibus peccatorum lapsus imposuit, potuit remouere lapidem imperio sermonis, poterat tacita vi operationis occulta transferre saxum sepulchri, in cuius passione remotis lapidibus plurima defunctorum sepulchra patuerunt, sed hominibus iussit, vt remouerent lapidem. In veritate quidem, vt increduli crederent quod videbant, & aspicerent resurgentem mortuum, in typo autem, quod nobis donarent, vt leuaremus peccatorum onera, moles quasdam mouere. Nostrum enim est onera remouere, illius resuscitare. Videns itaque graue onus peccatoris, illacrymat Dominus Iesus, solam enim flere non patitur Ecclesiam. Exi foras, delictum proprium prode, vt iustificeris. Quia venia donatus est reuelare faciem aperire vultum iubetur, non habet enim quod erubescat, cui peccatum dimissum est.*

Quam grauius remorsus conscientie peccatorem pungat expendit Ambrosius in Psalm. 21. In primis adducit versum Psalm. 35. *Dixit iniustus, vt delinquat in semetipso: non est timor Dei ante oculos eius.* id est, ideo omni peccatorum cæno se fædat, quia timorem Dei abiicit. Consonat illud Genes. 4. *Omnis igitur qui inuenerit me occidet me. Dixitque ei Dominus: nequaquam ita fiet, &c.* Non tam penam remouens vitam indulget Deus Caimo, sed quasi grauius puniens, remorsus enim conscientie, quo pungebatur, omni morte grauior est. Addit verba Dauid Psalm. 50. *Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper.* Id est, etiam si reliqua omnia abessent, satis tamen pœnarum dedi, dum conscientie remorsus passus sum, quapropter rogo Deus, vt me à peccatis absoluas. Adducit etiam illud Prouerb. 8. *Iustus in principio sermonis accusator est sui.* Quæ verba exponit Ambrosius factio illo Danielis 14. 26. qui draconem interfecit offusa oti eius offa ex pilis piceque confecta. *Fecitque massas, & dedit in os draconis, & dirupit eum draco.* Nam cibum illum glutinosum in ventrem traicere draco non potuit, spirationis aditum occlusit, & crepuit. Hoc idem per pœnitentiam facimus, adipem & picem dæmoni serpenti antiquo offerimus, quod cum deuorauerit, rumpitur, & perit. Hoc ergo ait sapiens. *Iustus in principio*

Origen.

2. Num. 28. 1.

Origen.

3.

Origen.

4. Prou. 18. 17.

16. 20.

11. 34.

Ambros.

5.

Psalm. 35. 1.

Genes. 4. 14.

Psalm. 50. 5.

Prou. 8. 17.

Dan. 14. 26.

sermonis accusator est sui. Id est, oblata cōfessione vocem dēmoni eripit. loquentem audi Ambrosium de Caitno. *Acceperat sūnum ne aliquis occideret, non ut vita suauitate fruereetur, sed ne mors auferret arumnā, ut percussorem suum quōtidie timendo pateretur. Mernerat quidem ut percussor inhiberetur, sed sine vlla in-termissione, ipse sibi sanus carnis fex, ipse percussor. Quae poena maior, quam timere, quod vitare non possis, nec quod timueris euadere. Vnde Dauid exprimens cōn-ventionem grauissimam conscientia peccatricis ait. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper, offunditur enim nobis vltix nostri imago peccati, nec quietum reum esse permittit inferens miseram seruitutem. Et infra: sed iustus nouit, quem- admodum peccatorum suorum vixicula dissoluat, neque expectat accusatorem, sed praecinit, ut confitendo suum allenet omne delictum, ne habeat quod aduersarius crimi- netur. Ideoque tibi scriptura dicit: iustus in principio sermonis accusator est sui, vocem enim eripit aduersario, & quasi dentes quosdam paratos ad praedam criminatio- nis infesta peccatorum suorum confessione constringit.*

6.

Ierem. 31. 15.

Ambrosius in Psal. 37. de his qui poenitent ex- ponit verba illa Ieremiae 31. *Vox in Rhama audita est, ploratus, & ululatus multus: Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt. In primis notat verba illa, & noluit consolari. Praemiserat, ploratus, & ululatus multus. Qui poenitet, multum doleat de peccatis commissis, si vero modum, & mensuram huius doloris quaeras, eam tradunt verba, quae subdit, scilicet. Et noluit consolari. Id est, in tantum quis lugere debet praeterita peccata, ut nullam prorsus super hac re consolationem admittat. Sed proprius ad rem nostram notat verba illa. Et noluit consolari, quia non sunt. Vide pulchram verborum expositionem. Noluit consolari. Id est, non eguit vlla consolatione, quia enim multo gaudio, & laetitia perfundeatur, consolari non habuit necesse. Sed vnde tanta laetitia? Quia non sunt. Id est, quia in alterum hominem mutatus est, quia peccatorem exiit, quia ille, qui prior homo erat, perijt, & nouus homo per poenitentiam surrexit. Adiungit, & alteram expositionem Ambrosius, noluit consolari. In tanto squallore, matoreque iacuit, ut nec tantillum quidem sibi otij fecerit ad respirandum, aut dolorem tantisper deposuerit, sed vnde maror tantus? Quia non sunt. Scilicet quia filij eius in pec- catis iacent, hoc enim est non esse, nam peccator vere non est. Ergo qui peccatis immersus est, omni gaudio, laetitiaque priuatur, neque nisi per poeni- tentiam laetitia locum patere non potest. Si autem (ait Ambrosius) iam baptizatus errasti, mitte aquam lacrymarum, non mendacem sed veram, ut de profundo clames ad Dominum Deum tuum, ut dicatur de te. Vox in Rhama audita est, fletus, & ululatus multus: Ra- chel plorans filios suos, & noluit consolari, quod non sunt. Rachel Ecclesia est in qua benedicatur plebs Dei, ipsa pro te fleat, ipsa tua peccata deplorat, & fleat multum, ut consolationem facile non admittat, quemadmodum qui plurimum dolent. Ideo consolari se noluit, quia qui eras esse dististi. Addit subinde posteriorem exposi- tionem his verbis. Aut fortasse consolari se noluit Rachel in filijs Iudeorum, quia non sunt, quos vtiq; ideo ge- nuerat, ut essent.*

7.

Lucā 7. 17.

Lucā 7. Propter quod dico tibi. Remittuntur ei pec- cata multa quoniam dilexit multum, cui autem minus dimittitur, minus diligit. Quorum verborum hic est sensus iuxta Ambrosium in Psal. 37. frequenter accidit, ut is cui per poenitentiam peccata donata sunt, maiori flagret erga Deum amore, quam is, qui innocentiam seruauit: & quo plura peccata ei re-

missa sunt, eo maiori charitate erga Deum exāstuet. Quod videre est in Magdalena, de qua Christus contra Pharisaeum his verbis agebat in Petro, & Paulo, & Thoma, sexcentisque aliis, quibus casus ipsi maiorem poenitentiam addiderunt, eoque velocius surrexerunt, quo grauius ceciderant. Ergo sapius poenitentia in amplioris sanctitatis gradum hominem euehit, quam ante lapsum fuerat. Cui *plus dimittitur (ait Ambrosius) plus diligit. Vnde saepe videmus aliquos, qui ante negligentes fuerant Christiani, peccato aliquo commisso fieri diligentiores & ex illo per poenitentiam euadere solere perfectos.*

Genes. 48. *Do tibi partem vnā extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo.* Hæc est Sichen, quam sensu morali poenitentiam appellat Philo lib. 2. Allegoriarum. Hanc arcu, & gladio, sibi vendicat Iacob, quia multa vi peccatores contra crimina debent obniti. Ergo poeni- tens non modo æqualem portionem ex paterna hæreditate, cum innocentibus fratribus sibi promittat, sed duplicem partem sibi vendicit. *Elque hæc poenitentia es his omne porado.* Audi verba Philonis. *Capit autem Iacob Sychima, non à Deo, sed arcu gladio- que suo verbis vim secandi repugnandique habentibus.*

Extollit inferendi arbores artem lib. 5. Exam- ron Basilius, cuius ea est vis, ut arborum naturas mutet, & amputando, secando, inferendo in me- liores vertat. Quod ideo factum credit, ut mores nostros aptos naturæ instruat. Nemo desperet, etiam si luxuriantem animum suum viderit, ser- pentem, syluescentem, sed per poenitentiam virtu- tum furculos inferat, fructuosumque reddat. *Iam vero (ait Basilius) deruncatas nonnulli pinos aut incen- sas, vastatæque flammis in quercetia obseruarunt veri. Sunt & quarum sua natura vitium agricola cura diligen- tiaque deponere aut extrudere nouimus, ut punicas aci- das, amygdalæque amaras. Cum enim in ima parte radi- dici propinqua stipiti perforata cuneum ex pino pinguem per medium adactum medullam susceperint saporis, tum fastidio gratum in usum mutato dulcescunt. Nemo igitur in vitio constitutus homo de se ipso desperare debet, haud nescius agriculturam stirpium qualitatem mutare.*

1. Thesalon. 5. 16. *Semper gaudete, sine intermis- sione orate.* His verbis opponit Basilius homil. 4. verba eiusdem Apostoli, quæ nos docent, & nostra, & aliorum peccata deslere, qua ergo ratione sem- per nobis gaudendum est, quibus sapius lacrymas fundere idem Apostolus docet? Nonne hæc sibi contraria sunt? Imo vero sibi maximè cohærent. Oportet enim, quandoque per poenitentiam pec- cata deslere, sed illi, qui hac ratione afficiuntur, matorem abiiciunt, gaudioque perfunduntur. Ergo flere iubetur, & laetitiam retinere, quia lætiores lacrymæ poenitentium, quam gaudium eorum, qui soluuntur in risum. *Item (ait Basilius) & qui vltro- neo more se afficiunt ob peccata proximorum, haud qua- quam per id laetitiam immittunt suam, verius eam inter- iorem, & cumulatiorem reddunt, ut qui per sui mereat- tur Domini sui gaudio ob lacrymas in gratiam fratrum offusas. Quocirca Beati, qui sicut, & beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* Desumit Basilius hæc verba ex cap. 5. Matth. quibus Dominus dicit, eos, qui ob peccata deslent, non modo laetitiam non abiicere verum cumulare. Vnde addit Basilius. *Apostolus igitur, ut cum sletibus & ipsi sletamus per- mittit, sed huiusmodi lachrymæ, sunt fenus quoddam & semen, quibus æternum illud gaudium increfcit. Merito appellat Basilius poenitentiam semen, & fenus ad æternum gaudium, siue quia ex his nostris lachry- mis celicolis laetitia increfcit, siue quia nobis ipsis per*

Ambros.

Ambros.

8. Gen. 48. 11.

Philo.

9.

Basilius.

10.

1. Thes. 5.

Ambros.

Basilius.

Ambros.

Matth. 5.

Basilius.

per

per lachrymas regia caelestis panditur. Vnde lachrymae sunt semen praesentis, & futurae laetitiae iuxta illud Psal. *Euntes ibant & stebant mittentes semina sua: venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos.*

Matth. 18. 19. *Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quaecumque petierint fiet illis à patre meo.* Quærit Basilius interrogat. 261. in regulis brevioribus, qui sunt isti duo, quorum consensum Deus requirit, & eorum votis annuit ad nutum? Dubio respondet Basilius, hoc intelligendum esse de eo qui per poenitentiam animum suum expiat, qui si per omnia confessario suo paruerit, quaecumque volet à Deo consequetur. En tibi magnum, quod poenitentia nobis affert bonum, vt eum nobis propitium reddat. Hunc sensum probat Basilius ex contextu Matth. qui eodem capite multa de poenitentia præmiserat: *Quaecumque ligaueritis super terram, erunt ligata in caelo, &c.* Et subdit, iterum dico vobis, &c. Illud autem (ait Basilius) si duo ex vobis consenserint, quid sibi velit aperta series ipsa loci declarat, ibi enim agitur de eo, qui verbis corrigit eum, qui peccauit, & qui corripitur, quod videlicet cum Deus non velit mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat, sic qui corripitur sit, animo indoluerit, & in idem propositum venerit cum eo, vnde corripitur, de omni re, hoc est, de omni peccato, si relaxationem petierint, dabitur eis à clementissimo Deo.

Genes. 1. 24. *Dixitque Deus, producat terra animam viuentem in genere suo iumenta, & reptilia, & bestias terra secundum species suas.* En tibi quæ speciatim iubeantur terræ producere, nempe iumenta, quæ scilicet opem afferunt hominibus, & ad terram excolendam iuuant: insuper reptilia, quæ multum hominibus nocumentum inferunt, & bestias terræ, quæ efferae sunt & hominibus nocent. Ergo duo simul terra producit, & quod hominibus iucundum est, & quod nociuum. Hoc ad rem morale traducit Rupertus lib. 1. in Genes. cap. 55. nempe eadem peccant quæ per reptilia, & feras significantur & multum hominibus nocent, dum fiunt: si per poenitentiam deleantur, naturam mutant, in iumenta abeunt, hominibus inferuiunt, & ad animum excolendum satis vtilia sunt. *Et nota diligenter* (ait Rupertus) *prauidiciorum Dei inuestigabilium prouidentiam, ab vna namque specie, id est, à reptili homo seductus est. Ab vna, id est, à bestiis terra, iuste peccator idem infestatur: ab vna, id est, à iuramentis eiusdem miseri hominis debilitas misericordia Dei resouente iuuatur. Dicuntur enim iumenta, quod sint quadam hominis adiumenta. Reptilia vero repentia. Bestiæ, quasi festiæ, per antiphrasim, quod sint infesta.*

Insuper peccatum homini tenebras offundit, poenitentia hominem à tenebris in lucem vindicat. Hoc notat Rupertus lib. 3. de Trinit. cap. 9. ad illa verba Genes. 3. *Abcondit se Adam, & vxor eius à facie Domini Dei in medio ligni paradisi.* Sub vmbra scilicet eiusdem arboris, de cuius fructu decerpserant, delitescunt peccatores, quia peccatum quodcumque homo commiserit, & tenebras effundit. Hic inferenda verba Domini apud Iob. 40. 16. *Sub vmbra dormit in secreto calami, id est, eum, quem ad peccatum attrahit in tenebris cogit delitescere. Nec modo tenebras offundit, verum & morbos in animum inducit, videlicet vt illi, qui in locis humentibus degunt, morbos, & ægritudines passim contrahunt, non aliter ille qui peccat in multas animi ægritudines incidit. Et recte* (ait Rupertus,) *quisquis in eo vitio dicitur absconditur, quo delectatus per confessionis ianuam nusquam egreditur, cubante cum illo deceptore suo diabolo: sicut ad beatum Iob loquitur Dominus*

quia sub vmbra dormit in secreto calami, in locis humentibus. Adam igitur, & vxor eius absconderunt se in medio ligni paradisi, quia videlicet vsurpationem ligni, quod erat in medio paradisi, maluerunt apud se continere, quam Domino Deo confiteri.

Genes. 3. Gladium flammeum, atque versatilem Deus ponit ad ianuam paradisi, qui optime poenitentiam significat, per quam tantummodo aditus ad paradysum patet. Hæc quidem gladius flammeus est, atque versatilis, flammeus quidem, quia vim vrendi habet, & versatilis, quia facile in alterutram partem, id est, in misericordiam abit. Nemo ergo putet difficile sibi fore de peccatis poenitere, flammeus quidem gladius est, sed versatilis, & qui facile in misericordiam declinat, & dum in alteram partem vertitur, viam hominibus, & ingressum in paradysum expeditum ostendit. Hoc ex Ruperto dixerim lib. 3. in Genes. capite 32. his verbis, & hic

ira grandis necessaria nobis misericordia societatem non reliquit. Ira namque iusti Dei est, quod ante paradysum, flammeum gladium collocauit, misericordie vero, quod eundem gladium versatilem esse voluit. Gladius versatilis sententia est diuini iudicij, qua talis est, vt possit versari, id est, vt non semper eadem distinctione hominibus claudat ianuam paradisi.

Defuncta Sara emit Abraham speluncam duplicem & agrum ab Ephron pro vxoris sepultura. Conuentione autem facta, & data pecunia venerat ager ille Ephronis in potestatem Abrahami, quod his verbis scribit Moyses Genes. 23. 14. *Confirmatusque est ager quondam Ephronis, in quo erat spelunca duplex.* Horum verborum altior sensus nobis fauet exponente Ruperto lib. 6. in Genes. cap. 37. Ephron enim est puluis inutilis iuxta nominis significationem, qua appellatione apprime peccator adumbratur, qui puluis inutilis est. Omnes homines frequenter in Scriptura puluis dicimur, qui ex puluere sumus efformati. Verum peccatores sunt puluis inutilis, quia ad nihil omnino deseruiunt: iusti vero & pij homines puluis vtilis. Ergo Ephron hic, id est, puluis inutilis agrum vendit, sed in ipsa venditione confirmatur, quia cum peccator per poenitentiam ad virtutem transeat confirmatur, firmamentum accipit, & stabilitatem. Ne ergo peccator diffidat posse se peccatorum molem deponere, imo vero hoc se facile perfecturum speret: confirmauit enim Deus puluerem, & contra flatuum vim firmum reddidit. *Ager namque* (ait Rupertus) *Ephronis cum spelunca duplici Ephronis inquam, quod interpretatur puluis inutilis peccatores significat, tam anterioris, quam exterioris populi, qui prius erant sicut puluis, quem proicit ventus a facie terra: sed confirmati sunt rore Spiritus sancti iuxta Prophetam dicentem: emitte spiritum tuum & creabuntur, & renouabunt faciem terra.*

Gravissima omnium peccatorum lue se infeccerat populus Exod. 32. vitulum adorauerat, fidem abnegauerat, cultum Deo debitum, vilissimæ creaturæ dederat, & tamen in tanti peccati remedium nihil aliud fecisse Moysen legimus quam vitulum ipsum conterere, & aquæ immergere, ex eoque potum filii Israël præbere, quo profecto significauit eam esse vim poenitentiae, vt etiam gravissima crimina, scilicet idololatriam possit facile delere, non aliter ac si quis parum aquæ bibat. Hoc ex Ruperto dixerim lib. 4. in Exodum capite 26. his verbis. *Ceterum iuxta anagogem, idem de hoc factum, quod & de illo dicto Prophetico sentient: tu confregisti capita draconis, dedisti eum escam populis Aethyopum. Capita namque draconis, siue vituli, per quod diaboli cultum licet intelligi: ecce Deus Moysi confregit: atque in puluerem redactum*

ductum populo suo in potum dedit: quia eos, qui ex parte vel regno erant diaboli per poenitentiam contractos, & in puluerem humilis conscientia redactos, Ecclesia sua per Baptismi aquam incorporauit. Ergo de hac contractione vituli exponit Rupertus illud Pſal. *Tu confregisti capita draconum.* Lapsus memoria cuiquam videbitur Dauid, qui draconem appellat eum, quem aperte Moyses testatur fuisse vitulum. Verum hoc pro nostro, instituto facit, dum Dauid eum draconem appellat, qui vere vitulus fuit, vt varias dæmonis artes exponat, quandoque enim instar tauri cornibus homines impetit, quandoque autem instar draconis per dolos, & fraudes nos aggreditur, ergo siue peccata commiserimus fraude circumuenti, siue per summam impudentiam facile ea per poenitentiam exuere possumus.

Pſal. 73. 13.

VERS. 33. Pro iustitia agonizare pro anima tua, & vsque ad mortem certa pro iustitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos.

1. Docuit in superioribus non obſtendum principibus, & potentioribus viris, vt crimen admissum celemus: nunc autem ait pro iustitia, & pietate esse pugnandum cum illis. *Pro iustitia agonizare pro anima tua.* Iustitiæ, & virtutis defendendæ causa bellum cum quouis suscipe. *Pro anima tua.* Hoc si feceris vitæ tuæ bonoque consules. *Et vsque ad mortem certa pro iustitia.* Et pro iustitia si necesse fuerit mortem oppetere non dubites. *Et Deus expugnabit pro te inimicos tuos.* Quod si id facere in animum induxeris Deus inimicos tuos euertet, funditusque debilit.

2. Græca tantum habent: *Usque ad mortem certa pro veritate: & Deus expugnabit pro te inimicos tuos.* Ergo duplex illa sententia latina, nempe: *Pro iustitia agonizare.* Et altera: & vsque ad mortem certa pro iustitia, Græcam lectionem exponunt, nempe vsque ad mortem certa pro veritate. Autumat Iansenius ex diuersis translationibus vtrâque sententiam in textum irrepsisse. Quidam enim verbum Græcum agonizo reliquerunt in latina translatione: alij vero eius verbi vim per verbum certo latinum expresse- runt, ex quibus nostra lectio coaluit. Et sanè verbum Græcum agonizo, quod nos ter vulgatus non vertit, sed latinum fecit, idem est, quod verbum latinum certo.

3. *Pro iustitia agonizare.* nos concerta, pugna. Paulus de Palacio, id est, si silentium tuum in iustitiæ periculum, aut damnum cedit, tunc in agoniam mortis te conice, id est, vsque ad mortem pro pietate decerta. Verum tamen verbum Græcum agonizo non significat mortis periculo se obicere, sed vt cumque concertare.

4. *Pro anima tua.* Id est, ne dixeris. Quid mea refert, si iustitia causa cadat, cum enim iustitia periclitatur, res tua agitur. Hugo Cardinalis, pro anima tua, id est, ex hoc certamine magnum animæ tuæ emolumentum acquiris, & tibi comparas.

5. *Et Deus expugnabit pro te inimicos tuos.* Lyra spirituales semper, corporales frequenter.

VERS. 34. Noli citatus esse in lingua tua: & inutilis, & remissus in operibus tuis.

1. *Noli citatus esse in lingua tua.* Id est, ne citius, quam par est, verba proferas. *Et inutilis, & remissus in operibus tuis: & tardus in operando.*

2. *Noli citatus esse.* Nonnulli existimant hoc versu carpi genus quoddam hominum qui multa pro-

mittunt; promissa vero nunquam, aut tarde, aut non integre adimplent. Ergo sensus est. Caue velox, & facilis sis ad promittendum, ad implendum vero promissa inutilis, & remissus, nihil agens, aut remisse. Alij vero de illis dictum existimant, qui multa, & difficilia alios docent, vel imperant, ipsi vero nihil eorum executioni mandant. Vt quondam Iudæis obiecit Christus Dominus quod populi humeris graues sarcinas imponerent, cum digito suo eas tangere nollent. Editio complutensis nouum sensum indicat. Habet enim: *Ne sis audax, & iactabundus & inutilis, & remissus in operibus tuis.* Dictum contra milites gloriosos, & blaterones, qui multa præclare in bello gesta garrunt, magna cum animi fortitudine, & vitæ periculo: cum tamen imbelles sint, & timidi. Quos nos vocamus *sanfarrones.* Dionysius Carthusianus priorem partem ita exponit: noli citatus esse in lingua tua. Id est, præceptum, & inconsideratus ad loquendum. Ergo iuxta hunc authorem multiloquium his verbis carpitur. Non contemnenda expositio, nisi posterior pars repugnaret, scilicet: *Et inutilis, & remissus in operibus tuis:* quæ aperte opera verbi exponit. Lyra ad iudices sententiam refert hoc modo: *Noli citatus esse in lingua tua. Id est, præceptum in proferendo sententiam. Et remissus in operibus tuis. Id est, in exequendo sententiam iuste latam.* Oporteret enim iudices diutius de ferenda sententia consulere, latam vero cito executioni mandare. Ego autem existimo generale esse præceptum, vt scilicet verbis facta respondeant, prohiberique illo velocitatem ad loquendum, & remissionem ad bene operandum. Fauet Tigurina: *Ne lingua tua confidens sis, nec rursus in operibus tuis segnis, aut remissus.* Id est, ne omnia linguæ committas, sed potius operibus fide. Et sane facilitati in promittendo respondere solet difficultas in adimplendo.

Lyra.

ETHOLOGIA LVII.

Qui ad populum orationem habet, crimina insectari non formidet.

Pro iustitia agonizare, &c. Obſtendum docet hic versus potentioribus dum aliquid iniuste moliantur, & pro iustitia, & veritate suscipiendam causam, quod præcipue competit eis, qui pro suggestu ad populum loquuntur, quorum præcipuum munus est vitia insectari, & perditos mores carpere. Ergo hos dicta nostra confirmant, ne potentiorum supercilium vereantur, neue eorum audaciam, aut minas formident. Genes. 49. 12. his verbis benedicit moriturus Iacob filium suum Iudam, ex quo Christus Dominus originem traxit: *Pulchriores sunt oculi eius vino.* Per oculos prædicatores exponit Origenes homil. 16. in Exodum: hi ergo vino comparantur. *Pulchriores oculi eius vino:* Origenes legit *gratifici oculi eius a vino.* Id est, dum concionatores vinum imitantur, & vulnera mordent, à populo gratiam captant. Parcunt enim quandoque concionatores à reprehensione, veriti ne auditores offendantur, & populi frequentiam ad conciones confluentem imminuant, hos arguit sanctus Patriarcha his verbis. *Gratifici oculi eius a vino.* Id est, adeo non gratiam auditorum perdet, qui pessimos mores insectatur, vt potius hac ratione vel maxime auram populi aucupetur. Neque enim minus gratus fuit Samaritanus ille saucio, dum vinum infudit, quod mordendo lauat, quam dum oleum, quod mollit. *Sic erunt (ait Origenes) oculi Christi, qui scientia* Origenes
lumen

1.

Gen. 49. 12.

Origenes
lumen

lumen vniuerso corpori præstant, sicut in Euangelio scriptum est: lucerna corporis tui est oculus tuus. Gratifici ergo sunt oculi isti: sermo enim scientiæ sale conditus est, ut det gratiam audientibus. Non ergo hoc solum gratificus dicitur, quia scientia sermonem ministrat, sed quod habet in se gratiam facit. Gratifici ergo sunt oculi eius à vino, quia nihil est aquatum in verbo scientiæ, nihil fluidum, nihil frigidum, sed vinum quod latificat cor hominis, & quod infunditur vulneribus illius, qui incidit in latrones, quo scilicet audientium vulnera peccatorum non solum olei lenitate mitigentur, verum etiam vini austeritate purgentur. Et quis est, inquit, Apostolus, qui me latificet, nisi qui contristatur ex me. Expendenda verba illa Origenis. Sermo enim scientiæ sale conditus est. Ac si dicat, meminertis Christum Dominum Matth. 5. Apostolos, & concionatores cum sale comparasse. Vos estis sal terræ. Tam enim sal ingratus nõ est ob austeritatem, & mordacitatem, ut ob hoc maxime expetatur. Ergo tu, cuius curæ commissum est, populi crimina carpere, instar salis morde, ob hoc enim vnum vel maxime populum in conciones atrahes. Item addit verba Pauli 2. Corinth. 2. 2. Quis est, qui me latificet, nisi qui contristatur ex me. Adeo enim non me perosum habet ille cuius peccata pro suggestu carpsi, ut ille mihi plausus cieat.

Numero. 22. Conducturus mercede Balac misit nuncios ad Balaam, ut malediceret populum, à quo excidium sibi impendebat, qui nuncios respondit. Si dederit mihi Balac plenam domum suam argento & auro non potero immutare verbum Domini, ut plus, vel minus loquar. Quod item repetit cap. 24. 12. Expendo cum Origene homil. 9. in Numeros verbum illud non potero, quod vbique repetit Balaam. Ad impossibilitatem recurrit, nec suæ esse potestatis dicit, quod aliter loquatur, quam Deus dederit, quantumcumque eius dicta pungant, quamquam Regem excrucient. Sciens Balaam (ait Origenes) quod non sibi per ministros solitos responsa deferrentur, sed à Deo, qui haberet omnium potestatem, recte videtur pro testatus, non se posse verbum Dei transgredi, & facere vnum pusillum, aut magnum, apud semetipsum. Non enim ille loquebatur ei, qui possit sacrificijs, & muneribus permutari, sed ille erat, apud quem non est transmutatio, nec commutationis umbra, & ideo non potest sacerdos mercedibus mutari, ubi Deus muneribus non mouetur. Verba illa apud quem non est transmutatio habes apud Iacobum 1. 17. Omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est descendens à patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. A sole tracta metaphora est. Exoriens sol vniuersum orbem luce perlustrat, nihil relictum nihil celatum oculis nostris relinquit: cum vero sol occidit omnia tenebris obducta delitefcunt: at vero Deus, ait Iacobus, sol quidem est, vniuersa luce sua perlustrans, nec tamen vnquam occidit, nec tenebrarum inuolucris nos obduci patitur, quem imitari debent prædicatores, & nihil silentio prætermittit, sed vitia carpere, cuiuscumque illa sint, etiam potentiorum virorum. Forte hoc idem de Apostolis, & Apostolicis concionatoribus Christus Dominus inclamat Matth. 5. Vos estis sal terræ. Id est, vos instar salis mordere debetis, & eos qui pessum eunt, & in ruinam vergunt austeritate siccare ne luxurient. Nec hoc semel fecisse sat est, sed semper exequi debetis. Vos estis lux mundi. Non vos cum nocte lux deficiat, sed semper solis instar numquam deficientis mundum luce aspergite, nec vnquam tenebras esse patiamini.

Matthæi 12. Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Pro suggestu concionem habens Christus Do-

minus matrem, & cognatos ignorare videtur, quia cum quis Euangelici concionatoris personam sustinet, nullum prorsus agnoscere debet, sed ea quæ vtilia futura nouerit auditorum auribus instillare. Eos tantum sibi conjunctos agnoscat, qui concionibus interfunt & ea quæ audiunt operibus mandent. Ut possit eum Domino dicere. Quicumque fecerit voluntatem patris mei, ipse meus frater, & soror, & mater est, hoc ex Ambrosio dixerim lib. de fug. sæcu. cap. 2. eius verba audi. Fugitans igitur est suorum sacri altaris eius minister, unde Dominus quasi Princeps sacerdotum formam Lenitis in Euangelio dans hoc dixit: quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Id est, non agnosco matrem, nec recognosco fratres, ignoro proximos. mater mea, & fratres mei sunt qui audiunt verbum Dei, & faciunt, solum ergo verbum Dei nouit minister, cum eos nouit in quibus operatur verbum Dei. Semper Christus Dominus parentes, & cognatos reuerenter accepit, cum vero personam concionatoris induit videtur non agnoscere, ut nos doceat in concionibus nullius personam accipere.

Ambrosius sermon. 85. apte concionatores cum apibus componit. Hæ enim aculeum exerunt, & compungunt ad se accedentes. Non aliter prædicatores vitia auditorum carpant, & peccatores pungant, etiamsi hoc in malum illis cedat, ut apes quæ pungendo vitam perdunt cum aculeo, de quibus virgilius Georg. 4.

Et spicula caca relinquunt.

Affixa in venis, animasque in vulnere ponunt.

Non aliter concionatoribus verbi Dei increpatio pro vita est, nec aliter spiritualem vitam ducere possunt, quam peccata verbis insectando. Omnia fere animalia armantur à natura, nec tamen se vindicando vitam perdunt præter vnã apem, quam parui pendit dum mel à furibus tutetur, & concionator, parui pendat vitam, dum modo peccantibus se opponat. Recte comparantur apibus (ait Ambrosius) sacerdotes, quia sicut apes castitatem corporis præferunt, cibum vitæ cælestis exhibent, aculeum legis exerunt. Puri enim ad sanctificationem, suaves ad refectionem, securi ad ultionem.

Deuteronom. 24. 6. Non accipies loco pignoris inferiorem, & superiorem molam qui animam suam opposuit tibi. Hos, qui molunt concionatores adumbrare docuit Ambrosius lib. de Tob. cap. 21. ab iis ergo mola non auferenda loco pignoris. Hoc est, non auferenda potestas, ut molere possint. Qui ergo vim infert concionatoribus, aut metum incutit ne libere loquantur, & vitia carpant, hi sunt qui molam auferunt. Insuper concionatori non licet molam oppignorare, id est, non licet concionatori à verbo Dei cessare, nec quemquam in carpando vitia timere. Hoc vide (ait Ambrosius) ne dum pecuniam petis molam tuam obliges, aut lapidem super molam, mola enim est, qua simlago conficitur, qua molit simlagine, vna mulier, qua assumitur, & altera relinquitur. Fortasse illa assumitur, qua semper molit verbum Dei, ut habet simlagine, & spiritualem facit farinam, expurgate vetus fermentum, ut sitis noua conspersio. Custodit molam suam, interpretatur scripturas, seruat lapidem super molam, illa autem relinquitur, que oppignorat molam suam, cum autem aliquid emoluerit perfunctorie oppignorat lapidem, qui est super molam.

Aurenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento. Cantorum 1. Per has murenulas, quæ ornamentum aurium sunt, intelligit Gregorius ibid. verba concionatorum, quæ instar inaurium aures auditorum perforare debent. Non facis sibi esse

Ambros.

4.

Ambros.

5. Deut. 24. 6.

Ambros.

6. Cant. 1. 10.

Matth. 5. 13.

1. Cor. 2. 2.

2.

Num. 11. 18.

Origen.

Matth. 5. 8.

3.

Matth. 12. 48.

patet is, qui ad populum verba facit si auditorum aures demulceat, est enim necesse & etiam vellicet & lancinet. Hoc idem significat nomen illud *vernuculatas*, ut enim vermes ligna, & lanas corrodunt, ita acris oratio concionatoris auditorum animum corrodatur, vulneret, pungat. *Murena piscis est* (ait Gregorius) *qui captus vertitur in semi circulum, ad cuius exemplum fit inauris, qua murenuola dicitur, qua auribus inheret, & eos penetrat.*

Gregor.

7.

Lucæ 10.4.

Lucæ 10. Multis instruit Christus Dominus Apostolos, dum eos ad prædicandum mittit, ex his autem Gregorius homil. 17. in Evangelia ad rem præsentem inflectit illud. *Et neminem per viam salutaueritis.* Hoc præceptum nisi ad mores referas inurbanitatis quid, & rusticitatis videtur continere. Quid enim inurbanum magis, quam tacitum pertranfire eum, qui tibi in via occurrit? Sed salutationem hoc loco in malam partem accipit Gregorius, scilicet pro verbis adulationem continentibus, hæc autem omnino dedecet verbi Dei ministros. Illud etiam expende *in via*, non prohibet salutationes, sed eam quæ fit in via. Cum alicuius domum ingressi, eum saluere iubemus, alicuius rei causa id facere videmur, cum vero in via, nulla alia ratione, nisi vt eius gratiam captemus. Ergo hoc præcipue Christus cauet ne in via concionatores salutent. Id est, ne in concionibus auram popularem captent, sed vitia liberius insectentur. *Et neminem* (ait Gregorius) *per viam salutaueritis, omnis enim qui salutatur in via ex occasione salutatur itineris, non studio optanda eius salutis, qui igitur non amore æterna patria, sed præmio ambitu salutem audientibus prædicat, quasi ex itinere salutatur, quia ex occasione, & non ex intentione salutem audientibus exoptat.*

8.

1. Reg. 2.29.

1. Reg. 2.29. *Quare calce abiicistis victimam meam.* Filij Heli peccauerant, & patrem simul cum filiis in supplicio euoluit, & de vtrisque conqueritur Deus, id est, non filij tui deterrebant Hebræos à sacrificiis, & deturbabant sacrificia, fæminasque violabant, verum & tu, ô Heli: cum tamen ipse nihil horum gessisset, ad eum tamen crimen suppliciumque deuoluitur, qui negligens fuerat in increpando filios, & concionatori peccata populi imputabuntur, nisi ea carpat, huius sententiæ author est Gregorius in hunc locum. *Notandum vero est* (ait Gregorius) *quia plurali numero dicit: calce abiicistis victimam meam, ut non tantum ad Heli, quod dicit, sed ad filios etiam pertinere videatur.*

Gregor.

9.

Genes 40.9.

Genes 40. vtriusque serui Pharaonis somnum interpretatur Ioseph, & alterum in crucem agendum prædicat, alterum in pristinam dignitatem reuocandum. Quo ostendit vera esse quæ præmiserat. *Numquid non Dei est interpretatio?* Nam quæ ex Deo est interpretatio, non semper læta prædicat, non semper faulta promittit, sed quandoque tristitia, quandoque amara. Imo etiam aduertit, nec multam gratiam habuisse Iosephum Pharaonis pincernam, quod faulta prædixisset: neque illi iratum pistorum magistrum, quod ei tristitia cecinerit. Non ergo credat concionator, inuidiam se auditorum subiturum, si acrius pungat, neque gratiam aucupaturum, si aures demulceat, sed hoc vno gratiam Dei & hominum venabitur, si peccatores carpat, pios viros laudet. Hæc ex Chrysofomo desumpti homil. 63. in Genes. his verbis. *Adhuc tres dies, & auferet Pharaon caput tuum à te, & suspendet te in ligno, & comedent volucres cæli caput tuum à te. Propter hoc, inquit, prius dicebat, quod non à me ipso vobis prædico, sed quacumque Deum reuelauerit: ut sine bonum aliquid, sine malum præsignet, somniorum visio non mihi adscri-*

batur, non enim de me ipso loquor, sed illa vobis declaro, quacumque superna gratia mihi manifestauerit.

Matth. 2. consulit Herodes scribas, vt Magos doceat locum infantis recens nati, at illi his verbis Regi respondent. *In Bethleem Iuda: sic enim scriptum est per Prophetam, & tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es in Principibus Iuda: ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israël.* Verba quæ citant hoc modo habentur apud Micheam 5. 2. *Et tu Bethleem Ephrata paruulus es in millibus Iuda. Ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israël, & egressus eius ab initio, & à diebus æternitatis.* Hæc vltima verba, & egressus eius, &c. quæ Christi Domini diuinitatem præferunt, & male torquere possent Herodem ipsi adulantes subtruncarunt. Quæ si referrent hominem à nefario crimine deterrent, quis enim adeo esset amens, vt Deum delere, & occidere tentaret? Ergo crimina quæ commisit Herodes Christum ad necem inquirendo, & pueros innocentes occidendo scribis imputanda sunt, qui vt Regi assentarentur, totius tragediæ causa extiterunt. Hoc facto pungit Chrysofomus hom. 7. in Mattheum, concionatores, qui vt auditoribus adulenter lata auribus semper insonant, neque eos à criminibus arcant. *Ipsi quoque* (ait Chrysofomus) *veritatis inimici pro veritate quidem coguntur legere litteras, & prophetiam de Christo nescientibus interpretari. Licet non eam omnino, totam voluerint publicare; cum enim dixisset, quod ex Bethleem processurus esset, qui regeret Israël, in adulationem profecto Regis, vt humana gratia lucrum veritatis damna proficerent. Quid igitur istud erat? Et egressus, inquit, eius à diebus æternitatis ab initio.*

10.

Matth. 2.5.

Michea 5.2.

Chrysol.

11.

Tristitia multa pro suggestu dixerat Christus Dominus Matth. 22. In primis supplicium eius qui vulgari vestitu irrepfit in nuptias, multa de virginitate, de castitate multa præmiserat, & tamen subdit Evangelista num. 33. *Et audientes turbe mirabantur in doctrina eius.* En tibi dum Christus Dominus infausta prædicat, dura minatur, iniucunda canit, extollitur ab audientibus, summis laudibus eius doctrina effertur. Nimirum hæc non terrere solent auditores, non inuidiam concionatori conficere, non à concionibus abstrahere, sed magis plausum mouere solent. Hoc ex Chrysofomo desumpti homil. 25. in Matth. his verbis. *Et factum est cum consummasset Iesus sermones istos, mirabantur turbe super doctrina eius. Certè videtur fuisse consequens, vt quasi de oneribus præceptorum dolerent, ac veluti quodam torpore satisfacerent considerantes præceptorum sublimitatem, nunc autem è contrario, etiam admirantur, & laudant, tanta quippe erat virtus docentis, vt plurimi audientium, quæ dicebantur reciperent, & in admirationem maximam cogebantur.* Lubentes accipiunt auditores verba concionatoris, increpationes, & obiurgationes, præcipue si concionator virtute polleat.

Matt. 22.33.

Chrysol.

12.

Post acceptum Spiritum sanctum Dei magnalia insonantes Apostoli in publicum se dederunt, quos insanos aut vino madentes populus appellabat, at vero Petrus, reliquique Apostoli liberius crimen depulerunt, & accusantes inculsarunt. Hoc enim signo apertè ostenderunt, sibi illapsum Spiritum sanctum, qui libere carpere vitia docet. Sicut olim in domo Pontificis à se recessisse Spiritum sanctum Petrus ostendit dum timet vera fateri. Hoc Chrysofomus notauit homil. 40. in Acta his verbis. *Extulit, inquit, vocem suam: hoc est multa cum fiducia loquebatur, id autem faciunt, vt qui cognosceret spiritus esse gratiam, cum his qui vilis puella non tulerat perconationem, in medio populi, cunctis vociferantibus, tanta*

Chrysol.

vanta cum fiducia dixerat, ut hoc non dubitatum esset resurrectionis argumentum. Nomen illud resurrectionis apud Chrysostr. ad Christi resurrectionem referri potest, qui libere vitia populi infectatur dominice resurrectionis fidus testis est, nam qui vitat pro veritate ceterum resurrectionem se sperare docet. Sed melius nomen illud resurrectionis ad Petri resurrectionem referri potest. Hoc vno argumento ostendit Petrus vel maxime a peccato respicisse, quia libere vitia carpit. Quod ad concionatores referendum est.

13. *Post occisum Ananiam, & Saphiram subdit Lucas Actorum 5. 11. Et factus est timor magnus in vniuersa Ecclesia. Sed quid inde? Quis non crederet multos ob duritiam Petri, & illatam mortem a fide, quam acceperant, recessuros. Sed contra factum est Subdit enim Lucas. Magis autem augebatur, credentium in Dominum multitudo virorum, ac mulierum. Scilicet ob inflicta supplicia, & duriores increpationes non detrimentum accipit res Christiana, sed emolumentum. Imo vero concionator ipse dum durius agit cum peccatoribus, & gratiam apud homines aucupatur, & apud Deum, ut Petro accidit, de quo subdit Lucas: Ita ut in plateas eijceret infirmos, & ponerent in lectulis grabatis, ut veniente Petro saltem umbra illius obumbraret quemquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus suis. Tunc scilicet Petro gratia creuit sanitarum, cum impios deleuit. Hoc dixerim ex Chrysostr. homil. 12. in Acta his verbis. Postquam factus est timor maiora signa fecerunt, & qua fecerunt audi: per manus autem Apostolorum fiebant signa, & prodigia in populo multa. Et erant vniuersim omnes in porticu Salomonis. Aliorum autem nullus audebat illis adherere, sed magnificabat illos populus. Merito enim Petrus erat iam terribilis, puniens, & qua in mente erant radarguens, cui & magis adhaeserant.*

14. *Actor. 20. 18. Multis verbis, & lachrymis recenset Paulus praedicationem suam, & quam libere omnia sit eloquutus: Et tentationibus, qua mihi acciderunt ex insidijs Iudaeorum, quomodo nihil subtraxerim vilius, quo minus annuntiarem vobis, & docerem vos, testificans Iudaeis, atque Gentilibus, &c. Expendo cum Chrysostr. homil. 44. in Acta verbum illud testificans. Hoc est libere denuncians, siue illi qui audiunt, me loquentem lubentes excipiant, siue dicta repellant. Hoc enim curare non debet Christianus orator, sed ea quae vera, quae audientibus vtilia sunt, libere intimare. In hunc sensum adducit ibid, Chrysostr. verba illa Deuter. 32. Audite caeli qua loquor. Vel iuxta Chrysostr. Testificor caelum, & terram. Hoc est, quaecumque vera sunt, quaecumque auditoribus vtilia in sono, siue auditores instar caeli mihi fauceant, siue instar terrae lapidibus obruant. Testificans (ait Chrysostr. vobis, ac Graecis. Non vobis solum, sed etiam Graecis. Haec est enim illa dicendi libertas, etiam si nihil profuissent dicere oportet: hoc enim est proprie testificor, quando non attendentibus loquimur. Ita Moyses ait: testificor caelum, & terram.*

15. *Plures ex discipulis a Christo recesserant, quia mysterium corporis, & sanguinis, de quo egerat capere non poterant, ergo occasio videbatur exposcere, ut eo tempore mitius Christus cum Apostolis ageret, ne & illi abirent: contra factum est, nam tunc liberam discedendi facultatem etiam non petentibus Apostolis offert Christus Dominus illis verbis Ioannis 6. 68. Numquid, & vos vultis abire? Cum autem duodecim Apostoli ore Petri respondissent, quod tantos viros decebat, non gratias retulit Christus, nihil iocundum intulit, sed inamena multa in medium protulit: Nonne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est, &c. Numquid ex*

his verbis duriuscule dictis Apostoli a Christi consortio defecerunt? Imo vero firmius adhaeserunt. Domine ad quem ibimus? Quasi non possent ab illo discedere, sed durioribus verbis quasi clavis affixi tenerentur. Ex quo deducit Chrysostr. hom. 46. in Ioannem e re Christiana facturos concionatores, si libera oratione peccantes carpant, his verbis. Quid autem significat, nonne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est? Ut omni assentationis suspitione carcat. Nam cum omnes eum, praeter duodecim reliquissent, & Petrus eum confessus fuisset, ne quis assentationem suspicaretur, eum sic alloquutus est. Quasi dicat, nihil mihi persuadet, ne malos arguam. Nolite putare me laudum vestrarum gratia vobis adulaturum, vel ut me sequamini in malos non reprehensurum. Quod enim multo magis est ad persuadendum id mihi non persuadet, qui autem in amore perfluerit ipse sui amoris praebebit argumentum.

16. *Malachiae 2. 7. Labia enim sacerdotis custodiendi scientiam, & legem requireret ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est. Variis nominibus Deus in scripturis appellatur, cum vero sacerdotibus praesse dicitur, Dominus exercituum non immerito vocatur, ut sacerdotum militum instar mittere, agnoscamus. Scilicet ad bellum inferendum sacerdotes mittit armis & gladio armatos, ut vim peccatoribus inferant. Nec Christiani oratoris sibi nomen arroget, qui semper dulcia insonat, munus enim concionatoris non explet, nisi cum mala cum vitiis conferit. Hoc ex Chrysostr. annotauerim homil. 2. in cap. 1. 2. ad Timotheum. An ignoras quid sit sacerdos? Angelus utique Domini exercituum est. Non ex ipso loquitur, si despicias non illum despicias, sed eum, qui illum ordinavit. Apte Chrysostr. vnus est hoc loco verbo illo ordinavit, quod ex re militari tractum est.*

17. *Psal. 67. Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. Praedicatorum suos Deus canes appellat, quia dentes infigunt, dilacerant, & exuuias obseruant contra fures. Sed obiicit sibi Augustinus ibid. ex quo hanc expositionem hausi verba Isaiae cap. 56. 10. Canes muti non valentes latrare. En tibi qua ratione Deus per probum obiicit Christianis oratoribus, quod canes sint, qua ergo ratione eos Dauid per summam laudem cum canibus confert. Imo vero ex hoc loco vel maxime Augustinus suam sententiam confirmat. Etenim, non obiicit Esaias quod canes sint, imo vero hoc laudandum est in concionatoribus, quod canes imitentur. Id vero Esaias probro dat eiusmodi canibus, scilicet quod cum canes sint, muna tamen canum non obeant, nec ingenium induant, sed sileant non valentes latrare. Hoc etiam in Gedeonis electis militibus expendit idem Augustinus Iudicum 7. Fuit autem numerus eorum, qui manu ad os proyiciente lambuerunt aquas trecenti viri. O Deus, quam pauci sunt, qui instar canum aliena vitia mordeant, in innumera pene multitudine vix trecenti inuenti sunt, qui canes imitentur. Quam rari sunt concionatores, qui vitia carpant.*

18. *Quoniam non utique (ait Augustinus) nec sine magno sacramento Gedeon eos solos iussus est ducere, qui suminis aquas sicut canes lambent, talesque non amplius, quam trecenti in tanta multitudine inuenti sunt, in quo numero crucis signum propter. T. litteram, qua in Graecis numerorum notis trecentum significat. De talibus canibus in alio Psal. dicitur, Conuertentur ad vespem, & famem patientur, ut canes, nam & quidam canes reprehensi sunt a Propheta Esaias, non ideo quod canes essent, sed quia latrare nescirent, & dormire amarent. ubi demonstravit quod utique si vigilarent, & pro domino suo latrarent, laudabiles canes essent, sicut laudabantur isti, de quibus dicitur lingua*

canum tuorum ex inimicis ab ipso. Propheta ex inimicis futuros esse prædixit, per illam scilicet conuersationem, de qua superius loquebantur. Unde ille Psal. conuertentur, inquit, ad uesperam, & famempatientur ut canes. Deinde ueluti querentibus, unde illis tantum bonum, ut canes eius fierent, cuius fuerant inimici, responsum fuit ab eo, sic enim legitur: lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso, ipsius uique dilectionis, ipsius misericordia, ipsius gratia. Duo mihi notanda restant circa hæc uerba Augustini. In primis illud, quod si uigilarent, &c. Quibus uerbis integram sententiam Isaia exponit, scilicet: Speculatores eius cæci omnes, nescierunt uniuersi: canes muti non ualentes latrare, uidentes uana, dormientes, & amantes somnia. Id est, ideo muti nec ualentes latrare, quia amant somnia, id est, quia illi eisdem peccatis inuoluuntur. Vel quia crimina perditorum non uident. Quia enim ratione silentium sibi imperare possent, si hæc agnouissent: Posterius expendo uerba illa Augustini. Unde illis tantum bonum, &c. Quibus uerbis exponit illud Psalmi 67. 24. *Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso.* Id est, cum multis desideris mundus flagraret, quis intestina odia extinguere potuit? Quibus uerbis respondet *lingua canum*, &c. Id est, hoc ideo factum est, quia concionatores instar canum uitii non oblatrabant.

Psal. 67. 24.

18.

Psal. 80. 4.

Psal. 80. *Buccinate in Neomania.* Vel ut legit Augustinus ibid. *tuba canite.* Hoc sine dubio referendum est ad tubas illas argenteas, quibus Dei iussu Hebræi ad festa cogebantur. Mirum sane quod tubis instrumento quidem bellico festa indicerentur. Ad sensum altiore factum refert Augustinus hoc loco. Nempe hæc tubæ uerbi Dei præcones significant, qui classicum sonare tenentur, & bellum ciere, contra impios homines, & peccatores. Sed uide quid Dauid præmiserit: *Exultate Deo adiutori nostro, iubilate Deo Iacob: sumite Psalmum, & date tympanum, Psalterium iucundum cum cithara.* Hæc musica instrumenta ad res lætas adhiberi solent, & ad publica uel domestica gaudia. Scilicet Christianus orator non semper inausulta mustitet, quandoque, & dulcia canat; si uero peccatorum seges increuerit bellum indicat, classicum sonet. Adducit etiam Augustinus in huius rei confirmationem uerba Isaia 58. *Clamare cesses, quasi tuba exalta uocem tuam.* Id est, instar tubæ bellum prædicat, classicum canit, bella cie, ad prælium homines excita. Sed quid in causa est, quod instar militaris instrumenti iubeatur Propheta insonare? Subdit statim. *Et annuncia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum.* Id est, multis peccatis, & criminibus populus scætet, unde tu instar tubæ insona. Cum illis manus confere, & peccata infectare. *Psalterium iucundum* (ait Augustinus) *sed cum cithara.* Hoc alio modo dictum est, quod supra: *Accipite Psalmum, & date tympanum: hic pro Psalmo Psalterium, pro tympano cithara posita est.* Hoc tamen admoniti sumus, ut predicationi uerbi Dei corporalibus respondeamus operibus, tuba canite, hoc est, clarius, & fidentius prædicare. Ne terreamini sicut ait Propheta quodam loco: *exclama, & exalta sicut tuba uocem tuam. Tuba canite initio mensis tube.*

Isa. 58. 1.

19.

Psal. 105. 32.

Psal. 105. *Et irritauerunt eum ad aquas contradictionis: & vexatus est Moyses propter eos, qui exacerbauerunt spiritum eius. Et distinxit in labijs suis.* Hæc uerba, quæ frequenter expositores ad Deum referunt: Augustinus ibid. retulit ad Moysen, hac ratione: si causam quæras ob quam Moyses grauitate apud Deum offenderit cum uirga silicem percussit, ea est referente Scriptura, quod summissa uoce, & trepidanti ad petram sit alloquutus, ut aquam populo funderet. Itaque iuxta Augustinum

hoc unum fuit Moysis crimen, quod non libera uoce sed summissa silici iussa Dei intimauerit. Hoc ergo Deus ægre tulit, & ob hoc Moysen, & Aaron puniuit. Scilicet uerbi Dei prædicatores, qui diuinis iussis lapidea hominum corda emollire iubentur, nisi libera uoce utantur, grauitate peccant, oportet enim eum qui Dei mandata fert, ea liberius insonare nec cuiusquam metu percelli. *Quid est, distinxit* (ait Augustinus) *quasi illud non posset Deus facere, qui tanta iam fecerat, ut aqua de terra proflueret, dubitanter enim terram percussit uirga, & ideo hoc miraculum distinxit à cæteris miraculis, in quibus non dubitauerat.*

August.

20.

Psal. 134.

Psal. 134. *Fulgura in pluuiam fecit.* Id est, ipsa fulgura, & igneos globos in imbres conuertit quibus terra irrigaretur. Augustinus ibid. iuxta sensum mysticum, pungentia uerba concinatorum, & instar fulminum omnia uastantia in rorem, & imbrem, quo audientium animi irrigantur, & fractus uirtutum ferrent, Deus conuertit. Id est, terra ut fructus fundat blando imbri, & infusa pluuia indiget, at uero auditorum animi, ut spirituales fructus proferant, igne rigantur, hoc est durioribus concinatoris uerbis, hæc si desint omnino squallent. *De ipsis autem nubibus* (ait Augustinus) *quid operatur? fulgur in pluuiam fecit, minas ad misericordiam flexit, de terroribus irrigauit. Quando tibi minatur Deus per Prophetam, & per Apostolum, & times, nonne conuulsio terruit te? Sed cum penitendo corrigeris, & agnoscis hoc misericordia fieri, in pluuiam uertitur fulgoris terror.*

August.

Quis posuit in uisceribus hominis sapientiam, aut quis dedit gallo intelligentiam? Hæc inter alia diluenda obicit Deus Iob cap. 38. 36. Quæ aperte pro nobis exponit Gregorius lib. 30. Moral. cap. 7. in hoc uo gallo sapientia commendatur, quod diuerso modo canat sub mediam noctem, & sub auroram, scilicet in media nocte dum alto somno homines stertunt, elata magis uoce insonant, cum uero dies albescit, gracili & summissa magis. Hoc in gallo uigiles concionatores imitentur. Cum peccatores maiori criminum lethargo obruantur, ipse uocem augeat, minetur, fulguret, multa de communi hominum morte, multa de iudicio extremo, de pœnis apud inferos multa inclamet: cum uero ad eos orationem habet qui pietati incumbunt, mitius agat. *Aut quis* (ait Gregorius) *dedit gallo intelligentiam? Habemus uero aliud quod de gallo huius intelligentia considerare debeamus, quia profundioribus horis noctis ualentiores, ac profundiores edere cantus solet, cum uero iam matutinum tempus appropinquat leuiore, & minutiores omnimodo uoces format. In quibus gallo huius intelligentia quid nobis insinuat, considerata predicatorum conditione demonstrat. Qui iniquis adhuc mentibus prædicant, altis, & magnis uocibus æterni iudicii timores intiment: quia uidelicet quasi in profundis noctis tenebris clamant: cum uero iam auditorum suorum cordibus ueritatis lumen adesse cognoscunt, clamoris sui magnitudinem in lenitatem dulcedinis conuertunt.*

21.

Iob 38. 36.

Gregor.

ETHOLOGIA LVIII.

Qui pro suggestu libera uoce uitia carpit, magnam interim subit inuidiam.

Diximus oblatrandum peccatoribus, nunc autem quam magnum periculum subeat, qui id exequitur, inferamus. Iob 16. 10. *Percusserunt maxillam meam, satiati sunt pœnis meis.* Dum hæc uerba exponit Gregorius lib. 13. Moral. cap. 7. inducit illud Threnorum 1. *Et lachryma eius in maxillis eius.* Non in oculis lachrymas esse dicit, sed in maxillis, per maxillas

I.

Iob 16. 10.

Thren. 1.

maxillas sensu morali concionatores intelligit Gregorius ibidem. Ergo in maxillis lachryma, quia dum sancti prædicatores carnalium vitam durius insectantur, lachrymas præ doloribus quos patiuntur fundere coguntur, satius enim esset, ut ipsi oculi, id est, peccatores lachrymas funderent, sed ipsi ad risum versi lachrymas à prædicatoribus eliciunt. *Maxilla quippe Ecclesie (ait Gregorius) sancti prædicatores sunt, quia in aduersitate Ecclesie illi amplius plangunt, qui vitam carnalium perfringere predicando non uerunt.*

Nihil ardentius curat demon, quam uocem prædicatoribus eripere, ne uera proferant, ne peccatores reprehendant. In hunc sensum adducenda uerba illa Iob cap. 30. 18. *In multitudine eorum consumetur uestimentum meum, & quasi capiti tunica succinxerunt me.* Cum tunica capiti arctius gulam obstringit, uocem omnino eripit. Ergo demon instar capiti concinatorum guttur obstringit, & liberam loquendi facultatem aufert. Hac ratione exponit hunc locum Gregorius lib. 20. Moral. c. 22. his uerbis. *Hoc quippe conari persequutores eius specialiter solent, ut ad ea ante omnia uerbum prædicationis tollant. Unde hi qui sanctæ fidei primordiis resistebant, castis Apostolis renunciabant, dicentes. Præcipiendo præcepimus uobis, ne doceretis in nomine isto, & ecce repletis Ierusalem doctrina uestra. Corpus ergo sanctæ Ecclesie, quasi capiti tunica cinxerant, qui constrictis prædicatoribus, quasi eius collum prementes in ea claudere iter uocis uolebant, sed electi quique persequutionis sua tempore, paratiores sunt mori, quam tacere.*

Iob 29. 24. *Per quam uiam spargitur lux diuiditur æstus super terram?* Per æstum exponit Gregorius lib. 29. Moral. cap. 15. persequutiones, & labores. Subdit uero Deus. *Quis dedit uehementissimo imbri cursum, & uiam sonantis tonitru?* Per imbrem uero concionatores Christianos intelligit Gregorius. Ergo sensus est, etiam si multa mala sanctis prædicatoribus immineant, & multa mala patiantur ab eis, quos suis obiurgationibus pungunt, nihilominus munus suum obire non intermittant, nec pessimos mores carpere desistant. Imo uero, ut uehemens æstus maiores tempestates cetero solet, sic quo plus concionatores premuntur, eo amplius, liberiusque loquantur. *Diuiso enim æstu (ait Gregorius) cursum uehementissimo imbri dedisse, est inter ipsas persequutionum angustias prædicationis impetum roborasse, ut tanto magis uirtus prædicantium crescat, quanto magis persequutionum crudelitas obuiaret. Hunc persequutionis æstum Paulus, & tolerabat, & irrigabat cum diceret: laboro, usque ad uincula, quasi male operans: sed uerbum Dei non est alligatum.*

Iob 38. 34. *Numquid eleuabis in nebula uocem tuam, & impetus aquarum operiet te.* Exponente Gregorio lib. 30. Moral. cap. 2. Post nebulam imbrum mentionem fecit, nam si rerum naturam consideres post nebulas frequentius plueri solet. Si uero iuxta anagogem interpreteris. Nebula sancti sunt prædicatores, qui publicè uita carpunt. Pluuia uero persequutio. Ergo pluuia post nebulam uenit, quia si quis pro suggestu criminibus oblatret, magnam apud peccatores inuidiam conflat absque mora. *Ipsè quippe est (ait Gregorius) qui per bonos recta loquitur, ipse qui in bonorum passione latatur, ut ergo mirifica Deus charitatis uitate monstret se esse, qui indignis auditoribus per sanctorum suorum exempla prædicare, ait. Numquid eleuabis in nebula uocem tuam, ut uero ostenderet se esse, qui in sanctis suis omnia aduersa pateretur, subdit. Et impetus aquarum impedit te? Subaudiis ut me?* Illud etiam cum Gregorio nota con-

tra Deum insurgere quicumque concinatoribus oblatrat.

Iudicum 7. 16. *Et dedit tubas in manibus eorum, lagenasque uacuas, ac lampades in medio lagenarum.* Quo alio altiori symbolo concinatoris studium significari possit? Tubas habent in manibus, quia uerbum Dei personare non cessant, faces præferunt, quia ueritatis lucem præferunt, sed nisi lagena confringatur huiusmodi lumen non coruscet, quia nisi multa mala à peccatoribus patiantur longe lateque lumen doctrinæ effundere non ualent. Illud etiam aduertendum tubas dextera manu, figulina uero uasa sinistra tenuisse. Dexterum enim dicimus, quod magis nobis est carum, sinistrum uero quod minoris facimus. Ergo prædicatores sancti prædicationem dextera potant, sinistra uero corpus: qui dum munus suum obeant, mala perpeti, & ipsam vitam profundere non uereantur. Hanc uictoriam à Gedeone partam cecinit Esaias c. 9. 4. *Ingum enim oneris eius, & sceptrum exactoris eius superasti sicut in die Madiam.* Id est. O bone Christe Catholice Ecclesie author, & rector peccatores, qui hostes tui sunt superabis, non alio modo quam Gedeon ille quondam inimicos suos deleuit. Scilicet uasa figulina contemnendo, conterendo, ut lucis prædicatio, longius coruscet. Hæc ex Gregorio notauerim cap. 33. lib. 30. Moral. his uerbis. *Et sceptrum exactoris eius superasti, sicut in die Madiam. Designatur itaque in tubis clamor prædicantium, in lampadibus claritas miraculorum, in lagenis fragilitas corporum, tales quippe secum dux nos ter ad prædicationis prælium duxit, qui despecta salute corporum hostes suos moriendo prosternerent, eorumque gladiis non gladijs non armis sed patientia superarent. Intuendum itaque est, quod illic scriptum est, quia in dextera tubas, lagenas autem in sinistra tenuerant. Pro dextero enim habere dicimus quidquid pro magno pensamus, pro sinistro uero quod pro nihilo ducimus. Bene ergo illic scriptum est, quod in dextera tubas, lagenas autem in sinistra tenuerunt, quia Christi Martyres pro magno habent prædicationis gratiam, corporum uero uilitatem pro minimo. Quisquis enim plus facit uilitatem corporis, quam gratiam prædicationis, in sinistra tubam, ac in dextera lagenam tenet, si enim priori loco gratia prædicationis attenditur, & posteriori uilitas corporis, certum est, quia in dextris tuba, & sinistris lagena tenentur.*

Matthæi 5. *Nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt.* Quæ uerba hunc sensum habent si altiori sensu ea interpreteris iuxta Gregorium lib. 30. Moral. cap. 33. lucerna prædicationem designat, modius autem parua mensura corpus hoc nostrum terrenum. Ergo plane desipit, qui lucernam accendit, & sub modio ponit, scilicet præferenda est prædicatio corporis uilitati, & multa nobis mala toleranda sunt, ut prædicatio longe, lateque rutilet. Non ergo sub modio lucerna collocanda, sed ubi? Super candelabrum. Candelabrum enim ideo factum est, ut sub lucerna sit, & ut lucerna in altum sublata longius radios emittere possit, & ideo tibi corpus datum, organaque uocis, & alia efformata, ut longius persones, uocemque latius diffundas, non ut taceas saluti corporis consulens. Hoc item ex Gregorio subiicit. *Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum. In modio enim commodum temporale, in lucerna autem lux prædicationis accipitur, lucernam uero sub modio ponere, est propter temporale commodum gratiam prædicationis abscondere, quod nemo utique electorum facit. Et bene illic additur, sed super candelabrum*

5: Iud. 7. 16.

Esaï. 9. 4.

Gregor.

6. Matth. 5. 15.

Gregor.

candelabrum, in candelabro enim status corporis designatur cui lucerna super ponitur dum eidem corpori cura prædicationis amefertur.

7.
Iob. 29. 19.

Iob 29. 19. *Numquid præbebis equo fortitudinem, aut circumdabis collo eius hinnitum? Numquid suscitabis eum quasi locustas? Dum equi laudes prædicare Deus aggreditur, ipsum potius deprimere videtur, comparat enim eum cum locustis. Verum si rem altiori sensu interpreteris iuxta Gregor. lib. 31. Moral. cap. 21. nostram sententiam confirmat. Locustæ noctis tempore, & dum mollis aura confurgit, cum scilicet res ardore temperat, rigescunt, ac torpent, nec alis se committunt, in altum assurgere non valent, cum vero æstus, & ardor mundum occupauerit, velocius assurgunt, ocyus volant torporemque discutiunt. His ergo similis est sanctus concionator qui in equo describitur, tunc enim altius, ocyusque volat cum æstibus persecutionis vrgetur. Numquid suscitabis eum quasi locustas (ait Gregorius) est adhuc aliud, quod locustæ simile sanctis prædicatoribus gerunt, matutini namque horis, id est, torporis tempore vix à terra se subleuant, cum vero æstus exarsit, tanto altius, quanto alacrius volant. Sanctus autem quisque prædicator dum quæta fidei tempora conspicit humilis ac despectus aspicitur, & locusta more quasi vix à terra subleuatur. Si autem persecutionis ardor incandescat corde cælestibus inhærens, mox quanta sit sublimitatis ostendit, & pulsatus alis in altum rapitur, qui quietus in imis torpuisse videbatur. De hoc ergo equo, id est, prædicatoris suo Beato Iob Dominus dicit, numquid suscitabis eum, quasi locustas, subaudis, ut ego qui eo, cum ad altiora excitando subleuo, quo grauioris persecutionis æstu exercitari permittit.*

Gregor.

8.

Iob 39. 21.

Pergit autem Deus, & equum depingere, & nobis argumentum ministrare Iob 39. 21. *Terram ungula fodit, exultat audacter, in occursum pergit armatus. Hæc enim est natura equi ut instante bello, & ad pugnandum facto signo, non expauescat, non terreatur, imò tum maiores animos arripit, omnemque pauorem excutit, est enim hoc animal ad bellum à natura effectum, & efformatum. Hunc ergo equum præco diuini verbi imitetur, non terreatur, non metu soluatur, dum ipsi à peccatoribus bellum imminet: imò verò eo tempore omnem metum pauoremque excutiat, & inimico alacer occurrat. Imitetur Paulum Corinth. 11. *In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in morte supra modum. Sed numquid, ô Paule tantis malis hæsisisti, numquid terga dedisti, numquid à prædicando siluisti, & conciones intermisisti, imò vero eo tempore peccatores acrius vrgebat. Instantia mea quotidiana subdit Paulus, sollicitudo omnium Ecclesiarum. Id est, eo temporis articulo, quo grauius me inimici impetebant, ego maiori cura bono Ecclesiarum consulebam, & si quid erat noxiæ segetis euellebam: & si quis pullulabat malus furculus, amputabam. Hoc item cum Gregorio notati lib. 31. Moral. cap. 39. *Contemnit panorem (ait Gregorius) quia nullius tentationis formidine ad hoc usque terretur, ut taceat. Nec cedit gladio, quia est violenta illum tentatio percutit, à cura tamen proximi non repellit. Gravis illum tentationis gladius feriebat, de quibus ait in laboribus plurimis, in carceribus abundantius, &c. Sed quomodo eidem gladio in proximi dilectione non cedat, post multa ipse subiungit, præter illa quæ extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana sollicitudo omnium Ecclesiarum.***

Gregor.

9.

Iob 41. 19.

Longius extollit Deus loquens ad Iob de Leuiatam, post multa verò cap. 41. 19. *Non fugabit eum vir sagittarius, in stipulam versi sunt ei lapides fundæ. Per lapides fundæ intelligit Gregorius lib. 34. Mo-*

ral. cap. 5. concionatores, qui demoni insunt, hic enim sub nomine Leuiatam hoc loco describitur, sed quæ similitudo lapides fundæ, prædicatorumque coniungit, dicam ex Gregorio. Cum quis fundæ iacere lapidem parat, prius eum in fundæ, positum circum rotat, postea vero maiore vi longiusque adigit, quo eum sapius circum egit. Et concionatoris verba eo vehementius ad auditores adiunguntur, quo per labores, & arumnas concionator huc illucque iactatus est. Circumrotatio enim labores, & arumnas adumbrat, quæ ob veritatem concionatoribus euenire solent, ergo eo longius verba iaculentur, quo amplius difficultatibus obruuntur. In eundem sensum adducit verba Zachariæ 9. 15. *Dominus exercituum protegat eos, & deuorabunt, & subiicient lapidibus fundæ, &c.* Id est, isti prædicatorum multis malis afflicti, & in modum lapidis in fundæ rotati innumeros prosternent peccatores. *Quid per fundam (ait Gregorius) nisi sancta Ecclesia designatur. Fundæ namque dum in gyrum mittitur, sicut de illa lapides exeunt, quibus aduersa morum pectora feriantur, ita, sancta Ecclesia dum volubilitate temporum, per tribulationum circumitum ducitur, fortes ex illa lapides prodeunt, quibus veluti lapidum ictibus iniquorum corda tunduntur.*

Zach. 9. 15.

Gregor.

10.

Psal. 91. 13.

Apertè hoc idem tradit Dauid Psalm. 91. *Et bene patientes erunt, vt annuncient.* Id est, si multa fuerint perpeffi, apte poterunt verbum Dei enuntiare, & magnos animorum motus ciere. In hunc sensum adducit, & exponit hoc Gregorius lib. 35. Moral. cap. 12. verba Gregorij subscribo. *Bene autem patientes sunt, vt annuncient, quia cælestia prædicantes tanto robustius aduersa tolerant, quanto, & per tolerantiam suam animarum commoda locupletius reportant.*

Gregor.

11.

Ioan. 8. 51.

Ioannis 8. 51. *Amen dico vobis, si quis sermonem meum seruauit, mortem non videbit in æternum.* Hæc verba non videntur cum præcedentibus coherere, dixerat enim. *Ego autem non quero gloriam meam, est, qui querat, & iudicet.* Quid enim cum his verbis commune habet hæc sententia quæ apud Ioannem præcedenti adhæret, *Amen amen dico vobis, &c.* Gregorius homil. 18. in Euangelia putat non coniungendam cum hac sententia, quæ apud Euangelistam immediatè antecedit, vt retulimus. *Qui ex Deo est verba Dei audit, propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.* Quibus optimè coheret quæ sequuntur. *Amen amen dico vobis si quis sermonem meum seruauerit, &c.* Cum vero Christus Dominus illa verba dixisset. *Qui ex Deo est verba Dei audit, propterea vos non auditis quia ex Deo non estis.* Filium orationis turba interrumpit multaque probra in Christum ingerit. *Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & demonium habes. Quorum effrænem audaciam mollioribus verbis repressit Christus Dominus, ne tacitus annuere videretur. Respondit Iesus. Ego demonium non habeo, sed honorifico Patrem meum, & vos inhonorastis me, ego autem non quero gloriam meam, est, qui querat, & iudicet.* His dictis, & eorum accusatione reiecta interruptum sermonem aggreditur, & subdit. *Amen amen dico vobis, &c.* Disce Christiane orator orationem non interrumpere, etiam si te multas maledictis impertant, nec curam prædicationis deponere, etiam si contra te peccatores multa conuitia iaculentur. *Cum vero (ait Gregorius) malorum peruersitas crescit, non solum prædicationis non debet minui, sed etiam augeri, quod suo suos exemplo Dominus admonet, qui postquam habere demonium dictus est, prædicationis suæ beneficia largius impendit dicens. Amen amen dico vobis, &c.*

Gregor.

Lib. 1. Regum cap. 2. 8. *Domini enim sunt cardines terra, & posuit super eos orbem.* Per hos cardines intelligit Gregorius exponens hunc locum Dei verbi prædicatores. His ergo moles vniuersi imponitur, quia multa mala debent verbera ab his, quorum perditos motes corrigunt. Verba Gregorij subscribo. *Domini sunt cardines terra, & posuit super eos orbem. Qui profecto cardines Domini esse dicuntur propter mortificationem propriae voluntatis.*

Non prius electus est Moyses, vt populum duceret, & superato Pharaone, & Aegyptiorum exercitu in libertatem asseruaret, & in regionem promissam induceret, quam multis malis afflictus, & ciuicam suorum inuidiam, & accusationem fugiens, pastoritiam artem addisceret. Nisi enim multis prius malis probatus fueris à Deo, de Aegyptiorum ergastulo, & de peccatorum barathro educi non poteris. Testem tibi huius rei, & huius loci interpretem adduco Chrysofostomum homil. 5. in Iob. *Nam maledicta (ait Chrysofostomus) & mille ferme aduersa eos qui nobis improperant si forte toleramus, maiorem in nobis Dei gratiam cumulamus, voluit & Moyses iniuriato cuidam opem ferre, atque vltionis fere implicatus est periculis, patriaque excidit Deo permittente, & hic sanctorum patientiam discas.* Hac ille. Scilicet dum molliter ille educaretur in aula Pharaonis, nihil tale ei Deus commisit, cum vero patria exulauit, populi ei cura à Deo mandata est, vt Hebræorum populum in libertatem asseruaret, multis editis miraculis, & inimicis marinis vndis obrutis.

Ad Philip. 1. 12. *Scire autem vos volo fratres, quia qua contra me sunt magis ad profectum venerunt Euangelij.* Bonum nuntium Philippensibus Apostolus remittit, ob quod sibi putat gratias agendas, nempe Euangelij disseminatum esse longius, & rem Christianam multa incrementa accepisse, sed vnde, ô, Beate Apostole hoc Euangelij incrementum, qua ratione Christianam religionem intulisti? Statim subiungit. *Ita vt vincula mea manifesta fierent in Christo in omni pratorio, & in caeteris omnibus, & plures e fratribus in Domino confidentes vinculis meis abundantius auferent sine timore verbum Dei loqui.* Ecce vnde Euangelij semen creuit, ecce vnde prædicatio aucta est, nempe ex vinculis Pauli, dum Paulus multa mala passus est, inde longius Euangelij disseminatum fuit: vnde scilicet fore videbatur, vt aut prædicatio cessaret, aut fore impediendam, inde augmentum suscepit. Hunc sensum affert his verbis Pauli Chrysofostomus homil. 5. in Iob his verbis. *Nam maledicta, & mille perferre aduersa, eos, qui nobis improperant, si forte toleramus, maiorem in nobis Dei gratiam cumulamus.* Et infra. *Vt mea vincula nota fierent in omni pratorio. Quid igitur pudore non superaris, non times orbem circumiens victus? Non times ne quis Dei damnat infirmitatem, ac propterea nullus accedat? Non eiusmodi inquit, mea vincula; vt, inquit, mea vincula nota fierent in omni pratorio, vt plerique ex fratribus in Domino confidentes meis vinculis abundantius audientibus sine timore loquebar verbum Dei. Vides vinculorum fortitudinem, magis quam resurrectionis mortuorum esse.* Ac tandem nonnulla suggerit Chrysofostomus ex his, quæ Paulus vincus gessit, quæ sane longe superant aliis rebus ab eo factis, dum libertate vteretur. *Vinctus est Roma (ait Chrysofostomus), & plerosque attraxit, atque ligatus concionans Regem exterruit, praesidi timorem incussit. Timens inquit soluit eum. Naufragium soluit: hystem superans, eo in vinculis existente bestiam illam tetigit, qua nihil nocens cecidit.*

Marth. 3. 7. *Progenies viperarum quis vos demonstravit fugere à ventura ira? Viperarum progeniem*

vocat Ioannes Hebræos veræ eo tempore religionis cultores, quod ad omnes illos qui veri numinis sacra suscipiunt, vel qui post suscepta ad meliorem frugem transeunt, pertinet. Omnes enim ferè progenies viperarum sunt. Sed quam ratione dices, hoc verum est? Nempe auctore Chrysofostomo homil. 11. in Matthæum, viperam dum filios edit, crepat, nec nisi morte sua filiorum vitam lucratur. Non aliter vix quisquam veræ fidei dat nomen, vel peccatorum onus deponit, & in spiritu regeneratur, nisi prius multa mala patiat, qui cum ad meliorem frugem traducit; vel quandoque ipsam mortem. Ex patientia enim, & malis toleratis à concionatore multa animi promptitudine vires accipit Christi prædicatio. *Bene autem (ait Chrysofostomus) illos genimina viperarum vocauit, si quidem id ferarum genus, ita in parentis festinat exitium, vt aluo, qua portatur exesa in vitam prodeat morte gignentis. Quod isti quoque faciebant patrum sanguine, ac matrum madentes, & sceleratis manibus, eos, à quibus ad veritatis lucem deducebantur, interficientes magistros.*

Marth. 5. *Non potest ciuitas abscondi supra montem posita.* Ac si dicat expositore Chrysofostomo hom. 15. in Euangel. 6. vos mei Euangelij præcones ad multas subeundas difficultates, ad multa mala toleranda vos mitto: ne vero timeatis his malis obruendum semen Euangelij, imo vero inter hæc mala caput exeret, & cunctis malis superius euadet, sicut ciuitas quæ in montis vertice sita est nulli late-re potest, nullis ocludi tegumentis. Imo vero hoc idem notari potest in aliis similitudinibus, quibus munus concionatoris Euangelici describit. Nempe. *Vos estis sal terra.* Id est, vos debetis peccatorum vniuersa salis instar adurere; nec tamen inde putetis fore, vt munus concionandi aliqua ex parte obscurari possit; imo vero multam claritatem inde accipiet. Vnde statim subdit. *Vos estis lux mundi.* Quod ille confirmat sumpta metaphora à ciuitate, quæ vertice montis imposita eminet. *Hic autem (ait Chrysofostomus) videtur mihi illos ad constantiam cohortari: dicendo enim non potest ciuitas abscondi supra montem posita suam declarat profecto virtutem, sicut impossibile inquit, est supra montem positam abscondere ciuitatem ita etiam prædicationem late-re atque reticere. Qui enim prædixerat persecutiones, & maledicta, & insidias, periculare, ne putarent, quod hac possent eos in silentium coarctare, confirmans eos, ait, quia non solum non latebit prædicatio, sed etiam vniuersum prorsus orbem illustrabit, & ob hoc etiam clari efficiuntur, ac nobiles.*

Postquam Petrus, & Ioannes oraturi in templum ascenderunt, & claudo illi qui mendicans ad speciosam portam sedebat, largiti sunt sanitatem, longam orationem Petrus de Christo ad populum habuit ea occasione Actuum 4. 4. *Multi autem eorum qui audierant, crediderunt, & factus est numerus virorum quinque millia.* Mirum sane quod cum Petrus primam ad populum habuit concionem tria millia tantum Christi fidem receperint, & tunc quidem vbi recens immisus spiritus fortius discipulos armauerat, post aliquot vero dies in hac 2. Petri ad populum concione, quinque millia virorum Christianæ fidei nomina dederint. Consule super hac re Chrysofostomum homil. 10. in Acta. Et fortissimum inde ad nostrum institutum confirmandum argumentum captes. Nempe die Pentecostes cum 1. ad populum loquutus est Petrus, nihil mali passi sunt Apostoli, non in vincula missi, non in carcerem detrusi, quapropter minores animi motus excitaerunt, cum vero secundam ad populum orationem habuit, iam in vincula fuerant coniecti ex quibus

Petro vis dicendi creuit, creuit etiam, & audientium profectus. Innuit hoc Lucas Actorum 4. Qui cum prius narrasset apprehensos Apostolos, & in carcerem injectos, tandem dicit quod audientium Christianæ fidei nomen dederint, quasi horum ad fidem Christianam conuersio, non tam Apostolorum prædicationi danda sit quam eorundem tolerantia vinculis, & carceribus. *Igitur (ait Chrysoftomus) & hoc diuina dispensatione contigit, quod nunc inde plures crediderunt, quam prius. Quia victores iccirco Apostolos illis videntibus ligabant, ut & illos meticolosiores faciant. Factum est secus, quam illi volebant.*

Chrysoft.

18.
Ephes. 6. 19.

18. Ephes. 6. 19. *In ipso vigilantes in omni instantia, & obsecratione pro omnibus sanctis: & pro me, videtur mihi sermo in apertione oris mei, cum fiducia notum facere mysterium Euangelij: pro quo legatione fungor in catena, ita ut in ipso aueam, sicut oportet me loqui.* Multa ad rem præsentem circa hæc verba expendit Chrysoftomus homil. 24. in Epistolam ad Ephesios. In primis illud: *Pro quo legatione fungor in catena.* Se legatum Dei dicit apud homines duplici ex causa, in primis, ut se excuset, si quid aduersus eos durius loquatur. Nempe oportet ut legatus summa cum fiducia referat, ea, quæ in mandatis habet à Rege. Si quid autem à Deo liberius dictum sit non ob illud mali aliquid pati dignum est, cum ipse non suo nomine sed alieno mandata referat. Imò vero ob hoc, multa laude dignus est, quia multa cum libertate refert, quod sibi iniunctum est. Tum etiam reprehendit his verbis Apostolus eos homines, qui durius accipiunt prædicatores cum se carpi viderint, agunt enim contra ius gentium. Nam etiam si Principes inter se dissideant, aliorum tamen legatos libere abire permittunt, nec licet aliquo modo in eos desuere, at vero isti male accipiunt Dei legatos, unde non modo contra ius diuinum peccant, sed etiam contra ius gentium. Omnibus enim hominibus in situm à natura est, ut aliorum legatis parcant, si quid aut liberius dixerint, aut durius egerint.

Chrysoft.

Ut detur mihi (ait Chrysoftomus) sermo in apertione oris mei, ut detur mihi sermo in apertione oris mei, ut cum fiducia notum faciam mysterium Euangelij super quo legatione fungor in catena. Vbi legatione fungeris? Apud homines, inquit, Papa benignitatem Dei. De cælis misit, qui pro se quoque pace fungeretur, & arreptos ligauerunt homines, & ne communem quidem legem reueriti sunt, quoniam qui legatus est, nunquam mali quidquam patitur. Insuper expendit verba illa Pauli, *ut detur mihi sermo in apertione oris mei.* Non ait, ut dirigat linguam meam, ut vim tribuat orationi meæ, sed ut ipse mihi verba immittat. Quasi Paulus non sit verba habiturus, & facturus, sed Deus lingua eius veluti instrumento vtatur. Scilicet dum Paulus liberam vitam agebat, se loqui dixit, at vero cum in carcerem missus, non se loqui ait, sed Deum in eius ore effingere sermonem, etenim verba eius, qui patitur non tam hominis verba, quam Dei dicenda sunt. Forte hoc innuit Christus Dominus Mat. 10.

Mat. 10. 19.

19. *Cum autem tradent vos nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini.* Id est, cum nihil aduersum patimini, vos quidem vocem in verba formatis, cum vero multis vos atterunt homines, tunc quidem vires, & incrementum prædicationis sumit; non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Id est, verba quæ dum patimini, funditis non humana sed diuina dicenda sunt, non hominibus sed Deo adscribenda. *Verum amen,* subdit Chrysoftomus: *Ego legatione fungor in catena, ut in ea libere*

loquar, quemadmodum oportet me loqui. Catena mihi posita est, quæ libertatem mihi loquendi obturet; sed oratio vestra os mihi aperiat, ut omnia, ad quæ dicenda amandatus sum dicam.

Ezechielis 1. 12. *Et unum quodque eorum coram facie sua ambulabat, ubi erat impetus spiritus illuc gradiebatur: nec reuertebantur cum ambularent.* Magna sane horum sanctorum animalium obedientia, quæ facile cedebant dirigenti in via. Scilicet ad primam vocem, vel potius ad nutum parebant. Sed vnde tanta obedientia? Vide qua ratione aurigam Prophetæ describat. *Et vidi quasi speciem electri velut aspectum ignis intrinsecus eius, per circuitum: & à lumbis eius, & desuper, & à lumbis eius usque deorsum vidi quasi speciem ignis splendentis in circuitu.* Igneus plene erat auriga, id est, multis immerfus laboribus, & ærumnis, multis oppressus malis, huic ergo celeriter omnia parent ad nutum, omnia obedientiam præstant.

Multis describit Ioannes Apocalypsis 1. præconem verbi Dei. In primis vocis vim illis verbis: *Et de ore eius gladius utraque parte acutus exibat.* Magna profecto vis diuinæ vocis, quæ instar gladii cordis intima penetrat. Sed vnde quæso tantum robur huic voci? *Et pedes eius similes aurichalco, sicut in camino ardenti.* En tibi vnde orta sermonis vis, ex malis scilicet, quæ patitur. Immerfus erat multis periculis, & laboribus, multis erat malis obsessus, sicut ferrum cum igni demulcendum in camino traditur. Hinc vires vox sumit, & tanquam gladius utraque parte acutus corda audientium feriebat. Innuit expositionem Ioannes. Nam cum præmississet. *Et pedes eius similes aurichalco, sicut in camino ardenti.* Ut inde vocem vires sumptisse ostendat, subdit statim, *& vox illius tanquam vox aquarum multarum.* Inde enim vires vox sumpsit, scilicet ex laboribus quos patiebatur.

ETHOLOGIA LIX.

Promissa implenda.

MAla quæ ex lingua ortu habent dicere pergit in Ecclesiastico, inter quæ infidelitatem in adimplendis promissis, hoc verlu carpit. *Noli citatus esse in lingua tua: & inutilis, & remissus in operibus tuis.* Id est, noli multa promittere, & sine delectu, sed ea, quæ semel promiseris, re ipsa comple. Frequenter enim, qui multa pollicetur, promissis non stat, Hos ergo & cum multo delectu promittere, & celeriter adimplere præsens Ethologia monet. *Ierem. 1. 9. Et misit Dominus manum, & tetigit os meum: & dixit Dominus ad me: ecce dedi verba mea in ore tuo.* Dum Deus verba Prophetæ largitur manum mittit, quia manus opera significat, verba autem, quæ operibus non respondent, & opere non complentur à Deo non immittuntur.

Hoc pulchra similitudine adumbrat Regius vates Psalm. 48. *Inclinabo ad parabolam aurem meam: aperiam in Psalterio propositionem meam.* Quorum verborum hic est sensus exponente ibidem Ambrosio. Dulce sonare cithara non potest, nisi cordæ inter se apte concinneque consonent, non aliter, nisi promissis facta respondeat dulce homo sonare non potest. Vox enim, & manus, & opera quasi cordæ sunt. *Intelligit (ait Ambrosius) atque inclinat aurem suam, ut intelligat parabolarum figuras: ipsum aurem suam, dicit saluator, qui aurem habet audiendi. Aperit etiam Dominus clausam propositionem suam, cum aptum organum sibi, & vas electionis inuenerit: quod Psalterium vocat,*

vocat, cuius similis Paulus dulcis gratia cantilenam, nervis omnibus sibi concinentibus resultavit, sancti Spiritus plectro interiorum chordam, exteriorumque pulsando, ut lingua oraret, & mente.

Hunc sensum habent verba Sophar Naamithis Iob 20. 12. *Cum enim dulce fuerit in ore eius malum, abscondet illud sub lingua sua.* Quæ verba in nostrum sensum adducit Gregorius lib. 15. Moral. cap. 5. Per os enim animum intelligit, ergo malum quod mente voluit, ore celat, & blandioribus verbis vitur, quando aliquem decipere intendit. In hunc sensum iuxta anagogem exponit Gregorius ibid. illud 2. Reg. 20. 8. *Cumque illi essent iuxta lapidem grandem, qui est in Gabaon, Amasa veniens occurrit eis dixitque Ioab Amasa: salve mi frater. Et tenuit manu dextera mentum Amasa, quasi osculans eum. Porro Amasa non observavit gladium, quem habebat Ioab, qui percussit in latere, & effudit intestina eius in terra.* Mentum manu tenere est alicui blandiri, & ei benignum se præbere, sed huius, quem blande alloquitur, viscera effundit, qui operibus suis verbis contradicit. Eundem sensum habet Psalm. 9. *Sub lingua eius labor, & dolor.* Non in lingua, sed sub lingua dolum premit, quia malum, quod aliis inferre parat, in corde occultat, & eos blande alloquitur, ut decipiat. *Cum enim (ait Gregorius) dulce fuerit, in ore eius malum, abscondit illud sub lingua sua. In ore hypocrita malum dulce est, quia ei est iniquitas suavis in mente. Os quippe cogitatio cordis est, de quo scriptum est: labia dolosa in corde, & corde locuti sunt mala. Sed hoc malum, quod in ore hypocrita dulce est, sub lingua eius absconditur, quia asperitas malitia, qua latet in mente, sub tegmine blanda loquutionis, operitur. Itaque perverfi quique, qui malum non in lingua, sed sub lingua habent, sermonibus dulcia pretendunt, & cogitationibus perversa moliantur. Hinc enim est quod Ioab Amasa mentum dextera tenuit, sed sinistram, ad gladium latenter mittens eius viscera effudit, dextera quippe mentum tenere est, quasi ex benignitate blandiri, sed sinistram ad gladium mittit, qui latenter ex malitia percussit. Hinc de ipso eorum capite scriptum est, sub lingua eius labor, & dolor. Qui enim non aperit mala, que cogitat, ostendit, laborem, & dolorem eorum, quorum mortem appetit, non in lingua excolit, sed sub lingua premit.*

Laudat sponsa, quem amiserat, dilectum his verbis Cantic. 5. 13. *Labia eius lilia distillantia myrrham primam. Manus eius tornatiles aurea, plena hyacinthis.* Omnia corporis membra pulchris similitudinibus ornare decreuerat sponsa, & à capite usque ad pedes descendit. Hoc autem loco debitum ordinem intermittere videtur, nam ab ore ad manus descendit. Rein ad sensum moralem pulchre deducit Gregorius ibid. Nam licet situ, & habitu corporis distet os à manibus, cæterum in implendis promissis maxime coniuncta esse debent, ut quod os promittit, statim manus impleat. *Quid enim per labia (ait Gregorius) sponsi, nisi ipsos quos dicimus predicatores Christi intelligimus. Quid est, quod labia sponsi lilia esse dicuntur, nisi quod illi, per quos Christus loquitur, necesse est, ut mundi sint, & per eos bonus odor aspergatur. De quibus erat Apostolus qui dicebat, bonus odor sumus Deo in omni loco, & in his qui pereunt, & in his, qui salvi sunt. Sed notandum est quidquid in Ecclesia instituta, & fortitudinis habetur, ab ipso Christo, per quem exempla operum illius, trahitur: manus illius tornatiles aurea plena hyacinthis.*

Opus est, ut verba per quæ aliquid promittimus, ab animo, & voluntate ea adimplendi oriantur, alias enim veritatem in se continere non possunt

hoc in Deo laudavit Regius vates Psalm. 118. *Principium verborum tuorum veritas.* Homines quidem promissis non stant, quod sæpe contigit, quia non verba proferunt ea intentione, ut opere impleant: at secus in Deo, apud quem verba, quibus aliquid promittit, originem ducunt, ex veritate, id est, ex animo ea implendi.

Esaia cap. 1. 1. *Visio Esaia filij Amos, quam vidit super Indam & Ierusalem.* Sanctus Ioannes Chrysostomus exponens hæc verba enarratione in Esaia Prophetam quatit, quare ea, quæ Deus in aurem loquitur Prophetis, vel per internam loquutionem sæpius visio appellantur? Hoc enim frequentius est non modo apud hunc Prophetam Esaia, verum apud omnes alios. Hoc quidem ad certam fidem, & veritatem promissorum refert idem Chrysostomus, adeo enim certa sunt quæ Deus reuelat, vel quæ Deus loquitur, ac illa ipsa quæ nos oculis haurimus, unde verba Dei videri dicuntur, non quia sub hominum aspectum cadere possunt, verum quia adeo certa sunt ac si oculis viderentur, verba Chrysostomi accipe. *Aut certa, ut auditio Prophetis à Deo exhibitæ nihil obtineret momenti minus à visione, sed perinde plenam faceret, id quod nulli contingit eorum, que additi sunt seculi istius curis.*

Idem Chrysostomus homil. in cap. 6. Esaia exponit verba Psalm. 11. *Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum probatum terre purgatum septuplum.* Componit Dei verba cum argento non terræ immixto sed puro, & purgato, ut nihil omnino vilioris metalli in se retineat. In primis argento comparantur, id est, monetæ, quia olim argentum in monetam cudebatur, neque auri usus erat ad hanc rem. Ergo ait eloquia Domini argentum, id est, dum Deus aliquid promittit verba ipsa tantum valent, quantum res ipsa promissa, adeo ut verba eiusdem pretij existimentur, ac res ipsa quæ mandatur. Nec satis fuit dicere, eloquia Domini argentum; sed addidit. *Ignem examinatum probatum terræ, purgatum septuplum, id est, ad ultimum usque excoctum.* Hominis verba plerumque cum argento comparantur, verum cum argento mixto cum scoria, & aliena materia, quia licet quandoque promissis stent, verum tamen non omnino promissa adimplent, sed ex parte, unde argentum mixtum scoriæ merito dicuntur eiusmodi verba. Audi Chrysostomum. *Eloquia, inquit, Dei pura, argentum igni exploratum probatum terræ. Si quidem scriptura non sunt metalla, que indigent operarijs, sed thesaurum præbent paratum ijs qui querunt opes in ipsis reconditas. Satis enim est, introspexisse, ut omni expleti fructu discedatis, satis est tantum apparuisse, aut illico videas gemmarum splendorem.*

Esaia 1. 7. *Terra vestra deserta est, civitates vestre succensæ igni, regionem vestram coram vobis alieni deuorant, & desolabitur, sicut in vastitate hostili.* Minatur Propheta iussu malo Hierosolymorum civibus, quæ futura erant immisso exercitu hostium, & ea quæ futura erant, tamquam facta denunciat. Et cum dicendum esset: terra vestra deserenda est, civitates vestre succensæ igni, regionem vestram alieni deuorabunt, maluit Propheta per præteritum, hæc efferre, & tanquam iam facta enunciare. Huius causam refert Chrysostomus exponens hunc locum ad certitudinem eorum, quæ Deus promittit. Adeo enim certo euenient, quæ Deus semel enunciat, ut potius iam facta videat, quam facienda expectet. *Terra vestra (ait Chrysostomus) deserta est, hæc non ut iam facta denunciat, sed quasi futura prædicat.*

Pl. 118. 160.

6.

Chrysoft.

7.

Psal. 11.

Chrysoft.

8.

Chrysoft.

prædicat. Consuetudine hac denunciandi vsi sunt Propheta pariter consulentes sibi timore auditoris, & vim sibi, & comperta veritatis in apertam lucem exerentes. Vt enim que præceterunt, fieri non potest, quin sint facta, sic quæ a Prophetis affirmata semel dicta fuerint, non potest, quin olim contingant.

9. Ipse vos baptizauit in Spiritu sancto, & igne. Matth. 3. 11. Expende cum Chryostomo homil. 11. in Matth. hæc vltima verba. In Spiritu sancto, & igne. Verba illa In Spiritu sancto ad aduentum Spiritus sancti refert Chryostomus, quando sub linguarum specie illapsus est in Apostolos. Illud autem & igne, ad inferorum pœnas refert, quas damnati apud Tartara dabunt. Notat autem Chryostomus duo coniunxisse Baptistam, alterum non multo post implendum, alterum vero quod in hac vita experiri non possumus, sed post vitam damnati experientur. Hoc autem Deus frequenter facit, vt illud quod multo post faciendum est, coniungat cum eo, quod iam factum fuit, vel subinde fiet, vt ex illis, quæ homo executioni mandata viderit eorum certitudinem, quæ facienda promittuntur, audiat. Hoc videre est in illa sententia Matth. 19. & Marci 10. Vos qui sequuti estis me, centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis. Ex quibus illud prius, scilicet centuplum accipietis, ad hanc vitam refertur, & illud posterius. Et vitam æternam possidebitis ad futuram, vt ex his, quæ nunc fuerint consequuti, discant, & ea amare, quæ post modum promittuntur. Duo quippe (verba sunt Chryostomi) pariter hic posuit, quia scilicet credentes baptizet in Spiritu sancto, & comburat igne inextinguibili, si igitur non, & Apostolos baptizasset in Spiritu, & quotidie omnes volentes, posses de Deo quoque, quod simul posuit, fortasse dubitare, si vero quod difficilius videbatur, & grandius, ac supra omnem prorsus esse rationem, factum tamen est, sit que quotidie, quomodo illud, quod & iacile, & iuxta rationem sit, non verum esse contendit.

10. Matth. 18. totius debiti consequutus solutionem seruus ille inuenit conseruum, qui ei paruam pecuniam debebat, quem tenens suffocabat, ac tandem in carcerem misit. Quod cum rescuisset, ait illi. Serue nequam omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me. Nonne ergo oportuit, & te misereri conserui tui, sicut & ego tui miserus sum. Hæc vltima verba exponit Chryostomus homil. 62. in Matth. vt non tamquam obiecta fuerint per probrum à Domino seruo illi, vel vt Dominus serui crudelitatem auget, sed vt Dominus se ipsum excusaret. Nempe multo ære obstrictum seruum iam absoluerat, sed videbatur sententiam mutare, & promissis non stare, ne tamen hoc crimen sibi quis impingeret, mutata sententiæ prius causam reddit, & se publice excusat. Nam licet multa, quæ Deo vel hominibus obiciuntur, non multum curare debeamus, tamen si quis nobis fractam fidem obiciat, omnino crimen pellere curemus, notam enim inurit fædissimam. Animaduerte (ait Chryostomus) quam miris sit Dominus, quasi constitutus in iudicio satisfactionem reddit, quare donationem illam vniuersam reuocauit, imo vero, non illam reuocauit, sed illi, qui accipit, euerit. Quid enim ait? Serue nequam omne debitum illud dimisi tibi, quia rogasti me, nonne oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego miserus sum.

11. Hunc sensum præferunt verba illa Psalm. 44. Audi filia, & vide. Scilicet exponente Augustino sermon. 31. de verbis Domini secundum Lucam. Audi promissa, vide completa. Tanta enim est certitudo, eorum, quæ Deus promittit, vt nihil prorsus inter vtrumque distare videatur, sed vt est in

paramia, dictum ac factum. Augustini verba subiicio. Audi prædicta vide completa.

Basiliius homil. 9. in Psalm. 33. Habes linguam quasi lanam, & conciliatricem, qua cooperetur peccatum. Vide quam bene linguam vocet lanam, vt enim eiusmodi mulierculæ alieni thori venditrices, multa mentiuntur, multa contegunt, vt proci amorem fæminis immittant, non aliter lingua mendacis multa celat, multa occultit, & alieno fucode pingit. Ibidem Basiliius infert verba eiusdem Psalmi. Et labia tua ne loquantur dolum. Quæ verba hac ratione exponit ibidem, id est, ne loquutionis instrumenta, quæ tibi Deus ad promendam veritatem indulsit tu ad mendacium inflectas. Quid enim turpius, quam instrumentis veritatis ad mendacium abuti. Quæ tibi instrumenta (ait Basiliius) data sunt administrando sermonem, fac vacare à praua operatione, est autem dolus maleficium occultum, proximo oblatum, sub prætextu, & similitudine rei melioris. Optime Basiliius infidelitatem erga promissa cum maleficio componit, quod hominem amentat, & nescientem morbo inficit, quo difficile leuari possit.

Canticorum 5. Labia eius lilia distillantia myrrham primam. Non exposuit vulgatus vim similitudinis, quam Hebræa verba continent. Sic enim habent. Labia eius lilia distillantia myrrham transeuntem. Sumpta nimirum metaphora à moneta, quam transeuntem vocamus, cum probatissima est, & apud omnes ad contractus, emptiones, & venditiones assumitur, hispani Hebræam planè phrasim assequuti sumus. Moneda que pasa. Ergo verba sponi dicuntur transeuntia per similitudinem ad monetam, id est, verba eius moneta sunt, tantum valent, quantum ipsa moneta, adeo, vt pro moneta adhiberi possint.

Hoc idem alia similitudine ostendit sponsus Canticorum 4. Sicut vitæ coccinea labia tua. Sicut enim quis funibus constringitur, ita & homo verbis suis, & promissionibus quodammodo ligatur, & astringitur, vt videatur non posse non promissis stare.

Hoc idem innuit Apostolus Heb. cap. 4. 12. illis verbis. Viuus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio accipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ, ac spiritus, compagum quoque, ac medullarum, & discretor cogitationum, & intentionum cordis. Viuus dicitur Dei sermo, quia sicut ille, qui viuus, habet intrinsecus proprium spiritum, quo agitur, & mouetur, nec opus habet, vt ab alio impellatur, qui vero vita functus est, nullum habet motum, nec animæ vires suas valent exequi operationes. Ergo simili ratione sermo Dei efficax est, & viuus, quia scilicet semper effectum habet, & intrinsecus agitur spiritu, & mouetur ad opus: at vero humana verba plane mortua sunt, nullo spiritu aguntur, neque vires habent, quibus in opus exeant. Hunc sensum affert his verbis Bernardus sermon. de conuersione ad clericos cap. 1. Viuus profecto est sermo Dei, & efficax, & vox eius in magnificentia, & virtute, denique ipse dixit, & facta sunt. Expendo verba illa Bernardi. Et vox eius in magnificentia. Quæ desumpsit ex Psalm. 28. 4. Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia. Id est, Dei verba virtutem habent, & id efficiunt, quod significant, at vero hominum voces planè frigidae sunt, & languidae, & mortuæ, & nullam omnino habent virtutem, vt vix aliquando effectum consequantur.

Vide quid de Dei verbis dicat Dauid Psalm. 118. 111. Hereditate acquisiui testimonia tua in æternum, quia exultatio cordis mei sunt. Vide quid dicat se, nimirum hereditate acquisiuisse, nempe verba Dei, testimo

testimonia Dei? Quis est, qui amicam heredem scribat, ut tantum verborum, quæ ore profert habeat: Quid enim sola verba prodesse possunt ei qui hæres instituitur? Quare ergo se gloriatur David, quod hereditate acquisierit, testimonia Dei? Sane nihil esset hæc hereditas si verba hæc, quæ hereditate acquisiuit, verba essent humana, hæc enim longe à rebus quas significant, distant: verum verba Dei tantumdem valent, ac res ipsæ, quas verba notant. Vnde voces ipsæ etiam in hereditatem dari possunt, non aliter quam diuitiæ, & reliquæ aliæ facultates. Hoc dixerim Bernardi vestigiis inhærendo ferm. 57. in Cantic. Qui in eundem sensum adducit verba eiusdem David eodem Psal. num. 4. *In via testimoniorum suorum delectatus sum sicut in omnibus diuitiis.* Vide quo loco habeat David Dei verba, & qua ratione in ipsis delectetur. Nempè sicut in omnibus diuitiis. Instar omnium diuitiarum æstimat Dei verba, quia hæc non nuda verba, sicut humana habenda sunt, sed instar omnium rerum, semper enim ea, quæ promittunt efficiunt. *Hereditate acquisiui* (ait Bernardus) *testimonia tua quia exultatio cordis mei sunt, illa puto hereditate, qua se esse præsumebat filium Patris sui, qui est in caelis. Porro si filium, & heredem, heredem quidem Dei, coheredem autem Christi. Magnam vero rem gloriatur se acquisivisse hereditate ista, testimonia Domini. Utinam ego de me, vel unum nouerim tenere testimonium Domini, quia is non in uno, sed in multis exultat testimoniis. Denique, ait iterum, in via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus diuitiis. Et reuera, quid diuitia salutis, quid delicia cordis, quid anima vera, & cauta securitas, nisi Domini attestaciones?*

Hunc sensum etiam habent si fides Bernardo capit. 57. in Cantic. verba Pauli 2. Corinth. 10. *Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat.* Id est, verba humana nullam prorsus habent, nec reuera semper enunciant, sed quamquam hominem probent, & commendent, beatumque dicant, nihilominus quandoque secus se res habet, at vero Dei verba id prorsus efficiunt, quod protendunt. Et ille vere probatus est, quem Dei verba probant. Ita Bernardus sermone 57. in Cantic. adducit verba ex Epistola Iacobi capit. 1. 18. *Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis, ut simus initium aliquod creature eius.* Verbo Dei genitos nos dicit Iacobus, quia verba Dei habent quandam virtutem productiuam, & efficaciam eius, quod significant. At vero humana verba sæpius sine effectu sine viribus sunt. Bernardi verba subiicio. *Non enim inquit, qui se ipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat, ut quid nos hæcenus adhuc fraudamur commendationibus, & assentationibus his diuinis, & paterna hereditate priuamur. Quasi minime & nos voluntarie genuerit verbo veritatis, sic in nullo nos meminimus ab illo taliter commendatos.*

Psal. 137. 2. *Confitebor tibi Domine in toto corde meo, quoniam audisti verba oris mei. In conspectu Angelorum psallam tibi, adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo, super misericordiam tuam, & veritate tua.* Te o Deus summis laudibus efferam: te in conspectu Angelorum laudabo, te veracem prædicabo, & misericordem. Causam subdit. *Quoniam magnificasti super omne nomen tuum.* Horum verborum sententia hæc est. Quoniam non modo ea, quæ promissisti, opere complesti, verum multo maiora, quam promiseris. Hoc inquam est magnificare nomen.

Psal. 61. *Semel loquutus est Deus. Hebræorum ma-*

gister Rabbi David. *Irreuocabile est verbum Dei, sed semper, quod promittit, opere completer.*

Aliquid etiam in huius rei probationem etiam ab exteris mutuam accipiamus. Eripides. *Res pulchra lingua cui sit fides.* Livijs lib. 9. *Per fidos numquam causa deficiet cur pacto non stent.* Et Tibullus.

Et si quis primus periuria celat. Sera tamen tacitis poena venit pedibus.

1. Reg. 3. 19. *Creuit autem Samuel, & Dominus erat cum eo, & non cecidit ex omnibus verbis eius in terram.* Quidam ad verba Dei referunt, quæ de Heli, & domus eius supplicio præmiserat. Melius tamen de verbis ipsius Samuelis intelligenda est sententia. Verum nota phrasim Hebræam, qua significat Scriptura verba irrita non fuisse, sed effectum sortita; non cecidit in terram, sumpta nimirum metaphora à rebus liquidis, puta ab aqua, vino, vel oleo, quæ si in terram decidunt, omnino pereunt, & à terra absorbentur. Quorumdam verba imitantur res liquidas, quæ semel, ac prolata fuerint pereunt, nec omnino aliquid apparet ex eis, præter inanem illum sonitum, quo proferuntur, nec vnquam ad effectum pertrahuntur. Aliorum vero verba res alias imitantur, quæ semel prolata consistunt, & ad debitam executionem pertrahuntur. Alij à figulinis vasis metaphoram tractam putant, quæ si in terram decidunt, sine mora conteruntur. Hæc vasa imitantur humana verba, quæ statim ac proferuntur, dissiliunt, & in frustra rediguntur, nec aliquam vtilitatem, aut vsum habent: at vero verba Dei instar argentei vasis sunt, quæ quantumcumque ad solum adigantur, tamen non atteruntur. Tandem alij ab oleo similitudinem capiunt, si enim vel parum olei in vesté incidit, totam inficit, eadem ratione fœda labe inficitur, quisquis fidem frangit, nec promissis stat.

Noli esse sicut leo in domo tua cuertens domesticos tuos, & opprimens subiectos tibi.

Id est, noli esse crudelis aduersus domesticos tuos, nec sæuitia leonem imiteris, nec eos, qui sunt in domo tua, & tibi parent, clamoribus obtundas, & minis grauissimis terres, imperiis durissimis exerceas.

Leo. Leoni comparat dominum, aut patrem familias difficili ingenio, & insuauibus moribus, importunitate, sæuitia, atque insania, imperium in sibi subditos exercentes. Optime vero sæuum, ac tyrannicum hoc genus hominum leoni comparat; nam leo dum in syluis inclamat, & rugit, sola voce reliquis animantibus metum incutit, vires & cursum adimit, & hac ratione in prædam ei veniunt. Lucem accipit hic locus ex illis verbis Ezechielis 19. *Quare mater tua leona inter leones cubabat, & in medio leunculorum nutrit catulos suos, & eduxit unum de leunculis suis, & leo factus est, didicitque prædam capere homine sive comedere?* Frequens enim est leonis ad potentiores viros significandos nomen transferre. Ergo damnat iram præcipue in heris, & patribus iuxta illud Pauli. *Patres nolite ad iracundiam prouocare filios vestros.* De leone Plinius lib. 8. cap. 16. *Placidus, blandientique similis, quod rarum est: crebrior enim iracundia eius.* Ergo leo raro mitescit, frequentius sæuit: è cõtra vero, & domini, & patres tenentur facere. Communiter quidem placidos se ostentat, ac mites, per quam raro vero, & cum necessitas cõegerit desæuiant.

In domo tua. Sunt enim aliqui, qui foris humanitatem simulant, domi vero omnia conturbant.

20. Euripides. Livijs. Tibullus.

21. 1. Reg. 3. 19.

VERS. 35.

1.

2.

Ezech. 19.

37.

Bernard.

17.

1. Corin. 10.

Iacob 1. 18.

Bernard.

18. Psal. 137.

16.

19.

4. *Euertens domesticos tuos, Tigurina, nec in domesticos tuos insane sanias: hanc partem exponunt, quæ sequuntur, euertens, & opprimens, scilicet instar furiosi hominis, & infani.*

ETHOLOGIA LX.

Pater familias facilem se domesticis exhibeat.

- I. **N**Oli esse sicut leo in domo tua, euertens domesticos tuos. Quorundam immane ingenium hoc versu taxat Ecclesiasticus, qui difficiles se vxori, filiis, & famulis præbent, in quos etiam nostra Ethologia grassatur. In primis Origenes homil. 2. in Cantica in hunc sensum exponit illud 2. 4. *Ordinavit in me charitatem. Id est, non abstulit à me charitatem, sed ordinavit. Non auferit Dominus amorem, quem erga parentes, consanguineos, & domesticos ipsa natura indidit, sed ordinat, scilicet, vt aliis omnibus Dei amorem præferamus, & inter has ipsas, quas amore prosequimur personas ordinem quendam statuit, & quantum cuique amoris præstandum sit, certo statuit. Te vult sermo diuinus (ait Origenes) diligere patrem, filium, filiam: vult te sermo diuinus diligere Christum, nec dicit tibi, ne diligas liberos, ne parentibus charitate iungaris. Sed quid dicit? ne inordinatam habes charitatem, ne primum patrem, aut matrem, deinde me diligas. Quis putas ita proficit ex nobis, vt primam inter omnia, sermonis Dei habeat charitatem. Qui in secundo loco liberos ponat, iuxta hunc modum: ama uxorem, nullus quippe carnem suam odio habet, sed amat vt carnem suam, & erunt, inquit, duo in carne vna, & non in vno spiritu: ama Deum, sed ama illum, non vt carnem tuam, sed vt spiritum.* Optime exponit Origenes ordinem rerum diligendarum ex verbis illis Ephes. 5. 29. *Qui suam uxorem diligit se ipsum diligit, nemo enim carnem suam odio habuit.* Et verba Christi Domini apud Matth. 19. 5. *Et erunt duo in carne vna.* Quibus locis innuitur ordo in dilectione seruandus, nempe vt sicut præferendus est spiritus carni, ita Deus vxori, vel aliis omnibus rebus. Hoc tamen non negat habendam esse curam domesticorum, imo vero quantum eorum vtilitati inuigilandum sit apprime ostendit, nam licet maiorem curam habere oporteat spiritus, quam corporis, multa tamen cura, & diligentia agendum est circa corpus, & multo amore illud prolequi tenemur.
2. **1:** ad Thessal. 5. 23. *Ipsæ autem Deus pacis sanctificet vos per omnia: vt integer spiritus vester, anima, & corpus sine quærela, in aduentu Domini nostri Iesu Christi seruetur.* Ambrosius lib. 7. in Lucam hoc loco per virum, & vxorem intelligit corpus, & animam: vt enim corpus animam excipit, & omnia illi communicat instrumenta, membra, & facultates, per quæ possit suas exercere operationes, formas, & imagines illi subiicit, per quas possit cognoscere, è contra vero anima corpori vitam præbet, & motum, & per omnia sibi coniungit. Quod si nexus ille, & mutua communicatio dissoluatur totus homo perit. Non aliter vir & vxor, mutua beneuolentia coniungi debent, alias enim bonum totius familiæ perit omnino. Cuius sententia (ait Ambrosius) assertorem habemus Apostolum dicentem: ipsæ autem Dominus sanctificet vos per omnia, vt integer spiritus vester, & anima, & corpus sine quærela in die Domini nostri Iesu Christi seruetur. Et infra. *Plerique autem virum, & uxorem consentientes sibi studio charitatis accipiunt.*
3. Varias peregrinationes, & aduersos casus Patriarchæ Abrahamæ refert Scriptura in Genesi per

plura capita. Verum in illis omnibus indiuiduam comitè se præbuit illi Sara. Quod expendit Chrysofomus homil. 32. in Genes. Nempè tantus amor debet intercedere inter coniugatos, vt nulla temporum varietate diuelli possint. *Hoc vere est coniugium* (ait Chrysofomus) *quoniam non solum in prosperitate, sed in periculis simul obambulant. Hoc germana charitatis indicium est. Hoc signo certissime inermoscitur amicitia. Non sic diadema in capite possum Regem præclarum ornat, ac obedientia illa, qua consilio iusti paruis beatam, & illustrem, & claram demonstrant.*

Genes. 20. *Dixitque de Sara uxore sua, soror mea est. Misit ergo Abimelech Rex Geraræ, & tulit eam.* Iure miratur Chrysofomus homil. 45. in Genes. mulieris huius ad maritum obedientiam, quæ illi morem gerens se illius vxorem esse dissimulauit, & forem dixit: nec tandem rem nudauit, dum sibi à Rege vis pareretur, ne detecta simulatione mali aliquid pateretur. O magna femina erga maritum obedientia, ô indissolubile coniugis vinculum. *Dixit autem* (ait Chrysofomus) *de Sara uxore sua, soror mea est, ne forte occiderent viri ciuitatis propter illam. Admirabilis quoque, & Sara charitas est, quæ periculo mortis iustum eripere voluit. Poterat enim detegendo factum contumeliam effugere, sed pertulit omnia fortiter, vt viro salutem pareret, & impletum illud dictum: & erunt duo in carne vna. Ita mutua salutis vicissim curam agebant, & tantam declarabant concordiam, quasi vnum esset corpus, & vna anima. Audiant hæc viri, audiant, & mulieres. Hoc enim verum est coniugium, quando tanta inter eos est concordia sicut enim corpus numquam à semetipso dissidet: neque anima aduersus semetipsam, ita virum & mulierem non conuenit dissidere.*

Sublatam ab Adamo costam in mulierem ædificat Deus Genes. 2. cum prius Adamo soporem immisisset. Poterat sane Deus à vigilante Adamo costam extrahere, maluit tamen alto somno eum obruere, & eo tempore costam euellere. Nempè si ab ipso in vigilia constituto costam abstraheret, vel dolore inferret, vel deesse sibi costam grauius ferret, ob quod forte & ipsam vxorem è costa efforandam minus diligeret. Ergo ne fomenta odij Deus coniugatis ministraret, vel saltem coniugalem amorem imminuere videretur, prius eum dormire facit, & sic costam extrahit. Non mea est hæc sententia, sed Chrysofomi exponentis Psal. 115. quam tradit his verbis. *Immissus autem erat excessus, ne sentiret, cum auferretur costæ, neque ex ea dolorem caperet. Ea ratione sufferens sensum molestia ne accepto dolore agre ferret, immisit in eum soporem.*

March. 19. *Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet.* Nota qua ratione in hominem referat Christus Dominus causam separationis viri ab vxore, scilicet *homo non separet.* Ac si dicat, hoc quidem humanum est. Causa enim dissidij, & odij inter virum, & vxorem plerumque in virum referenda est. Nam marito moroso, & difficili ingenio nulla vxor bona est; & quantumcùmque vxor inamabiles habeat mores, si tamen vir eius, sit iustus, & pius, suo exemplo, & industria ad meliorem mentem, frugemque perducit. Hanc expositionem tradit Author operis imperfecti in Matth. homil. 32. his verbis. *Et accesserunt ad eum Pharisei tentantes eum, & dicentes si licet homini quacumque ex causa uxorem dimittere. Viro casto qualiscumque vxor bona est, quia perfecta caritas vitia non sinit.*

Cum de dimittenda vxore quæstionem mouissent Pharisei coram Christo Domino, vt refert Matth. cap. 19. vt Christus amorem promoueret coniugatorum his verbis vsus est, num. 4. *Non legistis,*

legistis, quia qui fecit hominem ab initio masculum & feminam fecit eos? Et dixit: propter hoc dimittet homo patrem, & matrem, & adhaerebit uxori suae, & erunt duo in carne una: itaque iam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus coniunxit homo non separet. Multa congerunt haec verba argumenta, quibus coniugibus amorem suadeant. In primis illos reducit ad primam mulieris, & viri formationem. Cum Deus Optimus Maximus ceterorum animantium species edidit, utrumque sexum de terra formavit: sed in unius hominis formatione virum de terra effinxit, feminam vero ex costa viri eduxit, nimirum maiorem inter homines amoris coniunctionem desiderat Deus, quam inter reliqua animalia. Innuit enim quod vir non modo uxorem suam diligit, tamquam sibi comparem, sed tamquam eiusdem viri particulam, & corporis sui portionem. Subdit etiam. *Quod Deus coniunxit homo non separet.* Ac si dicat: coniunctio viri, & uxoris non modo iure naturali constat, sed etiam diuino. Itaque qui societatem, & mutuam benevolentiam, inter uxorem, virumque confringit, non modo iura naturae, sed diuina repellit. Haec duo argumenta ex relatis Domini verbis elicit Author operis imperfecti in Matth. his verbis. *Propter quod relinquet homo patrem suum, & matrem suam, & adhaerebit uxori suae. Propter quid? Quia ex viro est uxor, & ex una carne sunt ambo. Ergo nunc maior charitas debet esse inter fratres, & sorores: quia isti quidem coniuges ex eisdem parentibus exeunt, illi autem ex diuersis? Sed magnum est nimis quia fortior est Dei constructio, quam virtus natura.* Accinit his Chrysofostomus homil. 34. in cap. 13. 1. ad Corinthios. Eius verba subiicio. *Itaque velut à capite quodammodo totum humani generis corpus dependet.* Haec ille. Ad vnum caput refertur totum genus humanum, scilicet ad vnum Adamum, non ad duo, sicut in aliis animalium generibus.

8. Multa congerit pro hac re Chrysofostomus homil. 34. in cap. 3. 1. ad Corinth. In primis Adamum ex terra initio effinxit, reliqui vero homines aliter, quam ipse primus Parens, prodeunt: illum enim de terra fecit, reliqui omnes parentes per generationem producant. Voluit enim Deus eos arctius in amicitiam coniungere, si enim singulos homines de terra formare minori profecto charitate iungerentur, cum nullum esset sanguinis vinculum, quod homines adstringeret. Nunc vero multa sunt necessitudinis genera, quibus homines inter se copulantur. Nam patres cum filiis, fratres cum fratribus & sororibus, uxor cum marito, multa familiaritate, multaque benevolentia uniantur, & tota familia ex his nodis coalescit, ut mirum sit posse inter eos aliquod interesse dissidium. Hoc Christus Dominus innuit Matth. 19. 4. *Qui fecit hominem, ab initio masculum, & feminam fecit eos? Et dixit eis propter hoc dimittet homo patrem suum, & matrem suam, & adhaerebit uxori suae, & erunt duo in carne una.* En tibi qua ratione Christus Dominus viri, & uxoris amorem in coniunctionem, & amplexum ad procreandum filios retulit. *Nam & author ipse (ait Chrysofostomus) rerum Deus iam olim principio sexcenta commentus est, qui illam nobis inculcarent. Primum caput unum omnibus dedit ipsum Adam. Cur enim è terra non sumus? Cur non quemadmodum illi profecti. Nempe ut partus, & nutritio, ut successio generandi nos inuicem ligarent. Hanc ob causam neque mulierem ex terra fecit. Postquam enim non valuit satis ad concordiam flectere nos, quod substantia eiusdem esset, nisi eundem etiam haberemus parentem, etiam hoc ita comparauit, nam si simul quidem, quia locis disside-*

mus alienos nos inuicem esse putamus. Si ergo rationis totius duo essent propria, quid futurum esse vides? Haec ille. Expende illa verba. *Hanc ob causam neque mulierem ex terra fecit, &c.* Quibus verbis aperte subscribit illi sententiae, quam numero praecedenti ex Imperfecto retulimus, nempe ideo, non utrumque sexum hominum condidisse de terra, sed vnum tantum Adamum, feminam vero ex eius costa, ut scilicet maiori amicitia homines quam reliqua alia iungeret.

9. Ex vno Adamo omne genus hominum originem traxit. Imo vero eius uxor Eua ex Adami costa fuit efformata. Verum quia hoc perpetuo fieri non æquum erat, sed magis rationi consentaneum, ut naturali propagatione genus hominum coniungeret, ita Deus duos homines in matrimonium coniunxit, ut ex eis vna tantum caro, vnum corpus constaret, & coalesceret, quo magis homines benevolentia iungerentur, & tota familia, quae ex parentibus, filiisque constat, quasi vnum corpus esset, & vna anima. Hoc Deum intendisse feminam viro confurgendo innuit Christus Dominus Matth. 19. 4. *Non legistis quia qui fecit hominem ab initio masculum & feminam fecit eos? Et dixit. Propter hoc dimittet homo patrem suum, & matrem suam, & adhaerebit uxori suae, & erunt duo in carne una.* Id est, ita virum, & feminam in matrimonium collocauit, ut ex eis vnum corpus coalesceret. Hoc Chrysofostomus notauit homil. 34. in cap. 13. 1. ad Corinth. *Itaque (ait Chrysofostomus) velut à capite quodam vno totum humani generis corpus dependet. Et quia iam à principio parentes duo fuisse videri possent, vide qui conglutinent, qui in vnam legem connubij coniungant. Propter hoc homo patrem, & matrem relinquet, & adhaerebit uxori suae & erunt duo in carne una.*

10. Matth. 19. 3. *Et accesserunt ad eum Pharisaei tentantes eum, & dicentes, si licet homini dimittere uxorem suam quacumque ex causa? Qui respondens ait eis: non legistis quia qui fecit hominem, ab initio masculum, & feminam fecit eos? Et dixit: propter hoc dimittet homo patrem, & matrem, & adhaerebit uxori suae & erunt duo in carne una.* Expende cum Chrysofostomo hom. 34. in cap. 13. 1. ad Corinth. nomen illud homo in illis verbis. *Propter hoc relinquet homo.* Id est, relinquet homo, id est, relinquet vir patrem & matrem. Non ait relinquet femina patrem, & matrem propter maritum, sed relinquet maritus propter uxorem matrem & patrem. Nempe ut, ait Chrysofostomus, maiorem benevolentiam indidit Deus viro erga uxorem, quam uxori erga maritum. Vnde de viro statuit fore ut relinquat propter uxorem parentes, de femina vero nihil tale dixit. Haec enim verba quae Christus citat dicta sunt ab Adamo, dum ad eum uxorem detulit Deus. Sed quid fuit in causa ut maiori amore vir ad feminam inhiaret quam femina ad virum. Hoc iure factum dicit Chrysofostomus, ut viri erga feminam imperium amore temperaretur, ne in tyrannidem profiliret. Vide quantis Deus intendat, mitem ac placidum reddere virum erga feminam. Audi Chrysofostomum. *Propter hoc homo patrem, & matrem relinquet, & adhaerebit uxori suae, & erunt duo in carne una, non dixit mulier sed homo, quia cupiditas in hoc maior, & maiorem quidem incirco viro dedit, ut imperium, quod in mulierem habet, cupiditatis illius tyrannide retusum inbecilliori subiceretur.*

11. Cum vir natura feminae praestet, & praesit, multa Deus commentus est, ut hanc viri potestatem temperaret, ne in tyrannidem vergeret. In primis filiorum educationem, & procreationem fere totam

fœminis commisit, vt maior esset filiorum erga matres amor, quam erga patres, & mariti vxoris opera adhuc maximè egerent. Hoc ex Chryso-
 Chrysoft. mo notauerim homil. 34. in cap. 13. 1. ad Corinth. his verbis. Porro autem ne illa vicissim, quod esset data
praesidio iurget, & vinculum rumperet, ex costa eam fecit, partem corporis esse volens, sed neque vt hinc vir sibi placeret non esse solius, iam deinde sinit, quod erat solius antea: sed circa procreationem filiorum, illi inducit etiam hic, praferens maritum, sed sic, vt ne vnus qui- dem omnia esse sinat.

12. Ephes. 5. 28. Qui suam uxorem diligit se ipsum diligit. Nemo enim carnem suam odio habet. Quorum

Ephes. 5. 28. verborum hic est sensus iuxta Chryso-
 Chrysoft. stomum homil. 20. in cap. 5. ad Ephes. Quis est, qui corporis sui non misereatur, & ei medeatur, si ægrotet. Quis sibi eruit oculos, quia lippitudine laborant? Quis sibi nasum abscindit, quia distortus est: Sed corporis morbis medemur, sin vero ad sanitatè perducere non possumus toleramus. Hac etiam ratione mariti vxores suas multa cura ad virtutem efformat, quod si consequi non possint, patienter ferant. Non

dicas mihi de vxore (ait Chryso-
 Chrysoft. stomus) quod talis, ac talis sit. Non vides, quod in carne multos defectus habemus? Hic claudus est, ille distortus habet pedes, manus aridas alius, alius quoddam membrum infirmum habet, & tamen illud nec dolendo occultit, nec amputat, sed merito reliquis praeposit. Et merito, est enim suum. Quantum itaque vnusquisque dilectionis habet erga seipsum, tantum vult Apostolus erga vxores nostras nos habere. Subdit autem Paulus post relata verba. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, in Ecclesia. Quæ verba ad rem praesentem inflectit ibid. Chryso-
 Chrysoft. stomus hoc modo. An non vides Christum quodammodo relicto aeterno Patre cœlestia, & superna deseruisse, terrestria, & ima tenuisse, vt sponsa suæ, id est, Ecclesiæ se coniungeret. Et tu vel hinc discere amare vxorem tuam, diligere domesticos tuos, parcere eorum prauis moribus: sicut Christus Dominus facilem se praebuit Ecclesiæ, & eius vitia dissimulando eam ad meliorem mentem sensim perduxit. Unde (subdit Chryso-
 Chrysoft. stomus) quid est mysterium hoc magnum, inquis, quoniam magnum quid, & admirandum beatus Moyses indicauit, imo Deus ipse inter ea sane de Christo, inquit, loquor. Quoniam, & ipse derelicto patre descendit, & ad sponsam venit, & factus est in spiritum vnum. Qui adhaeret Domino vnus est spiritus. Et benedixit, magnum est hoc mysterium. Ac si dixisset, verumtamen Allegoria ista coniunctionem coniugalem non euertit.

Hanc viri & fœminæ coniunctionem multis
 13. quincit Chryso-
 Chrysoft. stomus homil. 12. in c. 4. ad Colof. In primis Paulus 1. Corinth. 11. 3. Volo autem vos scire, quod omnis viri caput Christus est. Caput autem mulieris vir. Hac similitudine in primis multa charitate coniungit Apostolus virum, & vxorem, vt enim corpus ex capite, & ex aliis membris coalescit, nec corpus à capite diuidi potest, neque è contra, eadem prorsus ratione vir & fœmina non duo dicenda sunt, sed vnum, idemque corpus, quod Deus in ipsa mulieris formatione significauit, quam de ipsius viri corpore extraxit non de terra effinxit. Demum illud confirmat ex diuina sententia Genes. 2. 28. Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi. Nomen illud adiutorium sumpta similitudine à membris corporis nostri exponit Chryso-
 Chrysoft. stomus. Sicut enim natura, ex diuersis membris hominem compegit ad diuersa munera obeunda, verbi gratia, oculos tamquam speculatores, manus ad opera exercenda dedit, &c. Non aliter

etiam, eidem corpori, aliud quoque instrumentum adiutoriumque dedit ad filiorum procreationem, & ad muliebria, domesticaque munera obeunda. Ergo si vxor instrumentum homini datum est, non aliter, ac reliqua corporis membra, quantumcumque ad diuersum munus amanda, & diligenda est, non aliter, ac reliqua corporis partes. Sed hic quidem (ait Chryso-
 Chrysoft. stomus) caput, illa vero corpus quomodo duo sunt? Quapropter illa quidem discipuli, hic vero doctoris locum obtrinet: hic principis, illa subiecti: & ab ipso corporis fingendi modo deprehenderit quis duos esse vnum. Nam ex costa facta est Eua, & quasi semisecta duo fuerunt. Adiutorium faciamus, & adiutorium simile sibi. Propterea, & adiutorium vocat, vt ostendat vnum esse.

Genes. 2. 24. Relinquet homo patrem, & matrem, & adhaerebit vxori suæ. Vix hoc cuiquam in mentem venire posset, nempe aliquam futuram coniunctionem, tam arctam, quæ filij, patrique nodum dissoluere posset. Ergo quia fidem captumque cuiusquam excedere videbatur, subdit statim. Et adhaerebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Id est, nemini difficile videatur amorem mariti erga vxorem maiorem futurum, quam filij erga parentes. Scilicet erunt duo in carne vna, hoc est. Nam vxor non aliquid à viro diuersum credenda est, sed ipsissimus vir. Ergo sicut amor erga se ipsum beneuolentiam erga parentes excedit, sic etiam filij erga parentes longe superat. Hunc sensum assertit his verbis Chryso-
 Chrysoft. stomus homil. 12. in cap. 4. ad Colof. Audi eius verba. Propterea, & adiutorium vocat vt ostenderet vnum esse. Propterea patri, & matri cohabitationem praefert.

Hanc viri & fœminæ coniunctionem ad filios quoque extendit Chryso-
 Chrysoft. stomus homil. 12. in c. 4. ad Colof. Ergo expendit verba illa, quæ à Deo afflatus Adamus retulit cum primum adducta esset ad eum vxor. Quamobrem relinquet homo patrem, & matrem, & adhaerebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Caute dixit in carne vna, non caro vna. Nam si tantum dixisset, erunt duo caro vna, facile quis credere posset vxorem, & maritum summa quidem coniunctione sociandos. Hanc vero strictam beneuolentiam ad filios non excedere. Merito ergo ait, & erunt duo in carne vna, id est, in filio. Ac si dicat, non modo summa coniunctio, & beneuolentia debet intercedere inter virum, & fœminam coniugatos, verum etiam inter filios. Vir enim iuxta Paulum caput est mulieris, mulier autem quasi corpus huius capitis, nati vero instar colli, quod vtrūque coniungit. Ergo quemadmodum homo ex corpore, capite, colloque coalescit, ita etiam ex fœmina, filijs & marito integra familia confurgit, in qua necesse est, vt intercedat summa beneuolentia. Vnde optime noster Ecclesiasticus. Noli esse sicut leo in domo tua, &c. Id est, ne ab humanitate domesticis debita desciscas, hac enim ratione efficies, vt humanam naturam exuas, leoninamque induas. Est autem puer (ait Chryso-
 Chrysoft. stomus) instar pontis cuiusdam, tres itaque vna sunt caro, puero ambos vtrimque coniungente. Quemadmodum enim ex duabus ciuitatibus fluuio interlabente dissectis per pontem vtrimque, illas vtrimque coniungentem vna fieret, ita & hic est, & amplius etiam, quandoquidem & pons iste ex vtriusque substantia est iuxta hanc rationem, sicut caput, & corpus vnum corpus sunt, nam collo quidem diuiduntur, atamen non magis diuiduntur, quam coniunguntur, propterea diligenter non dixit. Erunt vna caro, sed ad carnem vnã coniunctam vnaquaque pueri est.

Summam, viri fœminæque coniunctionem significauit

Chrysoft.

12. Ephes. 5. 28.

Chrysoft.

Chrysoft.

13.

1. Cor. 11. 3.

Genes. 2. 28.

Chrysoft.

14. Genes. 2. 24.

Chrysoft.

15.

Chrysoft.

16.

ficavit Adamus illis verbis Genes. 2. 23. *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea.* Qua sententia vsus est Apostolus ad eandem rem probandam 1. Corinth. 11. 9. & quod caput est Christus Dominus Matth. 9. 5. Ex quibus elicit Chrysofostomus homil. 12. in cap. 4. ad Colos. quantum mali ex domesticis diffidiis oriatur. Vt enim diuisio carnis, aut ossis, quæ sit inflicto vulnere, dolorem homini, & necem infert: sic etiam rixæ, & diffidia domestica plurimum doloris habent, & familiæ extremam inferunt perniciem. Quod probat ex verbis illis Psal. 141. 4. *In desiciendo ex me spiritum meum, & tu cognouisti semitas meas.* Quam sententiam hoc modo legit Chrysofostomus, & hunc sensum efficit. Quem admodum spiritus deficit, cum corpus vulneratur, & homo animam exhalat, ita etiam familia, quæ corpus quoddam mysticum est omnino perit, dum vir fœminaque rixantur. Propterea (ait Chrysofostomus) & adiutorium vocat, ut ostenderet unum esse. Propterea patri & matri cohabitationem præfert, & pater similiter gaudet nubentibus filio, & filia tanquam ad propria membra cooperante corpore. Et cum tantus fiat sumptus, pecuniarumque immunitio, non tamen patitur inmutam negligi. *Quemadmodum enim separata, & diuisa utrinque carne inutilis est ad filiorum procreationem uterque; ita & uterque ad præsentis vite sustentationem inutilis est, propterea, & Propheta dicit, deficit spiritus mei.*

Hoc etiam ex utilitate, quam vir ex fœmina capit probat Chrysofostomus homil. de non iterando coniugio. Quam utilitatem innuit Deus illis verbis Genes. 2. 18. *Non est bonum hominem esse solum: faciamus ei adiutorium simile sibi.* Non Deus frustra fœminam condidit, sed viri utilitati consulens, ut ea ad filiorum procreationem, & ad domesticam curam vtatur. Et quid ferinum magis, quam eam odisse, vulnerare, impetere sustibus, & pugno, quæ ad tui utilitatem creata à Domino est? *Nam ab ipso rerum initio (ait Chrysofostomus) non omnia viris commisit Deus, neque ab ipsis solis pendere, quæ ad vitam pertinent, voluit. Ne si mulier nihil ad vitam conferret despiciatui haberetur, quamobrem prospiciens Deus non inferiori illam loco constituit, atque ab ipsomet initio clavam faciens dixit: faciamus ei adiutorium. Etenim ne eo, quod ipse prior formatus est, & per illum formata est mulier, magnos aduersus mulierem spiritus vir sumeret, hoc adiutorij verbo timorem ipsius compressit, ostendens mundana negotia, nihilominus vxoris, quam viri egere.*

Amanda est vxor non ad explendam libidinem; non modo ad procreandos filios, aut domesticam gubernationem, sed ad eum modum quo Christus Ecclesiam adamauit, quem præscribit Paulus Ephesior. 5. 25. *Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & semetipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, &c.* Id est, vim amoris sui erga Eccle-

siam in eo Christus ostendit, quod bono Ecclesiæ per omnia consuluit, & semetipsum morti tradidit, ut eam mundaret. Ergo & maritus hunc amorem imitetur: si peccauerit vxor, eam corrigat, spiritualibusque morbis medeatur, eam ad virtutem efformare intendat, huc vis amoris referenda est. Sequor hac in re Chrysofostomum homil. de laude Maximini, & quales ducendæ sint vxores, his verbis. *Cum enim dixisset, viri vxores diligant, non hic sedit, sed modum etiam amoris præsiuit. Ad quem tamen? Viri diligite vxores vestras. Dic quomodo? Quem mihi diligendi modum præscribis? Quomodo Christus dilexit Ecclesiam, & quomodo quæso Christus dilexit Ecclesiam? Ita ut semetipsum pro illa traderet. Itaque si mori pro vxore oporteat nequaquam tergiverberis. Nam si Dominus seruam ita dilexit, ut semetipsum pro ea traderet, multo magis conseruam oportet sic diligere.*

Genes. 2. 24. *Quamobrem relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ.* Expendit Chrysofostomus homil. 3. in Genes. verbum illud adhærebit, quod omnimodam coniunctionem viri ad vxorem significat. Nec satis est quacumque ratione vxorem diligere, sed necesse est, per omnia illi adhæreere. Deinde vero (verba sunt Chrysofostomi) *quid ait? Propter hoc relinquet homo patrem suum, & matrem suam, & adhærebit vxori suæ. Non dixit simpliciter unietur, sed adhærebit: ut summam coniunctionem significet, & erunt duo in carne vna.*

Hæc vocabitur virago, quia de viro assumpta est. Genes. 2. 23. non patitur sermo latinus, emphasim sententiæ exprimere, Hebraicè enim vir dicitur Is, de fœmina vero quid ait? Hæc vocabitur Iſa: ac si latine diceres. Hæc vocabitur vira, quia de viro assumpta est. Nempe vir nomen vxori imponat, quia oportet ut maximè eam notam habeat. Insuper idem nomen quo ipse gaudet, indere debet vxori, nec tanquam à se alienam vllò modo putare. Hoc indicat Augustinus lib. 6. de Genes. ad litteram his verbis. *Sexto illo die etiam Paradisus plantatus est, & ibi homo collocatus est, & soporatus, ut Eua formaretur. Et Eua formata vigilauit, ei que nomen imposuit. Formata Eua, vigilat Adamus, quia multa cura opus est illi, qui domui præest, nec illi vllò modo stertere licet.*

Non sit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta. VERS. 36.

Non sit porrecta, &c. Quasi dicat, ne auide cupias quæ non habes, postulesque; & quæ habes liberaliter tribue, aliisque impertire.

Non sit, &c. Hugo Cardinalis adiudices refert, qui libenter munera accipiunt, iuxta illud Esaiæ 1. *Principes tui infideles socij furum omnes diligunt munera, sequuntur retributiones.*

ECCLESIASTICI

CAPVT QVINTVM.

VERS. I.

Noli attendere ad possessiones iniquas. & ne dixeris : est mihi sufficiens vita : nihil enim proderit in die vindictæ, & obductionis.

1.



EXTREMA præcedētis capitis sentētia hominem compescuit à nimio studio obtinendarum facultatum, hæc vero amorem obtentorum, & nimiam fiduciam in eis moderatur.

Dionys.

Dionysius Carthusianus his, quæ de elemosyna præmisit, præsentem sententiam annectendam existimat. Hortatur enim hic ad vitandum ea, quæ ab elemosynarum largitione, ad quam præcedenti capite monuit, retrahunt : hæc sunt auaritia, concupiscentia, & stultitia vitia, contra quæ hoc capite sermonem instituit : nos vero faciliorem nexum præmisimus. Nostra autem lectio ita ordinanda est. *Noli attendere ad possessiones iniquas.* Id est, noli contemplari possessiones inique partas, & *ne dixeris est mihi sufficiens vita.* Et ne dixeris, habeo, quæ ad vitam sufficiunt cumulatissime. *Nihil enim proderit in tempore vindictæ, & obductionis.* Nihil enim hæc rerum copia præstabit ad Dei vindictam declinandam, auertendæque mala, quæ animo tristitiam obducunt, illūmq; mæore obruunt.

2.

Græca aliter, hoc est *ne attendas ad diuitias tuas: & ne dixeris sufficiens mihi sunt ad vitam.* Quæ sententia monet, ne diuites nimis diuitiis suis fidant, siue diuitiæ illæ iuste, siue partæ sint iniuste: iuxta illud Psal. 61. *Diuitiæ si assuuant nolite cor apponere.* Noster interpres verbum illud iniquas addidit, consueta scripturæ phrasi, quæ fere semper diuitias iniquas appellat: omnis enim diues aut iniquus est, aut iniqui hæres.

Psal. 61.

3.

Noli attendere. Id est, ne multum illis fidas, vel ne multum in illis gloriaris. Expendit Paulus de Palacio verbum illud *attendere.* Id est, noli conspicerere, noli oculos iniicere in aurum, neque enim minus huius metalli splendor homines amentat, quam aut visus meretricis, aut vini, quod flauescit in vitro. Ergo veluti è Basilisco, qui visu mortem etiaculatur, fuge, Dionysius. *Noli attendere;* non occupes te, neque consideres qualiter possis terrena bona superflua adipisci, nec nimium hac in re cogitatione immoreris.

Palacio.

Dionys.

4.

Possessiones iniquas. Vel iniuste partas, vel quæ plerumque cum peccato coniunguntur. *Iniquas.* Paulus de Palacio, quia quæ iniuste acquiruntur, neque à morte, neque à pœnis liberant hominem. Verum referenda sententia est, etiam ad diuitias iuste acquisitas, nam neque istæ hominem in his difficultatibus tuentur.

Palacio.

5.

Est mihi sufficiens vita. Id est, sunt mihi ad vitam sufficientia, iuxta illud quod mente versabat diues ille stultus: *Anima mea habes multa bona, reposita in annos plurimos.* Et ne dixeris. Lyra, id est, *longa mihi restat vita, ideo mihi multa sunt acquirenda.* Sed mortem vicinam conspice, & cupiditati modum pone. *Sufficiens vita.* Id est, sufficientia ad vitam. Paulus de Palacio. Sufficiens hæc quidem sunt ad vitam, ve-

Lyra.

Palacio.

rum ad mortem nequaquam. Dionysius Carthuf. *Dionys.* ne animo imbibas te tandiu victurum donec penum exhaurias, donec omnes facultates infumas. Sicus diues ille Lucæ 12. *Anima mea habes multa bona reposita in annos plurimos.* Cui statim dictum est: *Stulte hac nocte reperent à te animam tuam.* Damnatur enim in illo producendæ vitæ certa sentētia. Aliam expositionem addit Dionys. his verbis. *Ne putes tibi sufficere viribus tuis, aut sufficienter diuitem esse in carismatibus gratiarum.* Ergo docetur Dei gratiam esse necessariam, & ne quis putet suis viribus ad pietatem posse peruenire.

Dionys.

Lucæ 12.

Dionys.

Nihil enim proderit in tempore vindictæ, & obductionis. Hæc pars apud Græcos non extat, significat autem diuitem minime diuitiis, aut facultatibus posse auertere iudicium extremum, vel mortis periculum.

6.

Obductionis. De hoc diximus supra ad caput 2. num. 3. pulchre autem iudicij tempus obductionis dicitur, dum de diuite agitur, quia omnia alia iudicia, & tribunalia solent diuites muneribus corrumpere; hoc vnum est tribunal muneribus imperuium, & diuitibus inaccessum, quod nulla ratione flectere possunt. Vel verba illa, *nihil proderunt in tempore obductionis,* id est, mortis, significant, non modo rerum copiam ad vitam protrahendam non conducere, verum & multum nocere, vt contigit diuiti stulto de quo supra, qui quo tempore, & rerum abundantia longam vitam auspicabatur, vitæ filum abruptit, audiuit enim: *stulte hac nocte reperent à te animam tuam.* Tigurina legit. *Aggressionis,* vbi nos *obductionis.* Nam tempore mortis aut iudicij nos vndique mala aggrediuntur. Hanc partem multis exposuit Hugo Cardinal. & quam frequenter à diuitibus sacra Scriptura hæc fiduciam excutiat nonnullis prosequitur, libuit eius verba referre. *Et obductionis, id est, finis, siue mortis, quando sensus exteriores obducuntur, siue clauduntur. Vel obductionis, id est, sanationis, quoad bonos qui in die iudicij induti gloria immortalitatis penitus sanabantur: sic accipitur Ieremia 8. Nūquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi: quare non est obducta cicatrix filie populi mei. De hoc dicitur Proverb. 11. nihil proderunt diuitia in die ultionis. Sophon. 1. argentum eorum, & aurum eorum non poterit liberare eos in die Domini, Iacob. 5. Agite nunc diuites, plorate, &c.*

7.

Hugo.

ETHOLOGIA LVI.

Rerum abundantia multum pietati officit.

Noli attendere ad possessiones iniquas. Iniquas possessiones vocabit eadem phrasi qua Christus Dominus mammonam iniquitatis dixit: non quia diuitiæ natura iniquæ sint, vt Manichæi somniant, aut quia omnes diuites mali, sed quia vix sine dolo parantur, & fomenta omnibus vitiis subministrant. Ergo hoc de more nonnullis adductis testimoniis euincamus. Imperitus Cain maledictus à Domino ob mortem fratri illatam his verbis Deum alloquitur. *Ecce eycis me hodie à facie terre, & à facie tua abscondar.* Vide verborum consequentionem.

1.

Gen. 4. 14.

Eycis

Eiicis me hodie à facie terra. Quid inde? Et à facie tua abscondar, id est, etiam me à conspectu tuo abigis. Q improbum hominis ingenium: qui præter terrenas diuitias nihil sibi sanctum, nihil diuinum superesse credebat! Ecce eiicis me hodie à facie terra. Id est, me à fructibus terræ colligendis, & congregandis in auaritiam, quo facto eadem prorsus ratione à tuo conspectu me etiam eiicis. Imo vero, o impie, tunc Domini conspectum assequeris, cum hæc terræna despexeris. Hanc expositionem ex Philone desumpsi lib. Quod potiori deterius insidietur, his verbis. Quid igitur nugaris dicens si eiicis me hodie à terra, & a te abscondar. Imo uero si te a terreno arcueris, manifeste ostendam meam imaginem.

Exod. 3. 1. *Moyes autem pascebat oues Ietro soceri sui sacerdotis Madian. Iuxta nomen ethymologias ad sensum moralem deducit hunc locum Philo Iudæus. Ietro idem est, ac superfluus, igitur superflui oues pascit Moyes, quia illi qui populum de Ægyptiaca feruitute extrahere conantur, hoc vnum ante omnia curare debent, vt hominem euellant à superflua cura temporalis, & alio pascenda deducant. Concionatores enim verbi Dei ante omnia curam temporalium euellant. Moyes quoque (ait Philo) sapientissimus hominum censetur in pastorum numerum, hic enim pastor intelligitur mentis, præferens fastum veritati, quæ bona videri, quam esse, maluit. Isthor enim superfluus interpretatur, superfluus autem factus est ad inducendum in rectam vitam errorem asitus, qui est in causa, vt aliud apud ciuitates ius habeatur, non apud omnes id quod iustum est, quippe qui naturale, perpetuumque ius ne in somnijs quidem unquam vidit. Dicitur autem Moyes pastor fuisse pecorum Isthor sacerdotis Madian. idemque precatur, ne cuius grex, sic vocatur totum vulgus animarum, committatur.*

Reliqua omnia animantia prona, & ventri obedientia finxit Deus, vnum hominem rectum condidit iuxta Eccl. 7. 3. Hoc factum credit Philo lib. de Plantat. Noë, vt assuesceret rebus cælestibus inhiare, & hæc terræna despiciere. Hæc enim terræna cauenda, non suspicienda Deus dedit. Vnde in altum oculos attollere coëgit. Consequens erat (ait Philo) vt quoniam humana omnia exemplar sunt auctoris sui sermonem referebat corpus etiam erectum, ac purissimum, partem mundi cælum os attolleret, vt per hæc qui in propatulo sunt intelligantur hæc inuisibilia. Ergo quoniam erat impossibile, vt cogitatio perueniret ad aspectum eius, qui est, nisi mentis ab ipso attracta: sicut sua cuique manifeste testatur conscientia euidentis simulacrum oculi corpus habemus, quod possit ad cæteras suspicere.

Quærit Philo lib. de Plantat. Noë. Quanam ratione Moyes cum omnem regionem Chananæorum vndecim tribubus diuisisset, suam solam tribum hæreditatis expertem reliquerit. Hoc sane non in odium Leuiticæ gentis factum est, sed amore, quo in eam ferebatur, ductus. Nam eam remouens à temporalium rerum cura, cælestibus rebus habilem fecit, multisque curis, & laboribus liberauit, & ad sacerdotium aptam effinxit. Alias enim nec cælestia contemplari, nec sacra munera obire possent. Tanta est Moyse cum Deo familiaritas (ait Philo) vt hac maxime fretus, vehementiore, & maiore, quam pro aurium nostrarum captu proferre soleat dogmata, qui non modo hæredem facit eum, sed quod incredibilis est hereditate: integram enim tribum, quæ ad illum simplex confugit, non agro donauit, sicut cæteras vndecim, sed vt eximiam honorauit cælesti non terræna possessione. Non enim, inquit, tribui Levi portio, neque hæreditas in filios Israël, quia Dominus ipse hæreditas co-

rum est. Ex persona enim Dei canitur in eius oraculis in hunc modum, ego portio tua. & hæreditas, nam perfecte purificata manus, quæ se abdicauit creaturis omnibus, proculdubio nihil nouit, præter illum ingentem, ad quem accessit, & a quo recepta est.

Dixit autem Rex Sodomorum ad Abraham, da mihi animas, cætera tolle tibi: qui respondit, leuo manum meam ad Dominum Deum excelsum, possessorem cæli, & terra, quod a filo subteginis, vsque ad corrigiam caligæ non accipiam ex omnibus, quæ tua sunt, ne dicas ego ditavi Abraham. Genes. 19. 21. Cum triumphum reportasset Abraham, ex præda, quam abegerant Reges illi, nihil omnino in vsum suum cedere voluit eorum, quæ abstulerat, cum tamen iure belli præda cuncta ad Abrahamum pertineret. Cumque alias Abraham augendæ rei familiari inuigilaret, & congerendæ pecuniæ, victor omnia despicit, & pro nihilo habet, scilicet, vt vult Philo lib. de Temulent. quia magnos progressus in virtute fecit, qui dæmones, & vitia prostrauit, penitusque deleuit, nihil omnino curat infima hæc, & terræna, qui autem adhuc vitii inescatur, vel parum in virtute processit, cuius alias Abraham typum gessit, incubat pecuniis corrodendis. Sic sapientem illum Abraham (ait Philo) postquam suos, fugatosque nouem Reges vult quatuor affectus, & quinque sensus, qui præter naturam mouebantur, inducit sacra Scriptura hoc hymno contentem, & agentem gratias: extendo manus meas ad Dominum Deum excelsum creatorem cæli, & terra, si de corrigia vsque ad caligam accipiam de omnibus, quæ tua sunt. Ostendit autem quatum equidem intelligo creaturam omnem, cælum, terram, aquam, spiritum, animantes simul, & stirpes, quisquis enim ad Deum solum tendit, anima viribus, & a Deo iuari sperat, merito dicit: nihil accipiam ex omnibus rebus, quæ tua sunt.

Philo lib. de Abraham componit diuites cum lasciuientibus iumentis hac ratione: dum equi, & asini, & huius generis animalia cibo potuque abundant, lasciuient, iugum subite detrectant, selesorem excutiunt, si vero illis cibum detrahas lasciuiam deponunt, mansuescunt, frano selesorique parent, eadem prorsus ratione, dum rerum abundantia affulget, efferatur hominum animus, vitii inhiat, peccatorum cano voluitur: si vero in rerum temporalium difficultates incidere, facile virtuti incumbit, pietati inuigilat, & ad omnem iustitiam efformatur. Accedentem autem (ait Philo) ad bonitatem agri aquarum commoditate omnis generis fructum, quotannis prouentus erat maximus. Est autem ingens malorum iniuium, vt quidam non male coniectans dixit, nimia bonarum rerum copia, quarum satietatem quidam non ferentes tanquam iumenta lasciuunt, à cernicibus excussis natura legibus.

Philo lib. Quis rerum diuinarum heres. Multum officere rerum copiam pietati probat ex illis duabus sororibus, Rachele, & Lia vxoribus Iacobi, nempe Rachel sterilis, Lia fecunda. Rachel pulchra, Lia lipitudine laborabat. Nempe Rachel virtutis amatorem significat, Lia rerum temporalium. Ergo quo Rachelis pulchritudo maior est, eo infecunditas, & quo Liæ deformitas crescit, eo plures filios edit, nempe quo magis virtus augmentum sumit, eo temporalium rerum amor decrescit, & ex aduerso. Equidem (ait Philo) primogenitura, vt antiquior, ita honoratur. Moses autem etiam posterius natos hoc honore dignatur, his duplum tribuens, alijs auferens dimidium. Si habuerit, inquit, homo duas vxores dilectam, & exosam, & amba pepererint, distribuent suam substantiam, non poterit primogenituram dare filio dilectæ, scilicet voluptatis. Iuuenis enim hic censetur, & si tempore

5.
Genes. 19. 21.

Philo.

Philo.

Philo.

Philo.
2.
Exod. 3. 1.

Philo.

3.
Eccl. 7. 3.

Philo.

4.

Philo.

tempore antiquior, sed dabit filio seniori, sed dato est fastidita prudentia. Qui a principio dignus fuit, cui dua portiones deberentur. Huius figura sensum moralem, quia iam ante diximus. Reuertatur ad proxime sequentia premonito lectore, quod exosa vuluam Deus aperuisse dicitur, ortum dans bonis virtutibus, & honestis operibus, cum ea, qua dilecta putatur mox ab initio sit sterilis, videns, inquit, Dominus quod Lia fastiditur, aperuit vuluam eius, Rachel autem erat sterilis, sed quoties anima praegnant quales decet fetus parturit, tunc altera sensibilibus genitrix sterilem desinit parere, grata non propter amorem, sed propter oscula.

8. Genes. 15. 15. Tu autem ibis ad patres tuos in pace.

Gen. 15. 15.

Hæc verba expendit Philo lib. Quis rerum diuinarum heres. Cum Abraham duce Deo exierit de patria sua, neque ad eam vnquam sit reuersus, quid est, quod ad patres suos apponendum prædicat Deus? Nempe iuxta allegoriam, qui nouam viam virtutis aggreditur præterita omnia obliuioni manderet, & parentum antiquorum omnino obliuiscatur, neque amplius illos parentes reputet. Sunt autem parentes nostri hæc omnia temporalia. Ergo qui pietati incumbit, rebus omnibus temporalibus nuntium remittat, & nouum genus ordiatur, nouos parentes annumeret. In eundem sensum adducit Philo illud Leuitic. 16. 10. Comederis vetustissima veterum, & vetera nouis superuenientibus proicietis.

Leuit. 16. 10.

Quid est, quod venientibus ad maturitatem recentibus fructibus antiquos proiciit Deus mandat? Nempe, quia cum denuo ad virtutem accesseris, opus est vt rerum omnium copiam quam apud te repositam habebas abiicias: hinc enim totius pietatis exordium, nempe à paupertatis amore. Philonis verba subiungo. Adibus, inquit, ad patres tuos, quosnam patres dicat considerandum existimo, nam de illis qui dixerunt in terra Chaldaeorum in quorum familia hærebat Abraham intelligi non potest, quia oraculo iussus est à cognatis discedere. Dixerat enim Dominus ad eum. Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui ad terram quam ostendam tibi, & faciam te in gentem magnam: hunc diuino monitu profectum, peregre non est credibile reddi domesticis: quod ve fieri quidem poterat, vt futurus Princeps noui generis contribueretur. Nequaquam enim Deus daturus erat ei nouam gentem, & nouum genus, nisi prius in totum separatam veteri, hic est enim verus Princeps gentis, & generationis, e qua sen è radice pullulauit illa contemplatiua rerum natura planta nominata Israël. Si quidem præceptum est vt à facie honorum auferantur vetera. Quis enim est usus antiquitatis, & morum obsoletorum, quando repente, nec opinantibus conferim noua bona imbris more confluunt.

9. Leuitici 24. 10. de eo qui Deum blasphemauit

Leuit. 24. 10.

hac ratione habes. Ecce autem egressus filius mulieris Israëlitis, quam pepererat de viro Ægyptio, &c. Oportuit parentes huius hominis blasphemæ referre, erat enim natus patre Ægyptio. En tibi malorum causam, & originem, patrem sortitus erat Ægyptium, & ad patrem mores retulit, sed merito quæras, quare magis Ægyptij ad inferendas blasphemias in Deum procliuus sint, quam aliæ gentes? Huius rei causam reddit Philo lib. de vita Moysis. Nempe Ægyptij terram pro Deo venerantur, nam cum imbres nullos spectent, ad cælestia caput non exerunt, semper terræ inhiant. Hi autem qui terrena amant, & suspiciunt facile ad blasphemias, & maledicta Deo inferenda pertrahuntur. Primum (verba sunt Philonis) quando non solum Moysen omnium sanctissimum, & amantiissimum Dei, verum etiam quemquam mediocriter piuum exasperare potuit, quidam ex dissimili genere natus hybrida patre Ægyptio, matre

Philo.

Iudæa, qui fastidio ritu paterno declinauit ad impietatem Ægyptiacam contemptor cælestis numinis, soli enim propemodum ex omnibus gentibus Ægyptij terram cælo opposuerunt emulam: hanc diuini colentes honoribus, illud nuda veneratione dignitati eximia quasi regni extremitas præferenda esset Regis.

Philo lib. de Decalogo quæstionem mouet his verbis. Si quis igitur quærat, cur non in ciuitate, sed in vasta solitudine hæc leges perlata sunt? Postquam vero causas nonnullas subiunxit, tandem addit aliam, quæ nobis fauet. Scilicet oportuit, vt antequam regionem promissam caperent, & gleba fecundissima potirentur, ad cultum Dei informarentur, & veram religionem colerent. Tunc scilicet animus ad diuina excipienda aptior est, cum rerum omnium inopia afflictorum, & in vasta solitudine squalenti, hiantique solo versatur, cum vero rerum affluentia gaudet, diuina addiscere vix potest. Abducenda est (ait Philo) multitudo longe ab orbibus in vastam solitudinem omnium mitium fructuum sterilem, atque etiam aqua carentem limpida, vt constitui in summa cibi, potusque inopia, & salutis periculo repente inuenirent rerum copiam. Et paulo ante. Decebat, vt accepturi agros, & nouellas colonias, non vna cum eis leges acciperent.

10.

Philo.

Leuitic. 16. 10. Comederis vetustissima veterum, & vetera nouis superuenientibus proicietis. Quid est quod iubet Deus maturescens fructibus nouis antiquos proicere? Quid enim prohibet oleum, vinum, & triticum referuare? Ad rem moralem præceptum deducit Philo lib. de pœnis, & præmiis, fructus antiqui res temporales sunt, fructus vero noui cælestes, ergo vt in animi repositoria congreges cælestia, oportet terrena proicere, alias enim nequaquam poteris asseruare: & quicumque cælestibus inhiat disciplinis, prius terrena omnia depellat. Nam quibus (ait Philo) vera diuitia sunt in cælo recondite, per multitudinem sanctitatis, ac sapientiam, hi res familiares in terra super se penum replente Dei prouidentia, ne mentis cogitationes, & manus conatus impediatur, quamuis grauiter, se gerant in suis studijs. Hinc punitus diues ille stultus Lucæ 12. qui dicebat. Anima mea habes multa bona reposita in annos plurimos, &c. Oportebat enim ferente agro nouos fructus, antiqua ex repositorijs abiicere.

11.

Leuit. 16.

Philo.

Lucæ 12.

Psal. 48. 2. Audite hæc omnes gentes, auribus percipite omnes, qui habitatis orbem. Quique terrigena, & filij hominum, simul in vnum diues, & pauper. Iuxta Basilium in huc locum instar medici se gerit Deus, qui eis qui periculose magis decumbunt, prius remedia adhibet. Expende ordinem vocationis. Quique terrigena. Hoc est, qui terrenis opibus inhiatis. Tum deinde, & filij hominum hoc est, qui voluptatibus luxuriatis. Ergo magis periculose decumbunt diuites, quam lasciuui. Simul in vnum diues, & pauper. Iterum diuitem pauperi præponit, quia longius à veritate abest. Quoniam autem animarum medicus (ait Basilium) non venit vocare iustos, sed peccatores ad penitentiam, primum in vocatione ordinauit, quod in qualibet congregatione, reprehensione erat dignius damnatione. Omnium, qui orbem habitant gentes erant pessima, attamen, quod ad vocationem attinet cæteris pralati sunt honore: vt qui male habebunt utilitatem à reliquis promanantem ad se transfererent. Rursus terrigena ante filios hominum in ordine selecti sunt, & diuites ante pauperes, quod illi ad damnationem longe propensorem occasionem haberent, & ad salutem promerendam non medicrem difficultatem, eoque ante vocati sunt quam pauperes. Eius moris est nostri medici benignitas, vt infirmioribus sue medella impertiat commoditatem.

12.

Psal. 48.

Basilium.

Psal. 48.

13. Psal. 48. *Ne timearis, cum diues factus fuerit homo, neque cum multiplicata fuerit gloria domus eius.* Sane nullus hic locus timori videbatur esse, unde frustra eum abigere intendit. Scilicet si homo diuitiis affluat, magis hoc latitiam, & gaudium, quam timorem inferre potest. Ergo hæc consolatio ad pauperes facta communiter creditur hac ratione, o, pauperes, qui spoliationem, & fraudes à diuitibus patimini, ne timeatis, ne animum despondeatis. In ianuis enim est mors, quæ vos per omnia diuitibus similes reddet. Æqua enim alea, similis fors utroque expectat. Hoc enim est quod subdit Propheta. *Quoniam cum interierit non sumet omnia, &c.* Hic quidem communis sensus. At vero Basilius in hunc locum longe aliter opinatur, ut scilicet hæc verba non pauperes, sed diuites consolentur hoc modo. O, vos diuites quorum cellaria frugibus, scrinia auro rumpuntur iustum quidem est vobis de æterna salute timere, sed ne omnino quidem animum despondeatis, neque vobis aditum regni cælestis omnino interclusum doleatis, nam licet diuitiæ ad ingressum in regnum cæleste impedimento sint, bono tamen vestro factum est, ut sub mortem omnibus diuitiis spoliemini, & in numerum pauperum redigamini, quo viam illam vacui agere possitis, & angustam illam portam intrare. Hoc enim est, quod addit Propheta. *Quoniam cum interierit non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius.* *Mox illi (ait Basilius) ut moriendum fuerit, non hanc omnem opulentiam sumet, ait, vix vestem sumet qua pudenda tegat.*

14. Diuitiæ vitiorum initium sunt adeo, ut qui illis affluit vix virtutis specimen edere possit, & ut pius iustusque habeatur, necesse est eum, prius facultatibus omnibus nudare. Hoc in Iobo factum notat Basilius in Psal. 48. hic enim cum reliquos mortales pietate superaret, calumniam tamen passus est à diabolo illis verbis num. 9. *Numquid Iob frustra timet Deum, &c.* Quasi non ob pietatem, sed ob lucrum Deum coleret, cum vero eum rebus omnibus expilaret, ne hiscere quidem contra eum ausus est. Scilicet diuitum virtutes si quæ sunt calumniis patent, secus vero pauperum. In hunc sensum adducit Basilius verba Psal. 48. *Confitebitur tibi cum benefeceris ei.* Id est, si quæ in diuitibus virtutes apparent, non tam veram virtutem habent, quam fictam, & simulatam, nam licet videantur Deum colere ob pulchritudinem ipsius virtutis, è contra tamen res accidit, eum enim tantum venerantur, ob diuitias. *Confitebitur tibi (ait Basilius,) cum benefeceris ei. De terreno loquitur homine, & de eo, qui tantum bona esse existimat, quæ primas obtinent in dignitate in hac vita, diuitias, sanitatem, potentiam, de hoc dicit, quoniam confiteretur Deo, cum beneficio quopiam affectus fuerit, is contra quopiam pressus calamitate omne genus blasphemie in Deum effundit. Propheta relicto paupere Deum compellat. Iam & alloquitur accusans abusum diuitiarum, & quod diues in opulentia sua tantum Deo gratias agit, si quæ interim in amana, & parum læta ingruerint, non iam idem perseverat. Tale enim est illud quod à diabolo obicitur aduersum Iob, quia neuiquam gratis coleret Deum sed pietatis mercede, diuitias haberet, & reliqua. Idcirco, ut viri virtutem Deus ostenderet, eum omnibus, quæ possederat spoliavit, ut ipsius hominis erga Deum gratitudo clarior appareret.*

15. Psal. 61. *Nolite sperare, in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere.* Expendit Basilius in hunc locum verbum illud *sperare.* Id est, si forte cuiquam hæc mens infuderit, diuitias vtilis fore ad pietatem, hanc quæso mentem abiiciat, imo vero diuitiarum copiam impedimento futuram esse credat, paupertatem

tem vero vtilem nimis. *Rursus prohibet (ait Basilius) nos sperare in iniquitate. Nam qui diuitiis ad iniquitatem coactus, ad vires, atque potentiam facere putauerit, similis est agro, qui in summo ac redundant morbi statu bonam esse agritudinem existimat. Nolite sperare in iniquitate. Hæc enim opulentia impedimento tibi est ad efficacem operationem.*

16. *Homini cuiusdam diuitis vberes fructus ager attulit.* Lucæ 14. 16. verbum illud *cuiusdam* indicat non omnes agricolas, eo anno vberes fructus cepisse, imo vero hic vnus tantum modo, reliquorum vero segetes infeliciter prouenisse. Ut scilicet hinc causam, & originem malorum. Si enim hic homo ut reliqui in multa paupertate iacuisset, nec insolentes animos arripuisset, nec morti, damnationique obnoxium se reddidisset. Deus enim ideo huic præ aliis diuitias indulgit, & prouentuum abundantiam, ut tanto beneficio commotus ad dandas Deo gratias se conuerteret, secus vero res accidit, nam congestæ diuitiæ hominem in malorum barathrum detruserunt. Hoc ex Basilio annotauerim homil. 6. his verbis: *Homini cuiusdam diuitis vberes fructus ager attulit. Et cogitabat intra se dicens: quid faciam? Destruam horrea mea, & maiora edificabo. Cum igitur abundauit, ager hominis nihil boni ex copia facturi, ut maior Dei longanimitas appareat, utque ad tales, eius bonitas extenderetur, qui pluit super iustos, & iniustos, & solem suum oriri facit super bonos & malos. Talis vero bonitas Dei manus colligit supplicium his, qui peruersè agunt.*

17. Cum multis opibus inhiantem hominem nobis ob oculos proponit Christus Dominus, multis diuitiis abundantem prius eundem depinxit, scilicet, sic natura comparatum est, ut quo amplius quis diues est eo maiori studio diuitias conquirat. Lucæ 14. 16. *Homini cuiusdam diuitis vberes fructus ager attulit. Quis non crederet tantis opibus diuitis animum fuisse satiatum, secus vero accidit, huic enim habendi appetitus creuit, unde quiescere deberet. Unde intra se cogitabat: Destruam horrea mea, & maiora faciam, &c.* Quæ verba angusti hominis animum, & avarum indicant, nec vlllo satiatum. Hæc est mens Basilij homil. 6. cuius verba dono. *Sed horrea multitudinis fructuum, granata dirumpebantur, cor autem eius prauum, ac tenax minime saturatum est. Semper enim antiquis noua speraddens, & annuis prouentibus copiam augens, in hanc inextricabilem incidit mentis inopiam, ac perplexitatem, cum nec veterum quidem propter auaritiam sineret in usus inopum cedere, nec item recentibus propter copiam locus esset; ideo vana, & inefficacia eius consilia, cura quoque perplexa fuerunt, quid faciam inquit. Quis non misereatur sic misere curis obsessi? Ipsa fertilitate inferior, ac timidulus.*

18. Mat. 19. cum viam pietatis interroganti Christus demonstrasset adolescenti, ille respondit: *Omnia hæc custodiui à iuuentute mea.* Quæ per mendacium dicta putat Basilius homil. 7. Ut ergo Christus eius mendacium detegeret subdit: *Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia que habes, & da pauperibus. Ac si diceret: si res ita se habet, ut tu iactas, hoc vno vera dixisse comprobabis, si abiecta cura rerum omnium terrenarum meis vestigiis inhæreas. Cum audisset autem adolescens verbum, abiit tristis, erat autem habens multas possessiones. Ipse profecto mendacium suum prodit: fieri enim non potest, ut qui pius, & iustus est, terrenarum rerum curam non abiiciat. Hunc sensum indicant verba, quæ Christus subdit. *Diues difficile intrabit in regnum cælorum.* Quæ verba aperte ostendunt adolescentem hunc diuitem non legem implexisse, alias enim etiam si congerendis*

Basilii.

dis diuitiis incubuisset ab ingressu rerum cœlorum non arceretur. *A mandato namque illo seruando* (ait Basiliius) *palam est, quod procul absis, & in te ipso mentiri deprehenderis, quod videlicet proximum sicut te ipsum diligis. Nam ecce præceptum illud, quod a Domino tibi propositum est, ostendit, quod charitate destitutus sis.*

19.
Psal. 1. 1.

Psal. 1. 1. *Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentie non sedit. Quænam hæc via peccatorum, in qua non stetit vir iustus? Nimirum iuxta Basilium exponentem hunc locum, hæc peccatorum via terrena sunt, & caduca, in hac ergo via beatus ille qui non stat, id est, qui hæc non amat. Vnde non dixit: beatus ille qui hanc viam non ingressus est, sed beatus ille qui in hac via non stetit, id est, qui in hac via non moram traxit, fieri enim non potest, ut quis rebus terrenis non utatur, sed beatus ille plane, qui in hac via non stetit. Id est, in ea moram non traxit, qui harum rerum terrenarum amore non tenetur.*

Basilii.

Atque in hunc modum (ait Basiliius) *si de via senseris, viator eris, transibunt omnia, post tergum relinquentur omnia, vidisti de via plantam aut herbam aut aquam, aut aliquid quiduis non indignum spectatu. Non nihil hic decerpisti delectationis, hæc interim à te fluxerunt, & c.*

20.
Psal. 14. 1.

Psal. 14. Duplicem vitam distinguit David. alteram præsentem, illis verbis. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo?* Alteram futuram, & beatam: *aut quis requiescet in monte sancto tuo.* Priorem partem ad nostrum institutum apte satis adducit Basiliius ibid. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo?* In primis interrogatio hæc, quam rari sint, qui eam assequantur ostendit. Sed quid quæso est habitare in tabernaculo, quod tam paucis datur? Certe de habitatione in hoc mundo sermo est: quis quæso inueniri poterit, qui hoc mundo tanquam tabernaculo, & diuersorio utatur? Ut enim ille, qui diuersorium ingreditur non multum de rebus curat, nec eis adhæret, sed tantum de transitu cogitat, ita oportet non multum hisce rebus terrenis inhæret, sed tanquam in transitu quodam eis uti. Cum vero elapsa hac mortali vita in illam beatam patriam peruenerimus, tanquam in firmissimo monte quiescimus. *Quis ergo* (ait Basiliius) *incolet tabernaculum tuum? Tabernaculum Dei hominis caro dicitur, atque anime habitationem Deo datam. Quis carni huic ut aliene attendet? Quemadmodum incolæ alienam terram mercede conductam ad voluntatem eius, qui elocauit agrum, colunt: ita & nobis carnis cura iuxta conductum ad præscriptum traditur, ut eam demum decenter, & officiose excultam, suo redamus elocatori frugiferam. Et infra. Is tandem qui propria membra mortificauerit super terram, & sanctimoniam perfecerit, dignus est in monte sancto requiescere.*

VERS. 2.

Ne sequaris in fortitudine tua concupiscentiam cordis tui.

VERS. 3.

Et ne dixeris: quomodo potui? aut quis me subiiciet propter facta mea? Deus enim vindicans vindicabit.

I.

Hæc cum superioribus hac ratione annecto, simul & expono. *Ne sequaris in fortitudine tua concupiscentiam cordis tui.* O, diues, qui diuitiis exaltaris, & genio indulges, ne illi, quidquid cupit, elargiaris. *Et ne dixeris.* Scilicet postquam potitus fueris cupitis. *Quomodo potui?* Id est, o, quam perfecit, quod libuit? *Aut quis me subiiciet propter facta mea?* Id est, quis me pessumdabit, aut contra me aliquid molietur, propter ea, quæ exequutus sum, id est, nemo prorsus, securus sum, supplicium mihi merendum

non est. *Deus enim vindicans vindicabit:* Deus namque, qui nunc tacet, dissimulatque, proculdubio de te vindictam sœnet.

Græca integrum locum hac ratione reddunt: *Ne sequaris animum tuum, & fortitudinem tuam: & ambules in vis cordis tui, ne dicas: quis me subiiciet propter opera mea? Deus enim vindicans vindicabit tuam iniuriam.* Tigurina. *Ne ideo anima tua, aut potentia, cupiditates cordis tui sequendo, indulgeas. Ne dicas item: Quam potens sum? Quis me propter facinora mea perdonabit? Dominus enim vindex iniuriam à te illatam vlciscetur.*

In fortitudine. Nos in diuitiis. Egerat enim superiori versu de diuite: diuitiæ autem veluti fortitudo sunt, & robur, quibus diues ad peccata armatur. 2. Alij vero ad robur, & vires corporis, valetudinem vegetamque ætatem referunt. Fauent Græca: *Ne sequaris animum tuum in fortitudinem tuam.* Etas enim lasciuens, & corpus vegetum animæ salutem obrunt. 3. Alij ad potentiam, & dominium referendum existimant, quæ etiam animo ad vitia robur addit. Multa sunt in sacris litteris, quibus hanc vel diuitum, vel bene valentum, vel potentiorum hominum audaciam, comprobare possumus. Psal. 1. *Qui dixerunt: linguam nostram magnificabimus, labia nostra à nobis sunt. Quis noster Dominus erit?* Et Sapientia 2. *Sit autem fortitudo nostra lex in iustitia.* Et Danielis 4. *Nabuchodonosor ait: nonne hæc est Babylon, quam ego edificauit in domum regni, in robore fortitudinis mee?* 4. Alij in fortitudine tua; id est, magno conatu, & tanquam effrænis æquis ne in malum corruas, quam expositionem indicat Hugo Cardinal.

Concupiscentiam cordis tui. Nos exposuimus, quod optas; quod in votis habes. Dionysius Carthusianus. *Concupiscentiam cordis carnalem, ad venerea consuetudo, aut procedendo, vel concupiscentiam cupiditatis, bona proximorum violenter tollendo in tua fortitudine corporali.* Ergo per concupiscentiam, aut luxuriam, aut rapinam intelligit.

Quomodo potui? Nos, valde potens fui. Palacio: sicut hoc malum impune feci ita alia multa potero.

Propter facta mea. Id est, etiam si alios offenderim, quis de me vindictam sumpsit? Tigurina: *Propter facinora mea.* Id est, adeo potens sum robore corporis, diuitiis vel præfectura, ut nullus eorum, quos male accepi contra me, vel hiscere audeat.

Vindicans vindicabit. Id est, grauissime, certissime, vel citissime. Palacio, etiam si alia peccata dissimulet, imo sine dubio defauit, quod præcipue eius diuinitatem lædit. Hugo. *Vindicans in corpore, vindicabit in anima, secundum quod dicitur Ieremia 17. Induc super eos diem afflictionis, & duplici contritione conterere eos.* Vnde Psal. 91. *Deus ultionum Dominus, Deus ultionum.* Lyra *vindicans vindicabit.* Certissime vindicabit, nam eius viribus nemo resistere valet,

ETHOLOGIA LXII.

Potentiores ne in tyrannidem deflectant erga subditos.

NE sequaris in fortitudine tua concupiscentiam tuam. Cohibet hic versus potentiorum hominum imperium, ne in tyrannidem vergant. Ad rem præsentem inflectit Philo illud Num. 22. Balaam hario-lus qui dure asinam fuisse percutebat, eorum gerit personam, qui cum magistratus, & præfecturas gerant, durius tamen contra sibi subditos agunt, & nihil merentem asinam verberant. Verum ut hanc iniuriam Deus depellat, & percutientem ab inferenda iniuria cohibeat, portentum oculis expectandum

standum obiicit, aſina humanas voces format, & ſe iniuſte cædi conquæritur. Adeo enim durum eſt, iniurias à potentioribus illatas ſuſtinere, vt Deum in auxilium trahat, & aſinæ humanas voces cogat eſſormare. *Inier quos* (ait Philo lib. Quod Deus ſit immutabilis) & *Balaam referendus eſt: nam & hic eſt terra progenies, non cæleſte germen. Argumento certiffimo, quod auguria, falſaque diuinationes ſequens, ne anima quidem oculo recluſo, vidit reſiſtentem ſibi Angelum Dei, vt conuerſus abſtineret ab iniuria, ſed ita ſe commiſiſt imprudentia fluctibus inundantibus, vt obrueretur ab eis.*

Delecto Aarone in Sacerdotem conquæſtus eſt populus Numer. 16. Huius autem ſeditionis authores duplici Deus ſupplicio punit, nam præcipuos inter rebelles ignis exuſit, reliquam vero commixtam plebem dehincens terra abſorbuit. Et non immerito, eos qui ex infima plebe erant, & veluti è terra nati, terra hos ante puniuit. At vero eos, qui præfecturam gerebant, non terra deleuit, ſed ignis exuſit: ſcilicet ignis omnium elementorum ſupremus in pœnam debebatur eis, qui principatum in alios obtinebant. Nempe vult Deus teſte Philone lib. 3. de vita Moſis vt nouerint homines peccatorum ſuorum pœnas daturus, etiam eos qui in præfecturis ſunt conſtituti. Putant enim pœri- que iſtorum leges pœnas decreuiſſe pro hominibus gregariis, & confuſa multitudine, non vero pro Principibus viris. Verba Philonis ſubiicito. *Vix hæc effatus fuerat, cum terra concuſſa rumpitur, eo præcipue loco, vbi tendebant impij, momentoque temporis vniuerſos operit: rursus vero hiatus cohibuit, velut ſuo deſunctus officio, nec ita multo poſt ſeditio ſi ducenti quinquaginta qui præcipui tumultus authores fuerant, repente de cælo tacti vna conflagrauerunt, nec minimo quidem membro relicto quod ſepulchris poſſet inferri. Atque ita horrendis pœnis cumulatis alias ſuper alias magnopere illuſtrata eſt Prophetæ pietas, Deo perhibente teſtimonium veritati oraculorum, vbi opere prætium eſt conſiderare quomodo cælum terraque pœnas exegerunt ab impijs hominibus, cum diuerſis munijs inter primas mundi partes, vnde cætera ſumpſerunt originem.*

Exod. 28. 30. Pones autem in rationali iudicij dotinam, & veritatem, qua erunt in pectore Aaron, Quærit Philo lib. 2. de Allegorijs legis, quare hoc rationali munierit Deus pectus ſummi ſacerdotis? Nempe, reſpondet ibid. pectus iræ ſedes eſt, oportuit ergo principis iram veritate, iudicioque intercludi, ne proſiliret. Nihil enim Deo antiquius, nil magis ex vſu Reipublicæ, quam effrænes inu- petus Principis cohibere, & veluti iniectis lupatis compeſcere, Itaque (ait Philo) *Propheta dicit ſermonem iudicium habentem ſuas virtutes ſuum ſupra pectus, nimirum Aaronis, id eſt, ſupra iram, vt ſic regatur primum à ratione, ne ledatur, per ſuam imprudentiam, deinde à doctrina cuius conſuetudine furor, libenter abſtinet. Ideoque iratorum non ſolum cogitationes, ſed & verba, perturbatione conſuſioneque plena ſunt.*

Deuteron. 25. 17. Memento qua fecerit tibi Amalech in via, &c. Iram vult nos Deus deponere, & iniuriarum immemores fieri. Quare ergo hoc populo illatum malum alte mandat animo retineri, & vindicari? Imo vero 1. Reg. 15. Iubet Deus Sauli vt hanc illatam iniuriam vindicet, & 2. Reg. 1. laudat Dauidem, quod perfecit id quod Saul imperfectum reliquit. Vnde quæſo tantam Deus concepit iram contra Amalechitas, quare tantum ſupplicium meruerunt, vt ad interuentionem vſque delecti ſint? Recole verba, quæ forte pro re præſenti tibi arma miniſtrabunt. Deuteron. 25. Quo-

modo occurrerit tibi: & extremos agnominis tui, qui laſſi reſidebant, ceciderit. Scilicet ſtomachum Deo mouit Amalech, quod imbelles homines & qui ſe tueri non poterant ſit aggreſſus, & ſemineces fame, & laſſitudine contriuerit. Ergo inde (ait Origenes, homil. 19. in Num.) perſpicuum ſit potentioribus viris non ſibi licere eos opprimere, qui viribus non valent, & horum vindicem Deum eſſe, pœnasque non vulgares daturus, ſi quid contra eos moliantur. Origenes verba ſubiungo. Non ergo expedit nobis parcere illi qui declinat populum, vel abſtingit, & denorat: illi ſcilicet inuiſibili Amalech qui volentibus aſcendere de Egypto, & de mundi huius euadere tenebris, atque ad terram promiſſionis aſcendere reſiſtit in via, & impugnat nos, & ſi inuenerit laſſos, & deſeſſos, & retro reſpicientes, atque in vltima cauda poſitos, abſcindit nos, & perdit. Vis autem ſcire quod non tranſitur ad terram ſanctam, neque peruenitur ad regnum, niſi prius vincatur Amalech, David cum multa bella geſiſſet, & contra Allophylos fuiſſent ei acerrimi frequentesque conſictus, non tamen ſcribitur obtinuiſſe regnum, niſi prius, edomiſſet Amalech, ait enim ſcriptura, & egreſſus eſt David, poſtea quam cecidit Amalech, & ſuſcepit regnum Saul.

Matth. 18. Ingentis vis pecuniæ abſolutionem adeptus eſt ſeruus à Domino Matth. 18. Sed quam ob cauſam? *Omne debitum dimiſi tibi quoniam rogasti me. Attende diligenter tantæ benignitatis fontem. Quoniam rogasti me.* Non quia adorasti me, notante Origenes tractatu 7. in Matth. Eo enim his noſtris calamitoſis temporibus peruenit quorundam Principum audacia, aut amentia, vt nihil omnino peccentibus concedant, nullam humanitatem præſtent, niſi adorentur, & inſtat numinis colantur. Vide autem (ait Origenes) *humilitatem Regis, quia aliud quidem fecit debitor talentorum multorum, aliud autem nominat Rex. Debitor enim ille procidens adorauit eum. Dominus autem eius vocans eum, non dixit, omne debitum dimiſi tibi, quoniam adorasti me, ſed quoniam rogasti me.*

Matth. 27. 2. Mane autem facto conſilium inierunt Principes Sacerdotum aduerſus Ieſum, vt eum morti traderent, & vincum adduxerunt enim Pontio Pilato præſidi. Tunc videns Iudas qui eum tradidit quod damnatus eſſet, &c. Nondum Chriſtus ante Pilatum ſteterat, nondum contra eum mortis ſententia lata erat à præſide, penes quem ſolum erat vita, & mortis ius, & tamen Iudas damnatum eum vidit, & iam de eo latam mortis ſententiam dicit. Scilicet, vt ait Origenes tractatu 31. in Matth. magnam vim habent potentiorum hominum preces, vt iudicem, vel integerrimum flecant, vt contra fas iuſque ſententiam ferant. Cum ergo Hebræorum Principes conueniſſent, de inferenda morte Chriſto, & hanc ob cauſam eum ad præſidis tribunal duccerent, rem omnino actam præuidit Iudas, & eum morte damnatum dixit. Quis enim tantorum virorum precibus non cederet? & quamvis iuſtum, & pium Chriſtum eſſe Iudex pro certo habuit, eum tamen voluntati tradidit eorum. Videns autem (ait Origenes) *quia damnatus eſt, quomodo vidit Iudas, quia damnatus eſt? Neque enim adhuc condemnatus erat Ieſus; nec à Pilato interrogatus. Forſitam autem dicit aliquis vim patiens, quoniam per conſiderationem ſua mentis vidit exitium rei, quia condemnatus eſt, ex eo quod traditum aſpexit à Principibus Sacerdotum, & ſenioribus populi.*

Genef. 41. ſomnium de ſeptem ſpicis, & totidem bobus, quod viderat Phærao, expoſuit Iosephus Genef. 41. Addidit autem vtile conſilium de colligen

Origen.

5. Matth. 18. 32.

Origen.

6. Matth. 27. 2.

Origen.

7.

- colligendo frumentum ad supplendam annonæ charitatem. *Nunc ergo provideat Rex virum sapientem, &c.* Hoc autem consilium in bonum Reipubl. datum potius quam fomniorum interpretatio Iosephum carum reddidit Pharaoni, & illum Ægypto præfecit. Nullus est enim, qui res publicas utilius administrare possit, quàm ille qui publico bono consulit. Vnde addit Moyses eodem cap. num. 37.
- Gen. 41. 33. *Placuit Pharaoni consilium, & cunctis ministris eius: loquutusque est ad eos. Numquid inuenire poterimus talem virum, qui spiritu Dei plenus sit?* Et paulo inferius. *Veritiquenomen eius & vocauit eum lingua Ægyptiaca saluatorem mundi.* Hoc ex Ambrosio notaerim 2. officiorum cap. 11. his verbis. *Quis huic priuata cause ad consulendum idoneum non iudicaret, cuius ferax animus, & mens fertilis temporis sterilitatem, quodam consiliorum & cordis vberesecundauit.*
- Ambros. 8. *Esaia 1. 16. Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum.* Ac veluti si à Propheta quæreret Iudæi, quamam ratione hanc animi munditiam poterimus adipisci, subdit. *Subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam.* En tibi quo tota animi puritas incumbat, en tibi summa, caputque acquirendæ pietatis, viduarum, & pauperum hominum causas suscipite. Caueat ergo, qui summa potentia fretus hos premit. Sequor hoc loco Ambrosium lib. de viduis qui ibidem subdit illud 3. Reg. 17. 9. *Surge, & vade in Sarepta Sidoniorum, & manebis ibi: præcepi enim ibi mulieri vidua, ut pascat te.* Quod non tam pro Elia factum est iuxta Ambros. quam in ipsius viduæ utilitatem. Etenim Deus curam, quam nobis iniungit, erga pauperes, & viduas, ipse gerit. *Hæc sola causa delicti inuidiam mitigaturæ memoratur, si honoratur vidua in honoribus, æqui iustitia, iudicij deferatur: sic enim habes iudicate pupillo, & iustificare viduam, & venite disputemus dicit Dominus.* Hæc Ambrosius, & infra. *Quid vero illud, ut ad superiora redeamus, quod cum in omni terra esset fames maxima, vidua tamen Deo cura non defuit, atque ad habendam eam Propheta directus est.*
- Ambros. 9. Ambrosius 5. Examer. sumpta similitudine à piscibus deterret eos qui in præfecturis sunt, ne subditorum diuitiis inhient, neue eorum facultates deprædentur. Nam quo quis ditior fit eo magis prædæ patet. Cum enim pisces minores alios deuorant, & sumpto cibo pinguescunt, eo magis à maioribus in escam expetuntur. *Quo quis infirmior, (ait Ambrosius) eo præda patet, minor apud illos esca maioris est, versus ipse maior à validiori inuaditur, & fit esca alterius prædator alieni. Itaque vsu venit, ut cum ipse alium deuorauerit, ab alio deuoretur, & in vnum ventrem vterque veniat, cum voratore proprio deuoratus, sitque simul in vno viscere præda vindictæque consortium. Et ipsi quidem post hæc accreuit iniuria, sicut in nobis non ex natura capit, sed ex auaritia. Aut quia ad vsu homini dati sunt, in signum quoque facti sunt, ut in his nostrorum morum vitia videremus, & cauermus exempla, ne quis potentior inferiorem inuaderet, daturus ipsi potentiori exemplum iniuria. Itaque qui alterum ledit, sibi laqueum parat, in quem ipse incidat.*
- Ambros. 10. Ardenter expetitam aquam Deo libauit Dauid 2. Reg. 23. Huius facti multas causas affert Ambrosius priori Apolog. pro Dauid cap. 7. Ex quibus illa ad præfens institutum facit. Intendit Dauid hoc facto ostendere, quam longe à tyrannorum ingenio absit, hi enim sanguinem ciuium quam iucundissimè bibunt. Ergo abstinet Dauid à iucundissimo sibi quoque optatissimo potu illis verbis. *Num sanguinem hominum istorum, qui profecti sunt, & animarum periculum bibam? Vt doceat Reges, & Prin-*
- cipes bono reipub. consulere, nec ex laboribus, aut periculis ciuium sibi oblectamenta quærere. *Prospexisse (ait Ambrosius) etiam ne cui Reg. bibendi vsus alienis periculis quæreretur.* Et paulo inferius. *Postremo pia vulnus conscientia deprecatur, eo quod aqua tot virorum quesita sanguine suauitatem bibendi habere non posset, quæ propofita mortis horrore constaret.*
- Ambros. 11. In huius rei confirmationem affert Ambrosius cap. 3. Apolog. posterioris pro Dauid illud Proverb. 19. 12. *Sicut fremitus leonis ita & ira Regis.* Optime componit sapiens sæuientem Principem cum leone. Nam sicut leo naturalem ferociam continere non potest, sed vel aspectu ipso, & rugitu animalia cætera deterret, ita vix fieri potest, ut Princeps supercilium & iram inflectat. Ergo qui humilem, & facilem se præstiterit, proculdubio rem magnam consequutus est, multaque laude, & admiratione dignum se præbuit. *Bonus ergo (ait Ambrosius) Dauid, qui, & multo admirabilior, qui potestatem vicit, quam qui amorem facilius reperies, qui se in opere cohibeat, quam qui in potestate moderetur. Lubrica enim in bonis moribus licentia potestatis, & oblatio facultatis. Non enim distat ira Regis ab ira leonis, & qui stimulat illum, & adiuuetur peccat in animam suam.*
- Ambros. 12. Psalm. 72. *In ciuitate tua imaginem eorum ad nihilum rediges.* Ambrosius in hunc versum ad nostrum institutum inflectit hac ratione: sæpius Principes, ut sui memoriam relinquunt, præclare edere monumenta solent. In primis ad viuum expressas imagines sui ipsorum in publicis viis, & campis æreas, vel marmoræas expectandas obiciunt. Has ergo ait Dominus, fore à se disturbandas, & comminuendas prædicit, nisi principes se moderate gerant. Ac si dicat, tam acriter Deus desæuit in tyrannos, ut non modo eos à dignitatibus disturber, risui, & despectui det, verum etiam eorum memoriam omnino deleat, & eorum imagines in puluerem redigat. *In ciuitate tua (ait Ambrosius) imaginem eorum ad nihilum rediges, exemplum accersimus de seculo. Vide quemadmodum in ciuitatibus imagines bonorum Principum perscuerent, deleantur vero imagines tyrannorum.*
- Ambros. 13. Pater credentium Abrahamus appellatus est ab Apostolo Roman. 4. 1. Tanti nominis dignitatem vnde meruit Abraham? Ambrosius in Psalm. 118. autumat huius nominis meritum sibi arrogasse Genes. 18. Cum enim de Sodomorum liberatione esset sollicitus his verbis Deum mulcere cepit. *Loquar ad Dominum meum cum sim puluis, & cinis.* Ergo ob humilitatem, qua se pulueri, & cineri comparauit in caput omnium credentium ascitus est, & quicumque in præfectura constitutus moderate se gerit. *Multa laude dignus est Abraham (ait Ambrosius) pater fidei nuncupatus est qui cum diuino participaretur alloquio, terram se esse dicebat ac limum.*
- Ambros. 14. 2. Corinthiorum 8. 9. *Scitis gratiam Domini nostri Iesu Christi, quoniam propter nos egenus factus est, cum esset diues, ut illius inopia vos diuites essetis.* Quorum verborum sententia hæc est iuxta Ambrosium exponentem verba illa Psalm. 118. *Vide humilitatem meam.* Compescere intendens Christus Dominus potentiorum virorum audaciam, factum, & tyrannidem, non hominem potentem, aut alta dignitate conspicuum induit, sed abiecti, & humilis, ut hac ratione pauperes & humiles, & subditos sibi præfæctis commendet. Neue quid in plebem auderent quæ Christum Dominum vindicem habet. *Cum diues esset (ait Ambrosius) pauper factus est, noli tu contemnere plebeium, quia nobilis es, noli despicere seruum*

feruum, quia potens es, noli pauperem fastidire, quia Dominus es, numquid nobilior, numquid potentior, numquid læpior Christo es? ille pro te suscepit illa, qua tu despicis.

Nonnulli, qui in dignitatibus sunt constituti, timent faciles se præbere sibi subditis, & ditiores pauperioribus, ne despectui ab eisdem habeantur. Quorum opinione confutat Ambrosius ad illa verba Psal. 118. *Vide humilitatem meam.* Imo vero eo suam dignitatem facilius tument, quo faciles magis se præstiterint. Id probat verbis Pauli ad Philip. pen. 2. 5. *Hoc enim sentite in vobis, &c.* Multi Apostolus profectum Christi abiectionem vsque ad mortem crucis: sed numquid tantum humilitatis studium Christum ab illa dignitate deturbauit? Imo vero hinc vel maxime eius dignitas incrementum sumpsit. Vnde subdit Apostolus. *Propter quod & Deus exaltauit illum, &c.* Expende causam, quam affert Paulus, propter quod, &c. Scilicet, quia se demisit, in tantam altitudinem excreuit. In hunc sensum adducit ibid. Ambrosius verba Ioannis 12. 31. *Et ego si exaltatus fuero omnia traham ad me ipsum.* Id est, mea dignitas lababat, multi meæ dignitatis culmen despiciebant, sed tantam altitudinem humilitate firmam. Tuncque constitit, tanta dignitatis fastigium, cum me demisi. *Non laborauit Apostolus* (ait Ambrosius) *potentiam Christi probare, sed obedientiam prædicare, sed demonstrare, quanta sit humilitatis gratia, quantus eius profectus: sed simplicibus aut pijs auribus, & Christum exaltauit: sed Christus non qua sua, sed qua tua erant illa humilitate quarebat. Ego inquit si exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipsum. Accipe ergo argutis auribus, non aliter tibi profuit, non aliter tuam redemit salutem. Quomodo vis intellige, salus est tua, si putas quod Christo profuit humilitas sua? Cui ergo non proderit, qui nihil habebat, quod ad potestatem suam adderet, habuit quod ad cultum suæ maiestatis adiungeret. Audeo dicere operationis suæ munus amiserat, nisi humilitas recepisset. Itaque nos quidem redemit, sed etiam sibi acquisiuit. Nihil ergo humilitas affert dispendij illa, qui se exinanit, plenus est.*

16. Apocal. 19. *Rex Regum, & Dominus dominantium.* Ni fallor à syderibus sumpta est metaphora quorum hæc his regionibus, illa vero aliis dominantur, hæc in has partes corporis suas operationes exercent, illa vero in illas. Ergo Deus in illis præcipue Dominus dominatur, & influxum exercet, qui aliis imperant. Hos præcipue respicit ad eorum acta præcipue intentus est, ne quid contra fas, iusque moliantur, & ab eis præcipue grauissimas expetit penas.

17. Iob 31. 21. *Si leuauit super pupillum manum meam: etiam cum me viderem in porta superiorem.* In portis ciuitatis iudicia exercebantur: illuc procedebant magistratus, ius dicturi. Ergo sensus est, non modo nihil per fraudem, & calumniam molitus sum contra pauperem, verum etiam cum bonam causam haberem aduersus illos eam non suscepi. Verebatur enim sanctus Patriarcha ne ob suam magnam dignitatem, & pauperum miseriam, ius infringerent iudices, quapropter etiam cum ipse à pauperibus fraudem pateretur, modantem repellebat, nec eos ad iudices, & tribunalia deferebat. Hoc ex Gregorio magno annotauerim lib. 2 r. *Moralium cap. 15.* his verbis. *Mos apud veteres fuit, ut in portis seniores sederent, qui certantium iurgij iudicaria examinatione discernent, quatenus irbem in qua concorditer oporteret viuere, discordes minime intrarent. Vnde per Prophetam Dominus dicit: constitui te in porta iudicium, neque modo tunc utilitatis meæ negotia, contra pupillum exequi vo-*

lui, quando me in iudicio etiam ex iustitia potiorum vidi, ut inueniri iusti in diuino examine valeant, plerumque apud humana iudicia grauari se iniuste patiuntur.

Iob 40. 17. *Protegit umbram umbra eius.* Quæ verba exponit Gregorius lib. 33. *Moral. cap. 5.* de his, qui per summam fraudem se ipsos tument, & freti dignitatibus, & magistratibus, quos obeunt, propria peccata, & aliena defendunt. Et vt est in veteri prouerbio. *Manus manum lauat.* In quem sensum adducit Gregorius illud Efaïæ 34. 13. *Et orientur in domibus eius spine, & vrtice, & paliurus in munitionibus eius.* Paliurus complexis spinis aditum occludit, non aliter, qui in potestatibus sunt constituti mutuo se ipsos defendunt; & viam iustitiæ occludunt, ne quid contra eos pauperes valeant. *Quod factum* (ait Gregorius) *bene per Prophetam Dominus sub Babylonis specie redarguit, dicens: orientur in domibus eius spine, & vrtice, & paliurus in munitionibus eius. Quid namque per vrticas, nisi cogitationum pruriginis, quid vero per spinas nisi vitiorum punctiones accipimus. In domibus ergo Babylonis vrtice, & spina pululant, quia in confusione mentis reprobæ, & desideria cogitationum surgunt, qua exasperant, & operum peccata qua pungunt. Sed hæc agentes habent etiam nequiores alios defensores suos. Vnde illic apte subiungitur, & paliurus in munitionibus eius. Paliurus namque tanta spinarum circumdatione densificat, vt asperitate tangi vix possit. Intus ergo vrtice & spina nascitur, sed vtrumque hoc per paliurum munitur, quia videlicet minores iniqui, mala qualibet faciunt, sed ea nequissimi maiores tumentur. Vnde bene hic dicitur: protegit umbram umbra eius, dum enim malum peior vindicat, quasi umbra umbram, ne à veritate irradietur obscurat.*

Numer. 12. Maria, & Aaron fratri oblatrunt de quo scriptura hæc verba ipsa inferit. *Erat enim Moyses vir mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra.* Cum multa præclare fecisset Moyses, aliis omnibus ommissis de mansuetudine tantum laudatus est. Scilicet vt vult Chrysostronus homil. 34. in Genes. nulla virtus tam ornat eum, qui præfecturam gerit, quam comitas, & morum facilitas. *Sed ratione vincat* (ait Chrysostronus) *inter nos illos incompositos motus, nobilemque suam generositatem seruet, ne in brutorum ferociam negligentia degeneret. Audi beatissimum Moysen hinc potissime prædicari, ex hoc coronam plecti, & Moyses inquit erat mitissimus omnium hominum qui sunt super terram. Vidiisti eum cum magnitudinem? Omni humano generi parem pronuntiat: imo omni humano generi præfert; & iterum de Dauid dicit scriptura: memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. Item Dauid notante Chrysostrono nullam animi virtutem præter mansuetudinē Deo obicit Psal. 131. *Quia nulla tam decet Regem, & eum, qui præfecturam gerit, quam mansuetudo.**

Genesis 13. 14. *Dixit Dominus ad Abraham postquam diuisus est ab eo Loth, &c.* Non casu inferuit Moyses verba illa postquam diuisus est ab eo Loth. Eo tempore Deus Abrahamum alloquitur, eique multa fausta prædicit, postquam diuisus est à Loth. Quid rogo officere potuit Abrahamo sancti viri Loth societas, vt ab eo Deum loquentem arceret? Imo vero sanctorum virorum societas Deum aseiscere solet. Sed id factum est, vt Deus facilitatem, & humanitatem Abrahami coronaret. Abrahami, & Loth pastores dissidebant, ne tamen quandoque ad dominos etiam iurgium perueniret, blande nepotem alloquitur, & ei optionem dat eligendi pascua. Ob hanc ergo humanitatem Deus Abrahamum adit, & eum blande consolatus est, multum enim hæc virtus apud Deum valet. Hoc ex Chrysostrono

18. Iob 40. 17.

Isa 34. 13.

Gregor.

19. Num. 12. 3.

Chrysostr.

Psal. 131.

20. Gen. 13. 14.

Chrysoft. defumpfi homil. 24. in Genes. his verbis. *Hinc Patriarcha amorem sibi conciliauit, & calitus beneuolentiam, & afferens qua sua erant à misericorde Deo maiora assequutus est, & dixit Deus Abraha postquam separatus est ab eo Lotb. Elenatis oculis tuis cerne à loco, in quo nunc es ad Aquilonem, & Affricum, & Orientem, & mare, quia omnem terram, quam tu vides, tibi dabo eam, & semini tuo vsque in saeculum. Vide quantam statim mercedem à Deo consequitur, & quomodo adhuc maiori retributione, ut per omnia multum abundet, Patriarcham dignatur Deus.*

21.
Gen. 18. 20.

Genesis 18. 20. *Dixit itaque Dominus, clamor Sodomorum, & Gomorrha multiplicatus est, &c. Quærit Chrysoftomus homil. 42. in Genes. quænam sint peccatorum genera, quæ tantum clamorem extulerint, ut ad cælum vsque peruenerit. Hoc autem ut Chrysoftomo placet durum fuit imperium eorum, qui apud ipsos gerebant præfecturam. Nam frequenti Scripturæ phrasi voces pupillorum, & viduarum dicuntur cælum ascendere. Mirum sane, quod in tanta vitiorum collusione, in tantorum criminum confusis vocibus, vna tantum in cælo exaudiretur inhumanitas. Tacebat libido, silebat præpostera Venus, ebrietas, & luxus, vna vox miserorum, qui apud illos patiebantur, in cælis exaudita est. Nam quid est (inquit Chrysoftomus) clamor Sodomorum, & Gomorrha multiplicatus est? Opinor significat, quod cum indicibili iniquitate illa etiam ex omni virtute priuati sint, multasque iniustitias, quas commiserunt, demonstrauit, & surrexerunt potentiores, ditioresque contra pauperes, proinde inquit, non solum magnus erat planctus clamoris, sed & peccata ipsorum non vulgaria fuisse sed magna.*

Chrysoft.

22.
Psal. 104. 30.

Psal. 104. *Edidit terra eorum ranas in penetralibus Regum ipsorum.* Chrysoftomus exponens hunc versum ait. Hoc malum immissum Egyptiis à Deo in vindictam necis Hebræorum infantium, quos in fluuium demerferant, hac de causa ex fluuio ranas ebullire fecit, quæ inconcinnis clamoribus obstreperent, & Egyptiorum aures obtunderent, & in abdita domuum irruentes omnia fædarent, & confunderent. Cum multa Egyptij contra Hebræos commiserint, nullum tamen peccatum eorum peculiari pœna Deus punit præter Regiam tyrannidem erga innocentes pueros. Nihil enim Deo tam exosum est, quam virum potentem imperio aduersus inuálidos abuti. *Quoniam enim (ait Chrysoftomus) Hebræorum infantes, in fluuium iniecerant idcirco fluminis quidem aquam in sanguinem mutauit, ea scilicet ratione nefarium scelus, quod in ipso perpetratum fuerat, redarguens. Ranas autem illie oriri fecit interfectorum infantum more prorepentes, atque in domos impetum facientes.*

Chrysoft.

VERS. 4.

Ne dixeris : peccaui, & quid mihi accidit triste? Altissimus enim patiens redditor.

I.

Quasi dicat, ne dixeris : peccaui, & nullum malum propterea incurri. Vani ergo sunt metus, quibus nos aliquid à flagitiis detertere conantur : ne ergo ita loquaris : nam altissimus, id est, qui subito vindictam de peccatis sumere potest, lente ad supplicium procedit. Procedet tamen, & pœnas de peccatoribus tandem aliquando sumet.

2.

Græca nonnulla, non habent nomen illud triste, sed tantum : *Et quid mihi accidit?* Verum si auferatur suppleendum est. Illud significat illa interrogatio. *Et quid mihi accidit?* Supple graue, aut molestum. Posteriolem vero partem : scilicet, Altissimus enim patiens redditor, hac ratione efferunt Græci : Do-

minus est longanimis, non te dimittet. Id est, etsi sit longanimis, etsi expectet, etsi supplicium differat non te tamen inultum abire patietur. Exemplaria alia Græca habent. *Dominus enim est longanimis.*

Ne dixeris : peccaui. Ex superioribus ita coniungitur : *Dixerat enim, quo modo potui, &c.* Id est, omnino valui, & nullus mihi restitit, dum peccata committerem, nullam pœnam subiui : addit ne dixeris, &c. Id est, ne ob hoc quia pro voto res accidit, & quod decreuisti, perfecisti, credideris nullam futuram peccatorum tuorum punitionem, quia licet Deus supplicium differat, non auferet.

Altissimus, id est, licet posset, si vellet punire, nec ei vllus resistere valet, nõ tamé vult ob causas, quas infra commemorabimus, vel ob hoc dicitur Altissimus, ut significetur causa, ob quam dissimulat, nempe quia cum sit Altissimus nullus eum potest effugere, sed quocúmque se vertat peccator, facile à Deo comprehendit potest, ut pote, qui supra omnia sit. Hunc sensum habent verba illa Psal. 2. 3. *Dirumpamus vincula eorum, & proyiciamus à nobis iugum ipsorum. Qui habitat in cælis irridebit eos, quoniam prospicit quod venit dies eius.* Inducit Propheta peccatores, quasi infringere volentes carcerem, quo à Deo conclusi tenentur : at Deus irridet eorum irritos conatus.

Patiens redditor. Id est, patienter sustinet : sed nihilominus punit. Aliqui codices habent. *Patens, & redditor.* Alij per causalem exponunt, quia patiens redditor. Multa quidem sustinet, sed re ipsa tandem aliquando sauius ira erumpit, quo magis repressa fuerat, & tarditatem supplicij grauitate compensat. Et ut habet Paulus. *Thesaurizantes iram in die ira.* Aliqua exemplaria tantum habent : *Dominus enim est longanimis.* Nec necesse est aliquid superaddere, nam patientiæ æqua futura est ultio. Vel significat tanto maius futurum esse supplicium, quanto diutius differtur, iuxta illud Psal. *Nisi conuersifueritis gladium suum vibrabit, &c.*

De propitiato peccato noli esse sine metu, neque adicias peccatum super peccatum.

Et ne dicas : Miseratio Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur.

Misericordia enim, & ira ab illo cito proximant, & in peccatores respicit ira illius.

De propitiato peccato noli esse sine metu : neque adicias peccatum super peccatum. Ne facilis propitiatio peccatorum, ita te securum reddat, ut idcirco animum ad peccandum adicias. *Et ne dicas, miseratio Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur.* Et ne dicas, magnam habet misericordiam Deus, vniuersa peccata mea, quamquam multa sint facilis condonabit. *Misericordia enim & ira ab illo cito proximant.* Id est, misericordia enim & ira cito veniunt ad nos. *Et in peccatores respicit ira illius.* Id est, & eos, qui obstinati in peccatis persistunt, ira punit, non misericordia mulcet.

De propitiato peccato noli esse sine metu. Verba hæc ex nostro vulgato ad peccata iam commissa referenda videntur, id est, etiamsi remissionem peccatorum obtinueris præteritorum, noli tamen esse sine metu. Vel quia nullus securus esse potest, an ita pœnitentiam egerit, ut vere peccatorum remissionem meruerit. Vel etiamsi omnino obtinueris remissionem peccatorum, quæ commisisti, noli tamen

tamen esse sine metu, scilicet futurorum. Imo commissa peccata, tuæ te fragilitatis admoneant, ne in futurum securus degas. Præcipue cum peccatorum venia, licet præteritas maculas abstergat, non tamen hominem penitus liberat à mala consuetudine, qua ad similia peccata facile pertrahi potest. Vel tandem tertio, etiam remissis præteritis peccatis, non sis tamen securus omnino, quia scilicet te manet temporalis pœna, vel in hac vita, vel in futura danda. Hæc enim post pœnitentiam frequentius relinquitur. 4. Alij noli esse sine metu, ob ingratitudinẽ, maiorem enim pœnam meretur, qui dimissis peccatis noua accumulatur & omnino est ingratus Deo Vide quid acciderit ingrato seruo Matth. 18. Græca exemplaria sic habent. *De propitiacione non sis securus multũ, vt adicias peccata peccatis.* Id est, ne te in peccata effrañis des, quia facilem tibi committendorum peccatorum veniam effingis. Itaque hæc expositio, nõ ad præterita, sed ad futura, & facienda peccata hominem remouet, facili ad peccatorum veniam via oclusa. Hæc Græcorum lectio possit quidem, sed non ita facile ad præterita peccata reduci hoc modo; de propitiacione, non sis securus multum, id est, de obtenta præteritorum peccatorum propitiacione non sis securus, vt adicias peccata peccatis, adeo vt facili negotio habita venia peccatorum tibi ad vltiora peccata viam expeditam sternes. Huic expositioni fauet Tigurina, quæ ita transtulit. *Super data venia ne sis securus, vt peccata peccatis amplius accumules.* Sed sane Græca de futuris peccatis sententiam exponunt, modo prædicto, ad quem sensum variis modis latini vulgaram lectionem traducunt. Quidam enim codices habent, *de propitiacione.* Quæ lectio apprimè cum Græca coheret. Alij vero autumant interpretem nostrum non legisse, vt nos habemus. *De propitiato peccato.* sed *de propitiatu peccatorum.* Quæ quia minus latine dicta videntur interpretes verterunt in eam, quæ nunc habemus, nec inani omnino, nec certa coniectura. Et sane noster interpres similia nomina per quartam effert declinationem: sicut cap. 25. hic obductum posuit pro obductione, potuit ergo hic pro propitiatu legere propitiacione. Quo posito facilis à propitiato in propitiatu lapsus est. Hæc est mens Iansenij. Ego vero non facile admiserim has nostræ lectionis mutationes, præcipue cum nostram lectionem tenuerit emendatissimus codex vulgatus. Ergo facilius nostram lectionem ad Græcam reduceris, si propitiatum, pro propitiabili sumas, quod nec durum, nec infuetum est, præcipue Hebræis, quorum phrasim sapit, Græca Latinaque translatio. Hebræis enim participium passiuum frequenter sumitur pro verbali in bilis, sexcenta extant. Accipe ex Aggæo c. 21. *Desideratus cunctis gentibus.* Id est, desiderabilis. Ergo sensus est. *De propitiato peccato, noli esse sine metu.* Hoc est, de propitiabili peccato non eris sine metu. Id est, ne te præceps in peccata des, abiecto scilicet metu, & propitiabile fingens peccatum tuum, hoc est tale quod facile veniam sit habiturum. Hic sensus facilis est, cum Græcis coheret, & locum ad futura peccata refert.

De propitiato peccato. Monent nonnulli hoc loco agi de legali propitiacione, & expiatione peccatorum, quæ per sacrificia fiebat, scilicet numine litato, & placato. Ergo sensus est, etiam si multis sacrificijs peccatorum propitiacionem obtinueris, ne sis securus. Licet etiam ad futura peccata sententiam transferre, vt prædiximus.

Neque adicias peccatum super peccatum. Hugo,

peccatum præsumptionis alijs peccatis accumules. Præsumptio enim dicitur absolute peccatum, quia omnia alia peccata excedit non tam malitia, quam periculo, in quod hominem inducit. *Neque adicias peccatum super peccatum.* Si remissum est peccatum, qua ratione peccatum peccato adicitur? Lyra, quia per ingratitudinem peccatum quodammodo redit. Non vacat rem ex adamussim examinare, consule Theologos agentes de gratia.

Misericordia enim, & ira ab illo cito proximant. Id est, citato cursu ad nos veniunt. Græcis. Misericordia enim & ira ab illo festinabit, aut cito veniet. Id est, verum est Dei misericordiam facilem se præbere hominibus: sed etiam verum est, non tardiozem, vel pigriorem esse iram. Vel etiam si multum supplicium tardet, cum tamen peruenerit, ocyssime auolasse credunt impij. Vnde illi faterentur, *transierunt velut umbra.* Vel peccatum ex se iram Dei vrget, quod vero diutius tardet non ad peccatum, sed ad Dei misericordiam referendum est.

Et in peccatores respicit ira illius. Id est, sicut misericordia respicit iustos, ita iustitia peccatores. Quid ergo peccatori cum Dei misericordia. Intellegit autem vt dixi per peccatorem, eum, qui obstinate in peccatis perdurat. *Respicit.* toruis oculis aspicit in peccatores in silire cupiens. Græci habent: *requiescit vbi nos respicit.* Id est, solet quidem Deus & iustos, & peccatores affligere, at labor, & arumna à iustis cito auolat. Requiescit autem, & moram trahit in peccatoribus. Vel illud *requiescit,* significat idem, quod diutius moratur ira inter peccatores, donec perficiat, quod ei à Deo iniunctum est. Tigurina hunc versum ita legit. *Tam enim ira, quam misericordia festinant ab eo, & in scelerosos furor eius incumbit.*

ETHOLOGIA LXIII.

Peccandi consuetudo in multa peccata hominem mergit.

Nequè adicias peccatum super peccatum. Docet hic versus ne quis in consuetudinem labatur. Etiam si quandoque in peccatum prolabar, ne tamen fræna laxes, Peccandi enim consuetudo difficile potest superari. Psalm. 1. *Beatus vir, qui non abiit in consiliu impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentia non sedit.* Expendit Petrus Chrysologus sermon. 44. verbum illud *stetit.* Verbum illud *sto.* significat moram. Ergo non damnat in his hominibus, quod peccatorum viam peregerint, sed quod in illa moram traxerint, hoc enim in maximum discrimen homines aduehit. *Et in via peccatorum* (ait Petrus Chrysologus) *non stetit. Non dixit, non venit, nemo enim in viam non venit peccatorum, in quam nos lex ipsa natura perducit, & mortis, sed beatus homo, qui non stetit in ea.*

Dixit ergo Ioseph ad populos. En vt cernitis, & vos, & terram vestram Pharao possidet, accipite sermina, & serite agros, vt fruges habere possitis. Quinta partem Regi dabitis, quatuor reliquas permitto vobis, in sementem, & cibum familijs, & liberis vestris, qui responderunt: salus nostra in manu tua est: respiciat nos tantummodo Dominus noster, & laci seruiemus Regi. Genes. 47. 23. Origenes homil. 6. in Exod. ex his verbis deducit tam Ægyptios, quam Hebræos Pharaoni inferuuisse. Hoc tamen est inter vtrosque discrimen, quod Ægyptij volentes se Pharaoni subiecerant, at verò Hebræi inuiti seruiebant, sunt hæc diuersa peccatorum genera, nam aliqui reluctantes, & in con-

5.

6.

1.

Psal. 1. 1.

Petr. Chryf.

2.

Gen. 47. 23.

trarium renitentes, vi tantum libidinis acti in peccatum deoluuntur. Alij vero volentes, placida admodum voluntate peccant. Qui enim multa consuetudine ad peccandum perducitur, omnino volens peccatum cæno se immergit, in contrarium conatur, atque adeo difficile crimina excutit, at vero, qui consuetudine non premitur, Hebræos imitatur, qui quamuis aliquo modo Pharaoni inferuiant, tamen iugum detrectare conatur, & quandoque excutit. In hunc sensum adducit ibid. Origenes illud Exodi 21. 1. *Si emeris seruum Hebræum, sex annis seruiet tibi, in septimo egredietur liber gratis.* Itaque si Hebræus aliquis in seruitutem redactus sit ob quamcumque causam, non tamen in perpetuum seruiet, sed septimo anno ad pileum vocabitur libertatæque donabitur, quod minimè subiungit de seruis exterarum gentium, hos enim perpetuæ seruituti mancipat. Quis est adeo ingenuus, & animo liber, vt aliquando in Pharaonis Ægyptiorum Regis non veniat potestatem? Ea tamen differentia, quod Hebræi, id est, illi, qui ex Dei populo censentur, & in æternæ prædestinationis aluco scripti sunt, non multum temporis in captiuitate ponunt, sed septimo anno liberi egrediuntur, at vero exteri, quique externi sunt cruciatibus mancipandi: Hi nimirum in perpetuum seruiunt. Ille enim qui multum tempus in peccato commoratur, nec aliquando maculas eluit, à prædestinatorum serie expunctus est. Verba Origenis subscribo. *Proclines enim sunt Ægyptij ad degenerem vitam, & cito ad eum famulatum deciderunt vitiorum, Hebræi vero, etiamsi in seruitutem redigantur, etiamsi tyrannidem patiantur, ab Ægyptijs violenter, & necessitate patiantur. Idcirco liberantur de domo seruitutis. Denique diuinis legibus cauetur vt si forte inuenerit quis Hebræum puerum, non eum perpetua seruitute possideat, sed sex annis seruiat ei, septimo autem anno exeat liber, de Ægyptijs in his tale censetur.*

Exod. 21. 1.

Origen.

3.

Numer. 18. *Tu & filij tui, & domus patris tui tecum portabitis iniquitatem sanctuarij.* 70. paulo aliter. *Tu, & filij tui tecum sumetis peccata sanctorum.* Quærit Origenes hom. 10. in Num. quare sacerdotes dicantur lumere, seu auferre peccata sanctorum, vel sanctuarij, quod idem est? Respondet ideo dici sacerdotes lumere peccata sanctorum, non peccatorum, quia peccatores, qui peccandi consuetudine intermissa, & ad sacerdotes deducunt, non peccatores, sed sancti censendi sunt. Qui vero peccandi nullum faciunt finem, hi proculdubio peccatores dicendi sunt. *Nisi sanctum propositum* (ait Origenes) *aliquis habeat, & sanctitatis studium gerat, cum peccauerit, nescit peccati poenitentiam gerere, nescit delicti remedium querere. Qui non sunt sancti in peccatis suis moriuntur, qui sancti sunt pro peccatis poenitentiam gerunt, requirunt sacerdotem, sanctitatem deposcunt, purificationem per Pontificem querunt. Idcirco ergo caute, & significanter Dei sermo designat, quia Pontifices, & sacerdotes non quorumcumque sed sanctorum tantummodo sumunt peccata, sanctus enim est, qui peccatum suum per Pontificem curat.*

Origen.

4.

Jerem. 16. 16.

Jeremiæ 16. 16. *Ecce ego mittam piscatores multos dicit Dominus, & piscabuntur eos, & post hæc mittam eis multos venatores, & venabuntur eos de omni monte, & de omni colle, & de cauernis petrarum.* Vide ordinem quem Deus seruat in mittendis ministris, qui te extrahant à peccatis. Etiam si veluti marinus piscis profundum æquoris teneas, inde tamen te Deus extrahet. Hoc enim est, quod ait. *Ecce mittam piscatores multos dicit Dominus, & piscabuntur eos.* Verumtamen caue ne semel extractus iterum profun-

dum æquoris repetas, nam iam non amplius mittet piscatores, sed venatores, qui te in collibus, & montibus, editissimisque locis insequantur, id est, caue ne diu peccatis infideas, caue ne diu criminum cæno obuoluaris, sed semel extractus alta pete, alioquin semel extractus, non iterum te piscabuntur. Non quasi deleri non possunt iterata peccata, sed quia difficile admodum remittuntur. Huius sententiæ est Origenes homil. 12. in Jeremiam his verbis. *Cum fueris ab Apostolis, & discipulis Iesu marinis fluctibus liberatus, noli querere profundum, sed in montibus, sit conuersatio tua, vt iam non habeas opus piscatoribus, qui te rursus à fluctibus extrahant, sed alijs quibusdam, quos venatores scriptura nuncupat, qui te postea venentur de monte, de colle ibi sit deambulatio tua, ibi mens, & statio, obliuiscere vallium, ac profundorum.* Subdit autem Jeremias. *Et reddam primum duplices iniquitates eorum.* Id est, iuxta Origenem ibidem, duplicato supplicio in huiusmodi peccata defæuiam. Papæ! cum Deus citra condignum puniat, vt habet tritum Theologorum proloquium, quare hic duplici peccatores castigat supplicio, & vltra condignum? Sane tot plagis in eos debacchabitur, qui ex consuetudine peccant, vt videatur eos maiori supplicio punire, quam peccatum exigit, licet vere debitum modum, mensuramque non excedat. Vnde ait Origenes ibid. *Cur vero duplicia recipit peccata? Cui respondendum est, quia seruus, qui nescit voluntatem domini sui, & non facit eam, vapulabit multis plagis.*

Origen.

Origen.

Peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo in ungue adamantino exaratum super latitudinem cordis eorum. Jeremiæ 17. 1. Hunc versum exponit Origenes hom. 12. in Jeremiam de his, qui ex consuetudine peccant. Nam licet omnes qui peccant, peccatorum suorum imagines depingant in animæ tabula, verumtamen illi, qui semel aut iterum peccant, atramento scribunt sua peccata. Qui vero peccata accumulunt, ungue adamantino, ære, marmore, ferro, & si quid est durius his, scribunt peccata sua, vt vix eorum imagines, vlla vi, aut arte deleri possint, atramento scripserat, qui dicebat. *Dele iniquitatem meam, amplius laua me ab iniquitate mea.* Alte vero celauerant de quibus hic Jeremias. *Quod autem* (ait Origenes) *peccata nostra scribantur in pectore, ex his, que sequuntur intellige. Antequam peccatum faciam nulla in corde meo imago versatur, cum autem conscientia imaginem peccati sumpserit, habet formam illius, & semper ante oculos cordis mei delicti pompa depingitur. Et si quidem esset peccatum meum atramento descriptum, forsitan delerem illud, nunc autem scriptum est stylo ferreo, & in ungue adamantino, scriptum super pectus cordis mei, vt mecum ad tribunal veniat. Et adimpleatur illud quod à Christo protestatum est, nihil absconditum, quod non manifestabitur, & nihil occultum, quod non palam fiat, nudabitur peccatoris mei conscientia, & aperto pectore videbuntur littera peccatorum.*

5;

Jerem. 17. 1.

Origen.

6.

Matt. 23. 14.

His verbis Iudæorum peccata carpit Christus Dominus Matth. 23. 24. *Duces cæci excolentes culicem, camelum autem deglutientes.* Vel vt legit Origenes tract. 25. in Matth. *Liquantes culicem.* Quidam peccata sua liquida reddunt, & veluti subtilia faciunt: alij vero arida, sicca, consistentia effingunt. Quæ liquida sunt, facile diffluunt, facile à terra absorbentur: quæ vero arida sunt, & consistentia difficile. Ergo ille qui ex consuetudine peccat, ille, inquam, peccata sua reddit arida & sicca: qui vero semel oblata occasione deliquit, liquida facit peccata. Adducit etiam verba Pauli 1. Corinth. 3. 12. *Si quis autem super ædificat, super fundamentum hoc aurum,*

1. Cor. 3. 12.

aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna fenum, stipulam, cuiuscumque opus manifestum erit. Harum rerum diuersitate nostra opera depingit Apostolus. Bona, & pia illis verbis, aurum argentum lapides pretiosos, impia vero, & mala, his, quæ subdit: ligna, fenum, stipulam, quibus diuersa peccata significantur. Nam alia quidem peccata sunt, quæ semel quidem, aut bis committuntur, hæc quidem sæno aut stipulæ comparantur, quæ si semel ignem pœnitentiæ exceperint, momento exuruntur, & nihil eorum remanet, facile enim quis eorum indulgentiam percipit, facile de eis dolet, facile medicatur. Alia vero sunt, quæ ex vsu committuntur, hæc autem dicuntur ligna, nam etiã si lignis ignem subiiciamus, difficile concipiunt, & vix multo tempore in cineres rediguntur. Sumit item metaphoram à vulneribus, cum enim pars corporis quæ à chirurgo amputanda est, multa sanie, taboque computruit, nullum sentit dolorem, si vero sana sit, dolorem non modicum concipit. Ergo qui ex consuetudine peccat, eximios dolores, & cruciatus perferit. Et adducit illud Genes. 6. *Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est.* Id est, ex consuetudine peccandi, etiam ipse spiritus quodammodo mores corporis induit, adeo vt nec dolores sentiat, quamuis in animo sit principium sentiendi. Audi Origen. *Liquantes culicem. Inuenies autem multos, qui credere existimantur, non liquatos sermones, & actus, & cogitationes habentes. Propterea sicut fenum carnalia eorum acta ignis comedit, crucians etiam animum, simul cum corpore propter concreta delicta corporalia. Sicut enim non est possibile superfluitates corporibus innatas, sine magno dolore, & cruciatibus amputare ab eis, qui eas patiuntur, sic nec commissa carnalia ab eis, qui, vt ita dicam, animas suas carnes fecerunt, propterea dictum est de talibus animabus, non permanebit spiritus meus in hominibus istis, quia caro sunt.*

Matth. 24. cum multa iustorum mala recensuisset Dominus, subdit statim, *hæc autem omnia initia sunt dolorum.* Quæ verba expendit Origenes tractatu 28. in Matth. nullus est hominum, qui in hoc sæculo multa mala non patiat, siue iustus ille sit, siue impius. Verum eo discrimine, quod iusti, & pij homines initia dolorum patiuntur, at vero iniusti, & impij, malorum etiam fines. Ratio est, quia, pœna peccatis respondet. Iusti quidem, & impij nonnullis criminibus sædantur, verum iusti initia tantum peccatorum admittunt, quia peccatorum seriem abscindunt, nec diutius patiuntur se peccato teneri. Vnde etiam initia tantum dolorum patiuntur, quia initia tantum peccatorum commiserunt. At vero impij homines peccatis ducuntur, & in longum vsu trahunt, & in fines ipsorum peccatorum perducuntur, vnde etiam & fines pœnarum patientur, & in futuro sæculo mala sine fine, & ignem inextinguibilem. De his exponit versus Psalm. 15, 7. *Concepit dolorem, & peperit iniquitatem.* Non abortum fecit, sed quam mente iniquitatem conceperat eam opere simul, & verbo peperit. Piorum etiam hominum mentes subdit iniquitas, at vero illis aditum intercludunt, vnde peccata abortiuntur: at impij mente alunt, pariunt, & in consuetudinem trahunt. De hoc peccatorum abortu exponit Origenes illud Eccles. 7. 2. *Melius est nomen bonum quam unguenta pretiosa, & dies mortis die natiuitatis.* Oportet enim eiusmodi partus elidere, & peccatis abortum procurare dignum est laude. *Tamen arbitror* (ait Origenes) *quæ sunt sequutura aduersus impios fore tantummodo vt in doloribus acutissimis, & diutinis crucientur, donec deponant, quæ conceperunt, & formauerunt semina*

peccatorum ab operationibus contrarijs. Et Pharaon quidem non benefacere cupiens, præcepit omne masculinum, quodcumque natum fuerit Hebraeis, vt projiciatur in solum. Vere autem bonus, quasi vere bonus occidit semina malorum, quæ receperunt, vt per multos labores, & dolores ea deponant, quoniam conceperunt dolorem, & pepererunt iniquitatem. Et quid aliud decet Deum, nisi vt occidat omnem iniquitatem, quam generant peccatores, quia huiusmodi mortis dies meliores, quam dies natiuitatis ipsorum. Secundum quod scriptum est: *melior est dies mortis, quam dies natiuitatis, sic & abortiuum meliorem, eo quod nascitur bene quis dixerit. Et dixi bonum super eum abortum.* Nam abortus huiusmodi in natiuitate venit, & in tenebris ambulat, & in tenebris nomen eius contegetur. Hæc ille. Vltima verba desumpsit ex Ecclesiast. 6. 3. *Si genuerit quis centum liberos, & vixerit multos annos, & plures dies ætatis habuerit, & anima sua non vtatur bonæ substantiæ suæ, sepulturaque careat, de hoc ego pronuntio quod melior sit illo abortiuum.* Si ad mores transferas, & altiori sensu verba prædicta rimeris, optimum pro nostro instituto argumentum capies. Nimirum melius esse peccatum interimere, dum mente concipitur, quam dum vires sumpsit, & in lucem venit.

Lucæ 12. *Si sciret pater familias qua hora fur veniret, vigilaret, vtique, & non sineret perfodi domum suam.* Hunc locum exponit Origenes tractatu 33. in Matth. ex illo præcepto Exod. 22. *Si effringens fur domum, siue suffodiens fuerit inuentus, & accepto vulnere mortuus fuerit, percussor non erit reus sanguinis. Quod si orto sole hoc fecerit homicidium perpetravit, & ipse morietur.* Altiori sensu rem exponit Origenes, & argumentum ad rem præsentem capit. Initio enim dum fur domum aggreditur, impetendus est, hoc sane tunc cum multa laude fit, postea vero cum iam ortus est sol, & fur domum suffodit, & comminuit, tunc sane reus homicidij est, qui eum occidit. Id est, cum initio peccatum pullulat refecare, & euellere conuenit, at vero cum peccatum ex vsu vires sumpsit non ita impune deletur, & extinguitur. *Si sciret pater familias, (ait Origenes) qua hora fur venturus esset, vigilaret vtique, & non sineret perfodi domum suam. Et vide ne tale aliquid significet lex Moysi dicens: si autem in ipsa perfossione inuentus fuerit fur, & percussus fuerit, non est ei homicidium. Quod si ortus fuerit sol super eum reus est, morietur pro eo, qui enim prius quam fecit malum, cognoscit malum, & confringit in se ipso, ipse est, qui comprehendit, & interficit in eo, dum perfoditur ab eo. Qui autem postquam fecerit malum, quamuis redarguerit extra se malum comprehendisse, & extra domum suam interfecisse videtur, nihil ei prodest.*

Multa congerit Ambrosius pro re præsentem exponens Psal. 1. in primis versus illum eiusdem Psal. *Et in cathedra pestilentia non sedit.* Quidam peccatores in peccatorum via non quiescunt sed semper per eam deambulant de quibus præmiserat, qui non abiit in consilio impiorum: alij vero diutius moram trahunt, & in ea sedent, sitique putrescunt, hos præsens versus pungit, & *in cathedra pestilentia non sedit.* Insuper hi in cathedra sedere dicuntur, quia veluti publici professores criminum sunt, & alios peccare docent. Sicut enim in Academijs publicis sumptibus magistri aluntur, qui diuersas facultates profitentur, & vndique aduentantes discipulos docent: eadem ratione, qui assueti peccatis sunt, quodammodo publici professores peccandi habentur. Addit etiam Ambrosius ibid. illud, quod de impietate habet Zacharias capit. 5. *Et proiecit eam in medio amphoræ, & misit massam plumbeam in os eius.* Iniquitas amphoræ immissa, cuius os plumbea massa opperit, eos adumbrat, qui consuetudine peccant;

Gen. 3. 6.

Origen.

7. Matth. 24. 8.

Psal. 15. 7.

Eccles. 7. 2.

Origen.

Eccl. 6. 3.

Exod. 22. 21.

Origen.

Zach. 5. 8.

8.

9.

cant; hi enim difficile peccata excutiunt, sicut difficile in apertum prodire potest, qui amphora contineretur, magna mole plumbea coopertus. Sed huiusmodi peccatorem quæ maneat poena audi, & ecce due mulieres egredientes, &c. Quæ omnia ad sensum moralem de eo, qui ex consuetudine peccat, intelligenda sunt. Adde etiam Dauidem Psal. 126. *Surgite postquam sederitis qui manducatis panem doloris.* Id est, vos qui diu in peccatis confedistis, qui longam moram in peccatis traxistis, tandem aliquando criminibus nunciis remittite; qui manducatis panem doloris. Id est, videte, quam sit durum, & quam sit amarum, diutius peccatorum sarcinam portare. Eundem sensum habent, teste ibid. Ambrosio in Ps. 118. verba illa eiusdem Psal. *Etenim sederunt Principes, & aduersum me loquebantur, & iniqui persequuti sunt me; adiuu me Domine Deus meus.* Tanquam in magno periculo constitutus sibi præsto adesse Deum rogat. Sed vnde tibi ô, Dauid tantam periculum imminet? *Etenim sederunt Principes.* Sedentes peccatores insperxit, id est, diu se in peccatorum cæno volentes vnde prauidit fore, vt peccata minime deponant. Verba Ambrosii subiitico. *Iniquitas in talento plumbeo sedet, eo quod fixa in peccato ab eo se separare non potest. Etenim inueterati in errore, & studiose flagitijs inhaerentes, sedere dicuntur; qui nolunt assurgere, nec audire dicentem: surgite postquam sederitis. Denique hic ipse Propheeta alibi ait, sederunt Principes, & aduersum me detrahebant. An ignoramus, quod tantam vim habeat inueterata consuetudo peccandi, vt excludat naturam, qua cum sit medicabilis ad salutem, tamen corroborata tempore, passionibus, immedicabilis inuenitur. Cauenda ergo prima sunt vitia ne in plura deinde grauiora proserpant. Etenim sicut hi, qui se in luto versant, quo magis voluntur, eo amplius inquinantur, ita qui semel se luto improbitatis asperserit, nisi ab eo velociter exiliat, grauius sibi dedecoris sui canu per singulos dies lutulenta conuersationis obducit: itaque graui odore terra illius, & flagitiosa voraginis contrahitur, quadam animarum pestilentia, corruptoque salubrium cogitationu spiramine, lues astuantium cogitationum miseranda grassatur. Duo mihi expendenda restant circa citata verba Ambrosij. In primis illud: *An ignoramus, &c.* Quæ per exaggerationem ab ipso dicta accipe, nulla enim est, tam alte radicata consuetudo, quæ vel naturam excludat, aut curationem non admittat, sed hæc verba in Ambrosio difficultatem inuuant, quæ sane maxima est. Posterius expende verba illa: *Itaque graui odore terra, &c.* Quibus optime improbam peccandi consuetudinem, cum grassante lue, pesteque componit. Frequenter pestis grassatur ex aëris infectione, dum corpora situ putrescunt, aëri aditus ocluditur: si autem aura perflare possit omnis graueolentia, pestisque abscedit. Ergo ille qui fixus adhæret peccatis aditum vitalibus auris ocludit, & malæ consuetudinis graueolentia mergitur, facile pestem contrahit. Hoc Dauid significauit verbis, quæ hic citat Ambrosius ex Psalm. 1. *Et in cathedra pestilentia non sedit.**

10. *Viam iniquitatis amoue à me, & de lege tua miserere mei.* Psal. 118. 29. nō dixit amoue à me iniquitatem, sed amoue à me viam iniquitatis. Sunt enim peccata nonnulla, sapiens repetita, & instar viæ trita, hæc à se amoueri petit Dauid, nam multam difficultatem præ se ferunt, adeo vt peculiare Dei auxilium exposcant. Habeo huius expositionis authorem Ambrosium in hæc verba Psalmi his verbis. *Et pulchre viam dixit iniquitatis, non iniquitatem, eo quod non quasi naturalis iniquitas sit in nobis, sed maiorum post peccata currentium sit attrita vestigijs. Meritoque quia vul-*

nus grande, ac vetus est, ac diu serpens perfectioris medicina remedia deposcit, obsecrans vt Domini legitima miseratione curetur.

Isaia 5. 18. *Va qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustrum peccatum.* Paulo aliter legit Ambrosius in Psal. 118. qui ducta similitudine à tauris, cum carpit, qui multum tempus in peccatis posuit. Cum enim taurus ad macellum trahendus est, funibus cornua implicantur, quibus volens, nolens ad mortem adducitur. Peccandi consuetudo funes sunt, quibus veluti nolens homo, multumque renitens, ad peccatum, quod est mors animæ, & sapius ad mortem corporis trahitur. *Trabentes* (ait Ambrosius) *tanquam fune iniquitatem.* Est & oculus vitula, quod aque ad peccatores refertur, quia sicut ingi loro vitula, ita peccatores attrahunt iniquitatem, non dirumpentes, neque abscondentes proprium, sed longo trahentes fune peccatum. *Indomita enim vitula sero mansuescit, & trahit lora non suscipit, quia impatiens est tenendi, & quo diutius traxerit, eo amplius impeditur.*

Lucæ 22. 31. *Ait autem Dominus, Simon ecce satanas expetuit vos, &c. & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.* Expendit Ambrosius lib. 10. in Lucam verba illa & tu aliquando. Hoc est, tandem aliquando somnium discute. Respexisse videtur Christus trinam Petri negationem. Adeo enim miserabiliter ceciderat Petrus, vt eum bis cantans gallus non excitauerit. Cum Christus Dominus Petrum in mari Galileæ piscantem quæreret, ipse retia reficiebat, & cū terrenis hisce rebus implicatus nihil forte de cælestibus cogitaret, eum tunc Christus ad Apostolatuum vocauit. *At illi continuo relietis retibus sequi sunt eum, vt habes apud Matth. cap. 4.* Continuo nulla interposita mora ad primam Domini vocem sequutus est Petrus Christum: at vero cum cecidit, cum Christum negauit, non surgit ad primam vocem galli, sed ter admonitus vix tandem aliquando grauem somnum, quo premebatur, discurit. Hoc est quod illi Christus prædixit: *Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.* Id est, non vt prius celeriter surges, sed vix tandem aliquando excitaberis. Nempe negationem iterum, atque iterum repetes, peccata autem, quæ vsu quodam fiunt, difficile excutiuntur. *Si Petrus* (ait Ambrosius) *aliquando conuertitur, qui ad primam Domini sequutus est vocem, quis dicere potuit cito se esse conuersum?*

Iob 2. *Qui testa sanicem radebat, sedens in sterquilinio.* Exulcerata vulnera magnum dolorem incutiunt, etiamsi molliter tractentur, at sanctus Iob durissima testa sanicem radebat. Hoc factum ad sensum moralem traducit Gregorius lib. 3. Moral. cap. 14. nempe hæc Iobi vlcera significant peccata, quæ diu nos premunt, id est, repetita peccata durissima testa radenda sunt. *Quid vero per sanicem* (ait Gregorius) *nisi peccatum debet intelligi? Per carnem quippe, & sanguinem solent carnis peccata designari: vnde per Psalmist. dicitur: libera me de sanguinibus. Sanies itaque purvedo sanguinis est. Quid vero accipimus per sanicem, nisi carnis peccata longa vetustate peiora? Vultus ergo in sanicem vertitur, cum neglecta culpa vsu deterior prauatur. Meditor itaque Dei, & hominum homo Christus Iesus corpus*

corpus suum in manibus persecutorum tradens saniem resta rasi, quia peccatum carne delensit.

14. Genes. 4. dum Caim parricidium mente versaret, hæc à Deo audiuit. *Peccatum tuum in foribus aderit.* Cum peccatum nondum altas egit radices, cum adhuc in foribus est, & ianua pulsatur, tunc sane illud facile abigere poteris. *Sub te erit appetitus tuus.* Id est, facile voluntatem tuam, in alteram partem inflectes. Cum vero longo vsu vires sumplit, adeo fortiter adhaeret, vt illud vix excutere possis. sequor hac in re Gregorium lib. 4. Moralium c. 22. his verbis. *Sed tunc peccatum cordis sub iuris nostri possessionem reducitur, si cum incipit reprimatur. Unde & diuina voce Caim praua cogitanti dicitur, in foribus peccatum tuum aderit, sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius.* In foribus quippe peccatum adest, cum in cogitationibus pulsatur. *Huius appetitus subter est, ei que homo dominatur, si cordis duritia aspecta citius prematur, & priusquam in duriciam crescat, reluctanti menti subigatur.*

15. Personam peccatoris induit Iob cap. 3. & peccator his verbis infectatur Numer. 11. *Quare non in vulua mortuus sum? Egressus ex vtero non statim periit? Quare exceptus genibus, cur lactatus vberibus?* His verbis si fides Gregorio 4. Moral. cap. 28. nascenti peccato viam occludi optat Iob. In vulua moritur peccatum, cum mente conceptum enecatur. Egressum ex vtero perit, cum semel commissum extinguitur. Genibus excipitur cum repetitur. Lactatur vberibus, cum per consuetudinem vires sumit. *Vulua quippe (ait Gregorius) peccantis est hominis culpa latens, que occulte peccatorem concipit, & reatum suum adhuc in tenebris abscondit. Egressus ex vtero non statim periit. A vulua de vtero exitur, cum peccator que in occulto commiserit, hæc etiam in aperto committere non erubescit. Quasi enim ab occultationis sua vulua processerant, de quibus Propheta dicebat: & peccatum suum quasi Sodoma predicauerunt. Quare exceptus genibus? Quia nimirum peccatum cum iam de iniquitate sua non confunditur, in iniquitate eadem, etiam adminiculis pessima consuetudinis roboratur. Quasi in genibus peccatum sonetur, vt crescat, dum culpa consuetudinibus formatur, vt vigeat. Cur lactatus vberibus? Quia cum prodire in vsum a vulua caperit, nimirum se vel falsa spe diuina misericordiae, vel aperta miserationis pascit, vt eo nequaquam ad correptionem redeat, quo vel factorem suum piuum sibi inordinate simulat, vel hoc quod fecit inordinate formidet. Cur lactatus vberibus? Id est, postquam in culpa consuetudinem veni, ne ad atrociorum nequitiam, vel falsa spei fiducia, vel lacte misera desolationis enutriui. Iteratum enim peccatum non modo in aliu aequale hominem perducit, sed in alia longe grauiora occulta vi hominem pertrahit.*

16. Iob 6. 18. *Inuoluta sunt semita gressuum illorum: ambulabunt in vacuum, & peribunt.* De repetitis peccatis locum exponit Gregorius lib. 7. Moral. cap. 15. Sumpta metaphora à faminis, que in orbiculos filum, vel stamen agglomerant: scilicet cum facile sit quodlibet filum abrumperè, si vero in orbiculos cogatur omnino abrumpi non potest: simili prorsus ratione quodlibet peccatum infringere non est difficile, cum vero iterum, atque iterum reduplicatur vix abscondi potest. Adducit ibid. illud Esaie 34. 14. vbi lapsum animæ peccatricis sub imagine ruinae ciuitatis multis depingit. Ac tandem multa annumerat peccata, quæ affligere solent animam, quæ commissum peccatum non excutit sed illud diu alit, sub nonne diuersorum animalium, quæ ruinas dirutæ ciuitatis habitare solent. *Et erit cubile draconum, & pascua struthionum, & occurrent dæmo-*

nia Onocentauris, & pilosus, clamabit alter ad alterum, ibi cubabit lamia. His animalibus significantur diuersorum genera criminum, quæ hominem ex consuetudine peccantem insequi solent. Per dracones enim astutiam intelligit, per struthionem hypocritam, per Onocentaurum superbiam, per pilosum ingluuiem ventris. Hæc omnia vitiorum genera animam ex consuetudine peccati dirutam libenter incolunt, Hoc enim est, quod ait. *Clamabit alter ad alterum.* Id est, se mutuis vocibus ad has habitandas ruinas excitabunt. *Sed vni culpa (ait Gregorius) culpa adiungitur. Quid aliud quam inuolutis semitis, atque inmodatis vinculis, prauorum gressus ligantur. Unde bene contra peruersam mentem Iudæe specie per Esaiam dicitur: erit cubile draconum, &c.* Et postquam hoc diximus, singula hæc animalia cum singulis vitiis apte composuit, tandem subdit. *Pilosus ergo alter ad alterum clamat quando sub aliqua ratiocinandi specie peruersam mentem culpa subsequens ex occasione culpa precedentis illaqueat. Vt enim animalia sibi similia vocibus ad se vocant, ita etiam peccata similia crimina vocibus alliciunt. Hoc significant verba illa. Et pilosus clamabit alter ad alterum.*

17. Peccatum repetitum illud etiam malum secum affert, quod sensum timorem Dei imminuit. Peccator enim timore Dei, quali fræno quodam retardatur; at vsus peccandi timorem atterit, subinde comminuit, ac tandem omnino excutit. Vnde hoc rupto repagulo, quasi effrænis equus peccator liberius vagatur. Insuper, & peccandi delectatione sensum absumit. Cum quis primum peccat, libidine rapitur, & voluptate ducitur, sed ipso peccandi vsu etiam ipsa libido, delectatioque minuitur. Vtrumque adumbrat Eliphaz Themanites apud Iob cap. 15. Num. 15. *Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis, & cali non sunt mundi in conspectu eius. Quanto magis abominabilis, & inutilis homo qui bibit quasi aquam iniquitatem. Qui aquam bibit sine vlla difficultate in ventrem trahit, nec opus est eam dentibus terere, & ille, qui ex consuetudine peccat, sine vlllo timore, aut labore iniquitatem absorbet. Insuper cibus dum dentibus teritur, dum huc, illucque à lingua pertrahitur, diutius gulam irritat, qui vero bibit sicut celerius potum trahit, ita minori tempore delectationem capit: & qui ex vsu prauæ consuetudinis peccat minorem ex criminibus capit oblectationem. Hanc expositionem tradit Gregorius his verbis Iob ibid. loquentem audi. *Qui bibit quasi aquam iniquitatem. Hoc namque quod comeditur cum mora glutitur, quia manducatur, vt glutitur; quod autem bibitur tanto ad glutendum moram non habet, quanto nullam ad manducandum necessitatem habet. Culpa ergo, quia à stulto homine sine vlla retractione perpetratur, quasi aqua iniquitas bibitur. Quia enim illicita sine timore facit, quasi potum iniustitia sine obstaculo glutit.**

18. Iob 16. 14. *Concidit me vulnere super vulnus, irruit me quasi gigas.* Altiori sensu rem exponit Gregorius lib. 13. Moral. cap. 12. *Vulnus super vulnus immitit, qui iterato, peccat crimine. Sed quid inde? Irruit in me quasi gigas.* Gigas homo est procera statura, & validis viribus præditus. Ergo diabolus giganteas vires exercet, aduersus eos, qui ex consuetudine peccant. Nam hos nullo negotio vincit, & ad nutum suum torquet. *Concidit (ait Gregorius) me vulnere super vulnus, in infirmis suis sancta Ecclesia vulnere super vulnus conciditur, quando peccatum peccato additur. Vnde quoque bene per Prophetam dicitur: & mendacium, & homicidium, & adulterium imundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit. Solet enim sanguinis nomine*

Gregor.

Gregor.

Iob 15. 15.

Gregor.

18.

Gregor.

nomine significari peccatum. Vnde is, qui à peccatis liberari desiderat, per penitentiam clamat, libera me de sanguinibus, sanguis ergo sanguinem tangit, cum culpa culpam cumulauerit. Et quia cum vulnus vulneri additur, vires contra nos antiqui hostis excrescunt vehementer, recte subiungitur, irruit in me quasi gigas. Verba illa inundauerunt, &c. desumpsit Gregorius ex cap. 4. Osee, apud quem merito peccatum ex consuetudine cum inundatione componitur, quod instar inundationis omnia vastat, domos à fundamentis, & proceras arbores à radicibus euellit.

Osee 4.

19.

Iob 17. 14.

Iob 17. 14. *Putredini dixi: pater meus es, mater mea, & soror mea vermis.* Oritur ex hoc loco Gregorius 3. Moral. cap. 20. spirituale peccati genus, & cognitionem. Sicut enim natura nobis parentes proximiores sunt, post quos primum locum obtinent sorores, & fratres: eadem ratione iuxta sensum moralem parentes peccati ipsa natura est, nam post peccatum illud primorum pariter cæco pondere in malum vergit, secumque hominem trahit. Post hanc vero naturam id, quod peccato magis proxime adhæret, consuetudo est, quæ nomine sororum apud Iobum adumbratur. Ergo si naturam corruptam demas nihil æque hominem ad peccatum impellit, ac inueterata consuetudo. Vel etiam per patrem corruptam naturam exponere possumus, per matrem vero inueteratam consuetudinem, per sorores vero ipsos actus peccati. Vt enim ex utroque parente filius nascitur, ita ex natura in malum procliu, & ex consuetudine crimina generantur. Pater missio femine principium est filij, & natura ipso malorum fomite accenso hominem ad malum impellit, at vero mater concepto femine format in factum, fouet, excludit, lætat, alit, vt merito in educatione filiorum, maiorem, & potiorum partem matri tribuas. Quod etiam in peccatorum formatione euenit, nam consuetudo quæ matris vices obtinet, magis in peccatum inducit, quam ipsa natura, fortius irritat, acriore stimulat aculeo, vt merito matris partes habere videatur. Item Gregorius cum vermibus & putredine ex vlcibus featuriente consuetudinem componit. Nam in primis vermes dum rodunt, quietem abrumpunt, & consuetudo hominem quietum esse non patitur, &c. Tum etiam comparatur putredini, quia ex medicorum aphorismo. *Dum pus conficitur, dolores, & febres accidunt.* Papæ! quot animi dolores, quot conscientie remorsus, quot peccatorum febres ex mala consuetudine veniunt. Quod si intelligi (ait Gregorius) spiritualiter possit, & mater natura, & consuetudo non immerito soror vacatur, quia ab illa cum ista sumus. Quæ videlicet, & mater, & soror vermes sunt, quia ex natura corruptibili, & consuetudine peruersa cogimur, vt quasi quibusdam vermibus inquietis cogitationibus fatigemur. Carnis enim natura vitiosa, & consuetudo peruersa, quia innumeras curas in corde infirmitatis nostre gerat, bene mater, & soror vermes vocantur.

20.

Iob 18. 8.

Gregor.

Iob 18. 8. *Inmisit in rete pedes suos, & in maculis eius ambulat.* Quod de iteratis peccatis exponit Gregorius lib. 14. Moral. cap. 5. his verbis. *Cum pedes in rete iniicit, non cum voluerit euicit, sic qui in peccatis se deicit, non mox, vt voluerit, surget. Et qui in maculis retis ambulat, gressus suos ambulando implicat, & cum se expedire ad ambulandum vitatur, ne ambulet, obligatur.* Optime Gregorius peccandi consuetudinem cum reti componit. Nam rete ita firmiter eum detinet, quam comprehendit, vt vix egressus pateat, & tam arcto vinculo consuetudo hominem obligat, vt vix illam subrefugere possit.

Ex Dei benignitate nemo ad peccandum licentiam arripit.

DE propitiato noli esse sine metu, neque adiciās peccatum ad peccatum. Hæc verba vt supra exposuimus hunc sensum habent. Ne tibi occasionem peccandi arripias, quia Deus ad dandam veniam facilis est. Satis apta ad rem moralem admonitio, quam & nos de more confirmemus. In primis Psalm. 30. 20. *Quam magna multitudo dulcedinis tue Domine, quam abscondisti timentibus te.* Absconditam dicit hanc benignitatis dulcedinem timentibus Deum, quia sæpius nisi abscondatur mentibus, præsumptionem ingerere potest, vnde bono ipsorum hominum quandoque absconditur, & misericordia putatur, Dei autem iustitia eis affulget, & multum timorem incutit, quia ea ratione magis in virtute proficiunt. Huius sententiæ est Origenes Tom. 1. in Ezechiel. qui optime notat abscondisse dulcedinem hanc non diligentibus, id est, perfectis viris sed timentibus, id est, eis qui parum in virtute profecerunt, quia licet omnibus officiat bonitatem Dei extollere, nulla cura habita de iustitia, verum res ista plus nocet eis qui virtutis fundamenta iaciunt. *Quam magna (ait Origenes) multitudo dulcedinis tue Domine, quam abscondisti timentibus nomen tuum Domine. Legis & Prophetarum abscondit multitudinem voluptatis, non diligentibus, sed timentibus se. Paruuli quippe, id est, nec possunt cum emolumento suo discere, quod amentur à patre, ne dissoluantur, ne desiciant bonitatem Dei.*

Psalm. 30. 20.

Origen.

Lucæ 21. 27. *Tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna, & maiestate.* Expendit Gregorius homil. 40. in Euang. voces illas. *Cum potestate magna & maiestate.* Non ait, cum pietate, & benignitate, sed cum potestate magna, & maiestate, id est, qui semper eum facilem, & benignum fore credebant, mutata catastrophe durum, & inexorabilem experti sunt, & quia eum benignum contempserunt, ideo terribilem inuenerunt, ergo timor ille, quem Christus Iudex damnatis circa extremum iudicium incutiet, contemptam clementiam vindicabit. *Et tunc (ait Gregorius) videbunt filium hominis venientem in nubibus cum potestate magna, & maiestate. Ac si aperte diceret in potestate magna, & maiestate visuri sunt quem in humilitate positum audire noluerunt, vt virtutem eius tanto tunc districtius sentiant, quanto nunc cervicem cordis ad eius patientiam non inclinent.*

Lucæ 21. 27.

Gregor.

Spiritus sanctus specie columbæ super Christum descendit dum baptizaretur Matth. 3. 16. Hic autem idem sub specie ignis Apostolis est dilapsus Actorum 2. Ergo super Christum columba, super Apostolos ignis venit, quia quantum quisque, in virtute profecerit, ignem, id est, Dei timorem, omnino abiicere non debet. Vnus est Christus, qui Spiritum sanctum sub specie columbæ excipere potest, qui nullum habere potuit peccatum. Quia hic vnus timere non debet diuinam vltionem, qui nullius est conficius peccati, reliqui vero omnes hunc timorem non abiiciant. Huius sententiæ est Gregorius homil. 30. in Euangel. *In columba apparere debuit, quia non veniebat, vt peccatores per velum percuteret, sed adhuc per mansuetudinem tereraret, super discipulos in igne debuit Spiritus sanctus demonstrari, vt hos, qui erant simpliciter homines, atque ideo peccatores per zelum percuteret, sed adhuc per mansuetudinem tereraret, eos contra semetipsos spiritualis feruor accenderet.*

3. Matth. 3. 16. Actor. 2.

Gregor.

& peccata, quibus Deus per mansuetudinem parceret, ipsi in se per poenitentiam punirent. Nec ipsi quippe esse poterant sine peccato, quia adhaerebant caelesti magisterio. In igne vero venit in hominibus, in columba vero apparuit in Domino, quia peccata nostra, quae pie Dominus per mansuetudinem tolerat, nos per zelum reuerentiae debemus caute conspiciere, & ardore semper poenitentiae cremare.

Iob 24. 20. *Obliviscatur eius misericordia.* Cum tanta sit Dei misericordia, & benignitas erga homines, quam ratione fieri potest, vt Deus misericordiae obliviscatur: Gregorius lib. 7. Moral. cap. 31. ait eius oblivisci diuinam clementiam sub extremum iudicium, qui dum viuet oblitus est diuinæ iustitiæ. Nam apud Deum misericordia iustitiæque indissolubili amicitiae nodo iunguntur, & sibi mutuo vicem rependunt, ita, vt hoc tempore, dum viuimus, misericordia eis tantum opem ferat, qui iustitiæ diuinæ meminuerunt. Cum autem sub extremum iudicium tempus proprium diuinæ iustitiæ accesserit illorum recordetur, qui misericordiam coluerunt: ex aduerso vero misericordia eo tempore eis tantummodo faueat, qui iustitiæ non sunt oblit. *Obliviscatur eius* (ait Gregorius) *miseri cordia, omnipotentis Dei misericordia oblivisci eius dicitur, qui omnipotentis Dei iustitiæ fuerit oblitus, quia quisquis eum nunc iustum non timet, postea eum inuenire non valet misericordem.*

Tanta est Dei benignitas, & misericordia erga homines, vt sensim in animum inducant Deum non habere potestatem puniendi, cum videant eum iram cohibere, inter tot crimina peccatorum. Cum maris ribri vndas diuisisset, & transitum Hebræorum populo fugienti per siccum præbuisset, veltigiis insequens Pharaon, & eandem viam ire perrexit. Nullus nisi plane amens tanto periculo se commisisset. Si enim Deus dilecto populo per summum miraculum marinas vndas diuisit, vt eum ab instantibus hostibus liberaret, futurum profecto erat, vt cum Hebræi alteram ripam tenuissent, aquas in locum suum abire permitteret, & insequentes obrueret hostes: quæ ergo ratio furentem Regem in tantam amentiam compuit? Respondet Theodoretus quæst. 11. in Exod. imbibisse mente eam, quam supra diximus rationem, nempe Deum posse quidem benefacere, & beneficiis proficere, punire autem non item, posse quidem iter fugienti populo præbere siccum per mare, obuere autem quemquam non posse fluctibus. Quod si quandoque supplicia immitteret, leuiore tantum poenas posse adde, vt, puta, muscas inferre, obstrepentes ranas obicere, vel similia, grauius autem scire non posse, quapropter infido mari se commisit. *Existimans* (ait Theodoretus) *Deum non posse illum grauioribus afficere supplicis, mediocria flagella contempsit.*

Roman. 2. *Secundum autem duritiam tuam, & impoentens cor thesaurizas tibi iram in die iræ.* Notanda cum Chrysofomo homil. 6. in Matth. verba illa Pauli *thesaurizas iram in die iræ.* Non dixit auges vel accumulatas, sed thesaurizas. Commune enim est, omnibus peccatis, quod iram Dei augeant, quo enim quis amplius peccat, eo maiora contra illum Dei iræ incrementa capit: sed ait *thesaurizas*: Thesaurus enim non quælibet diuitiæ dicuntur, sed quæ eximie sunt, & in multam copiam congestæ. Ergo ait Paulus. Qui alio peccatorum genere delinquit, augmentum iræ Dei ministrat, qui vero iustitiam iramque contemnit, immensum pene incrementum iræ diuinæ addit. Vide quantum hoc genus criminis, quacumque alia excedat. *Nam quando* (ait Chrysofomus) *ex indulgentia diuina nihil lucri retinere volu-*

mus, peiora merito patimur, quod & Paulus aperuit dicens. Secundum duritiam tuam, & impoentens cor, iram tibi thesaurizas.

Matth. 26. *Qui autem tradidit eum, dedit eis signum dicens: quemcumque osculatus fuero, ipse est tenete eum.* Innumera alia signa offerre posset Iudas, quibus magistrum per noctem quærentibus inimicis proderet. Osculum tamen reliquis prætulit. Erat autem hoc apud Orientales vulgare salutationis signum, & mutæ amicitie indicium, nec veritus est amoris, & benevolentie fœdera infringere, & charitatis signum ad mortem infligendam detorquere. Quod factum est, vt hoc genus hominum, de quibus sermo præsens habetur, ostenderet; qui benignitatem, & mansuetudinem ipsius Dei in eius necem, id est, in peccata inflectunt. Cum enim oporteret ex tanta misericordia, & benignitate moueri ad parendum Deo, illi potius ad inferendam plagam abutuntur. Huius sententiæ est Chrysofomus homil. 84. in Matth. his verbis. *Quemcumque osculatus fuero ipse est, tenete eum. Prob dolor, quantum proditoris anima prauitatem suscipit? Quibus oculis tunc magistrum aspexit? Quo porro osculatus ore est? O sceleratissimam mentem, quid cogitauit, quid ausa est? quod signum proditoris dedit? quemcumque osculabor, inquit. Confidebat enim in lenitate magistri: quæ res maxime confundere illum hominem, & omni priuare venia sufficit, qui ita mitem, atque mansuetum prodebat magistrum.* Expende verba illa Chrysofomi. *Quæ res maxime, &c.* Multi ex Christi discipulis in nonnulla peccata se dimiserunt, Iacobus, & Ioannes primas sedes ambiunt: Petrus Christum negauit, Thomas de Resurrectione dubitauit, nullus tamen horum periit, sed benignitate Dei ad veniam vocati sunt, vnus est Iudex qui laqueo sibi, & vitam præsentem, & futuræ spem ademit, nempe hic vnus de diuina misericordia præsumpsit, vnde omni se venia priuauit. Imo vero aliorum oblitus de hoc vno conquestus est Christus Lucæ 22. 48. *Iuda osculo filium hominis tradis.* Id est, signum amicitie in fraudem inuertis, meaque misericordia abuteris.

Multis plagis Deus puniuit Pharaonem, vt eius duritiam attereret, ille autem cum malo aliquo vrgeretur, statim Moysen vocauit, & humili oratione, vt auerteret plagam, deprecabatur, cum vero regio sermone permotus Moyses malum abegisset, statim ad ingenium redibat, peior factus diuina misericordia, Exod. 8. *Videns autem Pharaon, quod data esset requies, ingrauauit cor suum, & non audiuit eos.* Expendit Augustinus hæc verba quæst. 24. in Exod. quæ iuxta illum hunc sensum habent. Ideo Pharaon indurauit, & datam fidem infregit, quia Deum benignum expertus est. Et res, quæ hominis ingenium ad benignitatem inflectere posset, eum indurauit. *Et vidit Pharaon* (ait Augustinus) *quia facta est refrigeratio: & induratum est, cor eius, &c. hinc apparet non illas tantum fuisse causas indurationis cordis Pharaonis, quod incantatores eius similia faciebant, verum etiam ipsam Dei patientiam, quæ parcebat. Patientia Dei secundum corda hominum, quibusdam utilis est ad poenitentiam, quibusdam inutilis ad resistendum Deo, & in malis perseverandum, non tamen per se inutilis est, sed secundum cor malum.*

Exod. 6. 9. *Mortuaque sunt omnia animantia Ægyptiorum: de animalibus vero filiorum Israel nihil omnino perijt. Et misit Pharaon ad videndum, neque erat quidquam mortuum, ex his, quæ possidebat Israel. Ingrauatumque est cor Pharaonis, & non dimisit populum.* Vide hominis inamatum, & immite ingenium, quia delectis armentis, & gregibus Ægyptiorum, vidit nihil

7.

Chrysof.

Lucæ 22. 48.

Exod. 8. 15.

9.

omnino periisse, ex his quæ ad Hebræos pertinebant, cor suum induravit, & populum firmiter apud se detinuit. Oportebat enim ex demortuis Ægyptiorum animalibus Deum sibi iratum præsentire, ex superstitibus autem pecoribus Hebræorum subodorari magnam amicitiam coniunctionem inter Deum, Hebræosque intercedere, & multa mala à Deo sibi imminere, si durius cum Hebræis ageret, neque eis liberam abeundi facultatem concederet, ille autem ex hoc peior factus, male Hebræos accepit. Talis est horum hominum mens, ut ex Dei benevolentia, ex qua in eius amorem assurgere oportebat delinquendi licentiam arripiant. Hoc etiam ex Augustino notauerim lib. quæst. in Exod. q. 30. his verbis. *Videns autem Pharaon quia non est mortuum de pecoribus Israël unum, ingrauatum est cor Pharaonis. Quomodo ex contrariis causis facta est, ista ingrauatio cordis Pharaonis? Si enim pecora Israëlitarum morerentur, tum videretur causa competens, quia cor eius aggrauaretur ad contemnendum, tanquam si & Magi eius pecora Israëlitarum fecissent mori. Nunc vero unde debuit ad timendum vel credendum moueri: videns nullum pecus mortuum ex pecoribus Hebræorum hinc ingrauatum est.*

August.

IO.

Iob 20. 13.

Hunc sensum habent verba illa Sophar Naamitis apud Iob cap. 20. 13. *Parcet illi, & non derelinquet illud, & celabit in gutture suo.* Quæ verba hac ratione exponit Augustinus ibid. *Parcet illi, supple Deus. Deus veniam criminum peccatori condonabit. Et non derelinquet illud.* Id est, ipse autem peccator non ob hanc Dei misericordiam peccata deseret. *Et celabit in gutture suo.* Id est, imo vero hac Dei benignitate fretus firmiter peccatis adhærebit. Vide peccatoris ingenium, qui diuina abutens benignitate in peccata ruat. *Parcet ei,* (ait Augustinus) *& non derelinquet eam.* Aut *parcet ei Dominus: & hac impunitate eam non derelinquet. Et tenebit eam in medio gutture suo, tanquam, quod cum delecet.*

II.

Ps. 118. 126.

Id etiam significat versus ille Psal. 118. *Tempus faciendi Domine dissipauerunt legem tuam.* Id est, cum multa, ô, Deus in homines beneficia contulisses, quibus eos ad pietatem alliceres, & tempus instaret, quo tantis beneficiis aucti æquum esset, ut pietati manus admouerent, secus tamen res accidit, nam ex ipsa tua benignitate peccandi licentiam arriperunt. Ita Basiliius ibid. his verbis. *Omnia in fratera gubernat Deus: diu quidem fert mortalium peccata. Ubi vero patientia ipsius inuitu augeti malitiam vidit, tum pœnas sumit. Hoc igitur dicit: tempus est, Domine, ut ad auxiliandum afflictis exurgas. Hostes enim legem tuam vehementer proculcarunt.*

Basil.

12.

Psal. 146. 11.

Nonnulla ad rem præsentem adducit Bernardus ferm. 1. in Psal. *Qui habitat.* In primis illud Pauli ad Roman. 5. 5. *Spes autem non confundit.* Id est, spes illa, quæ simul est cum Dei timore, & reuerentia erga Deum non confundit. Quæ vero spes timorem omnem abiicit, hæc sane confundit, quia hominem cupitis omnino priuat: unde subdit Apostolus, *quia charitas Dei diffusa est, &c.* Adducit etiam illud Psal. 146. *Beneplacitum est Domino super timentes eum: & in eis, qui sperant super misericordia eius.* Laudaturus eos, qui in Domino sperant, prius laudauit timorem, nimirum spes sine timore, multum nocere solet. *Sunt autem alij* (ait Bernardus) *qui sperant quidem in Domino sed frustra: quia sic de misericordia eius sibi ipsis blandiuntur, ut à peccatis suis non emundentur, vana est omnino spes ista, sed hæc confundit eo quod charitas desit. Contra hos Propheta, maledictus, inquit, qui peccat in spe. Et alius: Beneplacitum est Domino super timentes eum, & in eis, qui sperant super misericordia eius. Dicitur, qui sperat, signanter præmisit super timentes eum.*

Frustra enim sperat, qui contemptu suo gratiam à se repellit, & spem suam prorsus euacuat.

Clamane cesses, quasi tuba exalta vocem tuam. Isaia 58. 1. fortiter clamare iubetur Propheta, & veluti incompositos edere sonos. Quinam sunt hi peccatores, tanto somno oppressi, ut tantis clamoribus vix à somno excitentur? Subdit Deus ad Prophetam. *Me etenim de die in diem querunt.* Id est, nimis de mea benignitate misericordiam præsumunt. Quapropter in vtrâque aurem stertunt, vixque somnum excutere possunt. Nullum enim est peccatorum genus, quod tam difficile crimina deserat, quam illi, qui nimium de Dei misericordia præsumunt. Hanc expositionem adhibet huic Prophetice sententiæ Bernardus ferm. 4. de Quadragesima his verbis. *Quasi tuba inquit, quia in spiritu vehementi increpandi sunt temerarij: me etenim querunt, qui se ipsos nondum inuenerunt.*

13.
Ica 58. 1.

Bernard.

14.

Iob 3. 10.

Gregor.

Accusat Iob peccatoris personam indutus crimina sua, & pandit causas, quæ eum in malorum barathrum impulerunt, his verbis. *Quia non conclusit ostia ventris, &c.* Gregorius lib. 4. Moralium cap. 28. his verbis adumbrari putat quo ordine fiant accumulaturque peccata. In vulua excipitur peccatum, in mente concipitur, in lucem prodit cum opere completur. Excipitur genibus, cum reiecto pudore committitur, & per consuetudinem roboratur, lætatur vero vberibus, dum nimium de Dei misericordia confidens peccator in omnem se dat præcipitem iniquitatem. Unde post alia subdit Gregorius. *Cur lactatus vberibus? Id est, postquam in culpa consuetudinem veni, cur me in atrociorum nequitiam, vel falsa spei fiducia, vel lacte misera desperationis enutriuit.* Multa ex natura lactis possunt ad rem præsentem deduci. Est enim lac nutrimentum pueris à natura institutum, sine quo nullo modo vitam ducere possunt, eoque hausto in iustâ magnitudinem excrescunt: si hanc præsumptionem abiicias, vix vnquam offendes. Est autem hæc præsumptio omnium vitiorum nutrimentum.

ETHOLOGIA LXV.

Misericordia & iustitia æquales in Deo.

Misericordia enim & ira ab illo cito proxima. Sunt nonnulli, qui Dei misericordiam ita suspiciant, ut de eius iustitia parum, aut nihil cogitent. Quasi veto in Deo iustitia non esset, aut eius misericordia ita iustitiam compressisset, ut eam foras prodire non sineret. Ergo parem, & æqualem vtrâque esse præsens Ethologia euincat. Multa congerit Origenes pro hac re homil. 26. in Lucam ad illa verba Baptistæ: *Cuius ventrilabrum in manu eius, &c.* In primis illud Ioannis 4. 24. *Spiritus est Deus, & eos, qui adorant eum, in spiritu, & veritate oportet adorare.* Per spiritum spem, & amorem significat, per veritatem autem timorem. Ergo qui vere Deum colit, alterum horum sine altero non adhibet. Tunc etiam adducit varias Dei appellationes, quandoque enim Deus dicitur ignis, quandoque spiritus, neque frequentius vno, quam alio nomine appellatur, ut puta Hebræorum 4. & ad Hebræos 1. vbi Paulus citat verbum illum Psal. *Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis.* Id est, eos, inculso timore adurit igne, & misla refrigerante aura eos ad spem erigit. Unde Actorum 2. Spiritus sanctus tanquam flamma ignis, & flatus venti discipulis elapsus, est. Sed hæc duo ita distinguenda sunt, ut scilicet Deus ignis sit peccatoribus, illis nimirum timorem

I.

Ioan. 4.

Hebræo.

Psal. 103.

Act. 2.

timorem incutit, leuis vero aura iustis, quia his præcipue misericordiæ fauorem impendit. Inducit etiam ad eandem rem probandam illud Lucæ 12. *Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi ut accendatur.* Non dixit se missurum ignem in cœlum, quamuis illò ignis naturaliter ascendat, sed in terram, id est, in peccatores, quia aduersus hos præcipue insonat futuri iudicij tuba. Huc etiam adducenda verba Denteronomij 32. 22. *Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima.* Non ardet vsque ad cœlum, sed vsque ad infernum, id est, præcipue de iustitia peccatores deterret. *Christus est Deus* (ait Origenes) *& qui adorat eum in spiritu, & veritate oportet adorare. Deus quoque noster ignis consumens est.* Dupliciter appellatur Deus, & spiritus, & ignis. Iustis spiritus, ignis peccatoribus, sed dem & Angeli spiritus, ignisque dicuntur: qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentem: Angeli sanctis quibusque sunt spiritus: his vero qui merentur, addicunt ignem, & fornacem subministrant. Iuxta quem sensum & Dominus noster, & Saluator, cum sit spiritus, ignem venit mittere super terram: spiritus secundum illud, quod scribitur, cum autem conuersus fuerit ad Dominum, auferetur velamen, & Dominus spiritus est. Ignem autem venit mittere, non super cœlum, sed super terram: & ipse demonstrat dicens. *Ignem veni mittere super terram, & quid volo nisi ut iam ardeat? Si enim conuersus fueris ad Dominum, qui est spiritus, Christus tibi spiritus erit: & non venit ignem mittere super terram, quod si non conuerteris ad Deum, sed habes terram, & fructum eius, ignem venit mittere super terram tuam.* Hinc etiam quid simile de Deo scriptum est: *ignis accensus est furoris eius non vsque ad cœlum sursum, sed vsque ad infernum deorsum: sed deuorabit non cœlum, sed terram, & genimina eius.*

Lucæ 3. *Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, & igne.* Mundandi sumus (ait Baptista) per spiritum, & ignem, scilicet dum nos timor iustitiæ percutit, & leuis auræ misericordiæ refouet. Ergo vtrumque Deus coniungit, & vtroque nos ad pietatem excitat scilicet timore, & spe. Hunc sensum habent relata verba Ioannis teste Origene homil. 26. in Lucam. loquentem audi. *Si sanctus fueris Spiritu sancto baptizaberis: si peccator in ignem mergeris, & vnum, atque idem baptisina indignis, & peccatoribus in condemnationem ignemque vertetur. His vero qui sancti sunt, & tota fide ad Dominum conuertuntur, Spiritus sancti gratia salusque tribuenda est.*

Ieremiæ 5. *Aut non timebitis me, qui posui arenam terminum mari?* Res hæc si aptè consideretur, potius amorem excitare quam timorem valet incutere. Eximium enim fuit à Deo in homines beneficium aquæ molem totam terram occupantem in principio in hunc locum cogere, vt terram animalibus habitadā obiceret: dum vero terra fluctibus obtuenda videbatur littoralem arenā obiecit procellis, quæ tumentes marinos fluctus repercutit, & intra data sibi claustra redire cogit. Hoc sanè, magnum in omnes præstitum est à Deo beneficium. Ergo ex illo potius ad amorem, quam ad timorem Dei nos mouere deberet Propheta. Quid est ergo quod ait, *me non timebitis*, &c. Scilicet ni fallor ex magnitudine misericordiæ expendendam obicit iustitiam. Cum enim hæc duæ virtutes in Deo pares sint, ex vna altera mensuranda est, id est. Qui tanta in homines beneficia contulit, vt procellosum mare represserim, ne eorum habitationem inundaret, quamam ratione eundem, si ingratus extiterit, puniam?

Postquam ingressus est Noe in arcam, non im-

misit Deus statim diluuium, sed post dies septem. Hac enim ratione scriptum est. Genes. 7. 10. *Cumque transirent septem dies inundauerunt super terram.* Ambrosius lib. de Noë, & arca cap. 13. vsque ad septimum diem dilatum diluuium autumat, vt Deum, & misericordem; & iustum protenderet. Nempe idem Deus septeni dierum spatio vniuersum condidit, & idem post septem alios dies eandem rerum vniuersitatem diluuiò obruit. Ne ergo ea ratione Deum misericordem fingas, vt penitus ab eodem iustitiam abiicias. Vtrumque simul contemplari debes, ne alterum sine altero nocere tibi possit. *Illud quoque* (ait Ambrosius) *studio est querere, qua causa est cur postquam ingressus est Noë in arcam, & induxit animantia, post septem dies diluuium factum sit? Non enim otiosum videtur, quod non aut plures, aut pauciores interpositi sunt dies, sed tot, quot in constitutione mundi fuerint. Sex enim diebus factus est mundus, septimo autem die requieuit Deus ab operibus suis. Quo declaratur iudicio ipsum esse auctorem mundi, atque diluuij, mundum propter bonitatem suam condidit, diluuium misit nostrorum merito delictorum.*

Genes. 6. 17. *Ecce ego adducam aquas diluuij super terram, vt interficiam omnem carnem, in qua spiritus vita est subter cœlum.* Vel vt legit Ambrosius lib. de Noë & arca cap. 13. *Delebo omnem resurrectionem carnis.* Duplici voce nostram sententiam confirmat, quæ duplici metaphora nostrum institutum probant, in primis vox illa *delebo* sumptam metaphoram continet ab iis instrumentis, quibus quondam scribebant, nimirum antiquitus litteræ inscribebantur quibusdam ferreis instrumentis; quos stylos appellabant, in tabulis ceratis. Postquam vero delatæ à tabellario litteræ erant, ad eum ad quem mittebantur, ab eoque perlectæ erant, debebantur priores characteres, & eadem tabula nouas notas accipiebat, quæ similiter ad eum, qui eas miserat, remittebantur, eadem ratione Deus iustitiam cum misericordia coniungit, dum peccata quidem delet, hominem autem, in quo peccatorum characteres inscripti erant, reseruat, ergo eidem homini, modo misericordiæ notæ, nunc iustitiæ characteres succedunt. Alteram metaphoram continent verba illa *resurrectionem carnis.* Quæ verba à messoribus sumpta sunt, qui quidem non euellunt fruges, sed fecant, radicem vero terræ affixam relinquunt, vt iterum germinare possit. Ergo *delebo*, inquit, *resurrectionem carnis*, id est, non penitus auferam, non radicitus euellam, sed quæ à terra pullulant, concidam, vna radice in terra reseruata. Peccatores interimunt, en tibi iustitiæ documentum, radicem reseruat ex qua noua progenies pullulet, en tibi misericordiæ indicium, ergo vtrumque Deus facit, nec vnum sine alio patitur effluere, vt tu etiam vtrumque consideres. *Minatur supplicium* (ait Ambrosius) *Sed non permittit excidium, moderatur vindictam, reuocat securitatem. Deleturum se dicit omnem carnem, non à terra, sed à facie terræ, florem decuit, radicem seruat, sinit vt in profundo substantia virtus maneat humana, que in superficie lobe intrus, passibilis perseueret, immuniisque noxia, ad eorum substitutionem, qui non sunt reatu obnoxij, vt seruetur. Pulchre autem posuit delebo, tamquam litterarum apices, qui deleantur, sine fraude librorum, & sine imminutione tabularum, atramentum deletur, sed tamen lignum manet.*

Psalm. 118. *Aufer à me opprobrium, quod suscipiarus sum, quia iudicia tua incunda.* Ambrosius ibid. legit *dulcia.* Iudicia Dei vocantur opera diuinæ iustitiæ, quibus peccatoribus minas intentat, &

Genes. 7. 10.

Ambros.

5.
Gen. 6. 17.

Ambros.

6.
Psalm. 118. 22.

crimina castigat. Sed hæc qua ratione dulcia, vel iucunda dici possunt? Nimirum iustitiam cum misericordia coniungit, & dulcedine, quæ ex misericordia percipitur, amaritudinem iustitiæ attemperat. E contra vero nimiam dulcedinem misericordiæ, adiuncto timore iustitiæ accrescere facit, & ea ratione vtramque temperat, & ad iustam mensuram reducit. *Aufer* (ait Ambrosius) *à me opprobrium, quod suspicatus sum quia iudicia tua dulcia, quid timeo confiteri, quid timeo dicere peccata mea? Quid vereor opprobrii mei mentionem facere apud eum, cuius iudicia dulcia sunt? Quod seuerum in alijs in Christo suauis est, quia ipse suauis est. Denique gustate, & videte quoniam suauis est Dominus. Vis scire quam dulcia iudicia Domini? Non resurgunt impij in iudicio. Qui autem in iudicio surgunt habent spem vitæ.*

Ambros.

7.
Psal. 118. 58.

Psal. 118. 58. *Miserere mei secundum eloquium tuum.* Non sibi dari indulgentiam poscit Dauid absolute, sed iuxta eloquium tuum. Id est, vt promissisti iuxta regulas, & canones præscriptos, ne scilicet amore misericordiæ iustitiæ metas transiliam, sed iuxta verbum tuum, id est, vt iustitiam, misericordiamque attemperes. Similitudinem capit à medicis, Ambrosius ibid. & chirurgis, qui quandoque lenire, quandoque etiam vulnus ferro secare solent. Insuper Deus ignis dicitur, cui duplex virtus à natura insita est, nempe & illuminandi, & vrendi. Deus enim per ignem iustitiæ peccatores exurit, per ignem vero misericordiæ illuminat. *Si vero* (ait Ambrosius) *& ipsa discutiatur pro criminis sui qualitate damnabitur. Quia gratia Dominus, & lux, & ignis est, & scribitur, vt in tenebris ambulanti luceat, quasi lumen, ne diuini possit errare, qui querit luminis claritatem. Est autem, qui multa fuerit operatus, qua manere non debeant, sed ardere, ignis est Dominus, vt operis nostri fœnum stipulamque consumat, atque vtili nos faciat saluos detrimento, sicut agrum, quod dum excoquitur, plus probatur. Propheeta igitur isto versiculo diuidit causas, vt ad misericordiam quasi homo postulet, quia nemo sine sorde peccati, & iustitiam quasi Propheeta deposcat. Miserere mei secundum eloquium tuum.*

Ambros.

8.

Psal. 118. 66. *Bonitatem, & disciplinam, & scientiam edoce me.* Per bonitatem exponit Ambrosius ibid. Dei clementiam, per disciplinam autem eiusdem timorem. Ergo vtrumque simul doceri sibi exposcit Dauid, nempe bonitatem, & disciplinam. Ne solam misericordiam absque iustitia contempletur, neve solam iustitiam absque misericordia, sed vtrumque simul, nocet enim solam misericordiam contemplari, aut solam iustitiam. Unde (ait Ambrosius) *bonitatem Dei ab ipso querit doceri, ne forte quis perfunctorie accipiens bonum Deum esse, in erroribus perseueret, quod per misericordiam Dei impunitatem suis posset dare peccatis. Cum etsi indulgeat Dominus, tamen fœda est conuersatio in criminibus semper herere. Non ergo bonitas ista vulgaris est, sed qua semper discipline expectat profectum, ideoque qui intelligit aptam Dei esse bonitatem doceri desiderat etiam disciplinam.*

Ambros.

9.

Deut. 24. 6.

Deuteronom. 24. 6. *Non accipies loco pignoris inferiorem, & superiorem molam.* Superior mola est spes futurorum bonorum, inferior vero timor dolorum, neutram autem harum loco pignoris accipi lex prohibet, quia altera sine altera parum iuuare potest, imo vero quandoque officit. Sicut enim si alterutra mola desit, grana comminui non possunt, ita etiam si vel supplicij metus, vel spes absit beatitudinis. Hoc ex Gregorio magno dixerim lib. 33. Moral. cap. 16. his verbis. *Mola enim superior, aut inferior tollitur, si per prædicantis linguam in peccatoris pectore, aut timor a spe, aut spes à timore diuidatur.*

Gregor.

Deus per desertum Hebræorum populos ductabat ad regionem promissam, igni columnæ insistens per noctem, & nubi per diem, nimirum ignis Dei iram, & conceptum furorem significat, at vero nubes misericordiam eiusdem. Ergo oportet vtrumque præcedere, & nubem, & ignem, qui spe erigitur, timore frænatur. Vnde, & in futuro iudicio in nube, & igne venturus est Dominus, quia & iustis præmia dabit, & fontes afficiet supplicio. Hanc sententiam hausi ex Gregorio cap. 4. lib. 2. in Reges, his verbis. *Hinc est enim quod Moysi non semper in igne aparuit, sed in igne aliquando, aliquando in nube. In igne quippe terror iudicij est, vnde, & de secundo Redemptoris aduentu per Psalmistam dicitur. Ignis ante ipsum præcedet. In nube autem protectio miserationis excipitur, quia eiusdem protectionis sue blandimentum, electis suis promittens Dominus ait. Tunc videbunt filium hominis venientem in nube. In igne, & nube per desertum gradientibus Dominus apparet, quia mentes contemplantium se, in hac exilij peregrinatione, etsi aliquando terret de iustitia, pauore dei electos, erigit blandimento protectionis.*

Hoc idem innuit Dauid Psal. 100. *Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine.* A musica sumpta est metaphora, acutum enim, & grauem sonum siue in hominum vocibus, siue in instrumentis apte attemperat, alter enim sine alio ingratus est audientibus. Dei iustitia veluti grauem sonum efficit: Dei vero misericordia peracutum. Ergo vtriusque vocem exacte aptat, ne altera, sine altera inconcinne sonet. Hoc dixerim iuxta Augustinum in Psal. 31. exponentem hunc locum. *Qui pro nobis etiam inducit verba quibus grandæuus Iosue populum armavit aduersus gentes vicinas cap. 23. Estote solliciti vt custodiat is cuncta, qua scripta sunt, in volumine legis Moysi, & non declinetis ab eis, neque ad dexteram, neque ad sinistram.* Vide senilem prudentiam, eiusdem enim periculi est ei, qui viam facit, siue ad dexteram, siue ad sinistram declinet. Æque enim dextera, & sinistra præcipitiis cingitur. Et tu siue ad dexteram per præsumptionem, siue ad sinistram per desperationem defleas, eiusdem plane est periculi, & in eisdem incidis scopulos. Augustini verba subscribo. *Misericordiam, & iudicium, non sola misericordia, sed iudicium, Et infra Præsumptio de iustitia, quasi dextera Dei est, cogitatio impunitatis peccatorum sinistra est. Audiam vocem Dei dicentem nobis. Ne declines ad dexteram, neque ad sinistram, ne præsumas ad regnum de tua iustitia, ne præsumas ad peccatum de misericordia Dei.*

11.
Psal. 100.

Iosue 23. 6.

August.

11.
Psal. 137.

August.

13.
Psal. 44.

Psal. 18. *Exultauit vt gigas ad currendam viam.* Non satis apta similitudine vsus videtur Propheeta, dum eum, quem nuptiali carmine sponsum dicit gigantem, & ad cursum alios prouocantem appellat. Magis enim è re videbatur, si eum vestibus pretiosis indutum pulchro ore amabilem depingeret. Potius enim terrere posset sponsam homo gigantea proceritate ad cursum, & palæstram alios laceffens. Ad rem moralem recurrit Augustinus sermone. 12. de tempore. Ideo Christus Dominus sponsum simul, & gigas appellatur, quia dulce nomen sponsi amorem conciliat, sed eo etiam tempore giganteam staturam non amittit, & militis fortissimi imaginem. Numquam enim licet eius misericordiam contemplari, nisi etiam eius iustitiam verearis. *Ad hoc* (ait Augustinus) *sponsum processit de thalamo suo, exultauit vt gigas ad currendam viam, amabilis, & terribilis: seuerus, & serenus. Pulcher bonis asper malis.*

Multis Christum depingit Dauid Psal. 44. *Speciosus*

suu forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternum. Vide qua ratione nuptiali carmine cælestis sponsi pulchritudinem, & à natura inditam, & ab arte, vestimentis, reliquoque corporis ornatu ascitam describat. Subinde tamen, quasi sui oblitus, & nuptialis carminis formam mutans; cum tanquam militem strenuum, viribus potentem, agnisque conspicuum scribit: *Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime.* Et statim ad pulchritudinem recurrit: *Specie tua, & pulchritudine tua, imende prospere, procede, & regna.* Nec mora, eius vires, & diuersa armorum genera recenset. *Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent in corda inimicorum Regis.* Vide qua ratione à pulchritudine, ad vires transeat, & ab armis ad pulchritudinem iterum recurat. Nempe docemur vtrûmque miscere, & iustitiam, & misericordiam, ne aut solius misericordiam consideratio desides, aut solius iustitiæ pusillanimes faciat. Videor mihi hunc sensum ex Terulliano deducere lib. aduersus Iudæos cap. 9. his verbis. *Valde enim absurdum est, si quem ad bellum ense cingebat ei de tempestiuitate decoris, de laborum gratia blandiebatur. Quis ense accingitur, & contraria lenitati non exercet? Id est, dolum, & asperitatem, propria scilicet negotia prætorum.*

Ioannis 8. Adultera mulier coram Iesu sistitur, vt si eam iuxta legem lapidibus obruendam promeret, lenitatem suam læderet, si vero absoluere, non nihil contra legem inoliri videretur. Iesus autem inimicorum calumnias fefellit illis verbis: *Qui sine peccato est primus in illam lapidem mittat.* At illi acri peccatorum morfu acti, in subtraxerunt incipientes à senioribus, quos inueterata consuetudo magis premebat. At Iesus animos mulieri facit illis verbis. *Neque ego te condemnabo, vade, & iam amplius noli peccare.* Verba illa, neque ego te condemnabo, & verbum illud vade Christi misericordiam notant, quæ vero subdit, *iam amplius noli peccare* iustitiâ protendant. Vide qua ratione vtrûmque coniunxit, neque alterum sine altero propinquit. Hoc ex Augustino desumpsit tractatu 33. in Ioannem, qui etiam ad rem præsentem adducit, verba Psal. 24. 8. *Misericors, & miserator, & iustus Dominus.* Misericordem asserit, & iustum appellat, ne alterum, altero excluso nocere possit. Insuper verba Dei Isaïæ 42. *Tacui, semper filii.* Vide misericordiam: sed ne omittas, quæ sequuntur: *Quasi parturient loquar. Dissipabo, & absorbebo siml.* Quæ verba conceptum furorem apprime explicant. *Interrogauit eam* (ait Augustinus) *Nemo te condemnauit? Respondit illa: Domine nemo. Et ille, neque ego te condemnabo. Quid est Domine? Faues ergo peccatis. Non plane, & attende quod sequitur. Vade deinceps, iam noli peccare. Ergo & Dominus damnauit, sed peccatum, non hominem: nam si peccatorum fantor esset, diceret, non ego te condemnabo. Vade, & viuere, vt vis. De mea liberatione esto secura, quantumcumque peccaueris te ab omni pena etiam gehenne, & inferni terroribus liberabo. Non hoc dixi, ni intendâ qui amant, in Domino mansuetudinem, & timeant veritatem: etenim dulcis & rectus Dominus. Amas, quod dulcis est, time quod rectus est. Tanquam mansuetus dixit, tacui, sed tanquam iustus, numquid semper tacebo? Misericors, & miserator Dominus; ita plane. Adhuc adde longanimitatis, adhuc adde, & multum misericors: sed time quod est in nouissimo & verax. Quos enim modo sustinet peccantes, iudicaturus est contemnentis. An diuitias longanimitatis, & mansuetudinem eius contemnis? Ignoras quod patientia Dei ad penitentiam te adducit? Tu autem secundum duritiam cordis tui, & cor impenitens thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet unicuique secundam opera*

sua. Mansuetus Dominus, longanimis Dominus, misericors Dominus, sed & iustus Dominus, & verax Dominus largitur tibi spatium correptionis: sed tu amas magis dilationem, quam emendationem. Malus fuisti heri, hodie bonus es, & hodiernum diem in malitia peregristi, vel cras mutare, semper expectas, & de misericordia Dei tibi plurimum polliceris, quasi ille, qui per penitentiam tibi promisit indulgentiam, promiserit etiam tibi prolixiores vitam.

Psal. 118. 63. *Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua.* Hæc verba tanquam per deprecationem dicta exponit Chrysofomus in hunc versum. *O, Deus timentibus nomen tuum me associa, & in eorum consortium, & contubernium me venire fac.* Sed qua ratione, ô, Dauid hoc fiet, vt in colentium Deum numero recensearis, & piis, & iustis viris adscribaris? Subdit. *Bonitatem, & disciplinam, & scientiam edoce me.* Non tantum bonitatem, id est, misericordiam, sed disciplinam, id est, seueritatem, & iustitiam. Si vis in sanctorum, & piorum virorum societatem transire, oportet, vt misericordiam Dei iustitiæ admixtâ consideres. Verba Chrysofomi subiicio. *Bonitatem, & disciplinam, & scientiam edoce me, quia mandatis tuis credidi. Perseptum habeo Prophetam, quanta disciplina sit utilitas, quæque bonitate ductus, eam Dominus hominibus infert, ac proinde, vt ipsius particeps fiat peti.*

Marci 11. 20. maledixit Christus ficui, & aridam reddidit. Chrysofomus homil. 68. in Marth. ideo factum putat, vt aliquo edito miraculo iustitiam suam, & vim punitiuam probet. Scilicet cum omnia Christi miracula in hominum vergerent utilitatem, posset quis credere penes Christum non esse, punire, sed tantum misereri, ergo vt probet posse non modo misereri, sed etiam punire, præfens miraculum edidit, sed vide Dei misericordiam, vim punitiuam erga arborem exercet, misericordiam totam hominibus referuat. *Cuius ergo rei gratia* (ait Chrysofomus) *maledicta est? Certe, vt discipuli confiderent, nam quoniam semper beneficia conferens, nullum vnquam puniuit, conueniebat autem, vt puniendi virtutem addito exemplo demonstraret, vt tam discipuli quam Iudæi sibi persuaderent, verbo solummodo posse, ipsos crucifigentes exsiccare, sed sponte omnia sustinere, puniendi virtutem, non in homines sed in arborem, opportune tum demonstrauit. Qui magna hoc miraculo admiratione commoti sunt. Nam si multi, maioræque signa viderint, nouum tamen atque inauditum fuerat, nunc vero primum puniendi virtutem adaperit.* Non immerito notat Chrysofomus in admirationem actos Apostolos, dum aruisse ficum viderunt, qui cum maiora signa conspexissent, non fuerant mirati: nempe adeo insolens est Deo punire, vt si quando hoc fieri contingat, qui viderint, mirentur.

Chrysofomus homil. 2. de Cruce, & latrone, quærit quare sub mortem latroni Christus promiserit Paradisum? Hoc autem factum respondet, vt æque Deo misericordiam & iustitiam inesse ostendat. Nempe propterea Adamum Paradiso expulit, quia pomum contra Dei mandatum furatus fuerat, cum autem multo plura furatum latronem Paradiso donat, æquans sibi misericordiam, & iustitiam inesse palam facit. *Et vide iustum Dei iudicium, vt dicas tu cum Propheta: iustus es Domine, & rectum iudicium tuum.* Propter vnum peccatum damnatur Adam, & propter vnâ vocem saluatur latro. Vnum peccatum siccit illum, & vna iustitia iudicium istum, & latro habitator factus est Paradisi. Hæc Chrysofomus.

Psal. 44. *Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua.* Id est, Psal. 44. 5.

15. Psal. 118. 63.

Chrysof.

16. Mar. 11. 20.

Chrysof.

17.

18.

omnibus inimicis tuis superior euades, propter veritatem, & mansuetudinem, non solum propter veritatem, id est, iustitiam, sed propter mansuetudinem etiam, vtrumque Deum celebrem reddit, nempe iustitia & misericordia, non vna tantum, sed vtraque, & neutram sine alia considerare debes in Deo. Vtrumque ex Chrysofostomo notauerim in hunc locum his verbis. *Dixit bellum, dixit instructum, nunc ostendit armatum militem, dicit deinceps, quæ pulchra, & præclara in regno suo fecerit, genus trophæi, conditionem, & naturam victoriæ. Alij enim omnes homines regnantes, vel pro ciuitatibus, vel pro opibus, vel inimicitijs, vel vana gloria, bellum gerunt, ipsi autem propter nullum horum, sed propter veritatem, vt eam plantet in terra, & propter mansuetudinem, vt qui sunt feris immiores mansuetos efficiat, & propter iustitiam, vt in quos tyrannidem exercet iniquitas eos iustos faciat, primum quidem ex gratia deinde ex recte factis.*

Chrysofost.

19.
Lucæ 7. 38.

Vide quid fecerit mulier illa peccatrix, vt criminum veniam à Deo impetraret. Lucæ 7. 38. *Et stans retro secus pedes eius lachrymis caput rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & unguento ungebat.* Non alterum, sed vtrumque pedem lachrymis rigauit, capillis terfit, vtrique oscula fixit. Nempe duo hi pedes iuxta Bernardum sermon. 1. in festo Magdalene, iustitiam, & misericordiam significant, vtramque apprehendere necesse est, nam alteram sine altera amplecti officere solet. *Vtrumque igitur (ait Bernardus) inungat pedem, anima penitentis affectus, & nunc misericordiam amplectens, nunc iudicium deosculans, contribulati spiritus offerat holocaustum.*

Bernard.

20.
Psalm. 61. 12.

Psalm. 61. *Semel loquutus est Deus, duo hac audiuimus, quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia.* Iuxta Bernardum sermon. 36. ex paruis, non alijs vocibus Deus misericordiam eloquitur, alijs iustitiam insonat, sed singulæ Dei voces vtrumque significant, nempe misericordiam, & iudicium. Nihil enim est, quod Deus, maiori studio hominibus manifestet, quam apud se æquam esse iustitiam, & misericordiam. *Semel (ait Bernardus) loquutus est Deus, duo hac audiui, quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia. At is penitens insipiens est, cui nec timorem Deus sapit, nec amorem.*

Bernard.

VERS. 8.

Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem.

VERS. 9.

Subito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te.

I.

Monuit in superioribus, ne quis facilem veniam sibi promittens, vitijs fræna laxaret. Consequens est, vt eiusdem iræ timore à procrastinando penitentiam deterreat. Ergo ait. *Ne tardes conuerti ad Dominum.* Id est, ne protrahas conuersionem tuam: *Et ne differas de die in diem.* Id est, ne in aliud tempus reiicias. *Subito enim veniet ira illius.* Diuina enim vltio, tunc te inuadet, cum minime eum times.

2.

Hugo.
Soph. 2.

Et ne differas, &c. Hugo Cardinalis. *De die in diem sicut coruus, qui semper clamat cras, cras. De quo dicitur Sophon. 2. vox cantantis in fenestra, & coruus insuper luminari. Huius autem mora non est, sine periculo, propter quod Dominus non permisit quemquam sepelire patrem suum, sed voluit, vt statim sequeretur eum.*

Matth. 8.

Lucæ 21.

Matth. 8. *multi vero contra naturam omnium animalium, satum, id est, conceptum, siue propositum conuersionis portant in vtero mentis duobus, vel tribus annis. Contra quos dicitur Lucæ 21. Væ pregnantibus, & nutriendis.*

Subito enim veniet ira illius. Paulus de Palacio, hac enim tua ad penitendum dilatione, calcaria iræ Dei adhibes, nihil enim iram Dei vrget, ac penitentiam differre.

3.
Palacio.

Et in tempore vindictæ disperdet te. Et tempus mortis, quod tempus est misericordiæ, & veniæ, tu penitentiam procrastinando tempus effecisti vindictæ. Vnde eo tempore ira Dei te disperdet.

4.

Disperdet te. Hugo Cardin. *Id est, diuersis partibus perdet, scilicet corpore, & anima, & diuersis penis, verme conscientia, & igne gehennali conburente exterius. Esaiæ vlt. vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Erunt etiam ibi diuersa pœna exterius. Iob 24. Ad nimium calorem transiit ab aquis niuium, Mat. 13. Ibi erit fletus, & stridor dentium.*

5.
Hugo.Iob 24.
Matth. 13.

Noli anxius esse in diuitiis iniustis: non enim proderunt tibi in die obductionis, & vindictæ.

VERS. 10.

Noli anxius esse in diuitiis iniustis. Ne sis nimium sollicitus in captando diuitias, quæ ferme absque peccato acquiri non possunt. *Non enim proderunt tibi in die vindictæ & obductionis.* Id est, nam etiam si eas obtineas, vt optas, non proderunt tibi tempore calamitatis, quæ tenebris animum obducit: & cum de te penas repetere decreuerit Deus.

I.

Noli anxius esse. Græca, *ne attendas, vel ne animum adycias.* Est autem idem verbum, quod in principio capitis noster interpretes transtulit, noli attendere. Sed ibi iubemur, ne diuitiis possessis multum fidamus: hic vero ne non habitis audidus inhiemus. Dionysius de sollicitudine, ne amittantur facultates habite, locum exponit, sed non bene.

2.

Dionys.

Iniustis. Ego quas ferme homines per peccatum parant. Alij, iniuste habitis, hæ enim citius diffluunt, quam illæ, quæ iuste acquiruntur, ob quod eis minus fidere iubemur. Paulus de Palacio existimat hic agi de diuitiis quas loco præmij promittebat Deus. Id est, non prohibeo sperare in ea rerum copia, quam Hebræo populo, pro iustitia Deus promittit, sed in diuitiis iniuste acquisitis. Nos vero quibus maior virtus in Euangelio iniungitur nec iustis, nec iniustis diuitiis fidamus.

3.

In die obductionis, & vindictæ. Græca exemplaria, vnam tantum dictionem habent, scilicet *ἐπαγωγῆς*, quam obductionem transferre solet noster vulgatus, addita vero videtur particula vindictæ explanationis gratia. Est enim hic idem, quod obductio, scilicet labor, ærumna, quæ animum solet pretere. Pro obductionis, aggressionis transfert Tigurina, sæpius enim monemur in sacra Scriptura nihil profecturas pecunias tempore mortis, & iudicij Iob 2. *Diues cum dormierit, nihil secum aufert, Psalm. 75. Nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.* Sapient. 5. *Qui diuitiarum iactantia contulit nobis?*

4.

Iob 2.
Psalm 75.

Sap. 5.

Non ventiles te in omnem ventum, & non eas in omnem viam. Sic enim omnis peccator probatur in duplici lingua.

VERS. 11.

Non te ventiles in omnem ventum. Non te ad quamcumque auram conuertas. *Et non eas in omnem viam.* Id est, ne leuissimum omnem viam ingrediaris, iam hanc vitæ rationem, iam illam consecutus. *Sic enim omnis peccator, probatur in duplici lingua.* Id est, sic omnis qui peccat ex varietate sententiarum cognoscitur, id est, sicut ille qui ad quamcumque auram se conuertit, & quamcumque viam ingreditur,

I.

tur, leuissimus esse probatur: ita prorsus qui modo hæc, modo contraria confectatur, peccator esse conuincitur.

Græca hac ratione. *Non ventiles te in omni vento, & non eas in omni via: sic peccator bilinguis.* Tigurina magis faciet nostræ lectioni, dum hac ratione transtulit. *Non te cuius vento iactandum permittas, nec omnem viam ingrediaris, vt scelerosus, & bilinguis.*

Non te ventiles in omnem ventum. Id est, ne te cuius vento ventilandum obicias. Græca vt diximus non habent pronomen te, & planiorem efficiunt sensum illo sublato, sumit enim similitudinem, ab eis, qui ita trituras segetes in area disponunt, & in orbem colligunt, vt ex quauis mundi regione ventus perflauerit possint grana purgari, ergo sicut agricola ea forma cumulum in area disponit, vt quocumque vento flante possit ventilare: ita nonnulli eo modo parati sunt, vt quacumque ex parte ventus flauerit perflante vento se obuertant. Hanc partem nonnulli ad solam doctrinam referunt, iuxta illud Ephes. 4. *Vt iam non simus paruuli fluctuantes & circumferamur omni vento doctrina.* Posteriores vero partem, & non eas in omnem viam, ad vitæ rationem instituendam aptant. Ego vero existimo duplici similitudine, quæ in vtraque parte habetur, eandem rem prohiberi, scilicet inconstantiam, & leuitatem, siue sit in doctrina siue in moribus. In verbis, vt adultores, qui aures demulcent, in sententiis vel vitæ ratione, vt illi qui à veritate, & religione desciscunt: vel etiam illi, qui quouis concupiscentiæ impulsu mouentur. Lyra, non te ventiles in omnem ventum iactanter, & præsumptuose docendo. Gloss. ne hæreticorum vanitatem sequamur. Sumi etiam potest metaphora à nauigio, quod non deferendum est quocumque ventus rapit, sed contra flatum venti obnitendum, vel à folio quod à vento rapitur, vt habes Job 13, vel à puluere iuxta illud Psalm. 1. *Tanquam puluis, quem proicit ventus à facie terre.* Sed aptius vt præmissum ab area iuxta illud Psalm. 34. *Et sicut stipula ante faciem venti.* Hugo non te ventiles in omnem ventum, id est, non consentias omni tentationi, vel suggestioni. 1. Ioan. 4. *Charissimi nolite credere omni spiritui.* Et paulo inferius. *Non te ventiles, in omnem ventum, id est, non appetas diuitias temporales, & laudes hominum, quæ cito transiunt, nec replent sicut ventus, imo non premunt, sed extollunt, sicut ventus Osæ 12. Ephraim poscit ventum, & sequitur æstum.* Et infra. In omnem ventum se ventilat, & in omnem viam vadit, qui luxum sæculi sequitur, & timorem Domini seruare se putat: & mundo, & Christo æqualiter militare.

Et non eas in omnem viam. Vel vt Græca habent in omni via. Frequenti scripturæ phrasi, qua significatur vitæ rationem instituere, aut quodcumque facere, aut loqui. Hugo Cardinalis, non eas in viam qua omnes eunt, id est, quam plures gradiuntur, hoc est, ne eas in iniquorum viam. Tot enim homines hanc viam spatiosam agunt, vt nulla alia via superesse videatur. Addit insuper Hugo non eundem in omnem viam, idem esse ac non declinandum in extremas vias, sed media via incedendum vbi sita est virtus. Sed in via media (ait Hugo) quia virtus in medio: & in medio tutissimus ibis. Et Iudeis volentibus Dominum precipitare, ipse transiens per medium illorum ibat, Luca 4. & post resurrectionem stetit in medio discipulorum suorum. Lyra integrum locum exponit de his, qui de doctrina extolluntur hoc modo. *Non ventiles te.* Author supra induxit ad docendum veritatem, hic consequenter inducit ad vitandam indecentiam, & superfluitatem, dicens,

non ventiles te in omnem ventem, iactanter, & præsumptuose docendo, & non eas, &c. in omnem opinionem recitando, & nunc vni, nunc alteri ad hærendo.

Sic enim omnis peccator probatur in lingua duplici. Præfert Iansenius nostræ vulgaræ editioni quorundam aliorum Latinorum lectionem, qui hanc vltimam partem efferunt ablato illo nomine: *sic enim peccator probatur in duplici lingua.* Nam cum alij peccatores his criminibus sint obnoxij alij vero alijs, non opus est, vt omnis peccator duplici lingua peccet. Sed studio contradicendi, id factum videtur, cum sacra Scriptura præcipue in his libris, quibus ad prudentiam homines instruit, ab eo quod frequenter accidit sententias vniuersales promat, similis est illa sententia Job 24. de impio. *Lenis est super faciem aquæ.* Ergo omnis peccator idem est, ac frequenter peccatores inconstantes sunt.

In duplici lingua. Hugo, in doctrina mixta falsitate, & veritate, quæ proprie de hæreticis dicitur. 2. in duplici lingua, id est, in mendacio, quod duplex dicitur, omnis enim auarus, & superbus mendax est.

Esto firmus in via Domini & in veritate sensus tui, & scientia, & prosequetur te verbum pacis, & iustitiæ.

Esto firmus in via Domini. A via Domini quam semel arripuisti, ne te diuelli patiaris. *Et in veritate sensus tui, & scientia.* Et in hac, quam tenes, viuendi ratione, & Deo scis placere, firmus, ac constans esto. *Et prosequetur te verbum pacis, & iustitiæ.* Nec solum opere, & re deferendam putes hanc viam, verum neque verbis, itaque semper loquere, quæ te decent, vitæque tuæ rationem.

Græca clarius, ad quæ referenda est nostra editio. *Sis firmus in sententia tua certa, & vnus sit sermo tuus.* Id est, leuitatem excute, constantiam tene, tam moribus, quam verbis. Tigurina hac ratione locum reddidit. In sensu tuo certo, viâque Domini, & scientia constans esto: & vnus, & idem sit sermo tuus, verbæque iusta, ac pacifica sint tibi familiaria.

Et prosequetur te verbum pacis. Dionysius verba pacifica, & iusta proferentur a te, quæ sequantur, sicut accidentia suum subiectum. Vt enim ea, quæ substantiam rei alicuius accidentia comitantur, eam inseparabiliter sequuntur, nec sine illis, aut produci, aut conseruari potest. Ita etiam virtutem verba iusta & sancta inseparabiliter comitantur. *Verbum pacis & iustitiæ.* Palatio vtrumque coniunxit, quia sine iustitia, & pietate pax esse non potest. Hugo per verbum pacis, & iustitiæ intelligit sententiam summi iudicis in die extremi iudicij proferendam, vel prædicationem, quæ pijs, & iustis hominibus conceditur. Et merito Euangelij prædicationem appellat verbum veritatis, quia longe à concionatore adulatio. Integrum locum ita exponit Lyra. *Esto firmus quantum ad fidem, in veritate sensus tui, id est, dictamine rationis naturalis quantum ad mores. Et prosequetur te verbum pacis, & iustitiæ in agibilibus huius vitæ.*

ETHOLOGIA LXVI.

A via virtutis deflectere periculosum.

Esto firmus in via Domini, & in veritate sensus tui, & scientia, & prosequetur te verbum pacis, & iustitiæ. Monet nos his verbis Ecclesiasticus, ne si

semel ad virtutem pedem intulerimus, vnumquam reuocemus, multa enim imminet mala his, qui accepto virtutis itinere pedem referunt. Hoc nonnullis illustremus auctoritatibus. Psalm. 1. *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentia non sedit.* Per præteritum hanc iusti laudationem extulit Dauid, non enim ait beatus vir qui non abiit in consilio impiorum per præsens tempus, sed qui non abiit per tempus præteritum. Nam teste Basilio exponente hunc Psalm. non satis est semel peccata vitasse, sed necesse est, vt vsque ad finem vitæ hæc contagia fugiamus. Non dixit (ait Basilius) *qui non abiit, sed non abiit in consilio impiorum. Nondum enim ille qui in vita est, beatus est predicandus, sed obnoxius incerto, sed qui vices sua functionis & vocationis semel absorbuerit, vitamque certo sine clausit, hic iam beatus à te dici potuit.*

Basilius.

Psalm. 118. 1.

Obiicit sibi Basilius post hæc verba Psalm. 118. *Beati immaculati in via qui ambulam in lege Domini.* Ergo ex sententia Dauid beati etiam dicendi sunt qui in via virtutis se exercent, etiam si vita non excefferint. Quam obiectionem ad hunc modum soluit. Aliud est à peccatis deflectere omnino, aliud est quoquo modo in virtute se exercere. Ille sane qui bonum opus facit, sine mora laudari potest, est enim quodcumque opus virtutis multa laude dignum, vnde non satis est expectare vsque ad finem vitæ, sed ob quodcumque benefactum hominem celebrare: à vitiiis vero declinare, perseuerantiam dicit, & nisi morte confumatus perseuerantiæ laudem nemo meretur. Quid enim laudis dignum est, si quis ad tempus vel vitiiis renunciet vel sæculo vale dicat, si postea in idem se immiscet barathrum. Cur igitur (ait Basilius) *beati immaculati in via, qui ambulam in lege Domini? Non enim ibi dicitur, qui ambulauerunt, sed adhuc ambulam beatos illa scriptura pronuntiat, quoniam qui benefaciunt in ipsa laudantur actione, qui vero peccatum fugerunt, si semel atque iterum à peccato declinauerunt, non propterea laudandi sunt, sed qui omnino tempore potuerint vitare prorsus malitia experimentum.*

Basilius.

2.

Exod. 12. 43.

Exod. 12. 43. *Hæc est religio Phæse: omnis alienigena non comedet ex eo, omnis autem seruus emptitiuus circumcidetur, & sic comedet. Aduena, & mercenarius non edent ex eo.* Seruus alienigena, qui perpetuæ seruituti addictus est, ex immolato agno edere potest, at vero mercenarius, qui ad tempus, vel in diem feruit, mox discessurus tamquam profanus reputatur, & ab esu agni arcetur, etiam si inter Hebræos commoretur, item & aduena, qui per regionem illam iter facit, & alio tendit. Nempe ille, qui per perseuerantiam perpetuo diuinæ seruituti addicitur inter res sacras connumerandus est, & inter spirituales Hebræos, qui ad tempus vero Deo inseruit, tanquam profanus proiciendus. Huius expositionis author est Rupertus lib. 2. in Exod. c. 20. his verbis. *Hæc, inquit, religio Phæse, plane religio sancta, iusta, & bona. Quid enim? Numquid alienigenam pro vili conditione refutat? Proculdubio repugnat, quod dicitur, omnis autem seruus emptitiuus circumcidetur, & sic comedet, ergo alienigena quamdiu fuit liber non vescitur, vbi autem in seruum fuerit emptus ipse vescitur ex eo. Quare? Videlicet, quia alienigena dum liber, & postquam hodie conederit Phæse, cras, vel continuo si liber communicat superstitioni Aegyptiaca, non diiudicans inter vtrumque: similiterque mercenarius, quia stabilitatem in domo Israëlita non est professus, & iccirco non habet, vnde ad Phæse semel gustatum constringatur.*

Rupert.

3.

Duplicis generis præcepta Deus per Moysen tradidit, alterum eorum, quæ ceremonialia tantum

sunt Christum significabant, vnde veritate adueniente præcepta illa erant abroganda: alterum vero eorum, quæ natura ipsa homini insita sunt, vt puta Deum colere, non iurare, &c. Hæc inquam perpetuo duratura scriptis Deus. Vtrumque inquam genus præceptum per Moysen à Deo datum est, sed diuerso modo, nam ea, quæ perpetuo erant duratura ipse Deus digito suo lapidi inculpavit, quæ vero tempore erant abroganda Moysi scribenda, præmisit. Digitus Dei Spiritus sanctus est, quæ autem hic digitus scribit, perpetuam habent durationem, quæ autem delenda sunt, humanum non nihil sapiunt. Ergo caue ne pietatem, quam semel imbibisti dediscas, sed eam perpetuo cole, hoc enim in nobis Spiritus sanctus intendit, vt scilicet perpetuo virtuti insistamus. Huius sententiæ est Rupertus lib. 2. in Exod. cap. 25. his verbis. *Verum ipse Legislator, hoc pro summa differentia de illis dixit, quæ scripta sunt digito Dei, quod nusquam dixit, nec dicere debuit, de his, quæ transitorias, fore nouerit ceremonias. Et Apostolus cum dixisset, hoc autem dico, testamentum confirmatum à Deo, quæ post quadringentos, & triginta annos, facta est lex, non irritum facit ad euacuandas promissiones, protinus addit. Quid igitur lex? Propter transgressores posita est, donec veniat semen, cui promiserat, ordinata per Angelos in manu mediatoris, legem ceremonialiarum ordinatam dixit, non in manu, vel digito Dei, sed in manu mediatoris Moysi, cum testamentum confirmatum à Deo asseruit: sicut è conuerso Moyses præcepta vitæ digito conscripta dixit, vnde sacrificijs de solemnitatibus obseruandis, nihil tale docuerit.*

Rupert.

Confusis vocibus colebant Hebræi vitulum denuo conflatum Exod. 32. 8. De quibus conqueritur Deus loquens ad Moysen his verbis. *Recesserunt cito de via quam ostendi eis.* Non exaggerat eorum peccatum quod reiecto vero numine, vitulo, quem ipsi conflauerant, cultum præberent, neque quod ad Aegyptiacas superstitiones redirent, sed quod à via, & religione, quam Moyses populum docuerat, tam cito deflexissent. Nempe nihil tam Deum offendit, quam semel arreptum pietatis iter deserere. Hoc idem per summum probum obiicit Dauid his hominibus Psalm. 103. 13. *Cito fecerunt, obliiti sunt operum eius: & non sustinuerunt consilium eius.* En tibi qua ratione maximi criminis loco eis obiiciat inceptum iter deseruisse, & à patria religione abcessisse. Huius expositionis autorem habeo Rupertus lib. 4. in Exod. cap. 24. his verbis. *Plana est res gesta, quia cito fecerunt: imo cito defecerunt, faciendo vitulum, & adorando sculptile, & quod valde est admirandum, talem, tantamque gloriam suam mutauerunt in similitudinem vituli comedentis fanum. Celeritatem defectus, & ipse Dominus quasi admirans: cito, inquit, defecerunt de via, quam ostendi eis, feceruntque sibi vitulum constabilem.*

4. Exod. 31.

Psalm. 103.

Rupert.

Canticorum 7. *Dixi ascendam in palmam, & apprehendam fructum eius.* Vel vt legit Ambrosius. *Et apprehendam altitudines eius.* Fructus palmæ altitudines palmæ sunt, quia hæc arbor in summo tantum vertice fructus fert. Optimè ergo pietas palmæ comparatur, quæ fructus in summa altitudine tantum producit, nec nisi prius summitatem ascendas, decerpere non poteris. Ergo si huius palmæ fructibus saturari tibi in animo est, vsque in finem expecta, alioquin hos fructus decerpere non poteris. Huius sententiæ est Ambrosius & Philo Cyprius in hunc locum.

5. Cantico.

Bernardus sermon. 2. in capite ieiunij duo adducit ad commendandam nobis perseuerantiam. In primis illud Genes. 37. 3. *Israël diligebat Ioseph, super omnes*

6.

Genes.

omnes filios suos, eo quod in senectute genuisset eum, fecitque ei tunicam polymitam. Tunicam fecit Iacob filio suo Iosepho multicoloram, & talarem, his enim pueruli indui solebant, togam fecit filio suo Ioseph, quæ perseuerantiæ bonum significat. Hæc enim virtus multis virtutibus, tanquam multis coloribus contextitur, ad talos vsque demissa est, quia ad mortem vsque homines comitatur. Inducit etiam illud Psal. 44. 14. *Omnis gloria eius filia Regis abintus in fimbriis aureis circumamicta varietatibus.* Fimbriæ extremitates sunt vestimentorum in quibus omnem pulchritudinem sponse sitam esse ait David: quia inter omnes virtutes vna perseuerantia pulchritudinem inducit, & regium diadema meretur. Hæc infert Bernardus exponens verba Ioëlis 2. *Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra.* Prohibet vestimenta scindere, quia virtutes animi sunt vestimenta, quæ ad vltimum vsque spiritum debent in nobis perseuerare. *Nec modo (ait Bernardus) integram seruat vestem scissio cordis, sed & talarem eam facit & polymitam, qualem à sancto Patriarcha Iacob accepit filius, qui præ cæteris amabatur. Hinc enim virtutum perseuerantia: hinc conuersationis pulchre discolor vnitus. Hinc illa est Regis filia in fimbriis aureis circumamicta varietatibus.*

Matth. 18. manū vel pedem nos abscindere iubet Christus, vel oculum eruere, vt scandala fugiamus. Quid autē sit manū, vel pedem abscindere, scandalizare aliq̄ exponit Bernardus in commemoratione sancti Michaëlis. Per inanus enim, & pedes, opera & conatus, ad virtutem adumbrari existimat. Hi scandalum immittere dicuntur, dum intermissis sanctis operibus, quibus exercemur, docent nos ad alia transire, & priora intermittere. Sæpius enim prætextu maioris boni ficta specie sanctitatis decipit diabolus, dum suadet nobis, vt virtutis opera intermittamus & spe futurorum præsentia deseramus. Hic autem pes, & hæc manus abscindenda est, & abiicienda longe. *Simili modo (ait Bernardus) de manu, ac pede esse intelligendum. Cum enim bonis operibus intentos ad alia opera trahere voluntas conatur, manus nostra est, quæ scandalizat nos, sed abscindi debet, & proijci à nobis, vt non ei consentiamus.*

Matth. 18. *Bonum est tibi cum vno oculo in vitam intrare, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis.* Duplex oculus quandoque officit ad ingressum in regnum cælorum, & qui monoculus est, facilius ingreditur. Nempe iuxta Bernardum serm. de sancto Michaële, ille duplicem habet oculum, qui modo hæc, modo illa, & desiderat, & sectatur, qui scilicet in nullo loco consistit, sed modo, hoc, modo illud appetit. Vnum tantum habet oculum, qui vnum tantum bonum vsque in finem insequitur. Vt enim illi, qui in scopum recta sagittam iacere intendunt alterum oculum occludunt, nos non aliter vnam tantam rem intendere debemus, & non in plura deflectere. *Bonum (ait Bernardus) tibi est, cum vno oculo vitam intrare, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Eos notat, qui voluntatem suam, siue bonam, siue malam sit, æque sequuntur, & ingrediuntur duabus viis, nunc bona, nunc mala scrutantes. Quibus merito vitiosius fuerat, gratia in omnibus inhaerere, & ubi obuiat propria voluntas abscindere, & à se ipsis abijcere eam; eam autem cum multo tempore in absissione propria voluntatis exercitati, aliquatenus domamus.*

Variis similitudinibus quasi per gradus ostendit Deus Ezechieli varia crimina quibus fædabatur populus Israëli. In primis viros quosdam ostendit, qui diuinis cultus reptilibus, aliisque animalibus deferebant. Postea fœminas quasdam quæ ve-

neris Amasium parentabantur. Tunc demum cap. 8. malorum summum his verbis depingit: *Viginti quinque viri dorso habentes contra templum Domini, & facies ad orientem.* En tibi malorum omnium pessimum, nempe terga Deo obuertere, & inceptam pietatis viam deserere. Extraxit à Sodomis, & de communi incendio liberauit vxorem Lot, & mariti pietas, & propria virtus: cum vero retrospectit, statim in statuam salis conuersa, posteris salubre dedit documentum, ne quis ab incepta virtutis via deflectat.

Basilii in Marty. Iulitam, ad perseuerantiam nos armat exemplo decurrentium in stadio, qui licet velociter viam arripiant, nisi tamen metam contingant, victi discedunt, siue enim principio cursus siue in fine æqualis est iacturæ, vna coronat perseuerantia. Hoc innuit Paulus 1. Corinth. 9. 24. *Nescitis quod i, qui in stadio currunt, &c. Id est, sic currite, vt metam attingatis, nisi enim hoc feceritis omnino à corona exciditis. Itineris labor inanis, nisi ad statutum perueniat locum, quo victor præscripsit, & in stadio vno sæpe gradu deficiente à palma excidunt.* Hæc Basiliius.

Ieremiæ 16. 16. *Ecce ego mittam piscatores multos, dicit Dominus, & piscabuntur eos: & post hæc mittam eis multos venatores, & venabuntur eos de omni monte, & de omni colle.* Prius piscatores se missurum dicit, qui homines piscentur, & de vitiorum fluctibus extrahant, subinde vero non amplius piscatores, qui homines hamo fallant, & de profundo æquoris extractos, ad suprema euehant, sed venatores se missurum pollicetur, qui venentur non in profundis vallibus, sed in supremis montium verticibus. Ac si dicat, ego sane mittam, qui peccatores piscium instar vitiorum profundum habitantes ad virtutis auras deducant: si vero ipsi iterum ad voluntatis vndas prolabantur, quos extraxeram, negligam, neque iterum in profundo maris quæram, sed in suis montium verticibus. Hanc sententiam sumpsi ex Origene homil. 12. in Ieremiâ his verbis. *Cum fueris ab Apostolis, & discipulis Iesu marinis fluctibus liberatus, noli quærere profundum, sed in montibus sit conuersatio tua. Ut iam non habeas opus piscatoribus, qui te rursus de fluctibus extrahant, sed alijs quibusdam, quos venatores scriptura nuncupat, qui te postea venentur de monte, de colle, & de locis altioribus, ibi sit deambulatio tua, ibi mens, & statio. Obliniscere maris, obliniscere vallium, ac profundorum.*

Ezechielis 16. 33. *Omnibus meretricibus dantur mercedes. Tu autem dedisti mercedem cunctis amatoribus tuis: & dona dabis eis, vt intrarent ad te undique ad fornicandum tecum.* Miseram, & abiectam conditionem quorundam peccatorum his verbis describit Propheta. Frequenter enim fœminæ mercede ad coitum alliciuntur: quandoque autem quod raro contingit, adeo sunt vulgata pudicitia, adeo ad veneream accenduntur, vt ipsæ procos donis laceffant. Hoc idem, & in peccatis accidit quæ sunt genus quoddam fornicationis. Quidam enim à dæmone ad peccatum incitantur, quibusdam propositis præmiis, nempe elato promittit honorem, auato diuitias, libidinem iuueni. Hi autem, vt cumque suum peccatum defendere possunt. Alij vero non modo nihil accipiunt à dæmone, sed cum mercede conducunt. Hi autem sunt, qui postquam aliquandiu virtutem coluerunt, subinde à virtute deficiunt: nam ij tanquam mercedem libidinis, ea omnia dæmoni offerunt, quæ eis à Deo data fuerant in hac vita, & quæ in futura sperabant. Hæc est mens Origenis homil. 8. in Ezechiel. verba dono. *Quandoque ergo*

10.

1. Cor. 9. 24.

Basil.

11.

Iere. 16. 16.

Orig.

12.

Ezech. 16. 33.

ergo

ergo voluerit anima sequi fortitudines contrarias, id est, ut breuius dicam, decem annis pudice viuens ad extremum fuerit fornicata, accipit bona viri sui, quae multo tempore cum labore quaesierat, qui dat amatoribus suis. Qui sanguinarij amatores rapiunt ad se virtutes miserae animae, & incedunt iactabundi, super diuitijs eius, & dicunt: Abstuli ei decennalem castitatem: eripui ab ea quinquennij iustitiam, oblitus est omnium honorum eius.

13.

Origenes tractatu 35. in Matth. non immerito notat Petrum sub noctem Christum negasse, quod & Euangelista expresserunt, & Christus praedixerat, ante quam gallus cantet ter me negabis. Certe nisi corticem abiicias, nihil mysterij continere videbuntur verba. Quid enim si Petrus vel sub noctem, vel sub diem deliquerit? Ceterum altiori sensu nostro instituto fauet. Illi nocte dicuntur peccare, quibus adhuc veritatis lux non affulsit. Quid enim mirum si ille peccet, qui numquam pulchram virtutis faciem viderit? Hic si peccauerit facile surgit, hunc vel gallus excitat, Dominus respicit, poenitentia subit statim, hic amare peccata desinet, hunc tandem Dominus resurgens solatur. Ille vero sub lucem dicitur peccare, qui postquam aliquandiu virtuti adhæsit, tandem ad vitia recidit. Hunc autem quae reuocet, quandoquidem iam galli vocem compresserunt, hic tenebris crimen non valebit obuolueret. Adducit etiam verba Pauli ad Hebr. 6. 4.

Hebr. 6. 4.

Impossibile est enim, &c. Similia verba habet Apostolus in eadem epistola cap. 10. *Voluntarie enim peccaueribus, &c. Quae verba Pauli fieri non posse sonant, ut is, qui à gratia excidit, iterum surgat, verumtamen ob difficultatem dicta accipe. Omnes denegationes facta sunt & in nocte, priusquam veniret dies, & signum diei est galli cantus, qui suscitatur volentes à somno, & ut v. g. dicam, si post galli cantum Petrus negasset, ut diceretur: lux promouit, dies autem appropinquauit, sicut in die honeste ambulemus, nulla excusatione fuisset dignus Petrus. Forsitam autem, & omnes homines, quando negant Christum: ita et peccatum denegationis eorum, recipiat medicinam ante galli cantum denegare cum videntur, nondum eis nato sole iustitia, nec appropinquante ortu ipsius, si autem post ortum eiusmodi volentes peccauerimus, postquam accepimus scientiam veritatis, iam non relinquatur nobis sacrificium pro peccato, sed terribile iudicium, & zelus ignis, qui commesturus est inimicos.* Postquam Matthaeus Petri negationem noctu factam praemisit, subdit cap. 27. num. 1. *Mane autem facto consilium inierunt omnes Principes sacerdotum, & seniores populi aduersus Iesum.* En tibi qua ratione Euangelista vtrumque peccatum coniunxit, alterum noctu factum, alterum sub lucem: alterum, quod statim venia sequitur ad poenitentiam, alterum vero, quod nunquam deletum est. Scilicet, peccata sub tenebris facta facile delentur, quae vero in die committuntur difficile. De his exponit Origenes verba Psal. 2. *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania.* Ac si dicat, si casu aliquo apud Dominum offenderent procul dubio venia digni essent: verum aliter se res habet, nam ipsi data opera, & ex condicito malum aduersus Dominum meditati sunt. Quid igitur? *Qui habitat in caelis iridebit eos, & Dominus subsannabit eos: tunc loquetur ad eos in ira sua, &c.* Multis enim supplicijs digni sunt qui de proposito peccant. *Hoc autem diximus* (subdit Origenes) *quia Christi quidem discipuli in nocte scandalizantur, secundum quod Dominus eis praedicat: omnes vos scandalizati patiemini in me in ista nocte: & quia Petrus ante galli cantum ter denegauit. Qui autem consilium accipiunt contra Iesum, omnes Principes, & seniores plebis mane facto in lumine peccant. Id est, scientes. Sicut scri-*

Matth. 27. 1.

Psal. 27.

Orig.

ptum est de hoc consilio: quoniam consiliati sunt ex consensu immundo.

Lucæ 19. 41. *Videns ciuitatem fleuit super illam.* Inter plaudentis populi consonas voces plorat Iesus Ierosolymorum excidium. Nulla vrbs vnquam fuit, aut erit adeo militibus cincta, ciuibusque frequens, quam aliquando inimicorum rabies non ceperit, & deleuerit. Babylonem imperij sedem Persarum furor obfedit, & attriuit. Decantata saepius Troia omnino deleta est à Græcis, ut Poëta dicere licuerit.

Et campos vbi Troia fuit

Et de eadem Ouid,

Alta ruinosas occulit herba domos.

Quid de Romana ciuitate dicam praeter illud, quod ipsa in Epigraphe legendum introeuntibus obicit

— *Roma Roma sepultra iacet.*

Quid est ergo quod his, aliisque innumeris omnifis ciuitatibus vnam Ierosolymam Christus deplorat. Dubio facit satis Origenes homil. 34. in Matth. nempe quia hæc vna eo tempore Dei cultum & reuerentiam retinebat, aliarum quidem lapsus, non tam deplorandi, quibus nondum veritatis lux oblata fuerat, at vero illius lapsus multo maior, qui veri numinis cognitionem retinebat. Urbem Ierosolymitanam vocat Origenes animam iusti, hanc si aduersa potestates occupent plorat Christus & fuis lachrymis ruinae magnitudinem demonstrat: de hac vna dicit. *Non relinquatur lapis super lapidem.* Frequentius enim dum hostes inimicam sibi ciuitatem diripiunt, non omnino delent, sed deprædantur, & in seruitutem redigunt, parcunt autem muris, & domibus: at vero quandoque tanta est, inimicorum rabies, ut etiam muros & domos euertant, ut de Troia supra retulimus, & de Ierosolymis praedixit Christus, & factum meminit Iosephus. Ergo quando impij hominis animam demoniorum phalanx primum ingreditur, non omnino diripit: cum vero iustum, piūque virum ad peccatum attraxerit, funditus euertit, veritus ne rursus in eum rebellet. Hoc indicat nomen Ierusalem, quæ est, videns Deū. Si enim quis postquam Deum, vidit, & coluit, ab illo deficiat, funditus perit. *Nos sumus* (ait Origenes) *Ierusalem qua defletur, qui nobis videmur intuitum habere maiorem: quod si post mysteria veritatis, post sermonem Euangelij, post doctrinam Ecclesiae, post visionem sacramentorum eius aliquis à nobis peccauerit, plangitur, atque defletur, nemo enim gentilis fletur, qui fuit de Ierusalem. Quod si post peccata circumdant eam inimici, contraria videlicet fortitudines spirituum nequam, & mittant in circuitu eius vallum, & obsideant eam, & lapidem super lapidem non relinquunt: maxime si post multam continentiam, post aliquot annos castitatis victus quis fuerit, blandimentisque carnis illectus, patientiam, pudicitiamque amiserit: si fueris fornicatus, lapidem super lapidem non relinquent super te.*

Et ingressus in templū capit eycere vendentes in illo, & ementes dicens illis: scriptum est, quia domus mea, domus orationis est. Lucæ 19. 45. similia referunt omnes alij Euangelistae. Ad rem morale hoc factum trahit Origenes homil. 38. in Lucam. Nempe eos acriter Christus punit, qui cum pietatem, iustitiamque possideant, eam tamen diabolo ob peccatum vendunt. Nempe columba Spiritus sancti gratiam significat, oues simplicitatem, & mansuetudinem, boues fortitudinem, pecunia, quæ Principis habet effigiem animi virtutes, ergo qui hæc habentes, diabolo venalia proponunt, à Deo multis flagellantur. Nec tantam ostendit Christus indignationem

in

in eos, qui numquam Spiritum sanctum, & has omnes habuerunt virtutes. *Ingressus est templum*, (ait Origenes) *quod cum vidisset ingressus eiecit eos, qui vendebant columbas, non eiecit ementes, qui enim emunt, & quod emerint, possident. Illos eiecit de templo Patris Iesus, qui vendunt, & obiciunt, quod habebant, in similitudinem illius luxuriosi filij, qui substantiam suam accepit à patre, & vniuersa perdidit nimis potando.* Duo adhuc notanda mihi restant circa hæc verba Origenis: in primis illud. *Non eiecit ementes, &c.* Bis Christus defauit in venditores, initio prædicationis suæ, vt refert Ioannes cap. 2. 14. iterum sub mortem suam, quod referunt alij tres Euangelistæ. Verum id eo discrimine factum est, quod primum tantum vendentes eiecit, sic enim habes apud Ioannem. *Inuenit in templo vendentes boues, & oves, & columbas, & numularios sedentes, & cum fecisset quasi flagellum de funiculis omnes eiecit è templo.* Ergo quamuis in secunda eiectione tam vendentes, quam ementes flagellauerit, in prima autem tantummodo vendentes non ementes percussit. Quod ad sensum mysticum retulit Origenes, id est, non affecit supplicio eos, qui cum gratiam virtutem, & Spiritum sanctum non habuerint, habere conantur. Hoc quidem laude, non supplicio dignum est: eos autem flagellat, & punit, qui cum hæc habeant, abiiciunt, vendunt, perdunt, dilapidant. Tandem notanda verba illa. *In similitudinem illius luxuriosi filij, &c.* Quæ verba in mentem referunt parabolam illam Lucæ 15. 11. *Homo quidam habuit duos filios, &c.* Paternam domum deseruit, ad exteras gentes perrexit. Hoc caput fuit origoque malorum, scilicet dum patrimonium dari sibi petit, & patris consortium dereliquit. Vnde subdit. *Dissipauit substantiam suam, &c.* O ingentem calamitatem, ô abiectam sortem! Homo ingenuus in delitiis enutritus in tantam paupertatem devenit, vt porcorum pastor factus siliquas quas potci manducabant in votis haberet. Hunc hominem in tantum malum adegit discessus à patre. Scilicet illi, qui cum primum pietatem coluerint ad peccata deflectunt pluribus malis subiacent, quam ij, qui numquam virtutem fuerint amplexati.

Multis lacrymis prosequutus est Dominus funus Lazari Ioann. 9. Cum plures alios Christus ad vitam reuocauerit nullibi tamen plorasse dicitur, nisi cum Lazarum à mortuis reducit. Huius causam reddit Origenes tractatu 38. in Ioannem ex verbis eiusdem Euangelistæ num. 3. *Ecce quem amas infirmatur.* Vita excefferat ille, quem Christus multum amauerat, vnde singultibus, & lacrymis eum prosequitur. Id est, si ille ceciderit, qui prius virtute fuerat conspicuus, tanto malo comotus Christus lacrymatur, de aliis vero non tantum dolorem capit. *Petijt enim Iesus* (ait Origenes) *vt qui peccauerit post amicitiam, quam erga se habebat, mortuus factus Deo diuina virtute rediret, denuo ad vitam, vti que compos factus est, viditque in huiusmodi hominibus vitales motus, pro quibus gratias agit Patri.*

Exod. 30. *Hoc autem dabit omnis qui transit ad nomen, dimidium sicli iuxta mensuram templi.* De expositione huius loci consuluit vir quidam eruditus nomine Iustus Ambrosium, cui ille responder, epist. ad Iustum, dici siclum iuxta mensuram sanctuarij, vel templi, genus quoddam moneta, in qua erat impressa imago Dei, sicut enim in moneta prophana insculpta erat imago Regis, vel Cæsaris, ita etiam in moneta, vel siclo sanctuarij Dei imago erat inscripta. Ergo iubet Rex vt quando populus numeratur offerat per singula capita genus quod-

dam moneta, in qua extet non imago Cæsaris sed Dei. Insuper vt hæc non terræ, aut ligno sit impressa, sed æri, quo facto significatur, Deum esse immutabilem, nec numquam à se ipso esse diuersum. Quam Dei immutabilitatem opus est, vt quisque imitetur suo modo, nec vnquam à bono in malum deflectat. Dei immutabilitatem suadent in primis verba illa Apocalyp. 1. Ego sum α & ω primus, & nouissimus. Id est, ego quidem idem perseuero, nec rerum vicissitudine mutor. Adde etiam Deuteronom. 6. *Audi Israël Dominus Deus tuus vnus est.* Id est, numquam à se diuersus nec rerum vicissitudinibus mutatur. Ergo nos pro modulo nostro hanc Dei immutabilitatem in nobis exprimere conemur, & quam à Deo pietatem fuerimus assequuti, ne abiiciamus vnquam, sicut Deus innatas virtutes nec imminuit, nec perdit. Ergo tu homo qui imago Dei es, ne sis imago quæ cito impressam sibi figuram, aut perdit, aut mutat, sed esto didrachma sanctuarij, & Dei imaginem impressam conserua tamquam si æri fuisset insculpta. Nolo hoc in loco de vera loci expositione agere, forte enim Ambrosius eam non est assequutus, nec inponeta hæc sacra Dei imaginem insculptam habebat. Satis mihi sit hac in re Ambrosium habere patronum. Eius verba refero. *In denario imago Cæsaris est, in didrachma imago Dei, quia vnus est Dei ad imitationem ipsius.* Subdit. *Deus principium, & finis omnium est, vnde nec numerum monada, sed elementum numeri quibus ea cura est, appellauerunt. Et hoc propterea diximus, quia scriptum est. Ego sum α & ω primus, & nouissimus. Et audi Israël Dominus Deus tuus vnus est, & tu ergo ad similitudinem Dei, vnus esto, atque idem, nec hodie sobrius, cras ebriosus, hodie pacificus, crastina die litigiosus, hodie frugi, crastina die incontinens. Mutatur enim quisque morum varietate, & fit alter, in quo non agnoscitur quod fuit, & incepit esse, quod non fuit sui degener. Graue est enim mutari in peius, sed esto sicut imago didrachma immutabilis, eundem habitum seruans quotidie.*

Psal. 36. 9. *Quoniam qui malignantur, exterminabuntur: sustinentes autem Dominum, ipsi hereditabunt terram.* His verbis, vt placet Ambrosio ibi exponit Dauid, quæ præmiserat. *Noli emulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem.* Sed huius rei ô Dauid causam subiice. *Quoniam tanquam fenum velociter arescent, & quemadmodum olera herbarum cito decident.* Impios viros cum feno, & oleribus rebus maxime caducis componit. Ac si dicat. Quandoque vir impius virtutem aliquam insequitur, & imitatur viros pios, hoc autem est discriminis, quod impius cito inceptam viam deserit, & ad ingenium redit: at vero pius vir, à carcere ad metam vsque percurrit, & virtuti insistit, vsque ad finem. In hunc sensum exponit ibidem Ambrosius, quod de Naboth scribitur 3. Reg. 21. Rogatus enim à Rege, vt vineam ei daret, vt ibidem hortum plantare posset, Regis precibus non acquieuit, quapropter occisus est ab iniquo Rege. Forte quis inurbanitatis vel ruficitatis Naboth appeller, eo quod petenti sibi Regi abnuerit? Ambrosius ad rem moralem locum deflectit, & ideo repulisse Regem ait, quia ex vinea hortum olerum plantare decreuerat, olera aut rosæ deciduæ sunt, & vix ortæ arescunt, vinea vero multum tempus durat. Cauet ergo locus ne quis vineam suam, id est, virtutem suam in olera, rosæque conuertat. Id est, ne ab ea, quam semel colit, virtute deflectat, sed vsque ad finem vitæ multis incrementis augeat. Habes apud Plinium lib. 16. cap. 44. ad quantum tempus vitis protendatur,

Deuter. 6.

18.

3. Reg. 21.

Plinius.

datur, sic enim habet. *Græcinus auctor est sexagenis annis durasse vites. Hæc ille, at vero olera, & rosæ vix ortæ arescunt, vnde pro symbolo caducarum rerum poni consueverunt, vt ille alius cecinit.*

Sic rosa vix lati calathi præterdit honorem

Cum cadit, & rutilo murice pingit humum.

Adducit etiam Ambrosius illud Roman. 16. *Alius enim credit, se manducare omnia, qui autem infirmus est olus manducet.* En tibi qua ratione Apostolus tanquam signum infirmitatis olera ponit, quia hæc facile exoriente sole marcescunt. *Sicut olera* (ait Ambrosius) *vel fennum, olera infirmus manducet. Tu autem vitem insere in agro tuo, vineam institue, & si venerit Achab, qui tibi dicat: da mihi vineam tuam, vt olera mihi seram, noli ei acquiescere, ne ex consensu tuo caduca serat, abscondat aeterna. Ideo Nabuthe inter Sanctos habetur, quia maiorum suorum hereditatem, ne Regi quidem putauit esse tradendam, & lapidari maluit, vt vineam suam non daret in direptionem.*

19.

Lucæ 3. 23.

Ambrosius lib. 3. in Lucam ad illa verba Lucæ 3. 23. *Qui fuit Phares, qui fuit Iuda.* Putat hos duos fratres, nempe Phares & Zaram adumbrare duplex genus pietatis, historiam habes Genes. 28. 24. Nam Zara, qui septem quidem diuisit, sed retracto corpore egredienti fratri locum præbuit, eos significat, qui cum viam virtutis fuerint aggressi in ipso pene limine pedem referunt, & cum difficultates, quæ frequentius rerum exordia sepire solent, superare non valeant, fructum perdunt, quem sub finem decerperent. Multum sane laborant in perfodienda maceria, cum autem per vin sublata impedimenta expeditum aditum ingredienti offerunt, terga vertunt, oleum, & operâ perdunt, & ius maiorum primogenituræque amittunt. At vero Phares, qui prior egreditur, eum significat, qui vsque ad vltimum spiritum in virtute perseuerat, hic & fratri ius primogenij subtripit, & ex illo Christus Dominus carnem trahit. *Beatius autem* (ait Ambrosius) *& multo melius illis fuisset, non incidisse septem, sed vnâ, eandem, & indiuiduam permanere, quod fieri potuit, si ei vita, qua prior manum misit, hoc est actum ostendit suum, consequens fuisset, vita qua sequuta est. Sed quia prior illius vita actum, posterioris infirmitas non potuit implere, incisione sine dubio facta, sepsis eius, siue maceria, qua secundum Deum adificata fuerat, tanquam medius paries interiectus est, vt illa sepes, hoc est, perpetua, atque continua bonorum morum adificatio rumpatur.*

20.

Lucæ 10. 30.

Lucæ 10. 30. *Homo quidam descendebat à Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones.* Nota tempus quo in latrones incidit, scilicet cum descenderet, non cum ascenderet. Scilicet cum relicta cœlestium rerum contemplatione ad amorem sublunarium rerum deflectit, hoc enim Iericho significat, tunc quidem obuios habet latrones, spoliatur, vulneratur. Tunc enim malignorum spirituum ictibus patemur, cum à virtutis culmine ad vitia deflectimus lib. 7. in Lucam, qui in eiusdem rei confirmationem adducit verba Pauli 2. Corinth. 11. *Ipse enim sathanas transfiguratur se in Angelum lucis.* Expède cum Ambrosio verbum illud, *Transfiguratur*, quod significat ad breue tempus alienæ personæ larum induere. Nec enim fieri potest, vt multo tempore lucem mentiat, & proprias tenebras excutiat. Huic similis est, qui breui tempore pietatis lucem amat, peccatorum caliginem abigit, nec multo post, ad affueras tenebras recurrit. Tandem addit Lucas de illo Samaritano, qui saucium cutauit. *Duxit eum in stabulum.* Non in via saucium dereliquit, sed à via abstractum, in diuersorium intulit, in via enim

2. Cor. 11. 13.

euntium, & redeuntium continuus est motus, in diuersorio autem quies significatur. Ergo hominem, quem latrones in via vulneribus confoderant, à via abstrahit, ne iterum latronum ictibus pateat, & in diuersorium reducit, ille enim à latronibus securus est, qui in virtute quam semel acquisiuit, quiescit, ille vero qui ab ea deflectit, multis est periculis, obnoxius. *Qui sunt isti latrones* (ait Ambrosius) *nisi Angeli noctis, atque tenebrarum, qui se nonnunquam transfigurant in Angelos lucis, sed perseuerare non possunt?* Et subdit. *Denique duxit in stabulum, & curam eius egit. Est autem stabulum in quo fessi longo itinere, succedere solent. Duxit itaque in stabulum Dominus, qui suscitatur à terra inopem, & de stercore erigit pauperem.*

Est mansuetus ad audiendum verbum, vt intelligas: & cum sapientia proferas responsum verum.

Est mansuetus ad audiendum verbum, vt intelligas. Id est, præbe te facilem, & benignum ad audiendum quidquid à te queratur, vt quod alij interrogant, probe teneas. *Et cum sapientia proferas responsum verum.* Vt postquam interrogationem tenueris, apte respondere possis. Consilium necessarium profert quibusdam, qui vt se sapientes venditent, cum aliquid rogantur antequam quæstionem audiant, ne dum intelligant respondent insipienter, quod neque verum est, neque ad rem pertinet. Hunc locum transtulisse videtur Iacobus in sua canonica. *Sit autem omnis homo velox ad audiendum: tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram.* Nam his verbis de magistris, & doctoribus Iacobum agere, à aperte suadent vltima verba. *Et tardus ad iram.* Iubentur enim præceptores iram abiicere, dum docent, quæ sapius excitatur ex parum aptis interrogationibus, & responsonibus discipulorum.

Consentient omnino exemplaria Græca, quæ hac ratione sententiam efferunt. *Est celer in auditione tua bona: & in longanimitate profer responsonem rectam.* Id est, si attento animo, ea, quæ à te queruntur, audieris, apte respondere poteris. Tigurina hac ratione transtulit. *Ad auscultandum bona promptus esto: fac integra sit vita tua, & cum animi lenitate responsum redde.* Itaque docet oportere eum qui alios erudit, prius sapientes consulere, postea vitam suam instruere, vt demum alios mouere possit.

Est mansuetus ad audiendum verbum. Nonnulli codices Latini addunt genitium Dei, vt sententiam ad solam Dei auditionem aptent. Iuxta illud Psalmi. *Docebit mites vias suas.* & Iacobi. *Cum mansuetudine suscipere instrum verbum.* Verum vt ex Græco patet, & emendato codice vulgato sententia communis est, & ad id, quod queritur, & interrogatur, aptanda, à quocumque illud interroget. Dionysius, qui genitium Dei addit, ita exponit, id est, etiam si increpatoria sint verba audi patienter, ac si ex Deo proferrentur. Paulus de Palacio. His verbis docemur ad consulendū verba Dei, & scripturas sacras in rebus dubiis, alias enim certas respōsiones, neque eum prudentia, & sapientia edere possumus. Exigit autem mansuetudinem, quia passionum fluctus, & animi motus præcipue ira, mentem turbat, ne quid certo videre possimus. De his passionibus amouendis, & via recta sapientiæ extruenda, ait Hugo. *Hanc intelligentiam meretur humilitas. Vnde Psalmi. valles abundantum frumento. Id est, humiles spiritali intelligentia, qua reficit. Luce 10. Confitebor tibi Pater Domine cœli, & terra, quia abscondisti hæc à sapientibus,*

Ambrosius

VERUM

Ecclesiasticus

1.

3.

Palacio

Hugo

sapientibus, &c. Iacobi 1. in mansuetudine suscipite insitum verbum. Ergo hic author per mansuetum humilem intelligit. Hæc autem animi humilitas, viam ad sapientiam sternit.

ETHOLOGIA LXVII.

Mansuetum, & facilem se præbere, quam sit homini utile.

Esto mansuetus, &c. Patienter audienda, quæ nobis proponuntur verba, docet hic versus, ne si interrupta quærentis oratione, quid nobis dicatur, non plane hauserimus, quæritis responsio non cohæreat. Et nos ex hoc versu occasionem captamus, ut quam sit utilis mansuetudo edisseramus. Ezechielis 14. 7. *Quia homo, homo de domo Israël, &c. Duplicata vox illa homo, homo iuxta Origenem hom. 13. in Ezechielem nobis fauet. Oportet, ut non semel simus homines, sed bis, homo, homo. Sunt enim aliqui homines, qui semel tantum homines appellantur, alij vero, qui geminato vocabulo homines, homines dicuntur. Homo ab humanitate dicitur, vel ut verius loquar, humanitas ab homine, quasi nullum aliud genus pietatis tam hominem deceat, quam humanitas. Ergo homo, sis homo, homo. Id est, humanitatem, quam vultu, & ore præfers animo etiam exequaris. Sunt enim nonnulli, qui specie tenus homines sunt, ira vero, & efferato animo serpentes imitantur, & leones. Omnes homines (ait Origenes) nati sumus homines, sed non omnes, homines homines sumus: sicut sepiissime notavi, id quod in Levitico scriptum est: homo homo filiorum Israël, aut aduenarum, qui positi sunt in nobis: estote homines homines scilicet. Ostendamus de Scripturis, quomodo quidam homines non sint homines. Homo in honore positus non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis: iste non est homo homo, sed homo iumentum. Generatio viperarum quis vos ostendit fugere à ventura ira? Talis non est homo, sed serpens homo. & qui in feminas inhiantes facti sunt super uxorem proximi sui inhiabant, iste non est homo homo, sed equus homo. Absit, nos, ut tales simus, ut mereamur audire, non esse nos homines homines, sed aliud quid præter homines: si enim boni, & mansueti sumus duplicamus hominis nomen: ut sit in nobis non simpliciter homo, sed homo homo. Considera an inuenire valeamus, quid sit illud quo hominis nomen duplices: quando iste homo, qui est exterior homo fuerit, eo, qui est interior homine serpente existente non est in nobis homo homo, sed tantum homo. Quando vero interior homo iuxta imaginem persuerauerit Conditoris tunc nascitur homo, & fit istiusmodi secundum interiorem, & exteriorem hominem bis homo homo. Hæc Origenes, expende verba, quæ in huius rei confirmationem subintulit Origenes ex Psal. 48. *Homo cum in honore esset, &c. Id est, cum per humanitatem virtutem scilicet sibi innatam posset suam dignitatem tueri, effrænis factus, & in equorum, mulorumque morè calcitrans degener sui factus in brutorum animantium insipientiam descivit. Expendit etiam Origenes verba Baptistæ apud Matth. cap. 3. *Genimina viperarum, &c. Id est, vos, qui ore tenus humanitatem præfertis, intus autem viperina rabie flagratis.***

Ambrosius lib. 2. de officiis cap. 16. ex duplici capite venatur Moysis mansuetudinem. Prius illud est, quia tantum ex se splendorem emittebat, ut intuentium retunderet aciem, ut habes Exod. 24. 39. Hoc Moysis iubar refert Ambrosius in eiusdem mansuetudinem, & morum facilitatem. Nempe ni-

hil est, quod homines, penes quos est summa rerum, ita celebres faciat, & amabiles reddat populo, quam mites se præbere. Ne quis putet, austeritate, aut durtitia posse quemquam populi amorem aucupari. Nam etiam si exterius hominem immitem viderentur, simulate cum illo agunt. Quisquis optat aucupari popularem auram comitate, & benevolentia id facile consequetur. Item hæc Moysis comitas, & mansuetudo in causa fuit iuxta Ambrosium ob quam Deus sepulchrum occultum esse voluerit Deuteron. 34. 6. *Et non cognouit homo sepulchrum eius usque in presentem diem.* Adeo enim morum facilitate, sibi populum deuinxerat, ut ei diuinos cultus deferreret, si eius tumulum nosset. Quapropter cauit Deus, ne cui notum esset ipsius funus, & sepulchrum, ut hac ratione populum ab idololatria arceret. Vide quantum possit, etiam apud immites, & ingratos homines morum facilitas, ut eum, quem mitem, viderint, extra sortem, & aleam humanæ conditionis esse credant, & ei diuinos cultus decernant. *Quantus Moyses (ait Ambrosius) à populo illatas absorbebat contumelias. Et cum Dominus in insolentes vindicare vellet, se tamen pro populo offerebat frequenter, ut indignationi diuinæ plebem subduceret. Quam miti sermone post iniurias appellabat populum, consolabatur in laboribus, delinibat oraculis, fouebat operibus, & cum Deo constantè loqueretur, homines tamen humili, & grata appellatione affari solebat. Merito constitutus est super homines, ut cum vultus eius non possent intendere, & sepulturam eius non repertam crederent, quia sic totius populi mentes deuinxerat, ut plus eum pro mansuetudine diligerent, quam pro factis admirarentur.*

Multi congerit Ambrosius pro hac re lib. 5. Exam. cap. 8. In primis verba illa Christi Domini Mat. 8. *Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet.* Christus Dominus non requiescit in cordibus hominum quando eorum mentes factæ sunt, vel vulpium foueæ vel aquilarum nidi, id est, cum aliquid immitte, & durum aduersus proximos moluntur. Fecit quidem Deus hominum corda in modum nidi, ut in illis proximis nostris requiem offeramus, cum vero nos immitium bestiarum, & rapacium volucrum receptacula facimus, Christum Dominum ne ibi requiescat abigimus. Addit etiam Ambrosius ibid. ideo post factas bestias Deum non requiescisse, quia eis imuite quid, & crudele à natura inditum est. Cum vero hominem condidit, inerte scilicet animal, sine vnguibus, neque dentibus vel rostro armatum, sed potius ad benignitatem, & humanitatem natum, statim requieuit Genes. 2. *Et requieuit Deus die septimo ab vniuerso opere quod patrarat.* Ergo si ibi requiescit Dominus, ubi mansuetudo, in duris, & immitibus requiem habere non potest. *Ille quidem (ait Ambrosius) talem hominem fecit, in quo caput suum reclinaret, sed postea quam in pectore proximi non requies capit esse, sed fouea: postea quam altera alteri necere capit insidias, quem inuare deberet, caput suum Christus auertit à nobis. Sed postea tamen maluit illud morti offerre pro nobis. Noli igitur esse fraudulentus, crudelis, immitis, ut in te caput Christi reclinet. Denique cum fecisset piscium, belluarum, cum fecisset ferarum genera non requieuit, requieuit autem postquam hominem ad imaginem suam fecit. Videtur Ambrosius referre ad benignitatem, & comitatem verba illa Genes. 1. 26. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Quasi scilicet, vna pietate, & morum facilitate maxime homo Dei imaginem referat.**

Ambrosius lib. de Iacob, & vita beata, quærit quam

Deut. 34. 6.

Ambros.

3.

Matth. 8. 20.

Gen. 1. 2.

Ambros.

Gen. 1. 26.

4.



quam ob causam Iacob praelatus fuerit Esau, qui maior fuit natu? Mater plus Iacob, quam Esau dilexit, & quod magis est, diuino calculo suffragante hunc illi Pater praecepit, cum adhuc rei esset ignarus. Huius rei causam refert Ambrosius ad illud

Gen. 25. 27.

Factus est Esau gnarus venandi, & homo agricola. Iacob autem vir simplex inhabitabat in tabernaculis. Id est, Esau moribus quidem erat rusticis, & immitibus, hominum consortia vitans, syluas fatigans, feras captans: at vero Iacob humanitatem quandam, & facilitatem praese ferebat, quo factum est, ut ius primogenij fratri praeriperet, & maiori praeretur. Vide quanti Deus faciat humanitatem, ut propter illam naturae iura infringat.

Ambros.

Accipe tamen (ait Ambrosius) bonum certamen erga parentes. Mater deferebat affectum, Pater iudicium. Mater circa iuniorum tenera aetate propendebat, Pater circa seniore naturam honorificentia seruat. Si magis honoret, ille plus diligat, dum singuli singulos foveant non in unum uterque conspiret, deserviant alterum. Fiat aequitas inter diversa certamina, & disparibus studiis par utriusque, ac aequalis parentis amor, & gratia conferatur. Compenset alter quod alteri imminuit. Sic pio affectu Isaac Patriarcha, & sancta Rebecca certabant, ut neutrum inferiorem facerent, sed utrumque aequalem. Vicit tamen ille, qui praeferebatur oraculo, vicit impigritia tarditatem, mansuetudo duritiam. Ambrosio accinit Chryostomus homil. 35. in Genes. his verbis. Deus autem sapiens, & omnipotens Dominus per Rebecca praedictionem suam impleri facit, docens nos quantum valeat virtus, & morum suauitas. Ille enim, & ob aetatem, & primogenituram, & Patris erga se affectionem, primatum se habere putans simul destitutus omnibus inuentus est: quia quae in se erant, asserere noluit: hic autem, quia & domestica erat virtute praeclatus, & virtutem supernam habuit subsidiariam, etiam inuito patre, illius benedictionem accepit.

Chryost.

5.

Gen. 38. 38.

Praeceptam à fratre benedictionem nouit Esau, vltiorum tamen sibi dari à Patre summis precibus, & eiulatu magno flagitabat Genes. 38. 38. Cumque eiulatu magno fletet motus Isaac dixit ad eum. In pinguedine terra, & in rore caeli desuper erit benedictio tua, vines in gladio, & fratri tuo seruias. Haec vltima verba difficultatem ingerunt Ambrosio lib. de Iacob, & vit. Beat. capite 7. Vines in gladio, hoc est, semper armata incedes, hostibus tuis terrori eris, multum viribus valebis. Quid igitur inde subinfernendum videbatur? Certe fratrem tuum subiugabis, in seruitutem rediges, tibi seruire coges. Sed longe aliter moriturnus Pater Dei numine afflatus subintulit, nempe: Et fratri tuo seruias. Nempe frater tuus lenis est moribus, sed hac ipsa sua lenitate tuam duritiam robur, & arma superabit. Scilicet plus valet ad vincendos hostes, & in amicitiam deuincendos, quam vires, arma, robur. Super gladium tuum (ait Ambrosius) vines, & seruias fratri tuo, domina est enim crudelitatis pietas, & mansuetudo duris moribus praestat.

Ambros.

6.

1. Reg. 18. 7.

1. Reg. 18. Percussit Saul mille, & David decem millia. Hoc ad morum facilitatem reducit Ambrosius in Psal. 43. licet enim funda, & gladio vnium tantum percussit hominem, verum ob mansuetudinem vniuersum populum subiugauerat, & decem millia plane deiecerat. Merito ergo dicunt. Percussit Saul mille, & David decem millia. Id est, Saul homo durus, ac immitis, viribus, copiis, & coacto exercitu vix decimam partem attigit eorum, quos David lenitate sibi deuinxit. Ideo Saul (ait Ambrosius) in millibus, David in decem millibus, quia durus in paucis, mansuetus in pluribus.

Ambros.

7.

Matt. 11. 29.

Matth. 11. 29. Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Quorum ver-

borum hic est sensus iuxta Ambrosium in Psal. 48. si legem, quam iugum difficile impij putant, nullo negotio perferre in votis habetis mansuetudini incumbite, si enim morum duritiam abieceritis legem nullo negotio implere poteritis. Deinde (ait Ambrosius) iugum suum suauis, & onus leue esse commemorat, quoniam qui desperauerit medicinam, sanus esse non poterit, & ideo omnibus grata est mansuetudo, quae vulnera interiorum curat animorum.

Misericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine. Psalm. 100. 1. scilicet tanquam rem maxime gratam. Vide quid Deo gratum sit, quid Deus sibi deponat cantari, & auribus inferri misericordiam, & iudicium, prius misericordiam, & postea iudicium. Nihil enim aequo Deo gratum est, ac homines multa misericordia, & lenitate in proximos praediti, hi sunt, qui loco carminis suauis vocis, & instrumenti Deum delectant. Facite enim inquit (ait Ambrosius) misericordiam & iudicium in medio terra, quia misericordiam volo, & non sacrificium inquit Dominus, atque etiam in alio loco. Misericordiam facite vnusquisque cum proximo suo, & iustum iudicium diligite, quoniam in his voluntas mea est, inquit Dominus. Nam si ad hunc modum ambulemus, & in eiusmodi rebus versemur, fidenti animo, ipsi quoque canemus: misericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine.

Lucæ 10. 16. Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Sed quam ratione homines imbelles, & infirmos contra truculentas bestias, & carnuioros lupos armas? Ecce ego mitto vos sicut oves. Induite mansuetudinem ouium, & per hanc mansuetudinem luporem rabiem, & insaniam superabitis: nihil enim est, quod aequo aliorum duritiam, & mores domet. Addit etiam Christus Dominus: Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbae. Non modo eos oves imitari cupit, verum & columbas, animal scilicet mite, & mansuetudinis symbolum. Hanc expositionem hausi ex Chryostomo in Psal. 119. his verbis. Quid est ovis mansuetus, quid vero lupo aggressus? Ille autem ab hac superabitur. Hoc autem manifestum est in Apostolis. Nihil enim mansuetudine potentius, nihil lenitate validius, ac firmitus. Quocirca Christus iubet oves esse inter lupos. Deinde postquam sic dixit tanquam si non sufficeret haec mansuetudo inquam ei, qui se vult ostendere discipulum, aliquid aliud adiecit. Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbae, duorum mansuetorum, & mitium animalium miscens mansuetudinem.

Suscipiens mansuetos Dominus, humilians autem peccatores usque ad terram. Psalm. 146. Multa ex his verbis assumi possunt pro nostro instituto exponente Chryost. ibid. in primis verbum illud suscipiens. Quod tractum est à nutricibus, quae filios, quos alunt vlnis, & sinu gestant, & gremio fouent. Cunctos homines pios Deus amat, & summo amore prosequitur, eos autem, qui mansueti sunt, tenere tanquam filios amplectitur. Expendo etiam nomen illud peccatores. Id exigebat anthithesis, ut mansueti crudeles opponeret, & effertatos homines, & cum priori Hemistichio dixerit, suscipiens mansuetos Dominus, posteriori adderet, humilians autem crudeles: usque ad terram. Ille autem non crudeles, sed peccatores subintulit, ac si immanitas, & crudelitas omne genus peccatorum in se contineat. Tandem nota illud. Usque ad terram. Non utcumque Deus humiliat immites sed usque ad terram, hoc est in profundum, usque ad abyssum: ac si hoc vitium inter alia vltimum locum obtineat. Suscipiens (ait Chryostomus) mansuetos Dominus, humilians autem peccatores usque ad terram. Non dixit opem ferens mansuetis Dominus.

Dominus: sed quod est multo magis suscipiens, tanquam de amanti patre loquens. Quid est autem suscipiens? recreans, fouens, bainlans, humilians autem peccatores usque ad terram. Vidiisti rursus perfectam in utroque eorum potentiam, nempe in extollendis humilibus, deiciendis comprimendisque arrogantibus.

Etiamsi humanitas omnes homines deceat, maximè tamen ad praelatos pertinet. Graue sane negotium est obedientia, & aliis parere, hoc autem mollire oportet mansuetudine, & comitate verborum Matth. 5. 2. *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Beati mites, &c.* En tibi qua ratione non tam iubendo, aut intonando gradus perfectionis proponit Christus Dominus, sed sub specie eius, qui præmia merentibus proponit, potius virtutem laudibus extollendo, quam duris præceptionibus vrgendo. Hanc animi mansuetudinem imitetur oportet, quicumque præest, ita Chrysofomus homil. 15. in Matth. his verbis. *Icireo in primis mentes eorum humiliat, & comprimit doctrinam suam non sub specie mandatorum atque exhortationis inducit, sed sub præmijs beatitudinum, ut scilicet sermonem ipsum faciat gratiorem, & studium doctrinae sua cunctis recludat. Non enim dixit ille, & ille, sed quicumque illa fecerit.*

Matth. 5. *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.* In dubium vertit Chrysofomus homil. 15. in Matth. quid nomine terræ hoc loco significetur. Putat autem significare hanc terram, quam pedibus calcamus, & insuper illam cœlestem patriam, sedem beatorum. Ergo mites, terram possident, qui omnium terrenorum hominum corda arctissimo amoris vinculo sibi deuinciunt, quod scilicet est terram possidere, si vero per terram beatitudinem intelligas, illud etiam aduerte alias quidem virtutes cœlestia præmia promereri, at vero humanitatem cœlestia terrenaque coniungere, & tam terræ mixtam, id est, temporalia omnia, quam beatitudinem, id est, cœlestia, & æterna acquirere. *Hæc autem dixit (verba sunt Chrysofomi) non ad præsens usque tempus sua promissa perducens, sed cum futuris etiam ista promittens. Nam & cum spiritualia pollicetur, hæc quacumque sunt in præsentis vita non eripit, & rursus cum præsentia repromittit, non tamen magnitudo promissionum, solummodo usque ad ista pertingit.*

Matth. 10. *Ecce ego mitto vos sicut oves inter lupos.* His verbis Christus Dominus inducit Apostolos, & omnes Ecclesiæ praelatos, quoniam licet mansuetudo ad omnes homines pertineat, eos tamen maximè decet, penes quos summa rerum est. Hoc Gregorius magnus notauit homil. 17. in Euangelia, qui relatis verbis adiungit sententiam eiusdem Christi Domini Matth. 7. *Qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* Quidam enim praelati veniunt in vestibus ouium, id est, mansuetudinem ouinam præferunt, hæc enim ouina mansuetudo velut infula est, & propria vestis praelati Ecclesiastici, intus tamen lupinam rabiem contegunt. Quæcumque dignitas tam secularis, quam Ecclesiastica insignia aliqua præferat, quibus disgnosci possit. Vnum est Ecclesiastica potestatis insigne, & signum exterius, nempe mansuetudo, hanc qui abiicit praelatus, insignia summæ potestatis perdidit. *Ecce ego (ait Gregorius) mitto vos sicut agnos inter lupos. Multi autem cum regionibus iura suscipiunt, ad lacerandos subditos inardescunt, terrorem potestatis exhibent, & quibus prodesse debuerant, nocent. Et quia caritatis viscera non habent domini videri appetunt, patres esse minime recognoscunt. Etsi quando extrinsecus blandiantur, intrinsecus sœuiunt. De qui-*

bus alias veritas dicit, veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Contra que omnia considerandum nobis est, quia sicut agni inter lupos mittimur, ut sensum seruantes innocentia morsum malitia non habeamus. Qui enim locum prædicationis suscipit, mala inferre non debet, sed tolerare, ut ex ipsa sua mansuetudine irasœuentium mitigetur.

Matth. 10. 16. *Ecce ego mitto vos sicut oves inter lupos.* Vt scilicet percutientes vos non repercutiatis, neque dentem infigatis eis, qui vos mordent. Sed quanam ratione, Deus, tantam animæ mansuetudinem præstare peterimus? Præmiserat. *Nolite possidere aurum neque argentum, &c.* Quæ omnia contemptum redolent temporalium, & propriæ commoditatis. Ille enim facile mitis est qui non multum temporalibus studuerit, nec propria curauerit. Quod maxime in praelatis verum est, frequens enim esse solet ut qui sibi nimium parcunt, in subditos nimium sæuiant, & ex aduerso, qui durius secum agit, facilem se subditis præbeat. Bene enim Bonauentura. *Neminem vidi, qui in alios nimis sæuaret, qui sibi non parceret.* Ut ergo agni esse possitis inter lupos, veste commoditatis, & temporalium rerum curam abiicite. Hunc sensum attulit his verbis Gregorius Magnus homil. 17. in Euangelia, his verbis. *Sed hunc bene rector exhibet, cum se ipsum diligere, per amorem priuatum nescit, cum nulla, qua mundi sunt, appetit, cum terrena cupiditatis oneribus, nequaquam mentis colla supponit. Vnde subditur, nolite portare sacculum, neque peram, &c.*

Lucæ 3. *Omnis vallis implebitur, & omnis mons, & collis humiliabitur.* Per colles exponit Gregorius homil. 20. in Euangelia homines mites & mansuetos, hi enim facile riuos aquarum excipiunt. Hoc est, facile capiunt doctrinam Euangelicam, cui Baptista his verbis fundamenta sternebat. Capit etiam dona cœlestia, quæ etiam per riuos significantur. In eundem sensum adducit Gregorius ibid. verba Psalm. 103. *Qui emittis fontes in conuallibus.* Id est, qui defluere facis cœlestia dona, & doctrinam Euangelicam in homines mansuetos, & humanos. Eodem recidit, versus Psalm. 64. *Et valles abundant frumento.* Felicius enim prouenit frumentum in vallibus, & humilibus locis, quam in montibus, & sacra dona, vberius illabuntur in corda mitium, & humanorum, qui valies nominantur, quam in morosis, & duris hominibus. *Omnis enim vallis implebitur (ait Gregorius) quia corda humilium sacra doctrina eloquio virtutum gratia replebuntur. Iuxta quod scriptum est: qui emittis fontes in conuallibus. Vnde rursus dicit: & conualles abundant frumento. A montibus namque aqua dilabitur, quia superbas mentes cœlestis doctrina deserit, sed fontes in conuallibus surgunt quia mentes humilium, verbum prædicationis accipiunt. Iam videmus iam conualles frumento abundare, quia illorum ora pabulo veritatis impleta sunt, quia mites ac simplices, huic mundo despicabiles esse videbantur.*

Notante Gregorio hom. 30. in Euangelia vnus, atque idem spiritus super Christum Dominum, & super Apostolos descendit, sub diuersa tamen specie, nam in Christum tanquam columba, super Apostolos tanquam ignis illapsus est. Columba enim mansuetudinem præferat, ignis autem adurit, & rigorem ostentat. Ergo cum Christus Dominus constitutus sit à Patre Iudex viuorum, & mortuorum, oportuit Spiritum sanctum tanquam columbam excipere, quia iudicem, & praelatum mansuetudo maxime decet. At Apostoli homines erant despicabiles, & abiecti, piscatoriam artem exercentes, qui non tam arcto vinculo ad mansuetudinem

11.
Matth. 5. 2.
Chrysof.
12.
Matth. 5. 4.
Chrysof.
13.
Matth. 10. 16.
14.
Matth. 7. 15.
Gregor.

14.
Matth. 10. 16.
Gregor.
15.
Lucæ 3. 5.
Psalm. 103. 10.
Psalm. 64. 14.
Gregor.
16.

Gregor.

itudinem tenebantur, sed oportebat eos zelo ignis armare. Igitur (ait Gregorius) per columbam in Redemptore spiritus monstratus est, per ignem vero in hominibus, quia quanto nobis nostri iudicis facta est severitas temperata, tanto erga se fieri debet nostra infirmitas accensa.

17.

2. Tim. 2. 23.

2. Timoth. 2. multis cauet Apostolus ne occasiones litigandi discipulus inferat. *Stultas autem, & sine disciplina quæstiones de vita: sciens, quia generant lites. Seruum autem Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos, qui resistunt veritati: ne quando Deus det illis penitentiam ad cognoscendam veritatem, & respiciant a diaboli laqueis, a quo captiui detinentur ad ipsius voluntatem.* En tibi quanta cura arceat Apostolus occasiones litigandi à discipulo suo Timoth. dedecet enim maxime Episcopum verbis contendere, & quæstiones inferre. Circa quæ verba nonnulla expendit Chrysostr. homil. 8. in Genes. In primis illud verbum *respiciant*, vel vt ille legit, *& emergant*. Declarat vim huius verbi sumpta metaphora ab eis qui lethargo prenuuntur, quos oportet aculeis pungere, vt importunum illum soporem excutiant, quem si non abigant in præsentissimo vitæ periculo versantur. Ergo immites lethargo obruuntur, quo nisi liberentur periculose decumbunt. Expendit etiam illud. *A laqueo diaboli*. Ducta metaphora ab eis qui tenue filum agglomerant, quibus opus est multa patientia, vt nodos soluant, ne filum abrumpant. Illi qui furore ardent in mediis etiam laqueis ambulant, & difficile satis fenodare possunt. *Vides* (ait Chrysostr.) *quomodo verba declarant, quod quasi ebrietate obruti sint. Nam quod & emergant ostendit, quod ab aliquo mersi sint, & iterum capti sint à diabolo. Quasi diceret: laqueis irretiti sunt. Unde nobis gemina opus est mansuetudine, & longanimitate, vt possimus eos eripere, & educere ex laqueis diaboli.*

18.

Genes. 1. 25.

Genes. 1. 25. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.* Distinguit Chrysostr. ibid. inter imaginem, & similitudinem. Ad imaginem Dei factus dicitur homo, quia ideo creatus est, vt principatum inter bestias gereret. Patet hoc ex verbis prædictis, cum enim dixisset. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram*, subdit statim, *& præsit piscibus maris, &c.* Ergo ad imaginem Dei factum esse hominem idem est, ac bestiis imperitare. Quod vero addit, *& similitudinem*, alium sensum habet iuxta Chrysostr. ibidem, nempe vt Dei mansuetudinem imitetur. Patet hoc ex verbis Christi Domini Matth. 5. 44. *Diligite inimicos vestros, &c.* Id est, iram frænate, bilem compefcite, sed qua rogo mercede ô Domine? *Vt sitis filij Patris vestri, qui in caelis est.* Ecce in qua re similitudinem ad Deum collocauit, scilicet in mansuetudine. Idem habes Lucæ 6. 36. Ergo eum primum hominem ad imaginem Dei formauit, id est, eum animantibus præfecit, etiam ad similitudinem suam condidit, id est, eum benignum, & mitem esse voluit, quia vt supra dicebamus studium mansuetudinis præcipue ad prælatos spectat. Addit etiam Chrysostr. ideo hæc duo coniunxisse, vt hominis accusaret iram. Sunt enim nonnulli ad iram proclives, qui se excusant tamquam fato quodam ad iram vrgeantur, & iram fedare tamquam rem impossibilem ducant. His aditum præcludit Dominus his verbis. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.* Id est, faciamus hominem, vt præsit feris quibuscumque bestiis: & vt inde etiam discat se ad similitudinem nostram efformatum per mansuetu-

Matth. 5. 44.

itudinem. Nam si ea est hominis vis, vel industria vt effera animalia cicaret, & domet, & sibi inferuire faciat, cur etiam non poterit iram suam compefcere? Si animalia ad crudelitatem nata propriam facit exuere naturam, & alienam induere, nempe humanam, & mitem, cur etiam hominem natura mitem, qui contra naturam feritatem induit, feritate deposita in propriam naturam redire non coget? *Faciamus hominem* (ait Chrysostr.) *secundum imaginem nostram, & secundum similitudinem, sicut imaginem dixi ob principatus rationem, ita & similitudinem, vt pro viribus humanis similes fiamus Deo, mansuetudine inquam, & lenitate, & virtutibus Deo similes efficiamur.* Nam Christus dixit: *similes estote patri vestro: qui in caelis est, domanda igitur ille sunt, & rationis imperio magistranda.* Et quomodo quis cogitationem ferociorem compefcet? *Quid dicit homo? Leonibus imperamus, & animos eorum mansuetos facimus, & dubitas, num mentis ferociam in mansuetudinem mutare possis? Quamuis natura fera feroces sint, & præter naturam mansueti, contra vero tu præter naturam ferocis, natura autem mitis: & qui bestias, illud quod natura illis inest, auferre, & quod natura aduersum inferre potes, id quod natura tibi præstitit, seruare non potes?*

Discite à me quia mitis sum, & humilis corde Matth. 11. Sed qua mercede ô Domine rem tam difficilem aggrediemur? *Et inuenietis requiem animabus vestris.* En tibi quam vtilitatem nobis mansuetudo afferat. *Et inuenietis*, inquit, *requiem animabus vestris.* Ex duplici cap. sumpta metaphora est, vel à nauigijs, quæ dum in altum aguntur, procellis agitantur, cum vero portum tenent tuta quiescunt. Quibuscumque alijs virtutibus polleas, procellosis tamen fluctibus iactaberis, vna est humanitas, & mansuetudo quæ hominem in portu constituit ab omni tempestate immunem. Vel sumpta similitudo est à Rege, qui prouinciam à se deficientem coacto exercitu expugnare aggreditur, donec enim obstantes sibi hostes non depulerit, quietam prouinciam obtinere non poterit. Vna est virtus mansuetudinis, quæ aduersarios expugnat. Hæc omnia ex Chrysostr. de sumptis homil. 34. in Genes. his verbis de mansuetudine agente. *Nihil enim illa potentius, nihil illa fortius. Illa enim animam nostram in perpetua tranquillitate, & quasi in portu constituit, & omnis recreationis, & quietis occasio nobis est. Eapropter Christus, diuina illa docens, dicebat: discite à me quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Nihil enim animam ita in tranquillitate, & quiete esse facit, vt mansuetudo, & modestia. Hæc omni diademate se possidenti est honorabilior.* Subinde Chrysostr. multiplici adducta similitudine probat nullam aliam virtutem æque hominem celebrem reddere, ac humanitatem & morum facilitatem. Hoc euincit in Moysè, qui cum omni virtutum genere fuerit ornatus, & tanta apud Deum vsus fuerit familiaritate, his omnibus omissis de vna pietate, humanitateque laudatur Num. 12. *Audi* (ait Chrysostr.) *beatum Moysen hinc potissimum predicari, & ex hac ei coronam plecti. Et Moyses, inquit, erat mitissimus omnium hominum, qui sunt super terram, vidiisti encornij magnitudinem? Omni enim humano generi parem pronunciat, imo omni humano generi præfert.* Hoc idem in Dauide expendit, qui cum multis ornatur virtutibus de vna mansuetudine laudatur Psal. 131. *Et iterum* (addit Chrysostr.) *de Dauide dicit scriptura: memento Domine David, & omnis mansuetudinis eius.* Hoc idem in Abrahamo ostendit ex illis verbis Genes. 13. 14. *Dixitque Dominus ad Abraham postquam diuisus est ab eo Loth, &c.* Non immerito inferuit

Chrysostr.

Chrysostr.

Chrysostr.

inferuit verba illa postquam diuisus est ab eo Loth. Sed vt ostendat vnde tot benedictionibus cumulari Patriarcha meruerit nempe ex mansuetudine, quam erga nepotem exhibuit dum ei eligenda vberioris glebae optionem dedit. Dum ergo tam facilem se exhibuit, meruit vt statim Deus ei appareret, & multis benedictionibus cumularer. Et dixit Deus ad Abraham (ait Chrysoſtomus) postquam separatus est ab eo Loth. Elevantis oculis tuis carnis a loco in quo nunc es, ad Aquilonem, & Africum, & Orientem, & vade, quia omnem terram, qua tu vides tibi dabo eam, & semini tuo vsque in seculum. Vide quantam statim mercedem a Deo consequitur, & quomodo adhuc maiori retributione, vt per omnia multum abundet Patriarcham dignatur Deus.

Illud etiam plerumque humanitas efficit, vt etiam homines agreſtes, atque efferos molliat, & eos deposita morum difficultate ad lenitatem, & mansuetudinem traducat. Hoc expendit Chrysoſtomus homil. 47. in Genes. dum exponit verba illa cap. 30. 25. nato autem Ioseph dixit Iacob sacero suo: Dimitte me, vt reuertar in patriam, &c. Quis non crederet Laban hominem scilicet morosum, & difficili ingenio aegre laturum generis sui discessum, & bonam partem facultatum suarum, amantissimas filias, & nepotes a se diuelli, sed contra factum est, nam multa cum beneuolentia eum alloquitur, & respondet his verbis. Ait illi Laban: Inueniam gratiam in conspectu tuo, &c. Vide quam humanis verbis homo austerus, & durus focerum alloquatur. Hoc refert Chrysoſtomus ad verba mitia, quibus hominem Iacob illexit ad pietatem, & humanitatem, & quodammodo ex vna mansuetudine mansuetudinem induere coegit. Vere (ait Chrysoſtomus) nihil mansuetudine validius, nihil potentius. Vide igitur quomodo primum mansuetudine vsus, efficit, vt Laban magna ei beneuolentia responderit. Si inueni gratiam, &c.

1. Reg. 1. Increpuit Heli Annam, & tanquam nimio vino inadentem crapulam dormire suasit: sed tam dura verba sacerdotis summa lenitate mulier excepit: Nequaquam inquit Domine mi: nam mulier infelix nimis ego sum, &c. Hæc tam blanda verba hominem durum, & immitem placauerunt, vnde subdit: Tunc Heli ait ei: vade in pace: & Deus Israël det tibi petitionem tuam: quam rogasti ei. Vide quantam vim habeat mansuetudo, vt hominem vel durissimum emolliant. Hoc item ex Chrysoſtomo desumpti homil. de fide Annæ his verbis. Mulier ex accusatore fecit patronum, Tanta res est humanitas, & mansuetudo.

Si est tibi intellectus, responde proximo tuo: sin autem, sit manus tua super os tuum, ne capiaris in verbo indisciplinato, & confundaris.

1. Monuit superior sententia nõ respondendũ quæsitis, priusquam probe interrogationem teneamus. Nunc vero postquam quæsitæ tenuerimus, quid faciendum sit appetit. Si est tibi intellectus responde proximo tuo. Id est, si rem nostri, quam rogaris, responde proximo tuo. Sin autem, sit manus tua super os tuum. Sin autem ignoras, tace. Ne capiaris in verbo indisciplinato, & confundaris. Ne in responsione indocta, ac minus erudita, quam profers, capiaris, & confusus inde abeas.

Si est tibi intellectus: Nos, si nosti ea, de quibus interrogaris. Hugo, qui superiori sententia credidit

vrgeri homines ad consulendam sanctam Scripturam in rebus dubiis, eodem modo interpretatur præsentem sententiam his verbis. Si est tibi intellectus, id est, intelligentia scripturarum, responde proximo tuo. Id est, instrue proximum tuum: sin autem, id est, si non est tibi intellectus. Manus tua sit super os tuum. Id est, tace, & taciturnitatem redime bono opere, quod significatur in manu. Etsi minus ad sensum historicum hæc verba apta sint, pulchre tamen ad moralem. Docemur enim, si doctrina non suppetat, qua proximos instruamus, manum ori imponendo supplere. Id est, operibus. Plus enim nonnuquam pia exempla indocti viri possunt, quam multa doctrina eorum, qui minus virtuti incumbunt.

Ne capiaris in verbo indisciplinato, & confundaris. Hanc partem non habent Græca exemplaria. Ad ditam tamen vult Ianſenius ad expositionem præcedentium. Pro indisciplinato Tigurina tranſtulit inepto: Id est non apto ad rem. Ne capiaris in verbo indisciplinato. Id est, ne conuincaris imperitum dedisse responsum.

Honor, & gloria in sermone sensati, lingua vero imprudentis subuersio est ipsius.

Quasi dicat, honor, & gloria datur sensato ob sermonem, & responsum verum, & tempestiuum. Lingua vero imprudentis subuersio est illius. Id est, imprudens sibi ruinam suis verbis asciscit.

Græca aliter efferunt sententiam. Honor, & ignominia est in loquela: & lingua hominis ruina illi. Videtur autem noster interpretes pro virtute, quæ Græcis est ignominia, & frequenter codices Græci habent, legisse Τυχη, id est, honor. Græca vero melius respondet superiori sententiæ, in qua de apta, & inepta responsione actum est; illi respondet honor, huic tamen ignominia. Tigurina iuxta Græca exemplaria hac ratione sententiam extulit. Oratio tam gloria capax est, quam ignominia, nec raro lingua precipitat hominem. Id est, etiam si verba nobis honorem, aut ignominiam afferre possunt, frequentius autem ad malum vergunt, & nobis dedecori sunt, vnde magis silentium, quam sermo vitale.

Honor & gloria in sermone sensati. Paulus de Palatio. Si tu vis comparare gloriam, & honorem in causa tua, committe eam viro sensato. Per eius sermonem, fas erit tibi eam comparare. Sed aperte non de tuenda causa, sed de responsione reddenda sententia loquitur. Dionysius docendo aliquos locum intelligit, quod magnum honorem Doctõri affert. Hoc modo. Honor & gloria in sermone sensati, id est, sapiens homo sapientiali sermone honorem, gloriamque meretur apud Deum, & homines. Hugo Cardinal. Honor immortalitatis quoad corpus, & gloria aeternæ beatitudinis quoad animam. Vel sic, honor. Id est, exhibitio reuerentiæ, & gloria, id est, laus, & benedictio populi, vel honor in presenti, & gloria in futuro.

ETHOLOGIA LXVIII.

Non temere sunt verba profundenda.

DVplex hic versus, quem exposuimus, docet nos linguam refrænare, & non effutire, quidquid in buccam venerit. Ergo & nos non temere verba profundenda doceamus. Origenes homil. 2. ex quatuor in Cant. 1. 10. Murenulæ aureas faciemus tibi vermiculatas argento. Murenalæ genus piscis est, qui in orbem se colligit, ad cuius similitudinem in aures efformabantur pulchritudinis, & ornamenti causa.

causa. Ornamentum aurium nullum magis aptum, quam verba. Ergo verba pisci affimulat. Hoc autem verborum varietatem, & parsimoniam significat in effundendo sermone. Nullum enim est piscium genus, quod vocem emitat, præter unum Boam, qui à boando nomen accepit. De his accipe Aristotelem lib. 4. hist. animal. cap. 9. *Pisces vocis expertes sunt, quippe qui neque pulmonem, neque arteriam, aut guttur obtineant, sed sonos quosdam stridoresque mouent, qui vocales esse existimantur, &c.* Certe pisces silentij symbolum sunt, maximum ergo ornamentum aurium silentium est, & qui raro loquitur, hic maxime laudandus est. Addit etiam Origenes murenulas has auro, argentoque componi. Per aurum exponit interiore sensum, per argentum vero exterius prolata verba. Ergo in auro ex auro, argentoque componuntur, quia sermo ex multa animi consideratione procedere debet, alias autem aures lædunt, & inficiunt, non ornant. *Murenulas aureas* (ait Origenes) *faciemus tibi, vermiculatas argento, sed quid opus est multa congregare testimonia, cum in promptu sit scire volentibus in multis scripture locis hoc indicari, quod aurum ad sensum mentemque reuocetur, argentum vero ad verbum, eloquiumque referatur.*

2. Mater Ioannis, & Iacobi primas sedes à Christo filiis dati petiuit Matth. 10. Vnde hæc mens mulieri infederit, & præferri filios condiscipulis quæsiuerit, quærit Origenes tractatu 11. in Matth. Qui factum refert ad illud Marci 3. *Et imposuit eis nomina Bonnerges quod est filij tonitruui.* Tonitruui filios appellauit Christus Dominus Iacobum, & Ioannem, eorum commendans eloquentiam, & comptam orationem teste Origene. Tonare enim eos dicimus, qui animorum motus cient vi orationis, & eloquentiæ, ergo vim orationis duorum fratrum laudans Christus Dominus tonitruui filios appellauit. Ergo mater dum filiorum orationem concinnam, & verborum ornatum laudari à Domino audiuit animo concepit fore reliquis Apostolis præferendos. Notandum mihi hic cum Origene plane fœmineum esse, & nimis stultum credere, quod præfecturæ dandæ sint eis, qui eloquantur, non eis, qui iniuncta sibi opere compleant. Nempe fœmineum est credere filios tonitruui ad supremas dignitates euehdendos, & non potius Petrum, qui sua firmitate ædificij molem sustinere possit. Ne ergo multum eloquentiæ tribuas, ne multum verbis fidas, sed potius verba compesce, & operibus adhære, & *re forte vera* (ait Origenes) *mater filiorum Zebedæi, quos appellauit tonitruui filios Christus magniloquentia sua indicans, magna de filiis suis Iacobo, & Ioanne, nam, & vere magni erant, existimans eos prima posse habere super omnem naturam humanam, quasi qui potuerunt capere magniloquentiam eius, accedens Deum quidem deprecabatur, ut confirmaret, unum quidem à dextris, & unum à sinistris.* Tonare, pro eloquentia sumit Hieronymus contra Rufinum. *Tu videlicet, flammeus imo fulmineus, qui in loquendo fulminas, &c.* Iouin. 1. *Demosthenis Philipica tonat.*

3. Ambrosius oratione funebri in obitu Valentiniiani adducit illud Cant. 7. 2. *Venter tuus sicut aceruus tritici vallatus lilijs.* Quem versum ad mores defuncti Imperatoris inflectit Ambrosius. Aceruus tritici comparatur Valentinianus, quia eius mens multis replebatur virtutibus. Lilijs vero similem dicit ob verborum concinnitatem, & suauitatem. Hæc duo hominem maxime ornant, si animus multis virtutibus repletur, & verba candore suauitateque nireant. Scilicet cum ex animo pio, & temperato verba procedunt, multa grauitate, & suauitate plena.

Si vero quis verba profundat sine delectu, & animi consideratione, non iam lilijs similia dixeris, sed graue olentibus herbis. Ergo si animus multis virtutibus ornatur, & ob hoc similis sit aceruo tritici, proculdubio hæc verba similia erunt lilijs. *Venter quoque eius* (ait Ambrosius) *non solum iustitia velut frumentario cibo replebatur, sed etiam gratia suauitate, quæ florebat lilijs.*

Idem Ambrosius oratio. funeb. de excels. Satyri cum ad laudandam moderationem verborum eius descendisset, hac ratione loquitur. *Non minus adulterium sermonis opprobrium, quam corporis perhorrescens.* Pulchre, inordinatum sermonem cum adulterio componit Ambrosius, est enim loquutio, veluti quidam mentis partus, nam iuxta illud Philosophorum proloquium, ex obiecto, & potentia paritur notitia. Ergo cum quis ordinata profert verba, & quæ sapius mente pertractauit, versauit, & quodammodo limauit, ex proprio coniuge filium, & sibi similem edit, cum vero quidquid in buccam venerit effutit, quasi alienos fetus parit, & ex adulterio; alienoque viro concepit. Ergo prius opus est meditari verba, & mente formare, & quodammodo mente effingere, & postea loquutioni permittere.

Ecclesiastici 29. *Fanerare proximo tuo tempore necessitatis illius: & iterum redde proximo in tempore suo, confirma verbum, & fideliter age cum illo.* Ambros. lib. de Tobia cap. 9. aliter legit. *Redde proximo in tempore, coangusta verbum,* id quod noster vulgatus dixit *confirma verbum,* Ambrosius exponit, coangusta verbum, etenim orationem breuem facere, hoc est verbum confirmare, nam qui multa verba profert proculdubio infirmam orationem sortitus est. Languescunt verba, & debilia fiunt cum multa sunt. Expende etiam orationis nexum. Angusta verbum, & fideliter age, id est, in breuem summam orationem tuam redige, & hac ratione fideliter ages. Signum enim est infidelitatis multa verba, & sine delectu profunderere: & qui multa promittit, promissis non stat. Tum etiam (ait Ambrosius) *angusta verbum,* id est, ne multa loquaris, & fideliter age, id est, verax habebis. Qui enim pauca loquitur, & multa animi consideratione, fidem sibi conciliat, qui vero sine delectu verba effundit, mendax merito habetur ab omnibus. Ambrosium dono. *Redde inquit proximo in tempore, coangusta verbum, & fideliter age cum illo, & in tempore inuenies quod tibi necessarium est. Non amat multis innocentia se defendere.*

Sapient. 7. 22. *Omnium enim artifex docuit me sapientiam. Est enim illa spiritus intelligentia, sanctus, unicus, multiplex subtilis disertus mobilis.* Hunc locum exponit Ambrosius annotat. in cap. 8. Exod. ad Irenæum ducta similitudine ab eis, qui vt panem conficiant triticum molunt. Etenim verba comminuenda sunt, & veluti in puluerem redigenda, ne quid in illis ingratum sit, ne quid minus apte aut concinne dictum. Ad hunc modum exponit illud Apoc. 18. vbi de euerfione Babylonis dicitur. *Et vox mola non audietur in te amplius.* Babylon hæc symbolum est peccatrici animæ, in qua vox mola non auditur, quia verba non comminuit, & in puluerem redigit, hoc est, non discutit non examinat. At vero qui pietati incumbunt, multa animi consideratione, & exacta disquisitione sermonem proferunt. *Denique* (ait Ambrosius) *& spiritus sapientia subtilis, & mobilis legitur in lib. Sapientia, quia est in illa spiritus intelligentia, sanctus, unicus, multiplex, subtilis, qui sermones suos molat prius, ne cui offendat, vel in sensu vel in eloquio: Denique Babylonis ille, quæ destruitur dicitur, & vox mola non audietur in ea amplius.*

Pſalm. 36. 30. *Os iuſti meditabitur ſapientiam, & lingua eius loquetur iudicium.* Præter naturam, & ordinem rerum iuſtorum ori meditationem attribuit Propheta, cum mentis ſolius ſit meditari, oris autem meditata verbis prodeſſe. Duo mihi ſeſe hoc loco offerunt dicenda cum Ambroſio ibid. In primis linguæ, & ori dat Propheta meditationem, quia non temere verba ſunt fundenda, ſed ad torum elaboranda, ſapiuſque limanda, ne quid extuberet. Poſterius, illud nomen hoc loco mentem, & animum ſignificat, ſicut nomen cor, ſapius etiam pro mente, & intellectu ponitur. Ergo ſenſus eſt. *Os iuſti meditabitur ſapientiam.* Id eſt, multa animi conſideratione ad ſapientiam incumbet. Quid deinde? *Et lingua eius loquetur iudicium.* Id eſt, verba prodeſſe doctrinam, quam animus colit. Fieri enim non poteſt, vt verba non redeant illud, quod animo verſamus. *Meditabitur os iuſti* (ait Ambroſius) *ſapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. Loquamur Dominum Ieſum, quia ipſe eſt ſapientia, ipſe eſt verbum, & verbum Dei, nam & hoc ſcriptum eſt, aperi os tuum verbo Dei, ipſum ſpirat, qui ſermones eius, & verbum meditat, ipſum loquamur.* Et infra. *Sed loquitur ex veritate, loquitur ex æquitate, vt non propendat affectus, ſed qua loquitur, vero prodat examine, iudicat enim, qua dicenda ſunt, & non promenda.* Et paulo inferius. *Merito ergo præmiſit. Os iuſti meditabitur ſapientiam, meditatio enim diuturna plenum poterit habere iudicium, quod loquetur iuſtus in tempore, cum ea, qua perfectæ ſunt facie ad faciem videat.*

Pſalm. 36. 30. *Os iuſti meditabitur ſapientiam, & lingua eius loquetur iudicium.* Duo mihi adhuc expendenda reſtant cum Ambroſio ibid. circa hunc verſum Pſalm. Alterum in priori Hemiftichio, alterum in poſteriori. Circa priorem partem nota verbum illud meditabitur, quod ſignificat animi conſiderationem omnino attentam, & qua rem ſpectet, comprehendat, & exhauriat: neque enim ſatis eſt ad proferenda verba, ſemel dicenda conſideraſſe, ſed iterum, atque iterum ſunt diſcutienda, ne circa ea error irrepat. *Merito ergo* (ait Ambroſius) *præmiſit, os iuſti meditabitur ſapientiam, meditatio enim diuturna plenum poterit habere iudicium, quod loquetur iuſtus in tempore, cum ea qua perfectæ ſunt, facie ad faciem videat.* Circa poſterius Hemiftichium nota nomen illud iudicium. Erigendum enim eſt, intra mentem tribunal, ſedere debet Index, id eſt, ratio, qua verba noſtra diſcutiat, & ſuper illis, antequam in publicum prodeant multa diſquirat. Sicut enim iudices antequam ſententiam ferant actorem, & reum ante ſe ſtare iubent, cauſam dicere, & ab alio oppoſita reſellere, tandem multis vltro citroque habitis ſententiam ferunt in alteram partem, eadem proſus ratione, & nos iudicem rationum conſtituamus, qui expēſis rerum momentis, quid loquendum, quidve tacendum ſit ſtatuat. Hoc item ex Ambroſio accipe. *Iuſtus enim cum loquitur iudicium Dei, vel cum loquitur, qua iuſta ſunt & veri plena iudicij, non cum iracundia loquitur, non ex animi morēntis affectione, non ex dolore, non ex aliqua occasione, ſed loquitur, ex veritate, loquitur ex æquitate, vt non propendat affectus, ſed qua loquitur, vero pendat examine: iudicat enim, qua dicenda ſunt, vel non promenda. Cui ſimile eſt illud, labia ſapientium alligata ſunt ſenſu, eo quod omnia, qua loquatur, vero ſenſu conuenire videantur, & ſenſu prudentiam intelligant, qua loqui debeant, vel tacere, & qua dicenda ſunt cobibeant, clauſtro quodam, nexuque laborum, nihil autem qua oporteat dicere laborum vincula reſoluantur.* Verba illa, qua citat Ambroſius, ſcilicet. *Labia ſapientium alligata ſunt ſenſu.* Deſum-

ptit ex cap. 15. Prouerb. paulo aliter à noſtro vulgato. Indicant autem hæc verba alligata eſſe ora ſapientium, ne quid ex illis prodeat, niſi iuxta rationis præſcripta. Sumpta nimirum metaphora, à carceribus, & ergaſtulis, in quibus fontes detinentur vincti, ex quibus non licet exire niſi iuxta iudicis præſcriptum. Eſt enim os noſtrum veluti quidam carcer, in quo verba conſuſa detinentur, donec per iudicem, id eſt, rationem exeundi fiat licentia. Cuſtodes autem carceris à natura præfixi ſunt dentes, & labia, vt ſub duplici cuſtodia, & duplici muro verbis proſilire non liceat.

Pſalm. 48. *Os meum loquetur ſapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam.* Hunc verſum exponit Ambroſius ibid. ſumpta metaphora ab ſtatera in qua oportet, vt bilantes æquo examine pendeant, nec vna alteram ſuperet. Ergo mens, & os, veluti duæ ſunt bilantes eiusdem omnino ponderis, vt ſcilicet nihil os proferat, quod ratio non fuerit meditata. Contrarium prohibetur Prouerb. 20. 10. *Pondus, & pondus, meſura, & meſura vtrumque abominabile eſt apud Deum.* Verba Ambroſij accipe. *Os meum loquetur ſapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam, admonemur non tumultuarium proferre ſermonem, ſed exercitio quodam meditationis, & ſtatera mentis interna examinare dicenda, quia abominatio duplex ſtatera, & iugum doſoſum, non bonum coram eo.*

Thren. 3. 17. *Bonum eſt viro cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua, ſedebit ſolitariuſ, & tacebit, quia leuauit ſe ſupra ſe.* Multus eſt Ambroſius in expoſitione huius loci ad illa verba Pſalm. 100. 18. *In quo corrigat adoleſcentior viam ſuam.* Aliis autem omiſſis in ſua loca, quæ ad rem præſentem non faciunt, noto verbum illud tacebit. Velut enim quæreret Propheta, quanam ratione ætate laſciuientem iuuenem ad virtutem efformaret, nihil aliud occurrit quo laſciuientem adoleſcentiam compeſceret præter vnum ſilentium. *Sedebit ſolitariuſ, & tacebit.* Adducit inſuper verba Pſalm. 38. *Dixi cuſtodiam vias meas, vt non delinquam in via mea.* Quæſi iam lapſus fuiſſet, & experientia didiciſſet, quam facile lingua in malum vergeret, ait. *Dixi cuſtodiam vias meas.* Id eſt, cuſtodiam adhibebo ori meo, & veluti arci portas æreas, & cuſtodiam affigam, ne iterum in verba minus concinna prorum, ne quid abſonum diſſluat. Adducit etiam Ambroſius verba illa Eſaiæ 40. 6. *Vox dicentis, clama.* Audiuit Propheta Deum ſibi dicentem, ſibi imperitantem, vt clamaret, nec tamen ſtatim voces in verba reſoluit, ſed potius ab eo quæſiuit. *Quid clamabo?* Nimirum oportet non temere verba fundere, niſi prius ea diutius mente volueris. *Poteſt* (ait Ambroſius) *iuuenioris ſe, qui fecit bonum tollendo in iuuentute iugum Verbi nondum perfectus ſegregare ſe à colloquijs equalium (qua plerumque corrumpit bonos mores) & contagia volens fugere peccantium: ita intelligit ſingulariter ſedere, & ſilere, ne rudis ætatis facilitate labatur: ſed intendere ſeniorum dictis, Prophetarum oraculis, Apoſtolorum magiſterijs. Laudandus eo, quod prius vult loquenda cognoscere, quam proferre, qua ſentiat. Unde & puto Pythagoram illum Philoſophum imitatoreſ huius Prophetici inſtituiſſe ſeſtam, vt diſcipuli ſui quinquennio non loquentes tanto ſilentio loqui diſcerent. Cum præſertim, & Dauid ſuperioris ætatis quam Pythagoram fuiſſe non dubium ſit: dixi cuſtodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. Poſui ori meo cuſtodiam, & quia forte aliquando aliquid loquutus incautiuiſ, ideo poſtea à Domino poni ori ſuo cuſtodiam poſtulauit. Iſaiam quoque Pythagoricis, anteriorem eſſe quis neſciat, qui cum audiret, clama, non prius clamauit, quam audiret, quid clamare deberet.*

spondit: quid clamabo? Et dictum est ei omnis caro fanum, verbum autem Domini manet in aeternum. Hæc ille. Duo adhuc mihi notanda iuxta verba Ambrosij, in primis verba illa, & quia forte aliquando, &c. Quibus verbis ostendit quantam præferat difficultatem verbis imperare, & silentium sibi indicere. Nam cum prius Dauid Psalm. 38. dixisset.

Psal. 38. 1. *Dixi custodiam linguam meam, ut non delinquam in vita mea.* Postea Psalm. 140. non hoc sibi faciendum permitti, sed adeo sibi poni petit illis verbis.

Psal. 140. 1. *Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantia labijs meis.* Expertus enim erat se ad hoc non sufficere, & ideo auxilium Dei implorat. Posterius iuxta verba Esaia. *Omnis caro fanum, verbum autem Domini manet in aeternum.* Id est, homo facile in verba labitur, vnus est Deus, cuius verba consistunt, & perpetuo durant.

11. Psalm. 11. *Eloquia Domini eloquia casta, argentum igne examinatum probatum terra purgatum septuplum.* Id est, sermones, qui secundum Deum sunt familia sunt argento. Rem exponit Ambrosius in Psal. 118. Sumpta similitudine à numulariis, qui probant monetam, an sit adulterina, an vero probata. Hoc autem faciunt, adhibito lapide, aut igne. Nec nisi prius bonitatem argenti experiantur in rerum pretia non admittuntur. Et nos similes fumus numulariis, verba probemus, & earum qualitatem experiamur.

Ambros. *Nihil ergo terrenum, ait Ambrosius, nihil seculare, nihil corporeum, nihil leue, aut mutabile in eloquijs constituamus caelestibus: eloquia, etenim Domini eloquia casta, ut nihil mysteriorum caelestium in maculata, & impudica sinceritas spiritali interpretationi resplendeat. Nam adulterina quadam opinione, miscemus terrena diuinis, & illud inuolabile sacramentum Prophetiae visionis, aut perennis oraculi natura nostra estimatione violamus. Ideo enim addidit, argentum igne examinatum, probatum terra, purgatum septuplum, ut tanquam boni numularij spiritu examinemus Prophetici sermonis argentum, seruantes Domini pecuniam, atque ab omni labe terrena salutaris fonte infusionis purgantes, ut Christo digne seruire videamur, qui ait. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, ubi erugo, & tinea exterminant, sed thesaurizate vobis thesauros in caelo.* Ergo ex mente Ambrosij præsentis instituto fauent verba Christi

Matth. 6. 19. *Domini apud Matth. 6. 19. Nolite thesaurizare, &c.* Sermones enim de rebus pijs, & habita oratio de rebus honestis, gemmæ sunt, & diuitiæ ex quibus thesaurus noster apud superos coalescit: si vero verba sint turpia, & obscæna, vel faltem, non honesta à tinea & erugine atteruntur.

12. Iob 1. 20. *Tunc surrexit Iob, & scidit vestimenta sua, & tonso capite corruens in terram; adorauit.* Nota verborum ordinem, prius caput tondet, ac tandem adorat. Nihil forte huic factò simile inuenies, vel apud sacros, vel apud prophanos auctores. Quis enim adoraturus comam totondit? Iuxta Anagogen per capillos diffuentes in verba cogitationis, exponit Gregorius lib. 2. Moral. capite 38. *Qui vt rem prober inducit verba sponsi labia sponsæ extollentis his verbis. Cantic. 4. 3. Sicut vitæ coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce.* Coccineæ vitæ similia labia sponsi facit, quia verba non casu debent diffuere, sed apte constringi, multo adhibito examine fundi: sicut non casu, sed magna cura faminae, & comam nutriunt, & caput ornant. Ergo tonso capite adorat, quia nisi prius sermones tuos ad pietatem extuleris, Deum vt oportet non poteris colere. *Et tonso capite, ait Gregorius, corruens in terram adorauit. Nam quid moraliter per capillos nisi diffuentes animi cogitationes accipimus. Vnde, & alias Ec-*

Cantic. 4. 3.

Gregor.

clesia dicit: sicut vitæ coccinea labia tua sponsa, & eloquium tuum dulce. Vitæ quippe crines capitis constringit, labia ergo sponsæ sicut vitæ sunt, quia exhortatione sanctæ Ecclesiæ cuncte in auditorum mentibus diffusa cogitationes ligantur ne remissa distuant, ne se per illicita spargant, ne sparsa cordis oculos deprimant: sed quasi ad vnâ intentionem colligant, dum vitæ eas sanctæ prædicationis ligat. Quam recte, & coccineam asserit, quia sanctorum prædicatione solo caritatis ardore flammescit. Verba illa Gregorij ne sparsa cordis oculos deprimant, hoc innunt: sicut promissa cæsaries, ad oculoque ofusa prospectum eripit, ita verba, nisi multa animi consideratione comprimantur animo efficiunt.

Iob 1. 22. *In omnibus his, non peccauit Iob labijs suis, neque stultum quid contra Deum locutus est.* Per admirationem dictum accipe, illud sane mirandum, quod inter tot difficultates, nihil inconcinnum, asperum nihil, & inamænum effuderit Iob. Cum tot, ac tantis virtutibus vir sanctus fuerit conspicuus, illud vnum miratur Scriptura, scilicet, quod verborum curam habuerit. Nempe non hoc parum est orationem temperare, & sermones moderari. Præcipue cum quis difficultatibus premitur, & laboribus vrgetur. Nunquam non curam adhibere debemus ne quid ex ore minus elaboratum prodeat, cæterum tunc maxime cum in labores aliquos incidimus: exulceratus enim animus ori habenas laxare solet. Habeo huius expositionis auctorem Gregorium lib. 2. Moral. cap. 40. cuius verba subiicio. *In omnibus his non peccauit Iob labijs suis, neque stultum aliquid contra Deum locutus est. Quia solerti cura custodire animus debet, ne cum se intus tentatio stimulat, in verba foras, illicita locutionis erumpat. Ne de probatione murmuret, & ignis, qui eum, velut aurum concremat per excessum sermonis illiciti in paleam fauillam vertat.*

Iob 6. 26. *Ad increpandum tantum eloquia concinnatis, & in ventum verba profertis.* In ventum verba proferre iuxta Gregorium 7. Moral. cap. 24. Est indulgere ori, & linguæ, vt liberius eloquatur, quam par est. Quæ autem ex hac iudulgentia mala proueniant multis insequitur Gregorius ibidem. Imprimis adducit illud Prouerb. 17. 14. *Qui dimittit aquam caput est iurgiarum.* Similitudo ducta est ab eis, qui collectæ in stagno aquæ aditum referant, vt frustra, & in casum diffluat, quæ utilis oletibus, & arboribus esse possit. Eadem prorsus ratione, qui linguam suam non cohibet, sed quod in buccam venerit effundit, omnem prorsus virtutem euacuat. Multa alia loca, quibus id probet, adducit, quæ, quia sine aculeo sunt, non expono, illud forte habet, quod refert ex Esaia 32. Nempe, *cultus iustitiæ silentium.* Id est, taciturnitate virtus colitur. Tam inaniam deorum turba, quam verum numen, quod apud Hebræos colebatur peculiarem cultum delegerunt, quo honorarentur. Nempe Veneri suem, Neptuno equum, Plutoni nigras bidentes maestabant. Imo ipse verus Deus, quædam animalium genera selegit, quæ in eius honorem cultores immolarent. Ad hunc modum virtus propriam religionem, & cultum selegit, quo illa coleretur. Hic autem est silentium. Nam taciturnitas virtutem inducit, inductam custodit, amissam reducit. *Et in ventum, (ait Gregorius) verba profertis. In ventum enim verba proferre est otiosa dicere. Nam saepe dum ab otiosis verbis, nequaquam lingua compefcitur ad meritum quoque stultæ increpationis effranatur, quibusdam enim ruinae sue gradibus desidiosa mens in foveæ lapsus impellitur. Nam dum otiosa verba cauere negligimus, ad noxia percurrimus, vt prius loqui aliena libeat, & postmodum detrahitio*

13. Iob 1. 22.

Gregor.

14. Iob 6. 26.

Prou. 17. 14.

Esaia 32. 17.

Gregor.

detractioibus eorum vitam de quibus loquitur, lingua mordeat. Hinc irarum seminarium, stimuli oriuntur, rixæ, accenduntur faces odiorum, pax tota exinguitur cordium. Vnde bene per Salomonem dicitur: *Qui dimittit aquam caput est iurgiorum. Aquam quippe dimittere est linguam in fluxum eloquij relaxare. Quia autem multiloquio quisque seruans rectitudinem iustitia teneri non possit, testatur Propheta, qui ait: vir linguosus, non dirigetur in terram. Hinc Salomon iterum dicit, in multiloquio non derit peccatum. Hinc Esaias dicit: cultus iustitia silentium: videlicet indicans, quia mentis iustitia desolatur, quando ab immoderata locutione non parcitur. Hinc Iacobus dicit: si quis putat se religiosum esse non refrenans linguam suam, sed seducens eor suum, huius vana est religio. Sciendum vero est, quod ab omni rectitudinis statu depereunt, qui per noxia verba dilabuntur, humana etenim mens aqua more conclusa ad superiora colligitur, quia illuc repetit, vnde descendit, & relaxata deperit, quia sepe per infima, inutiliter spargit, qui in insuper vacuis verbis a silentij sui censura dissipatur, quasi tot riuis traducitur vnde, & redire interius ad sui cognitionem non sufficit, quia per multiloquium exterius sparsa, vim intimæ considerationis amittit, totam igitur sese insidiantis hostis vulneribus detegit, quia nulla se munitione custodia circumcludit. Vnde scriptum est, sicut urbs patens, & absque murorum ambitu, ita vir, qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum.*

Iob 21.5. *Attendite, & obstupescite, & superponite digitum ori vestro.* His verbis monet Iob amicos suos ne qui liberius eloquantur sed locutionem moderentur Gregorius 15. Mor. cap. 17. altiori sensu per digitum discretionem intelligit, ac si dicat. O, vos amici hoc aure accipite, fideliterque tenete, ne liberius linguæ fræna laxetis, sed prius stricto examine verborum vim expendite, ne quid per oscitantiam diffluat. Salubre quidem consilium, cui omnes parere tenemur. *Attendite* (ait Gregorius) *& obstupescite, & superponite digitum ori vestro, quia digitis quaque discernimus, non incongrue per digitum discretio designatur. vnde per Psalmistam dicitur. Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum, per manus videlicet operationem, per digitos, vero discretionem significans, digitus ergo ori superimponitur, cum per discretionem lingue designatur, ne per hoc quod loquitur in stultitia culpam dilabatur. Ait ergo: superponite igitur digitum ori vestro, id est, locutioni vestre discretionis virtutem adiungite. Hærendum adhuc illis verbis relatis ex Psalmo 143. Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.* Per manus enim opera, per digitos vero in promendis verbis discretionem adumbravit vt autumat Gregorius. Ergo æque pro vtroque gratias agit regius vates, æquam enim difficultatem inuoluit. Vel bonis operibus incumbere, vel linguam moderari. Ne ergo quis rem facilem putet linguam compescere.

Iob 22.4. *Timens arguet te, & veniet tecum in iudicium, & non propter malitiam tuam plurimam, & infinitas iniquitates tuas?* His verbis Eliphaz amicū suum Iobum proscindit, & liberius illi insultat. Sane quibusdam mitioribus verbis disputationem suam cum Iobo inchoauit. Sensim tamen linguæ remittens fræna, in hæc probra dilapsus est. Hoc enim frequenter accidit eis, qui linguæ licentiam indulgent, vt subinde defleat in verba temere dicta. Hoc, teste Gregorio, dixerim lib. 16. Mor. cap. 1. *Ecce* (ait Gregorius) *à torpenti corde ad verba venit ociosa: ab ociosis autem verbis per crimen fallacia ad contumeliam exarsit. Isti quippe sunt casus culpæ crescentis, vt lingua cum non restringitur, nequaquam ubi ceciderit, cauet, sed*

semper ad exteriora descendit.

Psal. 32.7. *Congregans sicut in vtre aquas maris.* His verbis extollit Propheta eximiam Dei prouidentiam erga genus humanum. Nam in prima rerum creatione iuxta suam naturam terra infimum locum tenebat, & aqua vndecunq; terram complectebatur, nec vllam partem eius discoopertam relinquebat, vt in ea degere homines cum reliquis animatibus possent. Ergo Deus Optimus Maximus aquas quasi in vtre conclusit, & bonam partem terræ ab aquis eruit in qua homines, & animantia reliqua figere habitationem possent. Hoc igitur extollit Dauid versu citato: *Congregans sicut in vtre aquas maris.* Id est, qui obruentes vndique terras marinos fluctus intra Oceani carcerem compescuit. Hoc autem non semel videtur factum, sed cum amissa loca vndas occupare, & imposita repagula infringere subinde velle videantur, illis arenam opposuit, quæ procelliferos vortices retunderet. Hoc iuxta anagoge pro nobis exponit Gregorius lib. 19. Mor. cap. 8. cum vitiorum fluctus pietatem vndique obruere conentur. Tu sæuientes vndas compescce sed quibus repagulis id fiet? Linguam refræna, sermonem compescce, & hac ratione huius Oceani vndas, & sæuientes fluctus vitiorum clausos intra septa tutus tenebis. *Aqua enim* (ait Gregorius) *maris in vtero congregata sunt, cum amaritudo peruersa mentis non erumpit exterius in voce praua locutionis.*

Iob 31.5. *Si ambulauit in vanitate, & festinauit in dolo pes meus?* Ordinem verborum contemplatur Gregorius l. 21. Mor. cap. 5. *Si ambulauit in vanitate.* Id est, si vana aliqua, & inania locutus sum. *Quid inde: Et festinauit in dolo pes meus?* Id est, si per dolos, & fraudes cum amico egi. Vide ordinem. Prius vana quædam, & inutilia loqueris. Postea, ni frano linguam cohibeas ad dolos, & maiora crimina sermo dilabitur. *Si ambulauit* (inquit Gregorius) *in vanitate, & festinauit in dolo pes meus, rectus vero ordo seruatur, id est, si prius in vanitate, & postmodum pes in dolum festinasse dicatur. Vanitas vero ad leuitatem: dulus vero ad malitiam pertinet, & nonnulli plerumque, ad quædam post malitiosa perueniunt, quia prius leuia declinant.*

Iob 32.17. *Respondebo, & ego partem meam, & ostendam scientiam meam, plenus sum enim sermonibus, & coarctant me spiritus vteri mei. En venter meus, quasi mustum absque spiraculo, quod lagunculas nouas dirumpit.* His verbis insurgit contra Iobum Eliu. Quibus significari vult Gregorius lib. 26. M. cap. 19. illud hominum genus, qui ad proferenda verba temere prosiliunt, & quæ mente conceperunt vix tenere possunt, & veluti dirumpuntur, & dissiliunt cum ori suo imperant, & turgentia verba compescunt, & veluti accenso sulphureo puluere rumpuntur. *Hoc quoque* (ait Gregorius) *esse proprium arrogantium vitium solet, vt & pauca credant, que ipsi multa dixerint, & multa credant, que ipsi pauca dicuntur. Quia enim sua dicere semper volunt, vim se pati existimant, si ea, que immoderate sentiunt immoderate non infundant.*

Ephes. 4.30. *Et nolite contristare Spiritum sanctum Dei: in quo signati estis in diem redemptionis.* Sed quam ratione, ô Paule, iniunctum præceptum implere poterimus? Subdit: *Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemiatollatur à vobis.* Id est, caute à verbis temere prolatis, linguam compescite. *Quid tandem?* *Cum omni malitia,* inquit Apostolus. Si enim linguæ fræna inieceritis omnem profusus malitiam nullo negotio vitare poteritis. Hac ratione exponit verba Pauli Chrysothomus homil. 54. in Genesim his verbis. *Propterea Paulus radice*

17. Psal. 32.7.

Gregor.

18. Iob 31.5.

Gregor.

19. Iob 32.17.

Gregor.

20. Ephes. 4.30.

Chrysoth. radice

15. Iob 11.5.

Gregor.

Psal. 143.1.

16.

Gregor.

cem huius mali volens extirpare admonet, & scribens sic dicit. Omnis ira, & indignatio, & clamor auferatur à vobis, cum omni malitia, non solum, inquit, succenseri, & indignari, & irasci: sed neque cum clamore proximo loqui, clamorem hic dicens, qui ab ira nascitur.

VERS. 16. Non appelleris susurro, & lingua tua ne capiaris, & confundaris.

1. Non appelleris susurro, id est, caue ne quid committas ob quod, vel detractor habeatis, vel voceris. Et lingua tua, ne capiaris, & confundaris. Quo vitio, qui laborant pessime apud omnes audiunt. Ergo caue, ne lingua tua detrahendo malum nomen, & famam, tibi conquiras, hoc enim est, quod sequitur in posteriori parte, & lingua tua ne capiaris, & confundaris.

2. Non appelleris susurro in vita tua. Hugo Cardinal. id est, detractor, vel susurro proprie dicitur, qui inter amicos seminat discordias, quem Dominus maxime odit, vel detestatur. Leuit. 19. Non eris criminator, vel susurro in populis. Criminator, id est, detractor: susurro, id est, discordia seminator. Et susurro est hæreticus, qui seminat errorem, id est, discordiam, seminat inter Deum & homines, quos decipit. Lyra: non appelleris susurro: male loquens in silentium, unde dicitur susurro, ab auris sono, eo, quod loquitur in aure.

Hugo.

Leuit. 19.

Lyra.

3. Et lingua tua. Aliqui codices habent, in vita tua: & hanc partem cum antecedenti coniungunt hac ratione: non appelleris susurro in vita tua, id est, nunquam facies, quo nomen susurronis sustinere possis.

4. Et lingua tua, ne capiaris, & confundaris. Id est, caue ne aliis detrahendo, tu prædæ pateas, & dedecori. Nonnulli hanc posterioris sententiæ partem, ad mendacium referunt hac ratione. Caue etiam ne deprehendaris mendax magna cum tua confusione, & doloris sensu. Sed immerito. Semper enim posteriorem partem sententiæ ad priorem refert hic Author vim ibi addendo, aut exponendo. Ergo cum in priori hemestichio, de susurrone, & detractore egerit, consequens est, ut in posteriori, eidem sententiæ vires addat, hoc autem iuxta nostrum exponendi modum optime perficit. Sæpius enim obrectatores, sibi parant perniciem, & dedecus. Græca aliter hanc posteriorem partem efferunt: & lingua tua ne insidieris. Detractores enim non modo quæ nouerunt in vulgus prudocunt, sed aliquando aliena facta inspiciunt curiosius, ut vel inde detrahendi occasionem arripiant. Ergo ne alienæ vitæ, & factis lingua tua insidias pares. Quod Græca habent insidieris, noster vulgatus extulit capiaris, quia dum detractores alienæ famæ insidiantur, aliorum prædæ fiunt. Dionysius, & lingua tua, ne capiaris, & confundaris. Id est, iuste arguaris de locutione tam vitiosa.

Dionys.

5. Palacio.

Ne capiaris, & confundaris. His duobus verbis duo mala significari ait, Paulus de Palacio, in quæ frequenter incurrunt detractores, nimirum mendacium, quod significant verba illa. Et lingua tua ne capiaris. Sæpius enim, qui aliena facta euulgant mendacio obnoxij sunt, dum, vel alienis dictis, vel propriis suspicionibus ducuntur. Addit autem, & confundaris. Ac si dicat, sed esto, verum dicas, publicam inuidiam non effugies, nam detractores omnes oderunt. Hoc est posterius malum, quod susurrones incurrunt. Et lingua tua ne capiaris. Hugo Cardinal. Hanc sententiam de eo magistro, & doctore exponit, cuius verbis facta non respondent. Hic enim capitur in lingua sua, dum eius doctrinam eiusdem

mores damnant. Ita enim habet Hugo. Et lingua tua ne capiaris à diabolo, qui multos capit per linguam: omnes scilicet mendaces, quia omne, quod mentitur occidit. Sapientia 1. Omnes detractores, adulatores, per iuros, falsos testes, malos aduocatos, fictos actores, & predicatores: quia ut dicitur in libro Prospero: bene docere, & male viuere, nihil aliud est, quam se sua lingua damnare.

Hugo.

Super furem, enim est confusio, & penitentia, & denotatio pessima super bilinguem: susurratori autem odium, & inimicitia, & contumelia.

VERS. 17.

1. Comparatione cum pessimo crimine, nempe furto malitiam detractionis exaggerat author hoc versu. Super furem enim est confusio, & penitentia. Id est, furem sequitur confusio, & de commisso crimine dolor. Et denotatio pessima super bilinguem. At linguam consequitur grauior damnatio, & vituperatio. Susurratori autem odium, & inimicitia, & contumelia. Susurratori autem paratum est odium, & inimicitia, & contumelia, id est, fur incurrit confusio-nem, & dolorem, at detractorem consequitur maius malum, nempe damnatio, & vituperatio.

2. Græca tantum habent. Super furem est confusio: & denotatio pessima super bilinguem. Id est, fur quidem confunditur, at detractor à cunctis damnatur. Tigurina hac ratione transtulit. Insidiatorem enim grauis sequitur ignominia, penitentiaque: & pessima vituperatio bilinguem.

3. Super furem enim est confusio. Optime detractor comparatur cum fure. Fur enim clam furatur, detractor autem subdole carpit. Sed eo maius nocumentum infert detractor, quam fur, quia fur facultatibus inhiat, detractor vero honori insidias parat: præstat autem bonum nomen rerum copiarum. Insuper, qui alienis opibus insidiatur, ferme agit egestate compulsus: at obrectator nulla vi ad hoc scelus adigitur: at obrectator nulla vi cogitur, unde Prou. 6. Non grandis est culpa, ut quis furatus fuerit, furatur enim, ut esurientem impleat anima. Tandem fur ex furto aliquid lucratur sed bilinguis nullum ex detractione emolumentum capit. Ergo super furem est confusio, & penitentia. Fur quidem, si comprehendatur, ut fit, damnatur at susurro in multo maiora incidit. Paulus de Palacio. Incidit in verecundiam, & penitentiam, id est, supplicium, & pœnam, quia Exodi 22. Quadruplum iuberet reddere fur. Dionysius per confusionem intelligit dolorem, quem quis capit de alieno malo. Quasi dicat, multum dolendum est de malo, quod fur sibi infert, verum multo maiori dolore dignus est detractor, maiusque sibi nocumentum infert.

Palacio.

Exodi. 22.

Dionys.

4. Et penitentia. Hæc vox in Græcis exemplaribus non extat, significat autem furem sæpe in dolorem, & angorem animi incidere ob scelus factum.

5. Et denotatio pessima. Optime noster vulgatus, & proprius ad Græca exemplaria transtulit denotatio, hoc est, vituperatio, vel damnatio, sicut capite 19. opponit autem denotationem pessimam detractoris, confusioni futis, ut illius crimen exaggeret, pro hoc nomine, quidam latini codices habent deuotatio, alij deuoratio. Hugo qui legit deuotatio. Hoc modo exponit. Deuotatio pessima est anathematizatio, vel suspensio, vel separatio, à quolibet bono est. Addit Hugo. Aliqui libri habent, & deuoratio pessima, id est, æterna damnatio, alij habent denotatio pessima, id est, digiti ostensio confusione plena. Idem verbum hac ratione exponit Paulus de Palacio, diris inprecationibus Palacio. deuouetur

Hugo.

Palacio.

deuouetur à populo Dionys. Carthuf. legit denotatio, quam particulam sic exponit, id est, grauissima, ac pœnalissima execratio, irrisio, & cum digito demonstratio.

Super bilinguem. Bilinguis autem dicitur secundum aliquos, qui palam probat aliquid, clam vero improbat. Hugo qui modo vera, modo falsa loquitur: modo bona, modo mala. Dionysius, quia aliter in præsenti aliter in absentia; aliter apud hunc, aliter apud alium loquitur de eodem.

Surratori, autem odium, & inimicitia, & contumelia. Hugo Cardinal. ita explicat hæc partem. *Surratori autem, odium Dei, & inimicitia omnium, & contumelia, id est, opprobrium, & nota differentiam inter hæc vocabula.* Odium cordis, inimicitia operis, contumelia oris. Odium est mala voluntas, qua quis vult, alij malum: inimicitia est machinatio nocenti, qua ex odio procedit: contumelia est turpis verborum diffamatio. Cum enim quis videat iniuste à detractore suam famam denigrari, non mirum si his omnibus modis, iniuriam sibi illatam propulset.

ETHOLOGIA LXIX.

In detractores scuitur.

Versus 16. 17. & 18. Detractores carpit, in eodem etiam, nostra desauit Ethologia: & quæ ex hac peste hominum generi mala ingruant quibusdam adductis testimoniis confirmet. Querit Philo lib. 1. de Allegoriis legis, quapropter Adam, qui omnibus animantibus, vxorique suæ nomen imposuit sibi vni nullum nomen dedit? Hoc factò, vt vult Philo ingenium detractorum innotescit. Qui alijs omnibus præter se nomina imponunt, eorumque naturam, & mores prospectos habent, optimeque alios omnes callent, se tantum ignorant, & quid intra fe agatur later. Se neque de nomine norunt, qui alios omnes expectorant. *Quærendum item (ait Philo) cur, qui omnibus reliquis imposuit nomina sibi nullum imposuit? Quid igitur dicendum est? Mens quæ inest omnium vnicuique cetera potest comprehendere se ipsam nosse non potest, quemadmodum enim oculus, alia videt seipsum non videns, sic & mens intelligit alia, se ipsam non comprehendit. Aut dicat, quæ, & vnde sit, spiritus ne an sanguis, an ignis, an aer, corpus ve aliud, vel hoc saltem, corporea ne sit, an in corporea? Et postea non sunt habendi stulti, qui de essentia Dei differunt? Qui enim anima sua ne sciunt essentiam, quomodo vniuersitatis animam exquisite dignoscere poterunt, Deus autem anima huius vniuersitatis intelligitur. Merito ergo Adam, id est, mens alia nominans, & comprehendens sibi ipsi nomen non imponit, quando seipsum ignorat, naturamque propriam.* Pulchre per oculum detractor adumbratur, qui cum omnia circumspiciat, seipsum videre non valet.

Cum Adam suadente vxore Dei præceptum violasset. Vtrumque ad tribunal Deus adduxit super commissò crimine multa disquirat, ac tandem causa cognita, in eos sententiam fert. Cum vero illi totius tragediæ causam in serpentem retulissent, Deus inaudito serpente damnat, multisque malis eum addicit. Philo lib. 2. de Allegoriis legis, ideo hoc factum addit, quia ea, quæ bona, & mala esse possunt, non licet inaudita parte damnare, nec temere ferenda sententia est, contra eos qui possunt, fe ad bonum, & ad malum, inflectere. Et licet, ea quæ apparent, mali speciem præferant, nihilominus non facile credendum est, nisi discussa causa. Cum ergo homines, & boni, & mali participes sint, non

nisi magna adhibita consideratione sunt damnandi, at verò cum diabolus, qui serpente, tanquam organo vsus fuerat in eum statim peruenit, vt nihil boni possit exequi, euincitur, vt contra illum tantummodo, etiam inaudita parte possimus sententiam ferre. Ergo tu, qui humana facta carpis, memineris quod neque Deus subitò homines damnauerit, sed eos ad tribunal vocauerit, & multis vltro, citroque habitis, tandem in eos sententiam tulerit. *Inimicitias (ait Philo) ponam inter te, & mulierem, & inter semen tuum, & semen eius. Ipse seruabit, caput tuum tu eius calcaneum. Quam ob causam, non spectata defensione execratur serpentem: cum inbeat alibi audiri ambos, inter quos res controuertitur, non præmatùre alteri credere? Aut quid est, quod Adamo non credidit, priusquam mulieri; sed inuitat eam, ad defensionem: dicens, quare hoc fecisti? At illa errasse se fateatur decepta à voluntate serpentina, & varia. Quid igitur vetabat muliere dicente, etiam serpens me decepit, percontari ipsum, deceperit ne. Potius, quam indicta inauditaque causa execrari? Dicendum igitur, quod sensus, nec inter bona, nec inter mala censetur, cum sit medium quiddam sapienti stultoque commune, & in stulto fiat malus, sicut è contra in sapiente bonus. Merito igitur quandoquidem naturam per se malam non habet, sed vtrique parti fauens, & ad bonum, & ad deterius propenderit, non prius damnatur, quam confessus, secutum se deteriora. At serpens voluptas, suapte ingenio mala est: eam ob rem in bono, ne inuenitur quidem omnino, sed solus malus est eius particeps. Itaque iure optimo, non permisissam respondere execratur Deus, vt pote nullum semen virtutis in se habentem, sed semper & vbiq; scelestam, atque reprehensibilem.*

Idem Philo lib. de agricultura, his verbis à detractone homines auertit. *Ideo quidam è priscis prouocatus ad conuiciandi certamen. In hoc quidem, inquit, numquam descendero, in quo victor victo sit deterior. Ergo tu quisquis es, noli vniquam cum malis contendere, & primum esse in huiusmodi certaminibus: sed ante omnia si fieri potest cura, vt fugias. Quod si quando maiori vi coactus fueris in certamen descendere non te vinci pudeat. Hæc ille. Ergo qui in detractone certamine vincit, & acrius aduersarium pungit, is vincitur, & succumbit.*

Genes. 18. 20. Multis criminibus Dei iustitiam Sodomitæ lacefferunt, tandem Deus, importunis clamoribus & citatus descendit, vt oculis lustraret, an ea, quæ ab ipso deferebantur vera essent. O Deus qui omnium rerum natam habes scientiam, & antequam fiant omnia sunt conspicua, an forte opus habes à superis ad hæc infima descendere, vt quid apud mortales agatur perlustres? Sane hoc puerile esset credere: verum hoc factò nos docet, ne quem temere damnemus. Nam si ille, cuius oculis nihil latere potest, oculis haurit humanos actus antequam damnet, antequam puniat, quid non faciendum est hominibus, qui meridie cæcutiunt? Sequor hac in re authorem Rupertum lib. 6. de Trinitate cap. 4. his verbis. *Clamor Sodomorum, & Gomorrhæ multiplicatus est, & peccatum eorum aggravatum est nimis. Descendam, & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint, an non est, vt sciam, Conuerteruntque se inde & abierunt Sodomam. Quantum ad presentem locum historia, temerarium hominum prohibetur iudicium, ne facile audita credant, vel in experta iudicent, cum Dominus omnium, qui falli non potest qui, & antequam fiant omnia nouit, dicere dignatus sit, clamor Sodomorum multiplicatus est: descendam, & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me opere compleuerint.*

Præcipuit

Philo.

3. Philo.

4.

Rupert. Gen. 18. 20.

5. Præripuit Iacob benedictionem fratri suo Esau, quamobrem fratrem conlauit inuidiam, vt habes Genes. 27. 41. *Oderat ergo semper Esau Iacob, pro benedictione, qua benedixerat ei pater, dixitque in corde suo: venient ergo dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum, nunciata sunt hæc Rebecca, qua mittens, & vocans Iacob dixit ad eum: ecce Esau frater tuus minatur, vt occidat te. Cum hæc secum mente reputans Esau volnerit, nec vnquam conceptis verbis expresserit, quamlibet ratione innotescere potuit Rebecca. Rupertus lib. 7. in Genes. cap. 14. Ideo dicit hoc factum quia quædam dicuntur nemine audiente, quæ in publico dicta sunt: alia vero effertur in publicum, quæ tamen secreto dicuntur prolata. Nam ea, quæ vel vni dicuntur, sed tamen ea intentione proferuntur, vt multis innotescant, ea in publicum dicta accipe. Quæ vero dicuntur eo animo, vt nullus agnoscat, etiam si forte illa auribus plures hauserint, illa tamen secreto dicta sunt. Probat ex verbis Christi Domini, qui cum apud Iudæos causam diceret, quæstumque esset de doctrina, & discipulis eius. Respondit eis Iesus: ego palam locutus sum mundo: ego semper docui in synagoga, & in templo, quo omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus sum nihil. Multa discipulis suis secreto dixerat Christus Dominus, qua ergo ratione, nihil se secreto dixisse respondit? Nempe quia licet ad aurem susurraretur, ea tamen intentione dixerat, vt in publicum efferrent. His dictis repellitur quorundam detractorum prætextus, qui vni, aut alteri rem commendant, eo animo, vt euulgent. Nouerunt enim eorum hominum, quorum fidei secreta committunt ingenium, qui statim ac quicquam acceperint statim efferunt, & quo amplius de secreto fideliter retinendo admonentur, eo acrioribus facibus ad dicendum incenduntur. Ergo hi licet specie tenus rem secreto proferant, vere tamen, in vulgus efferunt. Nuntiata sunt (ait Rupertus) hæc Rebecca, si hæc dixit in corde suo quomodo nuntiata sunt Rebecca? Sed sciendum, quia ille quippiam dicit in corde, qui illud, quod dicit non vult audiri in publico: sicut e contrario, ille palam loqui recte dicitur, qui illud quod dicit, ubicumque dicat, in publico audiri vult. Unde Dominus, qui discipulis multa secreto dixerat, Pontifici dixit: ego palam locutus sum mundo, & in occulto locutus sum nihil.*

Rupert.

6. Incio locero Labam cum vxoribus, & filiis, vniuersaque supellectile patriam repetebat Iacob. Rachel insuper patrios Deos ex auro conflatos rapuit. Occurrit Labam, de furto apud generum conqueritur, cui ille. Genes. 31. *Quod autem furti me arguis, apud quemcumque inueneris Deos tuos, necetur coram fratribus nostris, scrutare quicquid tuorum, apud me inueneris, & aufer. Hæc dicens ignorabat, quod Rachel furata esset idola. O quam temere in nos sapie legem sancimus iniquam, o quam oportet verbis parcere, & dum rem, non bene inspectam habemus sententiam cohibere. Vide quantum dolorem attulissent marito ipsa eius verba, si aureæ imagines, apud pulcherrimam, dilectissimamque vxorem inuentæ essent? Et tu hinc disce verba compescere, nec cito in aliena facta per oburgationem exilire. Hoc ex Ruperto dixi lib. 7. de Trinitate cap. 44. Non ergo, inquit Rupertus, contra semetipsum offendit, qui tam cito protulit sententiam non tamen iniustam. Etenim si morte dignus est, qui idola colit, quanto magis, qui pro amore idolorum furtum facit.*

Rupert.

7. De detractoribus conqueritur Deus Ezech. 22. 9. *Viri detractores fuerunt in te, ad effundendum sanguinem. Vide malum, quod ex detractone frequentius*

proueniat, nempe sanguinis effusio. Neque enim raro rixæ, & discordiæ, ex detractone oriuntur. Rabbi David legit; *qui discordias seminabant.* Ergo detractores, diffidia seminant. Vt enim ea, quæ vberi glebæ commendantur, multo cum sanore proueniunt, ita etiam, si quis detractoribus innotescat, non modo aliud sibi æquale generat, sed multo cum sanore auget 70. Vbi nos *viri detractores*, legunt, *viri latrones* sunt enim detractores latrones, nam alienam famam ex oculis adoriuntur, diripiunt, furantur. Ex Hebraico vero textu, reddi optime potest. *Viri mercatura.* Optime mercatura ducta similitudine ingenium detrahentium hominum significatur. Mercatores ea extrahunt ex quibus ea prouincia abundat, & in alias deferunt regiones, vbi earum rerum penuria est. Hoc enim detractoribus euenit, vt si quid nacti fuerint, contra alium statim sine mora inferant, in eorum auditum, & in conspectum ponant, statim euulgant, disseminant, & in plebem proferunt.

Psal. 130. 2. *Si non humiliter sentiebam, sed exaltavi animam meam, sicut ablactatus est super matre sua ita retribuis, in anima mea.* Alij legunt. *Si non silere feci animam meam.* Si cum lingua in detractorem erumperet, non ei fræna iniecti. Sicut ablactatus est, &c. Duplicem sensum, efficere possunt hæc verba. Prior est, cum mens inhiat ad proferenda verba detractoria, si forte ratione compescatur, non aliter ac puer à lacte auulsus ægre fert, dolet, in lacrymas resoluitur, vix enim compesci potest, ille, qui ad detractorem incenditur, vix erumpentem sermonem exorbere potest. Posterior sensus est, cum quis aliena facta carpit, idem ei prorsus accidere solet, ac cum infans ablactatur. Cum puer solidiores cibos cogit manducare, & ab vberibus maternis auellitur, magnam parentibus lætitiâ affert. Hoc in sancto Abrahamo videre licet, qui conuiuium parauit plane regiû, cum Isaac filium suum à maternis vberibus abstraxit, omnes ergo dolantur, & epulantur, solus puer lacrymas fundit, gemit, singultus edit, & sapius ex ciborum insolentia morbum contrahit. Hoc enim in detractone accidere solet. Cum enim quis sales in proximum, & diceria conicit, & multo scommate pungit, qui ad sunt diceriorum aculeis lætantur, gaudent, in cachinos, & risum soluntur, applaudunt, dicta repetunt, versant, sophos inelamant. At ille contra quem dicta sunt, et si specie tenus libenter ferat, & per urbanitatem laudet, multo tamen dolore intrinsecus premitur, & quasi infans à lacte auulsus, conceptum dolorem vix compescere potest.

Numer. 12. 8. Aaron & Maria fratri detraxerant contra quos iratus Dominus, his verbis vsus est. *Audite sermones meos: si quis fuerit inter vos Propheta Domini in visione apparebo ei vel per somnium loquar ad illum. At non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est: ore enim ad os loquar ei, & palam, & non per ænigmata, & figuras Dominum videt. Quare ergo nun timuistis detrabere seruo meo Moysi? Iratusque contra eos, abiit: nubes quoque recessit, quæ erat super tabernaculum.* Origenes homil. 7. in Numeros. Duo notat super hæc verba. Imprimis, numquam Deum tot laudibus Moysen cumulasse, quam eo tempore, quo eius fama detraxerant fratres. Hinc docemur despiciere detractores, quia eo maxime tempore Deus facta nostra extollit quando homines illa extenuant. Illud etiam nota iuxta Origenem, abiisse nempe Deum, & in nube anolasse, quod signum est maxime irati animi aduersus detractores Aaronem, & Mariam. *Numquam*, (ait Origenes)

8. Plat.

9.

Num. 14.

Origen.

Origenes) inuenimus tantas laudes dixisse de Moysse famulo suo, quantas nunc ei dici videmus, quando ab hominibus derogatum est, videte quid sibi poena contulerint obrectatores, quid vero ei, cui obrectant, quaesierint laudis.

10. Numerorum 12. obrectationem Aaronis, & Mariæ aduersus Moysen: Maria percussa est lepra à Domino, cuius misericordia motus frater Aaron, hac ratione fratrem Moysen alloquitur Num. 12. 10. *Cumque respexisset eam Aaron, & vidisset eam perfusam lepra, ait ad Moysen, obsecro Domine ne imponas nobis hoc peccatum, quod stulte commisimus, ne fiat hac quasi mortua, & ut abortiuum, quod projicitur à vulua matris suæ.* Optime obrectatores cum abortiuo componuntur, vt enim fætus abortiuus dicitur, si ante tempus editus moriatur, ita etiam detractor est, qui ante tempus edere in lucem secreta cupit, & cum Deus statuerit iudicij diem in quo omnium hominum acta in publicum edat, isti autem hoc tempus maturare non desinunt, & ante iudicij diem in vulgus efferunt, si quid mali contra proximum suspicentur. Possunt etiam in hanc rem multa ex abortivo peti, quæ ne in longum abeam prætermitto.

11. Bernardus sermone. 1. in cæna Domini detractores cum Iuda proditore componit. Nam Iudas oculos habebat, & quicquid in dominicum vsu à piis viris, & sceminis elemosynæ loco dabatur, asseruabat. Nec vero fideliter commissâ sibi dispensabat, sed in vsu proprios deriuabat. Pari ratione detractores commissam sibi aliorum famam infideliter administrant dum denigrant, & carpunt. Tanto Iuda nocentiores, quanto bonum nomen pecuniis preferendum. *Habent loculum* (ait Bernardus) *proprie voluntatis marsupium murmurationis, de tractionis, &c.* Pulchra marsupij ad detractionem similitudo. Vt enim in crumena pecuniam recondimus, qua ad vitam necessaria cõmamus, non aliter detractores si quid nacti fuerint contra alios, quo eorum famæ possint obrectari, non præmittunt sed curiosius asserunt, quasi rem inuenerint preciosam, & maxime sibi vtilem.

12. Ambrosius dum exponit verba illa Psalmi 1. *Et in cathedra pestilentia non sedit.* adducit versum Psalmi 13. *Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.* Rem exponit ducta similitudine ad iis, qui peste laborant ex cuius contactu, congressu aut locutione facile quis morbum contrahit. Ergo oportet, vt hos multa diligentia caueamus. Adducit ibi Ambrosius versionem Aquilæ, qui legit *Clenastus*, id est, morbi pestilentes. Ergo non aliter vitandi sunt detractores, ac pestilentes morbi. Ambrosio loquenti facio. *Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.* Generaliter ergo ad omnes flagitiosos, & deinde potest etiam referri, ad irrisores bonorum, quos Aquila Clenastus dixit, quia isti vere morbi sunt, qui irridendo bonos plurimorum animis operantur errores, mentesque corrumpunt. Videtur respexisse Ambrosius verba Pauli 1. Cor. 15. 33. *Corrumpunt bonos mores colloquia praua.* Id est, detractores instar pestis, quicquid attigerint inficiunt, quapropter magna cura, & diligentia cauendi sunt.

13. Psalmi 50. Multis Dauid peccatorum veniam à Deo exegit. Imprimis in medium adducit, eius magnam misericordiam, ac tandem subdit: *Quoniam iniquitatem meam ego cognosco & peccatum meum contra me est semper.* Id est, ob hoc vnum, vel maxime peccatorum venia dignus sum, quod semper oculis, animoque meo obuersatur, peccati à me commissi dira imago. Ergo quia semper memoria tenes à te com-

missa crimina, ideo largam à Deo indulgentiam te consecuturum existimas? Vrget Gregorius in Psalmos pœnitentiales, dictionem illam, *semper.* Qua teste Gregorio, duo significat. Primum nunquam se peccati commissi memoriam abiicere, posterius nunquam se curiosius aliena facta scrutari. Qui enim à se commissâ peccata semper memoria versat nunquam aliena facta curat. Ergo illud, & peccatum meum contra me est semper, idem est, ac si dicat, mihi semper intentus aliorum vitam rimari non licuit, ob hoc dignus sum cui peccata dimittas. *Non posui* (ait Gregorius) *supra dorsum, quod feci, non intueor alios, oblitus mei. Non affecto de oculo fratris festucam eicere, & trabem, quæ in oculo meo est non considerare. Peccatum meum contra me est semper.* Respexisse videtur Gregorius, illud Matth. 7. *Hypocryta eice primum trabem de oculo tuo, & tu videbis eicere festucam de oculo fratris tui.* Quorum verborum hic est sensus iuxta Gregorium. Ille, qui nimis curiosus est erga aliena facta proculdubio propria non curat, è contra vero, vt sua quisque curare possit, oportet vt aliorum curam deponat.

14. Psalmi 61. *Precium meum cogitauerunt repellere.* Querit Ambrosius in hunc locum, quodnam sit hoc precium, quod Dauid offerebat, inimici vero eius reiecerunt? Putat autem illud esse mentis simplicitatem, qua omnia proximorum facta suspicimus, & veneramur, & nullum in eorum actis malum, aut quærimus curiose, aut suspicamur. Hęc autem mentis simplicitas precium est quo omnes virtutes, vitæque beata emitur. Hęc vnum hominem ditat, & omnium virtutum diuitiis onerat. Nonnulla, in suæ sententiæ confirmationem congerit Ambrosius. Imprimis illud Prouerb. 12. *Possessio preciosa vir mundus,* id est, ille, qui nullum malum in alienis factis suspicatur preciosissima merces est. Insuper addit verba Pauli 2. Cor. 8. 2. *Abundauit in diuitiis simplicitatis,* id est, cum simplex esset, & omnia secundum ius facta crederet aceruo spiritualium diuitiarum magnam vim addidit earundem. Ingerit alia, quæ, quia sine aculeo sunt prætermitto. Addi possunt verba Iob 1. 1. *Vir erat in terra Hus nomine Iob, & erat vir ille simplex.* Sed vide quantam virtutis copiam, ex hac simplicitate vir sanctus sibi congesserit. *Et rectus, ac timens Deum, & recedens à malo.* Et multa alia. *Precium nostrum* (ait Ambrosius) *munditia, atque simplicitas est, quia scriptum est: possessio preciosa vir mundus: nihil enim preciosius viro simplici.* Unde Apostolus pulchre: *abundauit, inquit, in diuitiis simplicitatis suæ. Quid enim simplicitate diuitius, quæ sicut bonus paterfamilias suis sibi abundat & sua puritate contenta non querit alienum, neque abscondit, sed de se ceteros fingit? Innocens enim credit omni verbo, nec se in artes varias sape commutat: sicut astutia, quæ vt sit cauta timet omnia, nec se suis consilijs credit, versans suas ipsas sententijs: simplicitas autem timere nihil nouit.* Optime simplicem cum diuite componit, detractorem vero ad pauperem refert. Nam diues suis facultatibus contentus pauperi non inuidet, non insidiatur, nec alienas sarcinulas impetit. At vero pauper aliena appetit, furatur, diuitibus inuidet.

Multis detractores insequitur Chrysostomus. In Psalmum 100. *Detrahentem secreto proximo suo hunc persequebar.* Non sufficit, non detrahere, vel detrahenti non fauere, vel repellere: sed oportet etiam hunc persequi, punire, & nullibi securum consistere pati. *Detrahentem secreto* (ait Chrysostomus) *proximo suo hunc persequebar. Doctrinam pulchram hinc discamus, nempe vt non modo nemini detrahamus, sed ne detractioni quidem aurem præbeamus.* Graue enim est

10.

Num. 12. 10.

11.

Bernard.

12.

Psalmi 13. 1.

Ambrosio.

1. Cor. 15. 33.

13.

Psalmi 50.

Gregor.

14. Psalmi 61. 5.

Prou. 12.

2. Cor. 8. 2.

Iob 1. 1.

Ambrosio.

15. Psalmi 100. 5.

Chrysost.

detractio, turbulentus daemon. Turbulentus daemon dicitur detractio à Chrysoftomo, quia licet omnes demones in turbines homines versent, & semper in malum hominem inuigilent, si tamen hos demones cum detractore componas, quasi ociosi demones sunt & desidiosi. Vnus est daemon, qui omnia conturbat, & inuertit. Nempe detractor. Addit Chrysoftomus ibidem. *Nec vnquam peccatum hominem reddens.* Sumpta metaphora, à mari inquieto, & procelloso. Quodnam mare est ita sæuum quod nunquam iras deponat, semper fluctibus tumentibus agitetur, quod nunquam quiescat? Sane nullum est, etiam si decantatos scopulos Scyllam, & Caribdim in medium adducas. Vna tantum est detractio, quæ hominum corda continuis procellis intumescere facit, nec vnquam iras deponit.

16. Idem Chrysoftomus in Psalmum 100. Appellat detractorem omnium malorum originem, & caput, quod ex primi parentis lapsu deducit, quem serpens detractio deceptit: dum cum Eua de Deo detrahentem patulis auribus suscepit. *Quodnam* (ait Chrysoftomus) *mali genus est, quod non à detractioe oriatur?* Et infra. *Hæc cum Mariam quoque sororem Moysis furore attigisset veneno suo confestam leprosam reddidit.* Et infra. *Hæc primum Adamo quoque generis nostri principi exitu causam præbuit, eumque, & vita in Paradiso, è caelestibus diuitijs orbauit. Nam cum in os serpentis intrasset, & aduersus Dei bonitatem mentiens his verbis usus esset. Quare prohibuit Deus, ne ex omni ligno, quod est in Paradiso comederetis? Mandati transgressionem inuexit.*

17. Iacobi 4. 11. *Nolite detrabere alterutrum fratres, qui detrabit fratri, aut qui iudicat fratrem suum, detrabit legem, & iudicat legem.* Quæres qua ratione detractore dicatur, quod legi detrabat, si enim hæc verba significarent, contra legem facere: hoc quidem commune esset omnibus peccatis. Quicumque enim peccat legem transgreditur, contra legem facit, & non nihil contra legem molitur. Quid ergo peculiare est, illi, qui aliena facta proscindit, ob quod legi detrabere dicatur? Sane peculiariter contra legem facit qui detrabit, nam autoritatem iudicis sibi arrogat, in ea causa in qua nullam proferat iurisdictionem. Nam cum Deus sibi reseruauerit disquisitionem de alienis factis, qui proximorum acta curiosus inuestigat, vel ea damnat proculdubio ius à Deo præripit. Quapropter ac si diuinam potestatem sibi usurpauerit, punitur. Hunc sensum aperte indicant verba Iacobi: *Qui iudicat fratrem suum, detrabit legem, & iudicat legem.* Id est, qui aliorum facta mordet, & euulgat, alienam iurisdictionem rapit, & contra ius, ius dicit. Nam alienorum factorum iudicium, in vltimum vsque diem Deus reseruauit. *Obiretandi* (ait Chrysoftomus) *finem faciamus, ne iniqui veritatis iudices simus, atque aduersus legem tanquam falsi testes inueniamur. Qui enim detrabit fratri, inquit ille, aut iudicat fratrem, detrabit legem. Si autem iudicas legem iam non es factor legis, sed iudex, vnus est autem iudex, & legislator, qui potest perdere. Cernis, carissime, quantum sit detractiois pondus, finem itaque detrabendi faciamus, ne iudicium inuehamus.*

18. Psal. 139. insequitur Dauid hoc in Psalmo obtrectatores, & maledicos num. 11. *Cadent super eos carbones in ignem, deicijs eos in miserijs non subsistent.* Id est, eos immisso cælitis igne perdes, vt quondam pessimos Sodomitas, quos immisso cælitis igne deieciisti. Subdit, *vir linguosus non dirigitur in terra.* Hæc verba exponit Chrysoftomus ibidem per figuram, quam rethores vocant correctionem, quando scilicet, ea, quæ posueramus euertimus, vt maiori vi

rem extollamus. Ac si dicat Dauid: sed quid oportet cælitis demissum ignem expectare, ipsa detractio suum perdet authorem, nec alia pœna, aut torture opus habet. Hanc vim habet illud, quod subdit: *Virum iniustum mala capient in interitu.* Sumpta nimirum metaphora à venatoribus, qui canes venaticos secum ducunt, si contra Dominum insilirent, & eum instar ferarum discerperent. Forte hinc ortum habuit fabula, de Acteone, qui dum canibus septus, syluas fatigaret, præ æstu tamen lassus, fontem petiit in quo forte Diana lauabatur. Cum vero corpus deæ licet incautum conspexisset percussus aqua à Diana & in ceruum conuersus, suis ipsis canibus præda fuit. De quo Ouidius 3. Met.

*Quas habuit sic hausit aquas, vltimumque virilem
Perfudit spar gensque comas vlticibus undis:
Addidit hæc cladis prænuntia verba futura.
Num tibi me posito visam velamine narres,
Si poteris, narrare licet: nec plura minata
Dat sparso capiti viuacis cornua cerui.*

Et infra.

*Vellet abesse quidem. Sed adestr: velleque videri,
Non etiam sentire canum fera facta suorum.
Undique circumsunt, mersisque in corpore rostris
Dilacerant falsi Dominum sub imagine cerui.*

Et detractor, ipsa detractio perdit, expendit etiam Chrysoftomus, nomen illud *linguosus*, id est, qui præ magnitudine linguam ore continere non potest, sed semper extuberat & prominet. His similes sunt obtrectatores, qui vix orationem ore continere possunt, sed semper aliena facta carpunt. Nota etiam cum Chrysoftomo verba illa, *non dirigitur in terra.* Id est, præ pudore vix se attollere poterit, sed semper curuus incedet, nec alicuius faciem suspicere audebit. Hæc omnia animo concepit Chrysoftomus, & his verbis expressit. *Vir linguosus non dirigitur in terram, postquam dixit de ira Dei, ostendit ipsum per se vitium sufficere, vt Deus perdat, qui id habet. Non est autem hoc paruum genus improbitatis, esse in his insolentem, & linguam non posse cohibere. Linguosum hic dicit hominem petulantem, nugatorem, maledicum, qui larvat assidue, qui cane nihilo melius affectus est. Dic qualis est eius fructus? Non dirigitur, inquit in terra. Alius non stabilicitur, deijcitur, peribit, hic est fructus maledici, est omnibus hostis, omnibus molestus, grauis, & acerbus. Virum iniustum mala capient in interitu: ita enim dicit sapiens, iniquitates virum venantur. Videris vsus vitium sufficere ad eum perdendum, qui id habet, sed qua de causa posuit nomen venationis? Vt videas id esse inuitabile: vt est cum iniuste te geras, non statim incidas, non statim sis bono & fidenti animo.*

Iob 19. 22. *Quare persequimini me sicut Deus, & carnibus meis saturamini.* Hoc de detractoribus, exponit Gregorius lib. 14. Mor. cap. 25. vt alicuius carnibus vesci, aut saturari idem sit, ac alicui obtrectare iuxta Hispanâ phrasim, qua aliquem carpere dicimus: *Comer, ô, cortas carne agena.* In huius rei probationem adducit illud. Prou. 23. 29. *Noli esse in conuiuijs potatorum, neque in comestationibus eorum, qui carnes ad vescendum conferunt, quia vacantes potibus, & dantes symbola consumentur.* Hi, qui carnes comedunt detractores sunt, qui alienam mordent, hi etiam potatores appellantur, qui cum semel detractioe fræna laxauerint, quasi præ mero æstuantis coronatos crateres subinde exposcunt. Hi autem nullum finem faciunt detrahendi. Item symbola conferunt, nam cum in hominum conuentus, aut circum peruenierint, astantium singuli loquenti fauent, & dictis alia denuo superaddunt, & veluti dato symbolo, omnes, qui audiunt, in similem detractioem conspirant.

conspirant. *Quare persequimini me* (ait Gregorius) *sicut Deus, & carnibus meis saturamini, qui aliena vita detractioe pascuntur alienis proculdubio carnibus saturantur. Vnde per Salomonem dicitur: noli esse in conuiuio potatorum, neque comedas cum eis, qui carnes ad vescendum conferunt. Carnes quippe ad vescendum conferre est in colloctioe derogationis vicissim proximorum vitia dicere. De quorum illic poena mox subditur: quia vacantes potubus, & dantes symbola consumentur, & vestietur pannis dormitatio. Potubus vacant, qui de opprobrio aliena vitio se inebriant, symbolum vero dare est: sicut vnusquisque solet pro parte sua cibos ad vescendum, ita in confabulatione detractioe verba conferre.*

ETHOLOGIA LXX.

Qui alienam famam carpit, seipsum laedit.

Nonnulla mala, quae ex detractioe oriuntur attingit Ecclesiasticus. Ex praecedentibus sententiis. Inter quae illud praecipuum est, quo is qui aliis detrahit ipsa sua detractioe, non parum sibi officit. Hoc enim innuit vers. 15. *Honor & gloria in sermone sensati: lingua vero impudentis subuersio est ipsius.* Id est, seipsum dilacerat, qui proximum mordet, eandem sententiam repetit vers. 16. Et nos eam nonnullis adductis testimoniis de more probemus. Psalm. 49. 20. *Sedens aduersum fratrem tuum loquebaris, & aduersum filium matris tuae ponebas scandalum.* Sed quae quae detractorem poena manet? *Existimasti inique, quod ero tui similis, arguam te, & statuum contra faciem tuam.* Tracta est similitudo ab speculo, cuius est haec natura, vt proposita rei imaginem obuertat, & inspicientem contra se ipsum statuat, & hominis similitudinem in conspectu eiusdem hominis ponat. Ergo detractio veluti speculum est, quae nos de domesticis commonet defectibus. Nonnunquam homo, aut animi crimina, aut naturae suae vitia ignorat. Cum vero alios mordet laesi vicem reddunt, & crimina obiciunt, quae forte aut eum latebant, aut alios. Authorem huius expositionis habes Bernardum Apologia ad Guilielmum Abbatem his verbis. *Arguam te, & statuum contra faciem tuam. Quod quia detractori loquitur certum est ex praecedentibus. Et quidem iuste ad se retorquendus, & compellendus est se inueni, quia vertens faciem suam a se aliena potius mala, quam sua solet curiosius praeseruari.*

Detraxit Maria fratri suo Moyse Num. 12. 10. *Et ecce Maria apparuit candens lepra, quasi nix.* Quae potest, quid commune habeat lepra cum detractioe, vt aliis omissis suppliciis, hoc praecipue Deus Mariam percusserit, cum ob alia crimina, alia, atque alia supplicia Hebraeorum populo Deus immiserit? Ea mihi occurrit. Alij morbi, & corporis aegritudines viscera depascunt, interius grassantur, at lepra foras prodit, & cutem inficit. Ergo significat detractioe lepra similem esse, quae non tantummodo praecordia inficit, velut alia crimina, & spirituales animi aegritudines, verum eundem obtretractorem publica infamia notat, & si quos habet defectus euulgat. Patronum habeo hac in re Origenem. homil. 7. in illum his verbis. *Videte, quid sibi poena contulerint obtretractores. Quid vero, ei, cui obtretractant quaesierint laudem.* Id intendit obtretractor, vt aliena peccata euulget propria celet, sed vtrumque secus accidit, nam, & proprios defectus in vulgus edit, & aliis gloriam conquirat. Quod murmurante Maria accidit, nam & ipsa lepra incanduit, & Deum laudatorem fratris asciuit.

Psalm. 40. *Inimici mei dixerunt mala mihi, quando morietur, & peribit nomen eius.* Hoc visi sunt agere Iudaei cruci affigentes Christum, vt eius memoriam omnino abolerent, at secus res accidit, nam inde longius nomen Christi diffamatum est. Vnde idem Propheta. Psalm. 44. 18. *Memores erunt nominis tui Domine in omni generatione, & generationem.* Imo vero inde Iudaei male audire ceperunt apud omnes. Huius expositionis author est Ambrosius, in versum Psalmi praedictum, qui eam fulcit verbis Cantic. 1. *Vnguentum effusum nomen tuum.* Vel vt ipse habet. *Vnguentum exinanitum est nomen tuum.* Pulchre Christi nomen gloria, & fama vnguentum exinanitum dicitur, id est, vnguentum, quod, dum inimici effundere, & perdere conari sunt maiorem ex se suauolentiam emisit. Vnguentum enim dum conclusum retinetur in vase nullum odorem emittit, dum vero vas reseratur odorem exhalat suauissimum. Non aliter nomen alicuius clarius rutilat, dum inimici illud denigrare satagunt, & veluti ignis magis magis incenditur, longiusque rutilat, cum aduersis flatibus vrgetur. Non aliter alicuius bona fama longius corulcat dum eam detractioeibus extinguere conantur inimici. *Inimici mei* (ait Ambrosius) *dixerunt mala mihi, quando morietur, & peribit nomen eius. Amencos, qui vita auctorem, mori posse credebant: sed vota eorum Ecclesia destruebat, credens, quod etiam mortuus secundum corporis conditionem, suum nomen auget. Et ideo psallebat, ei dicens. Memor ero nominis tui, in omni generatione, & generationem. Repetebat: vnguentum exinanitum est nomen tuum.*

Matth. 18. *Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, &c.* Quarit Chrysostomus hom. 59. in Matth. Quodnam genus scandali illud sit, quod tanta cura Deus arcere conatur a paruulis? Illud autem iuxta eundem, nihil aliud est, quam detractio, nec enim aliud malum est, quod tantum damnum inferat paruulis, sed quae poena hos obtretractores sequatur exponit Christus cum subdit: *expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, &c.* Quasi dicat, detractor aliis inferre nocumentum putat sua detractioe, sed virus, quod in alios euomit in se recidit, & laqueo strangulatur, quem aliis parauit. Alienam famam obtrere satagebat, sed ipse se in profundum maris iniicit. Hoc enim in molari lapide videre est, qui immissa grana permolit, & esui reddit vtilia, & tamen ipse lapis subinde atteritur. Ergo qui alienam famam comminuit instar molae se ipsum laedit. *Nam quemadmodum* (ait Chrysostomus) *qui huiusmodi paruulos propter me honorant caelum possidebunt, inquit, imo vero caelo ipso maius, aliquid atque praestantius, sic, & qui despiciunt, atque vituperant. Hoc enim sic de scandalizare significat maximo plectuntur supplicio. Nec mireris si scandali vocabulo vituperationem contra malitiam intellexit, vt cum multi propter pusillanimitatem, non parum contempti, vituperatique sunt scandalizantur.*

Psalm. 26. 12. *Ne tradideris me in animas tribulantium me.* Quibus verbis, si fides Augustino ibidem haec sententia subest. Ne me similem inimicis meis mihi oblatrantibus reddas. Itaque non petit Dauid, vt ab inimicis liberetur, & ab eorum linguis immunis feruetur, sed ne illis similis fiat. Huius reddit rationem cum subdit. *Quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi.* Id est, dum inimici me linguis suis impetuerunt plus sibi quam mihi nocuerunt: quamobrem no peto, vt ab eorum obtretractationibus liberer,

3. Psal. 40. 6.

Psal. 44. 18.

Cant. 1. 2.

Ambros.

4. Matth. 18. 6.

Chrysoft.

5. Psal. 26. 12.

Gregor.

Psal. 49. 20.

Bernard.

2. Num. 12. 10.

Origen.

sed ne ipsis similis efficiat, & ne eos carpendo parrem vicem reddam, plus enim mihi mali afferet, quam si eorum murmurationes sustineam. *Surrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi, sibi, non mihi, sibi semper mentiatur, mihi non mentiatur, si tradideris me in animas tribulantium me, id est, si consenserint voluntati eorum, iam non sibi mentita est iniquitas, sed mihi.* Hæc ille.

6. *Psal. 63. 3.* *Sagitta paruulorum facta sunt plaga eorum, & infirmata sunt contra eos lingua eorum.* Hebraice: sagittæ repentinæ. Hunc locum quidam actiue, quidam vero passiuè interpretantur. Actiue hunc sensum habent verba. Plagæ, quas murmuratores, suis linguis inferunt nullius momenti sunt, neque vulnus infligunt. Sed inftar puerorum sunt, qui præ imbecillitate contorquere tela non valent, nec vulnus efficiunt. Melius tamen verba passiuè accipiuntur, & hunc sensum efficiunt. *Sagitta paruulorum facta sunt plaga eorum, &c.* Id est, quæ in alios mittebant, in ipsos recidebant obtrectatores, quod non raro pueris euenire solet, dum nec valent, nec sciunt tela iaculati, fauet huic expositioni quod sequitur. *Et infirmata sunt contra eos lingua eorum.* Id est, se ipsos, suis iaculis percusserunt, & mala quæ aliis inferre moliebantur in authores Deus retulit.

7. *Prou. 10. 6.* *Benedictio super caput iusti: os autem impiorum operit iniquitas.* Quorum verborum hic est sensus. Qui bene loquitur, nec aliena facta carpit, multam inde capit utilitatem, omnésque ei fausta precabuntur. Alij vero habent posteriorem partem sententiæ hæc ratione. *Os impiorum operit iniquitatem.* Id est, impius ore suo mala in alios iaculatur. Hæc vero iacula non eum vulnerant in quem mittuntur, sed in ipsos suos recidunt authores. Eadem sententiam habent verba illa *Prou. 16. 17.* *Vir impius fodit malum, & in labijs eius ignis ardebit.* Id est, impius multo labore in alios mala meditat, & multo studio probra iaculatur, at vero hæc mala sibi parat, & ignem incendit, quo ipse exuratur.

VERS. 18. Iustifica pusillum, & magnum similiter.

1. Quasi dicat, lauda pariter summos, medios, & infimos, cum laudem scilicet merentur. Et ne sis

sicut bilinguis, qui eadem in infimis damnat, quæ in potentioribus probat. Vel vt fufurro, qui euulgat, quæcumque in proximo siue dicta, siue facta reprehensione digna sunt. Iustifica pusillum, & magnum similiter, id est, lauda omnes, ac neminem vituperata. Itaque, aut laudanda tibi sunt aliorum facta, aut de illis omnino tacendum.

Iustifica, &c. Eadem, aut carpe, aut lauda iuxta rerum meritum non pro dignitate personarum. Vel omnes lauda, aut silentio obuolue aliorum facta, si quid laude dignum gesserint, verbis extolle, sin minus de illis neque verbum loquaris. Si vero nomina illa, pusillum, & magnum in neutra terminatione sumantur, alium efficiunt sensum Græcis codicibus satis coherentem. Ne aliquid Dei præceptum, tamquam paruum sit, contempnas, sed omnia venerare, ac imple, fauet Tigurina, quæ ita legit. *Sine parum, siue magnum, ne quid imperite committas.* Alij vero hac ratione exponunt. Ne cuiusquam personam, in iudicando accipias, siue ex summis viris ille sit, siue ex plebe, quod sæpe in lege iudicibus inculcatur. Lyra ad doctrinam refert hoc modo. *Iustifica pusillum, & magnum. Non declinando à veritate doctrina propter varium statum hominum, & fortunam, quia veritas est stabilis, nec sequitur fortuna variabilitatem.* Græca longe aliter sententiam hanc retulerunt. *In magno, & in paruo, ne ignores, ne vnum quidem.* Id est, omnia, quæ Deus præcepit, siue parua illa sint, siue magna, mente pertractata cura cognoscere, & perficere. Quam expositionem, hac ratione superioribus verbis aptant, qui Græcis codicibus plus æquo credunt, cum detractionis vitium longe furtum superare dixerit, ne quis ob hoc parui faciat furto se inuoluere, quasi paruum hoc sit crimen, addit omnium criminum habendam esse rationem, siue parua illa sint, siue magna, melius tamen, vulgati sententia ad superiora aptatur. Nimirum bilinguem damnauerat, qui eadem in principibus quidem viris laudat, & in gregariis vituperat, ait statim nullam habendam esse curam personarum, sed factorum. His verbis, *iustifica, &c.*

Iustifica pusillum, & magnum similiter. Nonnulli ab hac sententia initium capituli sexti auspicantur, & hanc sententiam cum illa coniungunt. *Noli fieri pro amico inimicus, &c.*

ECCLESIASTICI

CAPVT SEXTVM.

VERS. 1. Noli fieri pro amico inimicus proximo; improprium enim, & contumeliam malus hæreditabit, & omnis peccator inuidus, & bilinguis.

1. **N**SECTATUR adhuc bilinguem, hoc est eum, qui coram laudat, in absentia vero vituperat. Ergo ait. *Noli fieri pro amico inimicus.* Quasi dicat, caue, ne cum proximo amicus esse debeas, eum laudando, defendendoque, tu ex aduerso inimici partem agas, eius facta denigrando, carpendo, accusando, vituperando. *Improprium enim, & ignominiam malus hæreditabit.* Id est, improprium, & contumeliam, qui id egerit, tanquam

hæreditatem possidebit. *Et omnis peccator inuidus, & bilinguis.* Et omnis, qui hac ratione peccat est sine dubio inuidus, & bilinguis: sine liuore enim, & vitio duplicitatis tale facinus committi non potest.

Noli fieri pro amico inimicus. Græcis est. *Et pro amico ne fias inimicus.* Ergo cum hanc sententiam ab illa coniunctione auspicentur, coniungendam putant nonnulli, cum vltimo versu præcedentis capituli, & illum ad initium præsentis asciscunt. Quasi vero insolens esset in sacra Scriptura, vt rei alicuius tractatio in coniunctione initium capiat, hoc sane ex ignoratione Hebraici idiomatis accidit, in quo sæpe coniunctio ad ornatum titulum orationis assumitur, non sententias coniungit, & sanè, si cum præcedenti versu adiungatur nullum commodum sensum habere potest.

potest Paulus de Palacio: ne initam amicitiam intermittas, & amoris tesseram soluas. Hunc autem similis poena manet, ac detractorem, cum saepe amicitiae ex obrectatione soluantur. Hic autem qui amoris faedus rumpit contumeliam haereditabit, scilicet in inferno, nam hoc vitium a daemonebus ei improperebitur. Dionysius Carthusianus hac ratione exponit de eadem sententia: ne vt vni placeas, alij displiceas, vt huius amicitiam captes apud alium offendas. Idem: ne quia amicus tuus, cum alio inimicitias gerit, tu quoque eandem aleam subeas, eundemque oderis, sed cum omnibus amicitiam habeto. Vel ne inimici aut consanguinei lasi iniuriae propulsandae tibi curam assumes. Hugo Cardinalis: *Noli fieri pro amico tuo carnali, verbi gratia, pro parentibus carnalibus, qui amici sunt tantum passim inimicus proximo. Id est, Christo, sicut multi prelati, qui in Ecclesia Christi nepotulos suos, non solum instituunt, sed praeficiunt. Contra quos dicitur. Habacuch 2. ve qui aedificant Sion in sanguinibus.*

Improprium, & ignominiam malus haereditabit. Dionysius Carthusianus. *Omnis iniustus, nisi peniteat, aeternam reprobationem, & condemnationem accipit.* Hugo: *haereditabit, id est, firmiter possidebit, vel haereditabit, id est, sequacibus suis, quasi haereditatem relinquet.*

Inuidus. Haec dictio in Graecis codicibus non est, coniungitur autem duplicitati cordis, qui hanc fere semper comitatur, & ab illa ortum ducit: saepe enim ob inuidiam, aliena facta carpuntur. Alium sensum efficit Tigurina, quae hac ratione transtulit. *Ne inimicus euadas ex amico. Nomen enim malum nanciscetur talis, & ignominiam, & opprobrium, perinde vt scelerosus bilinguis laborabit infamia.* Id est, qui ex amico fit inimicus odio omnibus erit, perinde, ac bilinguis, aut detractor. Dionysius Carthusianus: *Et omnis peccator, inuidus, & bilinguis. Id est, inuidia, atque bilinguitas sunt peccata ista enormia, quod inuidus, & bilinguis, possunt per aequivalentiam quandam dici omnis peccator, seu cunctis vitis plena. Sen omnis, id est, plenus, & confirmatus peccator: iuxta quem sensum ita legitur: Omnis plaga tristitia cordis: & omnis nequitia, nequitia mulieris. Potest etiam sic accipi, quod omnis, cui immortalis est culpa communiter aliquid de inuidia bilinguitateque habet.*

Non te extollas in cogitatione animae tuae, vel vt taurus: ne forte elidatur virtus tua per stultitiam.

Et folia tua comedat, & fructus tuos perdat, & relinquareis velut lignum aridum in eremo.

Ne te extollas in cogitatione animae tuae, velut taurus. Quasi dicat, ne sis superbus, & te magnū apud animum tuum reputes, vel vt taurus superbissimus, & indomitus. *Ne forte elidatur virtus tua per stultitiam.* Ne forte robor tuum, de quo maxime gloriaris, & quo posses, si humilis esses, opera admiranda praestare, per stultitiam, quae ex superbia provenit, vigorem, & efficaciam amittat. *Et folia tua comedat.* Et nominis celebritatem corrumpat ipsa superbia. *Et fructus tuos perdat.* Et fructus eatenus, vel consilij, vel doctrinae editos atterat. *Et relinquareis, velut lignum aridū in eremo.* Et relinquareis velut arbor, in desertis locis, quae honore foliorum spoliata est & virtute caret ad fructificandum.

Graeca exemplaria similitudinem illam de tauro, ad posterius hemistichium referunt hac ratione. *Ne extollas teipsum in consilio animae tuae: ne velut taurus*

diripiatur anima tua. Id est, ne alios despiciendo tua prudentia, & sapientia nixus, te extollas. Sic enim efficietur, animus tuus similis tauro, qui suo impetu, & vi quouis feratur, vel ne super alios extollaris, ne tibi, id contingat, quod tauro, qui in publico circo agitur, eo quod multa vi praeditus sit. Ideo enim frequentius tauri, quam alia animalia in publicis spectaculis populo dantur, quia maiori vi, & ira ardent. Ergo id etiam euenit, superbis hominibus aduersus quos naturae ductu omnes insurgunt. Prouocat enim superbia omnium animos. Huic expositioni fauet Tigurina quae hac ratione integrum locū transfert. *Ne te extollas in cogitatione tua velut taurus, ne forte elidatur virtus tua, per stultitiam.* Id est, ne te extollas, ne tibi idem, quod tauro contingat, qui in circo frequenter agitur, eo quod superbia, & feritate reliqua superet animantia.

Ne te extollas in cogitatione animae tuae velut taurus. Id est, ne velut taurus indomitus superbias. Est enim taurus, tam apud sacros, quam apud profanos superbiae symbolum, & hominis effrenis, solennis est Maronis locus 12. Aeneidos.

*Ac veluti ingenti sylua, summoque taburno
Cum duo conuersis inimica in praelia tauri
Frontibus incurrunt pauidi cessere magistri.
Stat pecus omne metu mutuan, mussantque iuuenca
Quis pecori imperitet, quem tota armenta sequantur.
Illi inter se se multa vi vulnera miscerent.
Cornuaque obnixi insigunt; & sanguine largo
Colla armosque lauant. Gemitu nemus omne remugit.*

Et Ouidius 9. Met.

Non aliter vidi fortes concurrere tauros.

Ex sacris vero vnum pro multis sufficiat illud ex Pf. 67. 31. *inrepa feras arundinis congregatio taurorum in vaccis populorum, vt excludant eos, qui probati sunt argento.* Nam, vt bene Theodoretus Iudaeos hic Dauid appellat tauros ob superbiam. Eodem sensu Psal. 21. *Tauri pingues obsederunt me.* Dionysius Carthusianus hac ratione exponit. *Ne te extollas, &c.* Id est, ne te extollendo, alios impetas, velut taurus. Est enim superbiae affinis ira & crudelitas iuxta illud Eliphaz Iob 15. 12. *Quid te eleuat cor tuum, & quasi magna cogitans attonitos habes oculos? Quid timent contra Deum spiritus tuus, vt proferas de ore tuo huiusmodi sermones?*

In cogitatione animae tuae. Id est, ne te apud animum tuum magnum reputes. Alij in cogitationem. Merito qui se sapientem, aut magnum reputat, insipientis, & prauus efficitur. Rom. 1. *Dicentes se esse sapientes stulti facti sunt.*

Et elidatur virtus tua per stultitiam. Et amittas per superbiam virtutem, qua posses plane admiranda praestare. Merito enim Deus homines superbos, & arrogantes in stultitiam labi finit, qua earum sapientia, ob quam maxime efferuntur, vana, & inutilis ostenditur. Lyra: *Virtus tua sublimitas ingenij tui.*

Et folia tua comedat. Nos exposuimus gloriam, & plausum, quem superbi requirebant alios despiciendo. Itaque saepius dum superbi popularem auram captantes, alios irrident, quem a populo honorem prensabant, perdunt. Saepius enim plausus, & honor popularis, cum folijs arborum componitur. Haec est communis expositio illius vers. Psalm. 1. *Et folium eius non defluit.* Similia habes apud Ezechielem 47. 12. *Non defluet folium ex eo.* Poreft etiam ad reliqua omnia hominis ornamenta extendi, haec sunt, honor, gloria, opes, amici, &c. His enim omnibus homo, non aliter quam arbor folijs ornatur, quae omnia decutit superbia.

Et fructus suos perdat. Id est est, opera, quæ pulcherrima edere posset, fructus enim pro operibus frequenter sumitur illud autem aduertendū, nempe suppositum illorum verborum comedat, & perdat, non esse, vt quidam putant, nomen stultitia, sed illud cogitatio tua, id est, superbia, ex qua ipsa stultitia oritur. Quod ex Græcis codicibus patet, in quibus desideratur nomen stultitia.

8. *Et relinquaris, velut lignum aridum in eremo.* Lignū latinis idem est, ac arbor scissa, siue viridis sit siue arida. Dicitur autem lignum à legendo, vel à colligendo, quia scissæ arbores ad ignem colliguntur, aliquando tamen pro firma, & radicata arbore sumitur. Georg. 2.

Quid tibi odorato referam sudantia ligno Balsama?

Hic pro euulsa arbore, & scissa sumit author. Frequens autem est ea metaphora de arbore viridi, aut arida, qua significamus multis bonis ornatos homines, vel illis destitutos, simili locutione vsus est Baptista Matth. 3. 10. *Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur.* Retulisse sermonem videtur author ad illud Danielis 4. De supplicio Regis Babylonis: *Succidite arborem, & praeidite ramos eius: excutite folia eius, & dispergite fructus eius.* Nonnulli putant adhuc persistere authorem in similitudine tauri de qua versu præcedenti. Quem admodum in syluis tauri depascuntur obuias arbores, eas simul foliis, fructibusque nudantes: ita elatio, & superbia hominum famam, & præclara facta depascit, & penitus absunt. *In eremo.* Paulus de Palacio, id est, desertus relinquaris, nec sit, qui mederi possit, nec qui lignum aridum, & siccum dolare valeat. Dionysius. *In solitudine:* carens opibus fructuosiss, roreque gratiæ, & aqua sapientiæ salutaris. Iuxta illud Ieremiæ 17. *Erit quasi myrica in deserto.* Hugo. *In eremo,* id est, inter steriles actiones malorum.

Mar. 3. 10.

Palacio.

Dionys.

Ierem. 17.
Hugo.

VERS. 4.

Anima enim nequam disperdet, qui se habet, & in gaudium inimicis dat illum, & deducet in sortem impiorum.

1. Reddit causam eius, quod in superiori versu dixerat. *Anima enim nequam disperdet, qui se habet.* Id est, anima superba, quæ donis à Deo sibi concessis, vt taurus extollitur, euertit hominem, qui se habet, id est, cuius ipsa anima est. *Et in gaudium inimicis dat illum.* Et in bello inferiorem reddit inimicis, & facit vt inimici victoriam de illo reportent. *Et deducit in sortem impiorum.* Et iniquos reddit. Hoc enim est, deducere in sortem impiorum, illos impios efficere.

2. *Anima enim nequam disperdet qui se habet.* Id est, animus superbus, de hoc enim egerat versu superiori, quem nunc iniquum vocat, disperdet, supple eum, qui se habet, Dionysius: *nequam.* Versuta, & vitiosa. *Disperdet.* Dionysius, id est, multipliciter perdet. Hugo: *Anima enim nequam,* id est, anima superbi, quia ab eo qui est separatus est. Itaque, qui elatus est non dicitur superbus, sed anima superbi, quasi superbus non subsistet, quia à Deo, qui essendi est principium, separatus est, vel quia nequitia omnis ab anima est. Disperdet eum, qui se habet. Hugo: id est, *possessorem suum, vel custodem suum.* Lyra: anima nequam, quæ scienter impugnat æquitatem. Vel totum se spiritum putat.

Dionys.
Hugo.

3. *Et in gaudium inimicis dat illum.* Græca: & gaudium vel derisum facit eum vitata Scripturæ phrasī. Facit eum ab inimicis superare. Iuxta illud: *Decidam merito ab inimicis meis inanis.* Dionysius: in gaudium inimici, id est, diaboli tradit eum. Hugo: *Et in*

Dionys.
Hugo.

gaudium inimicis dat illum, id est, diaboli, non quod diabolus gaudeat nunquam, sed dicitur in gaudium; quia in hoc impletur desiderium eius: vel gaudium pro irrisione ponit. Sicut enim simia deridentur a prætereuntibus, cum in alto ponuntur, sic superba, quæ sunt simia demonum, sicut dicitur Habacub 1. ipse de regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt. Et Gregorius: tanto magis demones nos derident, quanto magis nos obedientes sibi viderint. Ergo superbus dum multum sibi fidit ab eis, qui supercilium hominis intuentur deridetur velut simia a prætereuntibus, & in gaudium inimicis dat illum. Lyra: *diabolus enim magis gaudet, de subuersione hominis literati, quam simplicis.*

Lyra.

4.

Et deducet in sortem impiorum. Hanc partem Græca non habent. Significat autem iuxta alios: & supplicis, quæ impiis hominibus parata sunt obnoxium reddit. Nos magis iuxta phrasim scripturæ, inter quos cõnumerare facit. Dionysius & deducet in sortem, id est, in partem, & societatem impiorū, quia nunc inter membra diaboli computantur, deinde in inferno, erit portio eius. Hugo Cardinal. *Et deducet in sortem impiorum, id est, in æternam damnationem, quam sortiti sunt sibi partem.* Sapientia 2. *Hæc est pars nostra, & hæc est fors nostra, sicut æterna gloria dicitur fors bonorum, de qua Psalmus in manibus tuis sortes meæ. Vtraque dicitur fors, quædam admodum sortes sine personarum acceptione dantur ei, qui dignus est hoc, vel illo.*

Dionys.

Hugo.
Sapa.

ETHOLOGIA LXXI.

Quæ mala ex superbia oriuntur.

VERSUS 2. 3. & 4. nos contra superbiam armant, quam sententiam nos de more sumemus Lucæ 7. ad prandium vocatus Christus à pharisæo lachrymis madens, mulier peccatrix in conuiuio irruit madefactos pedes Christi capillis tergit. Subit pharisæicum animus de Christo opinio non bona. *Hic si esset Propheta sciret utique, quæ, & qualis est mulier, quæ tergit eum, quia peccatrix est.* Certe supercilio tumens pharisæus Dominum despexit, quod se à peccatrice muliere contrectari permitteret, quasi ob hoc, aliquid de sanctitate perderet. Ergo aderant coram Domino duo ægroti, mulier scilicet prostituta, & abiecta pudicitia infamis: aderat etiam pharisæus superbia inflatus. At Dominus neglecto morbo, quo insciebatur mulier, pharisæi superbiæ occurrit, & eum apta paræmia fastum iubet deponere. Vide quantum malum sit superbia, in quantum periculum hominem inducat, quam statim Dominus curat tot posthabitis in famina criminibus. Vt enim medicus cui duo infirmi occurrunt, quorum alter periculose decumbit, alter vero leui morbo afflicta- tur, prius illi medelam adhibet, qui in maiori discrimine versatur; ita prorsus Christus Dominus longe maius malum superbiam reputans, illi prius adhibet medicamenta. Hoc ex Petro Chrysolologo desumpti sermone 49. his verbis. *Mulier habebat vulnus, sciebat illud, & ideo taliter tanti vulneris medicum perquirebat. Pharisæus perfidia morbo saucius, superbia flamma feruens, per frenesim, se nesciebat insanum. Hinc est, quod Christus illuc primum curam vertit, ubi ignota sauebat infirmitas.*

Lucæ 7.

Petr. Chry.

Genesis 3. 23. *Et emisit eum Dominus de paradiso voluptatis, &c.* Et collocavit ante paradysum voluptatis Cherubin, &c. Desipuit Adamus typhone superbiæ inflatus, atque distentus diuinitatem affectauit. Hoc crimen Deus exilio punit, eiecitque hominem de paradiso, & Cherubini curæ commisit, vt exulem ab

2.

Gen. 3. 23.

ab horto arceret, gladiumque illi obiecit, quo imposito munere prætarect, non qualemcunque, sed flammæ. Hoc enim instrumento superbiæ vulnus curandum erat. Nam vt habet Origenes homil. 5. in Ezechielem, quædam mala tam altas radices egerunt, vt nisi iniecto igne, uelli non possint, talis est, quem medici vocant vlcerosum cancrum, qui nisi igne extirpetur subinde serpit, vitamque absumit, alia vulnera mitiori remedio sanantur, ergo tantum malum est superbia, vt nisi ignem adhibeas, penitusque eradices, serpit, graffatur, omnem virtutem absumit, in huius rei confirmationem infert Origenes ibidem verba Christi Domini qui Matth. 10. ait. *Non veni pacem mittere, sed gladium.* Et Lucæ 12. *Ignem veni mittere in terram.* En tibi bonus medicus, & animatum chirurgus Christus duplici armatur instrumento, ferro scilicet, & igne. Quidam sunt tumores, quos satis est ferro præscindere, & saniem extrahere, alia vero sunt, quæ nisi igne curari non possunt. *Et istud* (ait Origenes) *Ignem rompheam, & Cherubim custodire viam ligni vitæ, & quomodo si gladius acutus, & candens inferatur in corpus, duplicem tribuit cruciatum, adustionis, & cadis. Sic & romphea, que ad custodiam paradisi statuta memoratur duplicia inferi tormenta, dum adurit, & diuidit, vt autem necessarium aliquid ex quibus Deus sensum nostrum illuminat in loco præfenti interponamus, accipe exemplum. Aiunt studiosi medicinalis discipline, ad quasdam corporis curaciones necessarium esse non solum sectionem ferri, verum etiam adustionem. Nam ad eos qui canceris veterno computrescunt, candentem siue nouacula laminam, siue quodcumque acutissimi ferri genus adhibent. Ut per ignem radices canceris euellantur, per scissionem vero putrida caro truncetur, & via pateat medicaminibus iniiciendis. Quis putas nostrum canceris habet simile, vt ei non sufficiat, aut simplex acumen ferri, aut sola ignis adustio, sed utraque adhibeatur, quo uratur, & secetur? Audi Salvatorem rationem, ignis, & ferri in duobus locis significantem: in alio loco, ait, non veni pacem mittere super terram, sed gladium: in alio vero, ignem veni mittere super terram: igitur defert utrumque Saluator gladium, & ignem, & baptizat, quæ non potuerunt Spiritus sancti purificatione purgari.*

Origenes homilia 9. in Ezech. causam quærit ob quam amicus Dei Dauid in adulterij & homicidij crimen dimissus est ruere, cum tamen prius immaculatam vitam egerit, & omni crimine mundam: Ad fastum, & superbiam, quo quandoque tumuit regis lapsum reducit hic author, id sibi deducere videtur ex Pfalm. 16. *Exaudi Domine iustitiam meam, intende deprecationi meæ. Auribus percipe orationem meam, non in labijs dolosis.* Ergo quia superbe sibi virtutem & superbiam arrogauerat, in tantorum criminum barathrum permittus est ruere. Bono autem ipsius factum est, nam facilius ex homicidio, & adulterio, quis surgit, etiam si grauissima sint crimina, quam ex elatione. *Exhibeo* (inquit Origenes) *ad probationem præfentis sententiæ historiam Dauid in qua prescribitur in Vriam actum commississe peccatum ante Vriam nullum delictum reperitur in Dauid. Beatus homo erat, & sine quærela in conspectu Dei, quia vero conscius sibi vitæ immaculatæ locutus est, quod non debuerat, dicens: exaudi Domine iustitiam meam: intende deprecationi meæ auribus percipe orationem meam, non in labijs dolosis, &c. Hæc dixit, quæ visitatio Dei propter conscientiam, & vitæ beatitudinem eidem præfentaretur, tentatus est, & nudatus auxilio, vt videret, quid humana posset infirmis: recedente quippe auxilio Dei, ille castissimus, ille admirabilis pudicitia: qui audierat, si mundi sunt pueri maxime a muliere, & acce-*

perat Eucharistiam, quasi mundus non posset perseuerare, sed in eo repertus est crimine, in quo sibi, quasi continens applaudebat.

Lucæ 11. 47. *Va vobis, qui adificatis monumenta Prophetarum, &c.* Mirum sanè, quod rem tam piam, & religiosam per probrum Christus illis obiciat. Huius dubij solutionem videor mihi venari ex Matth. 23. 29. qui de eadem re hæc verba infert. *Va vobis scribae, & Pharisei, hypocrite, qui adificatis sepulchra Prophetarum, & ornatis monumenta iustorum, & dicitis: si fuissetis in diebus patrum nostrorum, non essemus socij, eorum in sanguine Prophetarum.* En tibi causam ob quam Prophetatum monumenta ornabant Iudæi, nempe, vt seipso parentibus anteferrent. Ac si dicerent: videte quanta pietate & religione auos, & atavos nostros superamus, nam illi, tam impij in Deum extiterunt, vt ad eos missos nuncios male acceperint, variisque suppliciis affectos occiderint. Nos vero tam pij erga eundem sumus, vt eorum exuuias religiose colamus, & ab humili, abiectoque loco in sublimem transferamus preciosisque lapidibus, muneribusque ornemus. Sane ob cultum Sanctorum, eorum funera ditare valde pium, & religiosum est, verum hoc præstare ob factum, & arrogantiam impium est omnino. Vnde subdit Matth. *Itaque testimonio estis, quia filij estis eorum, qui Prophetas occiderunt. Et vos implere mensuram patrum vestrorum.* Superbos homines, & Prophetarum carniciferos coniungit Christus, quasi simili crimine fædentur. Imo vero nescio quid maius, verba illa sonant. *Et vos implete mensuram patrum vestrorum. Quasi superbi filij crudelium parentum impiis criminibus complementum coronidemque superimponant.* Huius expositionis patronum adhibeo Origenem. In verba Matth. *Viam fuge* (ait Origenes) *à iudicio Gehennæ vosmetipsos claudentes propter magnitudinem facinorum, quæ commisistis in Christum, & in sapientes eius, & in Prophetas, & in scribas ipsius. Adhuc ausi estis à societate patrum vestrorum distinguere vos, & excusare à sanguine Prophetarum.*

Pfalm. 35. 12. *Non veniat mihi pes superbia, & manus peccatoris non moueat me.* Qui vno tantum pede consistit vix se tenere potest, nulloque negotio propellitur, & ad solum adigitur. Vnde subdit. *Et manus peccatoris non moueat me.* Vno pede fulcitur superbus, nam facile in omne genus peccati ruit, vixque se tenere potest.

Ambrosius lib. de Elia, & ieiunio, cap. 4. per irrisionem exponit verba illa Dei ad Adamum Gen. 3. 22. *Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est.* Ac si dicat, desipuisti Adam, qui per superbiam ascensum tibi ad immortalitatem quæsiuisti, & diuinitatem, satius tibi per humilitatem ascensus pateret. Nam humilitas homines euehit, superbia vero deprimit. *Et dixit Deus* (ait Ambrosius) *ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis, & videns utique Deus, non approbans dicit, hoc est, putabas te similem fore nostri, qui voluisti esse quod non es, desisti esse, quod eras: itaque dum supra te affectus, infra te esse cepisti.*

Ambrosius in Pfalm. 21. Magnam nobis curam agendum esse docet, ne superbiæ crimen irrepat. Hac ratione exponit verba Pfalm. 35. 12. *Non veniat mihi pes superbia; & manus peccatoris non moueat me.* Ducta similitudine versus intellige, ab iis qui tota animi consideratione, vt malum aliquod sibi imminens, aut subterfugiant, aut auertant. Hi quidem aures arrigunt, & oculos huc atque illuc, subinde circumagunt, vt malum quod suspicantur præfentire possint, quod descripsit Poëta illo carmine.

4. Lucæ 11. 47.

Matt. 23. 20.

Origen.

5: Pfal. 35. 12.

6. Genes 3. 22.

Ambros.

7. Pfal. 35. 12.

Matt. 10. 34.
Lucæ 11. 49.

Origen.

Pfalm. 16. 1.

Fallor an arma sonant, fallor non arma sonabant.

Ergo sicut speculator ex sublimi loco omnia longe, lateque despectat, ut hostes despiciat. Non aliter ego, ait David irruentem superbiam extimesco, & ne irrepat omnia circumspicio, & acutis auribus strepitum pedis eius obseruo. Magna mihi pernicietas ex illa imminet, quapropter nihil non facio, ut aduentantem propellam, expende etiam illud *pes superbia*. Ut enim ille qui imparatum inimicum inuenire desiderat sensim dilabatur, nec pedem mouere audet, ne rumorem excitet, nec vtrumque pedem simul effert, sed alterum: ita etiam superbia nos aggreditur nihil minus cogitantes, & sensim allabitur, quapropter magna cautela agendum est. *Ne nobis* (ait Ambrosius) *peccatorum, velut hostium incursum obrepat, & capiat dormientes, ideo vigilandum est super castra Domini, munienda sunt, quia nocte aduenit inimicus, & aduersarius, quando somno sensus tenetur, cibo corpus distenditur.* Et infra. *Non veniat mihi pes superbia, id est, ne in superbiam incidam. Denique, & alibi meminit sui dicens, neque ambulavi in magnis, ibi orauit, hic impleuit.* Hæc vltima verba citat Ambrosius ex Psalm. 130. 1. *Neque ambulavi in magnis, &c.* Vbi gaudet Propheta quod se immunem, ab omni superbia nouerit. Hoc autem factum dicit Ambrosius, quia multa cautela erga superbiam egit, & se ab ea liberari petierit, illis verbis. *Non veniat mihi pes superbia, &c.* Nisi enim multa cautela, & fulis precibus elationem excutias, de ea proculdubio triumphum agere non valebis.

8. Psalm. 35. 12. *Non veniat mihi pes superbia.* Ut supra dicebamus, nomen illud pes in singulari positum, quam sit lapsus proximus superbus ostendit, ut pote, qui vno tantum pede consistat. Ergo omnis superbus de lapsu admonetur, maius enim periculum superbis ex lapsu quam aliis peccatoribus imminet. Quia eo lapsus magis est periculosus, quo quis ex edito magis loco decidit, eadem prorsus ratione, quo quis magis per superbiam adigitur, eo, & lapsus facilius, & periculum grauius imminet. Nullus periculosius hominum decidit, quam Adamus, quia nullus altius excidit nempe vsque ad appetendam diuinitatem. Huic similis est dæmon, qui eandem cum Deo æqualitatem affectauit, quorum vterque in infimum miseriarum barathrum detrusus est. Ergo inter omnes peccatores vnus superbus de lapsu admonetur, quia illi multo aliis periculosior. Hoc ex Ambrosio dixerim ex Psalm. 21. his verbis. *Cauenda superbia, quæ etiam in prosperis supplantat: denique grauius Adam in paradiso cecidit, quam si cecidisset in terram. De altissimis cadere precipitium est, in planis lapsus vocatur.*

9. Psalm. 35. 12. *Non veniat mihi pes superbia.* Ex omnibus corporis humani membris, vnum tantum, & illum omnium infimum nempe pes, superbia afficitur, quo illos atterat, qui ipsam colunt. Putat superbus ad summum fastigiū per elationem, & supercilium se peruenturum, sed longe eum sua fallit opinio, cum potius se cunctorum pedibus obiiciat conculcandum. Nemo sibi per arrogantiam ascensum paret, quia hæc potius demittit, quam erigit. Hoc item cum Ambrosio noto in Psalm. 21. loquentem audi. *Ideo pes erat superbia quia caput non tenet, oculi enim sapientis in capite eius, non mirum ergo si errat vestigiū, si oculus non habetur, præcedat oculus, ut pes sequatur.*

10. *Non veniat mihi pes superbia.* Psalm. 35. 12. Vide qua ratione Propheta superbiam depingat vtroque lumine orbam, vnum tantum ei pedem præfigens. Humilis sane oculatus incedit, ut quondam de pa-

store centoculo mentiti sunt poëta, & Ezechiel similia animalia depinxit cap. 1. Ergo humilis pericula despicit, & contra ea se munit, at superbus oculis non habet, pedes tantummodo exerit, ideo necesse est cadere, qui inspicere non potest, qua gressus dirigat. Vnde Eccles. 2. 14. *Oculi sapientis in capite eius.* Sapientis, id est, humilis luminibus præditus est, quibus pedes dirigat, at vero superbus, oculis orbatus incedit, vel forte dicitur, superbus cæcus, quia per offusas tenebras, & densam caliginem semper incedit. At vero humilitas instar est clarissimæ lucis. Hæc meditatus est Ambrosius in Psalm. 21. & depromptit his verbis. *Ideo pes erat superbia, quia caput non tenet. Oculi enim sapientis in capite eius, non mirum ergo si errat vestigiū, ubi oculus non habetur. Præcedat oculus, ut pes sequatur. Quomodo in tenebris viator incedit? Cito pes offendet in nocte si quidam mundi oculus viam luna non ministrat.*

Facile supercilium deponet, & elationem excutiet, quæ diuina mente complectitur. Hunc sensum iuxta eundem Ambrosium ibidem habent verba illa Psalm. 36. *Vidi impium super exaltatum, & elcua-tum tamquam cedros libani: transfui, & ecce non erat.* Id est, vidi eos, qui fastu turgent, & admiratus sum, & eos claros, & felices dixi, transfui, id est, hæc infirma mente transcendendi, & animum applicui, ad contemplandum altiora. *Et ecce non erant.* Et vix futura, & æterna, mente versui, cum illa omnia, quæ aliqualem splendorem habere videbantur, viluerunt, & penitus euauerunt. Et tu si superbia aditum obturare fatagis, superna animo volue. *Et transfui* (ait Ambrosius) *& ecce non erat.* Hoc est, *vidi eum super exaltatum in sæculo antequam considerarem, quia nihil est sæculum. Vbi autem transfui mentem supra mundum, vidi quia iam non erat, qui ante erat super exaltatus in hoc mundo. Et tu si iustus es transi a presentibus, ad ea, quæ futura sunt. Et transibunt ibi presentia, cælum, & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt.* Nota qualem sensum affigat Ambrosius verbis Christi Matth. 24. 34. *Cælum, & terra transibunt, verba autem mea, non præteribunt.* Id est, si memoria verses, quæ de futuris, & de supernis verba mea protendunt, omnia hæc, quæ oculis hauriuntur facile despicias.

Psalm. 137. 6. *Quoniam excelsus Dominus, & humilia respicit, & alta à longe cognoscit.* Id est, humiles cominus videt, superbos eminus intuetur. Sane cum superbi in altum se efferant propius conspiciendi videbantur à Deo, qui in cælo sedem habere dicitur, sed secus se res habet. Nam humilia respicit, & alta à longe cognoscit, ut vel hinc noscas, quam exigui sint, qui per elationem intumescunt. Quam magni vero coram Deo qui per humilitatem se demittunt. Scilicet velut ille, qui rem aliquam longe positam, conspicit, minimam iudicat etiam si illa magna sit, quia longum interuallum, eam minimam visui ostendat: ita Deus illos, qui se erigunt minimos reputat, ex aduerso vero eos, qui se humiliant, excelsos iudicat.

Psalm. 45. *Sonnerunt, & turbata sunt aquæ.* Marinas vndas his verbis describi autumat Ambrosius ibidem. Hæ enim sunt quæ turbantur, & tempestate inflantur, & fluctus ad sydera attollunt, sensu vero altiori per aquas maris arrogantiam intelligit. Nam marina vnda sitim non sedant hausta sed inflant. Et superborum desideria etiam si compleantur, non tamen appetitum sedant, sed potius stimulant. Quæ vero ex fontibus profluunt aquæ, cum humilitate componuntur quæ sitim extinguunt. De quibus exponit verba Psalm. 103. 10. *Inter medium montium*

Ambros.

Psalm. 130. 1.

Psalm. 35. 12.

Ambros.

Ambros.

10.

Eccles. 2. 14.

Ambros.

11.

Psalm. 36. 31.

Ambros.

Matth. 24. 34.

11.

Psalm. 137. 6.

13.

Psalm. 45. 4.

Psalm. 103. 10.

montium

montium pertransibunt aqua, id est, in vallibus fontes scaturient. Quid inde? Potabunt omnes bestiae agri, expe-
 stabunt Onagri in sui sua. Id est, ex illis aquis omnia animantia bibent, sitimque omnino extinguent, etiam illa, quae praeter nimio calore siticulosa sunt, ut asini sylvestres. Humilitas enim cuiusvis appetitum sedat. Non bona aqua (ait Ambrosius) quae sonant, atque turbantur, & potum praeberere non possunt. Meliores sunt, quae pertranscunt: sicut scriptum est, inter medios montes pertransibunt aquae, & potabunt omnes bestiae agri, suscipiunt Onagri in sitim suam.

Superbi homines eo dementiae deuenerunt, ut non modo diabolicam insaniam aequent, sed longe superent. Vide, quo daemonis fastus se extulit. *Isaia 14. Sedebo in monte, testamenti in lateribus Aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo.* Hic pedem fixit daemonis superbia, similis ero altissimo, sed ulterius processit humana. Audi Paulum 2. Thess. 2. 3. *Nisi uenerit discessio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur, & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur.* Non modo aequalem se fecit Deo homo, sed illi se praetulit. Vide qua ratione humanus fastus daemonicam superet elationem. Scilicet nequissimus magister superborum diabolus homines deduxit ad dogma, magis perniciosum, quam ipse imberit. Huius rei testis est Ambrosius in Psal. 138. his uerbis. *Ponam thronum meum super nubes, & ero similis altissimo, itaque cum sit nequissimus, ut honorem non dederit Domino Deo nostro, peiores tamen discipulos erudit, ille enim sic se exaltauit, ut uelit aequari, similis esse altissimo: Discipulus autem, ut significatur ab Apostolo, indignaturus est aequalem se, similemque astimari Deo, scriptum est enim. Cum reuelatus fuerit homo iniquitatis, & filius inuentus, qui aduersatur, & extollitur supra omne, quod dicitur Deus. Magister igitur similem praesumit honorem, hic superiorem.* Verum enim uero, id quod falso arrogare sibi, praesumit elatio, id re ipsa perficit humilitas. Hoc subinde probat Ambrosius uerbis Christi Domini Ioan. 14. 12. *Amen amen dico uobis, qui credit in me opera, quae ego facio, & ipse faciet & maiora horum faciet.* Non modo ea signa, quae Christus Dominus edidit facturos dixit eos, qui ei adhaeserint, sed multo maiora. En tibi autem qua ratione Christi humilitas, quodammodo nos supra diuinitatem extulit, cum nobis tribuit, ut plura, maioraque miracula edere possimus, quam ipse Deus homo factus praestitit. Ergo superbia scandere supra diuinitatem ambit, nec assequitur, id tamen reuera praestat humilitas. Vnde subdit Ambrosius. *Ideoque Dominus ad discipulos suos dixit: maiora his facietis, ut quibus plus serpens ademerat, quam ille amiserrat, maiora Christus facere donaret, quam ipse in terris fecerat, in se enim uoluit principem mundi fallere, in discipulis triumphare.*

Ea est superbiae malitia, ut non modo crimina per se mala damnet, uerum etiam & ipsos actus pietatis, operaque uirtutis in malum conuertat. Et ueluti stomachus dum male habet, etiam delicatos, suauis, & preciosos cibos in humorem noxium conuertit: non aliter superbia omne genus sanitatis inficit, & in uitia conuertit, ut eo superbus peior sit, quo pluribus uirtutum actibus ornatur, id dixerim notante Ambrosio in Psalmum 118. dum exponit parabolam illam de Pharisaeo, & Publicano, quam habes apud Lucam 18. *Non sum sicut ceteri hominum raptores, iniusti, adulteri: uelut etiam hic Publicanus: ieiuno bis in sabbato, decimas de omnium quae possideo.* Haec supercilio tumens Pharisaeus, quae iuste egerat in medium attulit, ac si illa merito digna, & non

potius supplicio fuissent. Nam cum haec, quae opera pietatis uidebantur, ex falso, elationeque fecisset potius inter crimina, quam inter uirtutes recensenda erant. Nec fas erat ex illis gloriam conquirere, sed supplicium expectare. *Agebat enim gratias (ait Ambrosius) Deo, quod non erat raptor, adulter, iniustus. Quam noxie ei iustus est serpens, & grauius eum spiritalis ligauit? Superiorem fecit, ut de altiori eijceret: inferiorem se praebuit, ut sublimiorem casu grauiori subserueret. Non mentiebatur Pharisaeus, imo uero uera dicebat: sed omnis, qui se exultat, etiam si uera dicat offendit. Quantum crimen superbiae, ut etiam ei adulteri praesentur.*

Iacobi 4.6. *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* Id est, Deus hoc sibi certamen reseruat, & ipse hoc supplicium per se ipsum infert, nec aliis hoc negotium mandat. Quaedam crimina, quae minora uidentur per creaturas punit, ut quondam Aegyptiorum audaciam, per locustas & ranas fregit, ceterum per seipsum cum superbis congregitur. Ut enim minoris momenti causa ad inferiores iudices deferuntur, quae uero grauiora sunt deuoluuntur ad regem, quae per seipsum decernat: non aliter Deus omnia alia crimina creaturis castiganda obicit, omnium uero malorum maximum superbiam discutiendum, puniendumque sibi reseruat. Haec est mens Iacobi, si uera cecinit Ambrosius, in Psalmum 118. his uerbis. *Denique Dominus, qui alijs donat superbis resistit, & tanquam congregitur his, qui se exaltant, sibi quoque hoc certamen uendicat.* Haec ille, nec multo post eandem sententiam amplius elucidat. Nempe quia superbi proprie Deum lacessunt & quasi in certamen uocant, ipse Deus lacessitus ad certamen uenit, unde aliorum peccatorum punitione licetioribus & apparitoribus suis committit. Hunc autem congressum sibi ipsi reseruat. Alia enim crimina quasi ex obliquo Deum attingunt, superbia uero quasi ex diametro Deum adorit, qui uero Deum ad certamen prouocat multo supplicio, uel ab ethnicis iudicatur dignus, unde Virgilius de Miseno.

*Sed tunc forte caua, dum personat aequora concha
 Demens, & cantu uocat incertamine diuos:
 Emulus exceptum Triton (sic edere dignum est)
 Inter saxa uirum spumosa immererat unda.*

Quo ergo supplicio dignus non erit superbus, qui uerum numen in certamen trahit, & cum illo de deitate congregitur? *Quid igitur (ait Ambrosius) hoc peccato potest esse deterius, quod ab ea cepit iniuria. Ideoque Scriptura dicit: Dominus superbiae resistit, tanquam sua contumelia propulsatur, uelut quoddam suscipit aduersus superbiam aduersale certamen. tanquam dicat: meus est iste aduersarius, qui me lacessit, mihi debetur ista congressio.*

Ambrosius in Psal. 118. superbos appellat haeredes diaboli. Qui inferre tentant caelo vim, & eas sedes arripere, quas diabolus occupare tentauit. Illis uerbis *Isaia 14. 13. Ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo.* Dementes, qui quam pater obire non potuit haereditatem Angelicis fultus uiribus ipsi praeripere gestiunt. *Ponam thronum meum (ait Ambrosius) super nubes, & ero similis altissimo: Consortijs exiit Angelorum, cuius & iminis digna mercede damnatus hominem sibi participem in quem consortijs sua transfunderetur offensa.*

Psal. 118. *Funes peccatorum circumplexi sunt me.* Ambrosius ibidem ducta similitudine uersum exponit in uenatoribus, uel ab illis, qui in macellum mactandum taurum funibus irretitum trahunt. Venatores enim dum ceruo uel damulae insidiantur, tunc maxime eos iaculis transfigunt, cum illi caput

Ambros.

16.

Iacob 4.6.

Ambros.

Virgil.

Ambros.

17.

Esa. 14. 13.

Ambros.

18.

Psal. 118. 61.

Ambros.

14.

Isa. 14. 13.

1. Thes. 2. 3.

Ambros.

Isa. 14. 12.

76.

Ambros.

15.

13.

45+

Isa. 18.

1. 101

caput extollunt excepturi venatorum strepitum. At vero dum demisso capite campum tondent, securi expectant venatores, dum vero de periculo imminenti trepidare incipiunt, sine mora iaculantur, ne fugiant. Eleuare caput superbire est, si ad mores transferas, ergo qui fastu inflatur iacula sine mora dæmonis excipit. Vel tracta est similitudo à tauris, illi enim, qui furiosum taurum funibus irretire conantur spiras funum manibus tenentes attenti obseruant, si forte caput exerat, & tunc eiecto fune vinciunt cornua, & quo amplius ille caput extollit, eo strictius se funibus astringit, tunc maxime diaboli laqueis irretimur, cum spiritu superbiæ intumescimus. Et quo amplius cervicem extollimus, eo fortius vincimur, vel forte à passerculis, & auiculis, ducta est metaphora, si enim semel in rete incidierint, quasi auolaturæ caput per casses exerunt, eoque firmius detinentur, quo altiora petere conantur. In huius rei confirmationem adducit Ambrosius illud 3. 16. Isaïæ. *Pro eo, quod eleuata sunt filia Ierusalem, & ambulauerunt collo extento, &c.* Collo extento ambulare superbire profecto est. Ergo caput extollendo inimicorum retibus collum iniecerunt. Vnde subdit: *Et erit pro suaui odore fetor, & pro corona funiculus.* Ergo tu qui superbis, qui inflaris, qui tumore distenderis, vide qua ratione dum te extollis inimicorum retibus caput implicas. Sicut ergo (ait Ambrosius) *trahit vitula lorum ingi, qua, etsi non teneatur à proximo, teneatur tamen, nec se explicat, & absoluit: ita trahit unusquisque peccator indomitis moribus iniquitatis, qui putat se liberum, quia non est ingo subditus, sibi etique iudicio: & nescit, quod non sit exutus, sed magis, ut illa vitula, & ipse se implicat suorum nexibus peccatorum. Insidiantur enim quasi pessimi venatores, & quando prosperorū euentu animum relaxamus ac secundis rebus remittimus, neque excubias cautionis habemus intentas, tū plus iactat laqueos, aut in via, qua ambulamus, abscondit: ut cum fuerint eorum laqueis innexa vestigia, trahant, quo securum supplantent viantem, vel collo astricto strangulent comeantes. Noli ergo alta ambulare ceruice, sicut filia Iudæ. Altis enim ceruicibus cito laqueus innodatur.* Expende verba illa Ambrosij, vel collo astricto, &c. Venatores quandoque rete parant, quo animantium, vel auium vestigia fallant, quandoque laqueo suspendit, quibus colla eorundem annectant: diabolus sane venator est, verum, qui nesciat pedes innodare, semper laqueos, ad colla suspendit. Ergo ne caput attollas, & securus omnino incedes, id est, caue superbiam, & cunctos dæmonis astus vitabis.

19.

Iob 3. 8. *Maledicant ei, qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare Leuiathan.* Gregorius 4. Moral. per Leuiathan superbium exponit, qui optime Leuiathan dicitur, nam Leuiathan sonat additamentum, ut vel hoc nomen hominibus ad memoriam reducat, quid illis cum dæmone acciderit, dum illos primum superbire persuasit. In Paradisum irrepsit diabolus, & hominem ad appetendam diuinitatem perduxit, sed contra factum est, nam non modo diuinos honores est nactus, verum gratiam, & virtutem perdidit. Ergo cum te diabolus ad superbiam impulerit memineris illud esse additamentum, quod tibi superbiam infurorando ad canum, & puluerem perduxit, ergo ne te ei fidas, ne ei te crede, & dum te extollit ruinam time. *Vel certe (ait Gregorius) per exprobrationem Leuiathan vocatus est, id est, additamentum hominum indictus, eos namque in Paradiso immortales reperit, sed immortalitatem mortalibus promittendo, quasi eis aliquid ultra quam erant se addere spondit: sed dum blande non habita se da-*

turum perhibuit, callide, & habita subtraxit.

Iob 5. 11. *Qui ponit humiles in sublimi, & marentes erigit sospitate.* Hæc verba Eliphacis expendit Gregorius 6. Mor. cap. 11. *Marentes erigit sospitate.* Quos prius humiles dixit, nunc marentes appellat, hos autem Deus erigit sospitate, id est, ponit in loco solido, tuto, summo, & in arce munitissima, eriguntur tamen superbi, sed non in loco firmo, & munito, sed se eleuant ad locum lubricum, ut inde turpius periculosiusque ruant. Statim vero eadem mala superbiæ exponit sumpta metaphora ab eis, qui egrotant. Si enim morbus caput tenuerit, & arcem sensuum occupauerit, vix inde expelli poterit, ergo, qui phrenesi laborat periculose decumbit, & eo periculosius quo ipse morbi magnitudinem non capit. Hæc ad mores transfero: morbi peccata sunt: diuersa morborum genera, diuersa hominis membra afficiunt. Vna superbia caput tenet. Ergo illa superbia supra omnes etiam animi langores timenda est, quæ præcipue animi parti officit. *Qui ponit (ait Gregorius) humiles in sublimi, & marentes erigit sospitate.* *Sospitate quippe, non insania erecti sunt, qui in bonis actibus positi spe firma in Deum gratulantur. Nonnulli ergo sicut diximus, & iniquitates perperrant, & gaudere non cessant, de quibus per Salomonem dicitur, qui lætantur, cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Et rursus sunt impij, qui ita sunt securi, ac si iustorum facta habeant: hi nimirum non sospitate eriguntur, sed insania, quia superbitur, cum affligi debuerant, & inde miseri exaltatione desuunt, unde à bonis stentur: phreneticorum videlicet sensibus. Insani am, quia præualent, virtutem putant, qui ex morbo esse nesciunt hoc, quod sanis amplius possunt. Et quasi creuisse se viribus existimant, dum ad vitam terminum, per augmenta languoris appropinquant, quia, qui rationis sensum non habent, stentur, & rident, & tanto se in magna exultatione dilatant, quanto & insensibiles malum, quod patiuntur, ignorant. Sospitate ergo Dominus marentes erigit, quia electorum mens, non de presentis vite insania, sed de certitudine æterna salutis hilarescit.*

Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos: & lingua Eucharis in bono homine abundat.

Nouam aggreditur tractationem, scilicet de conquirendis amicis, ad quam optime præmittit præsentem sententiam. Nihil enim æque homines in nostram amicitiam afciscit, quam lingua Eucharis, seu gratiosa. Ergo. *Verbum dulce multiplicat amicos*, id est, suauis oratio plures parat amicos. *Et mitigat inimicos.* Et inimicorum furorem sedat. *Et lingua Eucharis in bono homine abundat.* Est enim blande loquentia boni hominis adeo propria, ut quo melior, eo humanior, suauiorque sit.

Græcis sententia bimenbris est. Scilicet: *Verbum dulce multiplicat amicos: & lingua beneloquens multiplicat sermones affabiles.*

Verbum dulce multiplicat amicos. Nihil enim; ac sermo suauis homines in nostram amicitiam deuincit.

Et mitigat inimicos. Hæc pars Græcis non est: apposita autem videtur ab interprete, ad significandum mitia verba inimicorum animum mirum in modum lenire.

Et lingua Eucharis in bono homine abundat. Id est, quo quis sanctior est, eo humanior, & suauior. Græca: lingua beneloquens multiplicat sermones: scilicet affabiles aliorum, id est, qui blande alios alloquitur, blande sibi loquentes alios nanciscetur. Nam ut quidam

Isaïæ 3. 16.

Ambros.

20.
Iob 5. 11.

Grego.

VERB.

1

2

3

4

5

quidam apud Comicum. *Si male dixeris, peius audies.* Et alibi dixit, *quod volt, audiet, quod non volt.* Hunc sensum confirmat quorundam lectio, quæ verbum abundat, quod nobis præsens est effert per futurum, abundabit. Quia sermo mollis, mollem etiam sermonem extorquet.

Eucharis. Græca dictio est *ευχαρις*, nunc autem in Græcis codicibus, non est Eucharis, sed *ευχαλος* bene loquens, quidam Latini habent gratiosam, hæc libenter excipitur sicut vox dulce canentis, vel sumpta metaphora à gustu, nam vt habet Salomon: fauus mellis verba composita.

ETHOLOGIA LXXII.

Iniurias patienter tolerare aduersarium mollit.

Vtilis est à Christo Domino data lex de inimicorum dilectione, vel præcipue ob hoc, quod eorum animos emolliat depositaque feritate, in nostram amicitiam asciscat. Ad hunc modum exponit Bernardus sermon. 63. in Cantica. verba illa capite 2. *Capite vobis vulpes paruulas, quæ demoluntur vineas nostras.* Non absolute capiendas vulpes in-clamat sponſus, sed sibi capiendas dicit. *Capite nobis.* Etenim, qui inimicos sibi instar vulpium infidiantes male accipiunt, castigant, vicemque re-pondunt, capiunt quidem inimicos. At non capiunt sponſo. Qui vero sufferendo, tolerando, eis benefaciendo, pro eis preces fundendo capiunt, eos feritate, odióque exuunt, & sponſo capiunt. Imo vero nescio quid innuit verbum illud, vulpes paruulas. Maiores enim bestias telis insequimur, lanceis configimus, canibus vrgemus, at paruulas bestiolas beneficiis inescamus, & cictres reddimus. Ergo inimicos beneficiis lucratur, in eos vero sæuendo perdimus. *Pessima vulpes* (ait Bernardus) *oculus detractor: sed non minus nequam adulator blandus: cauebit sapiens ab his. Dabit operam sane, quod in ipſo est capere illos, qui talia agunt: sed capere beneficiis, atque obsequiis, monitiſque salutaribus, atque orationibus, pro his ad Deum. Non cessabit carbonis ignis congerere super caput maledici, & etiam super adultores. Quousque si fieri possit & ille inuidiam, & isti simulationem de corde tollant. Faciens mandatum sponſi dicentis: capite nobis vulpes paruulas, &c. An non captus ille videtur, qui suffusus ora rubore, quippe proprium erubescens iudicium, ipse sua confusionis, & penitudinis testis est? Sine quod oderit hominem amore dignissimum, sine quod dilexerit tantum verbo, & lingua eum, à quo se diligi, opere, & veritate, vel sero expertus est? Captus plane, & captus Domino, secundum quod nominatim ipse expressit: capite, inquit, nobis. Visnam omnes aduersantes mihi sine causa ego capere possem, vt Christo eos, vel restitutam, vel acquiram. Sic sic confundantur, & reuereantur, qui querunt animam meam: auertantur retrorsum, & erubescant, qui volunt mihi mala. Quatenus inueniar ipse obediens sponſo, non solum in capiendo vulpes, sed in capiendo sponſo.*

Ioan. 15. 13. *Hoc est præceptum meum, vt diligatis inimicem, sicut dilexi vos.* Ostendit subinde Christus, quodnam sit fastigium summum in caritate. *Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis.* Sane si fas est dicere non videtur Christus culmen amoris attigisse. Quis enim dubitat multo maius esse pro inimicis sanguinem fundere, quam pro amicis? Ergo rectius diceret. Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro inimicis suis. Vidit hoc Gregorius

homil. 27. in Euang. Et dubium satis ex re nostra diluit. Fateor multo præstantius esse pro inimicis, quam pro amicis mori. At Christus Dominus, illis verbis *pro amicis suis*, non amicos, sed inimicos intelligit: adeo enim certum est fore aduersarios in nostram amicitiam adsciscendos, si eis beneficiamus, si quando eos beneficiis obstrinxerimus, vt non iam inimici, sed amici sint appellandi. Age, verba Gregorij inferere, infero. *Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis.* *Mori etenim Dominus pro inimicis venerat, & tamen positurus pro inimicis animam dicebat: vt profecto nobis ostenderet, quia dum diligendo lucrum facere de inimicis possumus, etiam ipsi amici sunt, qui persequuntur.*

Hunc sensum habent apud Chrysoſtomum homil. 16. in Matth. verba illa Christi Domini Matth. 5. *Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, vade prius reconciliari fratri tuo.* Sed quid faciam, ô bone Iesu, vt vt eum mihi in amicitiam asciscam? *Vade.* Non alio aliquo opus est, quam vt ad eum vadas, quam vt eum conuenias, quam, vt ipse prior veniam exposcas. Quid si, ô Domine, ille reconciliari abnuat, nolitque mihi dexteram iungere inimicitiasque deponere, quid faciam? Quid me facere præcipis? *Vade.* Nihil aliud. Nemo enim erit adeo ferus, adeo immitis, vt venientem ad se inimicum, ventiamque poscentem abiiciat. *Et hic quidem* (ait Chrysoſtomus) *eum qui læsit, mittit ad læsum. In oratione vero læsum ad eum, qui læsit adducit, ac reconciliat. Nam illic quidem dixit, dimitte hominibus debita eorum: hic vero iussit, si frater tuus habet aliquid aduersum te, vade ad eum prius. Imo hic mihi videtur læsum remittere, idcirco non dixit, reconcilia tibi fratrem tuum: sed reconciliare fratri tuo, & videtur quidem, super eo, qui contristauerit esse sermo: totum vero de contristato potius dicitur. Si enim illi, inquit, reconciliatus fueris, per illam, quam erga illum ostendis caritatem, me quoque incipies habere placabilem; cumque multa fiducia poteris munus offerre.* Optime notat Chrysoſtomus verba illa Christi Domini reconciliari fratri tuo, dicendum videbatur, vt fratrem tuum tibi reconcilies. Sed quia fieri non potest, vt si tu inimicum blande alloquaris, eum in tuam amicitiam non adiungas, idem vnum pro alio posuit. Nam si semel te inimico reconciliaueris, ipsum etiam in tuam amicitiam pertrahas.

Similem sensum habere videntur verba illa. Psalm. 2. *Qui habitat in caelis iridebit eos, & Dominus subsannabit eos.* Præmiserat Dauid minas impiorum aduersus Deum, & irritos eorum conatus aduersus eundem. *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania aduersus Dominum, & aduersus Christum eius.* Quid ergo Deo faciendum, vt inimicorum ausus infringeret? An fulmina mittenda, an ignis? Minime sane. Sed quid? *Qui habitat in caelis iridebit eos, & Dominus subsannabit eos.* Hoc est, multa prouidentia erga eos vtetur, maximis beneficiis è cælo emissis cumulabit, hisque donis furorem sedabit, impetus compeſcet, & eos in suam amicitiam adiunget, fortè hoc innuunt verba illa Christi Domini Matth. 5. *Qui cum inimicorū dilectione discipulis præcepisset, subdit. Vt sitis filij Patris vestri, qui in caelis est, qui solem suum oriri facit super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos.* Id est, instar Dei omnibus eos bonis cumula, & hac ratione posita feritate faciles tibi, & mites reddis inimicos. Ergo. *Qui habitat in caelis iridebit eos.* Rabbi Kimi hac ratione legit hunc versum. *Qui permanet*

Gregor.

3. March. 5. 23.

Chryſost.

4. Psalm. 2. 4.

Matth. 5. 4.

in caelis iridebit eos. Hoc est, eos de caelo despectando, sufferendo, despiciendo in suam adiungit amicitiam, similis sententia subest, illis verbis ex Cant.

rudic. 5. 20. Delboræ. Iudicum 5. 20. *Stellæ manentes in ordine, & cursu suo aduersus Sisaram pugnauerant.* Non de caelo cadentes, non hominem obruentes: sed manentes in ordine, & cursu suo, id est, peragentes cursum suum, solitoque aspectu, lumine, motu & virtute hominibus benefacientes: hac enim ratione, tutius, fortiusque pugnatur. Nec aliam ob causam stellæ appellantur exercitus, & militia in scripturis, nisi quia hominibus benefaciendo eos in suam amicitiam trahunt, optimè sane Seneca lib. 2. de ira cap. 34. *Irascitur aliquis, tu vero beneficijs pronoca: cadit statim similitas ab altera parte deserta.* Et Valerius Maximus lib. 4. cap. 2. Cum de Ciceronis erga inimicos tolerantia ageret, scribit. *Quia speciosius aliquanto iniuriæ beneficijs vincuntur, quam mutui odij pertinacia pensantur.* Et ille alius.

Nobile vincendi genus est patientia, vincit

Qui patitur, si vis vincere, discit pati.

5. Eodem modo expono versum illum Psalm. 5. *Domine ut scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos.* Bonam voluntatem scutum appellauit, quia nimirum dum inimicos beneuolentia, & bona voluntate prosequimur, contra eorum insidias velut obiecto clypeo nos armamus. Nec alio modo eorum iacula melius retundimus, quam si beneuoli simus erga eos. Expressius aliqui legunt. *Scuto beneplacito coronabis nos.* Ex nulla alia materia firmius scutum conficitur, quam ex beneuolentia, & amore.

6. Philo lib. de caritate ad eundem modum exponit præceptum illud Domini Exod. 23. 4. *Si occurreris boni inimici tui, aut asino erranti deduc ad eum.* Simile quid habetur Deuteronom. 22. 1. *Non videbis bouem fratris tui, aut ouem errantem, & prateribis: sed reduces fratri tuo, etiam si non est propinquus frater tuus, nec nosti eum.* Hæc vltima verba legis iuxta mentem Philonis non modo significant reducendam bouem errantem, etiam si nulla intercedat necessitudo vel amicitia inter eum, qui inuenit, & dominum pecoris, verum etiam quantumuis mutuas gerant inimicitias, aut beneficio lacessitus aduersarius similitates deponat; & fædere iungat. *Vel si inimici iumentum* (ait Philo) *errare videris, noli addere fomitem desidijs, sed reduc id, ad ipsum dominum. Quod non magis illi; quam tibi proderit, lucrabitur ille brutum fortasse non magni pretij: tu hostem, quo nihil in rerum natura pretiosius: hanc necessario sequitur, sicut umbram corpus, finis simultatis. Nam qui beneficium accepit inuitus ad reconciliationem trahitur deninctus gratia. Et qui profuit, quasi pignus dedit animi tendentis ad amicitiam.* Expende verba illa Philonis. *Sicut umbram corpus.* Ut enim ex corpore lumini obiecto omnino necessario umbra nascitur. Non aliter ille, qui beneficijs aduersarium lacessit, velut quibusdam loris obstrictum in suam amicitiam, vel inuitum petrahit.

7. Describit Psalmista Christum Dominum tanquam strenuum militem ad bellum armatum & accinctum. Psal. 44. *Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime, sagitta tua acuta, populi sub te cadent in corda inimicorum regis.* Huic tamén tam forti, & armato militi mitia verba affigit, quod alienum à præfenti metaphora videbatur. *Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternum.* Hoc dubium mouit Tertullianus, aduersus Iudæos cap. 9. his verbis. *Valde enim absurdum est, si quem ad bellum ense cingebat, & de tempestiuitate decoris, de laborum gratia blandiebatur. Quis ensen accingi: ut, & contra-*

ria lenitati non exerceat? Id est, dolum, & asperitatem, scilicet negotia prætorum. Qui facile à quaestione se expedit, hac ratione. Nullum animi robur, nullum armorum genus, ita hostes repellit, & vincit, ac verborum comitas, vnde non minus hæc quam illa victorem decet. Vnde subdit Propheta. Specie tua, & pulchritudine tua intende, prospere procede, & regna.

Prouerb. 16. 4. *Lingua placabilis lignum vitæ.* Quibus verbis alludere sapientem, ait Bernardus, sermone 27. in Cantic. ad arborem vitæ in medio paradisi sitam, vt enim arbor illa, pugnantem inter se humani corporis humores, ad æqualitatem redigebat, vitamque omni morbo immunem præstabat. Non aliter, qui iratum hominem blandis verbis excipit, & demulcet, iram infringit, toruum aspectum lenit, eumque sibi reddit placabilem. *Parata enim* (ait Bernardus) *aduersus phrenesim animæ, non vindicta, sed medicina: scriptum est enim: lingua placabilis lignum vitæ.*

Pulchra similitudine eandem rem exponit Nazianzenus Poëmate de ira his versibus.

At lesit me? Tu caue, vt ladas item.

As capit ille? Protinus verbis tuis

Frangatur, atque moribus blandissimis.

Solutus, instat fluctuum ad terram illico,

Aut procella, cum nihil remittitur.

Ni fallor, respexit Nazianzenus ad verba illa Job 18. 11. *Et dixi vsque huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes iumentes fluctus tuos.* Simile quid habes Ierem. 5. 22. Mira Dei prouidentia factum est, vt cum primum marini fluctus, rem mollem attigerint, refringantur. Quid est aliud ira, quam sæuiens procella, quæ dum mitem, & mollem nacta fuerit, vires amittit, & deferuet? Imo in hac metaphora, aliud habes pro nostra sententia, si enim vnda maris mollem arenam attigerint, mollior refringuntur. Si vero ad scopulos & Syrtis allidantur, fremit mare & vt ille alius. *resonat Ceraunia ponto.* Mollem te præbe sæuienti inimico, & omni deposito murmure furentem animum sedabis, si vero te durum illi obicias, iræ, & murmura incrementa capient.

Item Basilius homil. de ira, ardet nos à reddendo vicem aduersarii sumpta metaphora ab echo. Etenim dura, & aspera loca, saxea montium viscera, dum effluentes ab ore sonos reflectunt, easdem voces sonant, nec vllus finis est in promendis vocibus, dum repercussæ easdem repetunt: aut locus humilis, & planus, nec vocibus percutitur, nec earum similitudinem refert. Eadem prorsus ratione, si irati inimici voces saxeis visceribus excipias, similia voce formas, repercutit hominem, nullus profecto finis iræ est. Si vero facili, & miti sis ingenio, nec hominem verbis repercutias, irati inimici verba simul cum ipsa ira defluunt, & euanescent. Basilius dono. *Vox illi aspera? Sit tibi mitis, & non durus sermo, nec enim sic in locis desertis, & solidis cauitibus, echo in ipsos clamantes intempestiue infringitur: sicut in hominem iniustum, & contumeliosum, contumelia vero augmentata recurrit.* Etenim vt est in fabulis, Nympharum loquacissima echo, id solum à Iuone concessum est, vt extrema referat verborum. At ille, qui vicem inimico rependere conatur multo maiora, & grauiora scommata iniicit in aduersarium. Sic enim habet Ouidius 3. Met.

Corpus adhuc Echo, non vox erat: & tamen vsus Garrula non alium, quam nunc habet, oris habebat, Reddere de multis, vt verba nouissima posset. Fecerat hoc Iuno: quia cum deprendere posset.

Sæpe

*Sæpe sub Ioue suo Nymphas in monte iacentes,
Illi. Deam longo prudens sermone tenebat.*

Male accepit verbis sacerdos Heli Annam, eo quod putaret ebriam templum intrasse, precesque fudisse. Cuius iram molliter respondens mulier adeo fregit, vt etiam fausta illi sit precatus, cuius precibus Deus etiam annuit. Adeo enim, ait Gregorius, in hunc locum responsio mollis iram infringit. Gregorij verba annecto. *Cum illi ante postes Domini sederet: & Anna oraret: os eius Heli obseruauit, & ebriam vocauit. Sed hæc, que iniurias patienter sustinuit. humilitatem responsi exhibuit cum veritate rationis. Ancillam se eius asseruit, ex multo dolore, & merore loqui, & furentem in se animum, non solum sedauit, sed etiam pro consequendo fructu sui desiderij ad orationem conuertit. Historiam habes 1. Regum 1. 14.*

Afflictabatur Saul spiritu Dei malo 1. Reg. 16. siue ille spiritus fuerit cacodæmon, qui hominem arripiebat, vel morbus aliquis quo Saul tenebatur. Quidquid illud sit percussente Dauide citharam suam diffugiebat, quia vt vult Chrysostronius exponens verba illa Psal. 118. *Quia factus sum sicut vter in pruna:* Sonus citharæ mollia verba designat, spiritus vero malus liuorem, & iram: ergo mitia, & blanda verba infensum animum mulcent, & quamuis mutuis odiis inter se dissideant, vt eo tempore Saul, & David, in vnam tamen societatem coniungunt. *Quocirca Propheta etiam (ait Chrysostronius) quoniam a Saule vexaretur, turbulentas animi commotiones frangebat, pacem autem consecutus ex deliciarum illecebris, & lasciujs detrimento affectus. Id circo humiliato, atque afflictio corpore diuinarum rerum memoriam in animo suo reuocabat.*

Rediens Iacob ex Mesopotamia. Genesis 22. 32. Angelum sibi obsistentem inuenit, cum quo luctatus femoris neruum tetigit, qui statim emarcuit, & Iacob claudus præstitit. Si causam huius luctæ expectes duces tibi præbeo Chrysostronius. Hom. 85. in Genesis, inquit, ideo factum credit, vt ei Angelus modum ostenderet, quo iratum sibi fratrem mulceret. Multo timore terditus paterni lares repetebat Iacobus, veritus ne, illatæ iniuriæ fratrum adhuc animum tenerent, summisque precibus à Deo eflagitabat vt placaret sibi Saulem, quod contracto femoris neruo facile nactus est. Necessè enim est, vt claudus cum alicui obuiam, ei se dimittat. *Los enemigos se vencen humillando nos j hazien- doles reuerencias como haze el coio.* Nec enim inimicis obsistendo vincimus, imo vero magis ira incendiatur, si vero eis genua flectamus instar claudorum, & multam reuerentiam eis exhibeamus, sine mora deferuet ira. *Deinde (ait Chrysostronius) videns se vinci, apprehendit, inquit, latitudinem lumbi eius. Totum hoc factum est, vt se totum illius humilitati: attemperaret, & formidinem ex anima inusti eximeret, & persuaderet ei, vt citra angorem fratri occurreret.*

Canino odio Saul Dauidem insequabatur, nec vllibi eum securum consistere patiebatur, verum cum Dauid oram clamidis, quam à Rege abstulerat eidem ostendisset, eum blande allocutus est, filiūque appellauit 1. Reg. 24. Nimirum auctore Chrysostrono homilia 3. de Dauide. Deferuescit ira, ad conspectum beneficij. Licuit quidem Dauidi inimicum Saulem delere, cohibuit vero manus, quod beneficium Tyrannum coëgit, vt in amicitiam cum Dauide rediret. Audi Chrysostronius. *Vox tua fili Dauid. Quonia subito facta est mutatio, qui nunquam sustinuerat illum, vel simplici vocare nomine ipsam etiam appellationem habens exosam, nunc adoptat eum in cognatione, vocans eum filium. Quid igitur Dauide felicius,*

qui ex homicida fecit patrem, è lupo ouem, qui fornacem iracundia multo impleuit rore.

Chrysostronius eadem homil. 3. de Dauide ad rem nostram traducit illud Prou. 15. *Responsio mollis frangit iram: sermo durus suscitatur furorem.* Priorem partem sententiæ, hac ratione legit Chrysostronius. *Sermo mollis frangit ossa.* Coalescit corpus nostrum, ex variis partibus, neruis, carne, cartilagine & osse ex quibus caro præmollis, os vero durissimum est. Ergo, *responsio mollis frangit ossa.* Alia quidem quasi dicat humanitatis officia inimicū demulcent, iram sedant. At si inimico beneficias, vel infensissimum, & ossis instar prædurum emolliūt. Eius verba accipe. *Nihil enim humanitate potentius. Quod ipsum quidam declarauit dicens: sermo mollis frangit ossa. Atque quid osse durius? Et tamen etiam si quis aque durus sit, ac rigidus, & præfractus, nihilominus facile vicerit, qui illum mansuete tractauerit.* Eundem in modum exponit ibidem, que subdit Paræmiastes. *Lingua sapientium ornat scientiam: os fatuorum ebullit stultitiam.* *Qua verba continere putat Chrysostronius similitudinem non inamanā, vt enim eodem ore, & extinguere ignem, & accendere potes; nimirum si expuas in ipsum extinguis, si flatum emittas accendis. Eadem ratione inimicorum iram, qua velut ignis conflamat, mitioribus verbis sedabis, durioribus accendes. Vnde subdit Chrysostronius.* *Et hoc item, qui priora dixit,*

simplici declarauit exemplo. Quemadmodum enim ignis, si insles in scintillam ignis excitas incendium, contra si in eas expuas, extinguis, & utrumque tibi in manu est, quoniam utrumque ex ore tuo proficitur. Idem sit in inimicitia proximi. Si inflatus, ac recordes inferas sermones, excitas ignem illius, incendis carbones: sin mitis ac moderatos adhibeas sermones, priusquam exardescas ignem illum extinguis. Forte animo concepit Chrysostronius moralem sensum illius fabulæ, quam paucis præstringo. Errantem Satyrum hyeme per agros rusticus tugurio miseratus excepit. Vt vero homo frigus pelleret aperto ore reflans manus calefaciebat. Item, vt pulvis appositus concepto calore refrigeraret flatum compresso ore mittebat. Miratus Satyrus est, eodem instrumento contraria obire munera, vimque habere eundem flatum diuerso modo emissum calefaciendi, & refrigerandi. Vnde rustica casa cedens agros petiit, quasi illi non se fideret, qui eodem ore tam diuersa obibat munera. Hanc fabulam nos quondam his carminibus lusimus.

Bruma gelu cursus rapidos franabat aquarum,

Duraque currenti flumine crusta riget:

Errantem Satyrus iussit succedere testis:

Hic sufflans, motus in sua membra vocat.

Dumque homini Satyrus seruentia vina ministrat

Sufflat item, calidum, refrigeratque merum.

Obstupuit visu atque hominem simul expulit: i, nunc.

Qui diuersa duo tam simul ore geris.

Idem Chrysostronius in Psal. 4. pro re nostra exponit verba illa 1. Cor. 13. *Si linguis hominum loquar, & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut as sonans, & cymbalum tinniens.* Sumptam putat metaphorā à citharedis qui populū in theatris demulcēt suauibus sonis. Habet enim hanc vim musica, vt ardentem animo iram compestat, excitatamque bilem sedet. Ergo optime mollis responsio, iniuriarūque remissio musicæ comparatur, quia toruum, & agrestem animum cicurat. Eius verba excipe. *Nullus sit citharedus, nullus lyricen, qui ita se exerceat, scanam ingressurus: timet ne quid, in suauem aut inconcinnum canat, vt nos ingressuri theatrum Angelorum. Plectrum sit nobis lingua, que nihil iniucundum, sed numerosum, aut modulatum dicat, cum ea, qua par est cogitationi,*

cogitationi, & ad Deum accedentes, & rogantes, & orantes pro inimicis primum fides pulsemus: ita enim pro nobis quoque ipsis exaudiemur. Hæc vox demones pudore afficit. Hæc dat nobis liberam loquendi potestatem. Hæc pudore afficit diabolum, & facit, ut secedat, neque demon ita eum metuit, qui eum ciecit, & expellit ex alio homines, ut hominem qui iram vincit, & animo imperat. Nam hoc ipsam, quoque est seuis demon, & hi potius, quam qui a demone vexantur miserendi sunt. Discutienda verba illa Chrysofomi: Neque demon ita metuit, &c. Haber enim Ecclesia conceptas aliquas preces, & verba, ut eis ministri malos demones ad obsessis hominibus pellant. In hunc modum habet natura exorcismos, quibus iram depellat à furente homine, nimirum blandos, & mites sermones, & beneficia in illos collata.

17.

Psal. 21. 17.

Hanc ob causam Dauid Psal. 21. personam sustinentis Christi Domini in cruce pendentes inimicos suos canes vocat. *Circumdederunt me canes multi.* Et infra, & de manu canis unicum meam. Nimirum canes teste Plinio lib. 2. cap. 40. iram deponunt, si hominem humi consistentem viderint, & in humili loco iacentem. Si vero sibi obstantem, ira exardescunt, latrant, impetunt, dentes infigunt. Bene ergo inimicos, cum canibus componit Dauid, quorum iram sedat, qui erga illos comes & benignus steterit, acuit vero ferociam, qui eis obstitit.

Plinius.

Verba Plinij infero. *Impetus eorum, sauitia mitigatur ab homine confidenti humi.* Ergo Christus Dominus cruci affixus optime inimicos suos canes appellat, nam pro eis orando iram extinxit. Rem conceptis verbis tradit Chrysofomus. Homil. 16. in cap. 4. ad Ephes. his verbis. *Aut quamobrem putas Dominum nostrum Christum ita dicere. Si quis te percusserit unam*

Chrysof.

*maxillam, obuertere illi alteram? An non ideo, quia quanto quis longanimior fuerit, tanto magis & se ipsum, & aduersarium suum maxima utilitate afficiet? Propterea precipit, & aliam obuertere, ut irati ac iumidi desiderii expleas: quis enim adeo serinus est moribus, ut postea non deficiat? Canes hoc inter se facere dicuntur, ut quando in aliquem larrando irruerint, is vero supinum seipsum in terra proiecerit, nihilque contra fecerit, iram hoc pacto mox extinguant. Itaque si illi placantur, & quasi pudore suffunduntur, coram eo, qui quoduis ab ipso pati paratus est, multo magis ad humanum genus maiori ratione predicantur. Eandem rationem ex taurorum natura videri possumus, qui in circo agitati abstinent omnino à vulnere, dum in terram adiguntur homines, si vero paulo se extollant cornibus impetuntur, quapropter suos inimicos Dauid, eodem Psalmo, tauros appellat: *Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me.* Et tu quia ad tauros pugnas, in terram te deice, & facile eorum impetus effugies.*

18.

Multa sane miracula Christus Dominus edidit, quibus, saeuientes inimicorum animos demulceret, & diuinitatis suæ specimen præberet. Præcipue tamen morti proximus omnes creaturæ in morte Domini lamentum ediderunt. Cum tamen nihil proficeret iam moriturus pro inimicis orauit, ut vel hac ratione exulceratos animos, & ira ardentis in suam amicitiam protraheret. Ideo hanc orationem ad vltimum vsque spiritum distulit, ut si reliqua minus proficerent, vel hoc vnum, eorum iram extingueret. Quod & factum est, nam cum reliqua pro voto non euenissent, hoc vnum iram compescuit. Nā reuertebantur percutientes pectora sua, & dicentes: vere hic homo filius Dei erat. Hoc etiam ex Chrysofomo desumpsit vbi supra. *Non temere scripta sunt, tum alia, tum ea, que passionis tempore fecit. Quæ certe poterant eos reuocare: verū ut tu Christi boni-*

Chrysof.

tatem imiteris, ut misericordiam eius sequaris. Nam illos & supinos in terram proiecit, & auriculam seruo restituit, & humiliter eos alloquutus est, & mirabilia pendens in cruce signa edidit, radios soli inuertens, lapides fundens, mortuos ad vitam reuocans, uxorem iudicis somniis territans, & in ipso iudicio humilitatem ostendens, qua non minus, quam signa potuissent attrahere, multa etiam predicans, & in ipso crucis patibulo exclamans, dimitte pater ipsis hoc peccatum.

Quærit Chrysofomus, homilia 13. in illa verba 1. Cor. 4. *Maledicimur, & benedicimur.* Quam hoc causam, tam crebro, tamque seuerè præceptum de dilectione inimicorum Christus reficit, & pro ipsis orare mandat, eosque beneficiis cumulare iniungat. Nimirum, ut omnem prorsus iram, feritatemque longe amandet. Hoc enim vnum, bilem sedat, & furorē pellit. Propterea (ait Chrysofomus) *Christus precipit ut æquo animo contumelias perpetiamur, ut & ipsi Philosophemur, & illos magis coarguamus.*

Ad Ephes. 4. *Supportantes inuicem in charitate, solliciti seruare unitatem in vinculo pacis.* Pulchra sane pro nostro instituto similitudo, ut enim ille, qui alium constringit, & ligat, neque manus, neque pedes finit mouere, non aliter ille, qui inimico benefacit, quasi eum funibus, lorisque constringit, ne ira deficiat. Hoc dixerim exponente Chrysofomo mentem Apostoli homil. 9. in epist. ad Hebr. his verbis. *Alliga te ipsum fratri. Qui tales sunt, nempe dilectione*

*fratribus alligati, omnia facile serunt. Colliga te ipsum fratri, & omnia feres, colliga te ipsum illi, & illum tibi, utrumque in tua est potestate. Possumus autem si quem voluerimus facile nobis amicum reddere. Fieri enim non potest, ut vnus alteri illigetur, quin, & illi alter, huic sit ligatus, eodem vinculo, & nexu. Ita etiam si inimico indulgeas, & amicitia vinculo illi oblige- ris, velit nolit, ille tibi erit obstrictus. Quamobrem optime Apostolus, beneuolentiam vinculum appellauit, quia duo simul coniungit. Vnde subdit Chrysofomus: *Nam si quidem duplex volueris efficere, vinculum oportebit & illum tibi alligari: ita & hic alligari nos inuicem vult.**

Multi pacifici sint tibi, & consiliarius sit tibi vnus de mille.

Quasi dicat, habeto multos, quibuscum pacifice degas, quosque amice tractes: consiliarios vero, quibus arcana pectoris tui credas, ex multis vnum sellege.

Multi pacifici. Nomen Græcum, quod noster vulgatus pacifici transtulit, non significat pacem facientes inter discordes, ut habetur Matth. 5. sed pacem seruantes. Iuxta illud Pauli: *Si fieri potest, quod in vobis est, cum omnibus pacem habete.*

Et consiliarius vnus ex mille. Probabile admodum consilium, cum enim oporteat ut consiliarij fideles sint, & prudentes. Multi esse non possunt, in quo à pluribus peccatur, qui quam perniciosum, & exitiale sit arcana pectoris pluribus patefacere suo malo discunt. Consiliarius, cui pectoris arcana pandas, vel à quo consilium petas, vnus. Paulus de Palatio. Vnus, id est, Christus. Lyra refert ad propositum eorum, qui perfectiorem viam virtutis meditantur, quod non multis est euulgandum, sed hæc ad mores.

Vnus ex multis, id est, paucissimi.

Consilium ab alijs petendum.

1. **M**ulti pacifici, &c. Hoc loco agendum mihi est, de eligendo consiliario. Nam licet hoc loco qualis eligendus sit ille, quem consulamus, videatur docere Ecclesiasticus, quia tamen eadem sententia, sæpius occurrit, nos quoque in alium etiam locum transferamus, viuis coloribus pingere eum, qui in consilijs adhibendus sit. Ergo sunt nonnulli, vel tantũ de se præfuentes, vel tam affixi suæ sententiæ, vt ab eo quod semel decreuerũt, vix diuelli possint. Hos conuenire oportet, & quam sint lapsui proximi ostendere. Multis agit contra hos Bernardus sermon. 1. de conuersione Pauli, quæ maiori cum aculeo dicta sunt seligo: docet scriptura diuina sæpius, ne nimium nobis fidamus, & quamuis multa luce simus perfusi patulas aures consulentibus præbeamus. Imo vero, vel oculos nostros suspectos habeamus, oculi pro mentis cognitione sæpius sumuntur, ergo cum Deus nos aliquid docet, non modo oculos nostros luce perfundit, verum etiam, & aures reddit faciles, ne eas alienis monitis obstruamus. Ergo nullus se aliquid scire existimet, neque rei veritatem assecutum, nisi se facilem, ad aliena excipienda consilia experiat. Matth. 3. 16. *Baptizatus autem Iesus confestim ascendit de aqua, & ecce aperti sunt cæli, & vidit spiritum Dei descendentem sicut columbam, & venientem super se, & ecce vox de cælis dicens. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* En qua ratione diuina veritas per vtrumque sensum se inserit, nempe per oculos & aures Spiritus sancti in columbæ specie videndum se præbet, & pater loquendo auribus insonuit. Nec tũ rem omnino tenuisse te credas, etiam si multo lumine sis circumfusus sed aures præbe monitoribus. Hoc quidem factum est in Christi transfiguratione. Matth. 17. 5. Vbi de Christo testimonium præbuit non modo lux effusa, sed vox de cælo dimissa, quia huic duplici testimonio fidem oportet adhibere. Hoc enim in Pauli conuersione factum notat Bernardus ibidem. Act. 9. 3. *Et cum iter faceret contigit, vt appropinquaret Damasco: & subito circumfulsit eum lux de cælo. Et cadens in terram audiuit vocem dicentem sibi: Saule, Saule quid me persequeris.* En tibi, iterum lux oculis offunditur, & vox auribus inseritur. Nam cum vtrumque testimonium consonat, sine mora ei fidem præstare debemus. Ergo quisquis es, quantacumque luce circumfundaris, vel cælitus emissa, vel humanitus hausta, ne aures obtures, ne aditum alienis consilijs obferes: sed simul cum luce cognitionis, etiam sapientissimorum hominum consilia adiunge. Verba Bernardi subiungo. *Lucis, & vocis testimonia credibilia facta sunt nimis, nec dubitare est de veritate, que se ingerit per vtrasque oculorum scilicet auriumque fenestras, sic nimirum, sic in Iordane supra caput Domini, & columba apparuit, & vox insonuit, sic & in monte, quando transfiguratus est coram discipulis, & claritas visa est, & vox nihilominus patris audita.*

2. Luca 12. 16. *Hominis cuiusdam diuitis vberes fructus ager attulit: & cogitabat intra se dicens, &c. Stultus iste meritis suæ auaritiæ pœnas dedit, si causam tanti mali inquiras, rationem pro nostra sententia firmissimam inuenies. Nempe diues iste nullum præter se ipsum in concilium vocauit. Cogitabat intra se vnde tantæ ruina origo orta est. Nempe si alios consulisset forsitan eum de elemosyna danda admonerent, qua & se à morte eriperet, & diuitias*

cumularer; sua ergo sententia contentus de destruendis horreis multa apud se statuit, quo factum est, vt omnia perderet. Huc refert huius diuitis ruinam Petrus Chrysologus sermon. 104. his verbis. *Digno consiliario si usus est, qui mali animi non poterat habere solatium, non poterat habere collegam.*

3. Luca 1. 26. *Missus est Angelus Gabriel, &c. Virgo intra cubile secretum ab Angelo salutatur, nec dictis temere fidem adhibet, sed secum rem tractans, & ad Deum referens. Nempe sola virgo sine teste, sine arbitro aderat, nec locus, nec fas erat, alios in consilium asciscere, ea tamen ratione qua potuit, ad sui tribunal iudicij Angelicam defert orationem, multa super ea discutit, & cum Deo rem tractat, & Angelum ipsum consulit. Quo docemur non temere nobis ipsis credere, sed multa adhibita consultatione. Hæc est mens Chryfologi sermon. 140. cuius verba annexo. *Et cogitabat qualis esset ista saluatio, quia cito respondere est facilitatis humana, cogitare vero ponderis est maximi, & iudicij permaturo.**

4. Ietro focer Moyfi redeuntem ex Ægypto conuenit Exod. 18. Cum vero Moyfes populares causas ad se delatas audiret, & in his diluendis fere totum diem infumeret, hac ratione eum alloquitur. *Non bonam, inquit, rem facis, stulto labore consumeris, &c. Monuitque eum, vt iudices præficeret, qui populo ius dicerent. Non despexit Moyfes vir sapientissimus, & eloquio Dei dignus, sed focerj dictis annuit, & Deus ratum habuit quod ille monuerat. Nam vt est in prouerbio.*

5. *Sæpe etiam est olitor valde opportuna locutus.* Licet ingenio valeas, licet sis industrius, licet multorum hominum expertus sis mores, licet pietate polleas, nullius tamen sententiam despiciere debes, sed si quid ad te delatum fuerit iustum ac pium, etiam si à viro impio, & ignobili hauseris, non te pudeat alienam sententiam sequi propria reiecta. Hoc tradit Origenes homil. 11. in Exod. his verbis. *Vnde & nos si forte aliquando inueniamus aliquid prudenter à gentibus dictum, non continuo cum auroboris nomine spernere debemus hæc dicta. Nec pro eo, quod legem datam à Deo tenemus, continuo nos tumere superbia, & contemere verba prudentium: sed sicut Apostolus dicit: omnia probantes, quod melius est, tenentes. Quis autem hodie eorum qui populis præfunt, non dico si iam aliqua ab eo reuelata sunt, sed si in legis scientia aliquid meriti habet, consilium dignatur inferioris saltem sacerdotis accipere, nec dum laici, vel gentilis.*

6. Matth. 5. 40. *Et ei qui vult tecum iudicio contendere & tunicam tuam tollere, dimitte ei, & pallium.* Iuxta Ambrosium lib. 3. de virginibus. Pallium exterior vestis erat demissa ad talos, totum hominem, & reliqua vestimenta contegens: hac præcipuè utebantur Philosophi, & erat velut insigne eorum qui sapientiæ incumbabant. Vnde pallium deponere, est se fateri rudem, & ineruditum, & alienum à sapientia. Ergo iuxta Ambrosium verbis Christi hæc sententia subest. Ne te pudeat ruditatem tuam fateri, non te pudeat quando hæret animus, & in diuersa rapitur, & quid eligat ignorat, alios consulere, & deposito sapientiæ fymate, & Philosophico pallio, & eloquentiæ cothurno, ab alijs, quod opus sit emendicare. Et si quandoque contingat, quod is magis apte, & ad rem, quam tu, sit elocutus, & ea quæ te latebant nudauerit, ne rubore offundaris, sed palam illi defer, & in eius sententiam lubens pedibus ito. Hoc enim est pallium deponere, vel ablatum patienter ferre. Ambrosij dicta subiicio. *Ne quis a nobis pallium auferat, id est, amictum prudentiæ.*

Matth. 3. 16.

Act. 9. 3.

Bernardus.

3.

Petr. Chryf.

4.

Exod. 18. 18.

Origen.

5.

Matth. 5. 40.

Ambros.

dentia. Quod denique iubet te dare, si quis à te tunicam perat, ut dimittas ei pallium, id est, insigne philosophia tue tradas, & quasi amicum prudentia tua, eum, qui ante nudus fuerat circumuestias. Docet nos etiam hic locus iuxta mentem Ambrosij, ut pallium petenti sine difficultate offeramus, scilicet, ut ille alius, illud induat, id est, si qua nobis fuerit recta rerum agendarum ratio, ne intra nos cohibeamus, sed faciles simus aliis consilium præbere, & instruere.

6.
Cantic. 3. 1.

Cantic. 5. 6.

Bis inuenta est sponsa à custodibus ciuitatis semel. Cant. 3. 1. *Inuenerunt me vigiles, qui custodiunt ciuitatem, num quem diligit anima mea vidistis? Iterum Cantic. 5. 6. Inuenerunt me custodes, qui circumueant ciuitatem: percusserunt me, & vulnerauerunt me: tulerunt pallium meum mihi custodes murorum.* Cum prius occurrunt sponsæ custodes nihil durum contra sponsam agunt, cum vero postea, eidem obuiam fiunt, pallio nudant, vulnera infligunt. Si causam queris consule Ambrosium in Psalmum 118. qui ideo ait, custodes ciuitatis blande excepsisse sponsam priori loco, quia illos super sponso consuluit illis verbis. *Num quem diligit anima mea vidistis?* Cum vero posteriori loco nihil ab illis quasiuerit, durius eam acceperunt. Importunum fane videbatur tempus nocturnum, ut sponsa domo pedem efferret, etiam si se sponsum queritate causaretur. Quia vero homines doctos, & pios consulit, qui vigiles ciuitatis dicuntur, veniam naeta est, & laudem consecuta. Quando vero per ciuitatem vagatur, nec quicquam à custodibus requirit, iure durioribus verbis, pugnis, & vulneribus accipitur. Et tu nullum tempus ad cõsultationem importunum existimes. Diximus etiam numero præcedenti pallium insigne esse sapientiæ. Hoc autem ab sponsa auferitur dum vigiles, ciuitatis non consulit, seruat autem illud cum ab eis consilium petit, nam ille vere sapiens habendus est, qui alios adit, & sententiam sciscitatur, ille vero à sapientia alienus qui aliorum sententias despicit. Est enim veluti insigne sapientum hominum consilia petere. Denique verba sunt Ambrosij, *posterius ait: inuenerunt me, qui circumueant ciuitatem, tulerunt pallium mihi. Habuit rationem: sed qua ratione supra non tulerint pallium habeo reperire. Nisi quia forte ibi interrogasse se dicit: numquid quem diligit anima mea vidistis. Quæ Christum quærebat, neque exuta est pallio, & quæ, quærebat, inuenit.*

Ambros.

7.
Prou. 11. 14.

Prouerb. 11. 14. *Ubi non est gubernator populus corruet: salus autem ubi multa concilia.* Ut Antithesis constaret dicendum videbatur in posteriori parte. Salus autem ubi est gubernator, & tamen hac ratione intulit. *Salus autem ubi multa consilia.* Quod meo iudicio idem est, ac si dixisset: salus autem est gubernator. Quasi gubernator, & multa consilia idem sint. Quia ille proprie gubernator est, qui multos consulit. Ergo tantum abest, ut gubernator aliorum monita despiciere possit, ut nisi alios consuluerit gubernatoris nomen amittat. Qui enim pro suo nutu, & captu omnia dispensat hic rempublicam distubat, non gubernat, dilapidat, non erigit.

8.
1. Reg. 14. 50.

1. Regum 14. 50. *Et nomen principis militia eius Abner filius Ner.* Iuxta Gregorium ibidem Abner dicitur filius lucis; fuit autem Abner fortis robore, & strenuus miles, quapropter prælatus est Hebræorum exercitui. Nec tamen hic Abner, qui dicitur filius lucis eligitur in Regem, sed Saul, id est, filius duri. Ne scilicet, qui præest, sibi snadeat satis sibi esse lucis, nec indigere, ut ab aliis doceatur, imo vero emendicandam esse sibi lucem ab aliis, & fore se docendum ab his, qui sunt filij lucis. Dicitur au-

tem is, qui in Regem eligitur Saul, id est, filius duri, quia frequenter hi duri sunt, nec facile ad aliorum sententiam se flectunt. *Quid est, quod duri filius (ait Gregorius) Rex dicitur, lucerna vero filius dicitur Princeps militia? Sed his verbis, non significat quod summi doctores, & eorum adiutores habet. Sed suppresso quod habent, quid singulis agendum sit. Rex quippe videlicet summus, & electus prædicator, quia iam prælatissima eruditionis scientia scripturæ lumen habet, non sic confidat de scientia, ut aliorum exempla minime sequatur.*

Ambrosius enarratione 2. in Genesim ad Horontianum, querit cur Deus sex dies in mundi fabrica infumplerit, cum tamen momento posset sexcentos alios condere mundos? Quod ideo factum autumat, ut nos doceat nihil temere, & sine delectu agere, si enim ille, qui posset simul omnia facere, ne tumultuarie edita viderentur, maluit tamen sex dierum spatium, in rerum vniuersitate construenda ponere, multo magis lente res nobis agenda sunt, nec ultra modum properandum, sed adhibito aliorum consilio, & multis vltro, citroque habitis. *Sex itaque diebus (ait Ambrosius) factum mundum exigit, non quod Deus tempore indignerit ad constitutionem eius, cui intra momentum suppedit facere, quæ velit, (dixit enim, & facta sunt) sed quia ea, quæ fiunt, ordinem querunt. Ordo autem, & tempus, & numerum plerumque exigit, illud quoque præcipit, quoniam nobis ad operandum formam daturus, numerum dierum seruauit, & tempora. Nos autem tempore indigemus, ut aliquid maturius agamus, neque præcipitemus consilia, atque opera nostra, nec ordinem prætermittamus.*

Psalm. 118. *Viam iustificationum tuarum instrue me.* Ambrosius ibidem, non ait iustificationes tuas instrue me, sed, *Viam iustificationum tuarum.* Nempe sunt in Dei iustificationibus, quidam gradus quos paulatim ascendere oportet, & viæ quædam perplexæ, & impeditæ multisque mæandris sinuosæ, & cæcis labyrinthis difficiles. Has ergo vias non licet agere sine ductore. Vnde legit Ambrosius. *Viam iustificationum tuarum insinua mihi.* Id est, tanquam rem valde difficilem mihi ostende. verba Ambrosij subiicio. *Prius est, ut discamus Dei iustificationes, deinde, ut gradus quosdam iustificationum, & ordinem nouerimus. Quid prius, quid sequens esse debeat. Nam scire quid facias, & ordinem nescire faciendi, non est perfecta cognitionis, offendunt plerumque præpostera.*

Psalm. 118. *Viam iustificationum tuarum instrue me: & exercebor in mirabilibus tuis.* Expouit prius heiniftichium præcedens numerus, posteriori vero præsens ex eodem Ambrosio lucem affert. *Exercebor.* Grace ἀδολεῖζω, latine, hallucinor, iuxta Ambrosij mentem duo significat, primum est superflua loquor. Ergo ait Dauid, cum multa, ô Deus in rebus agendis, & iustificationibus tuis adimplendis, sint difficilia facta, & cogitatu, oro te, ut me doceas neque hoc transcursum & perfunctoriè facias, sed vsque ad fatietatem, ut quodammodo superfluous in dicendo videaris. Hoc orat Dauid, qui nouit, quam sit necesse Deum consulere, & ab eo doceri ne à veritate aberremus. Adducit secundam expositionem verbi hallucinor, id est morosa mentis expositione, & inquisitione rem discutio, cum res aliqua difficilis occurrit, eam versamus hinc atque inde, talis ergo debet esse nostra mens, ut semper inquirat, nec facile suæ sententiæ fidat. Ambrosij verba transcribo. *Græcus ἀδολεῖζω posuit, quod dicit latinus hallucinabor, in quo videtur esse aliqua sermonis offensa, secundum vulgarem consuetudinem, quia ἀδολεῖζω vulgo æstimatur, vel hallucinari plusquam oportet, aliquid dicere, & superfluum loqui, quid audienti fastidio*

9.
Ambros.
10.
Psalm. 118.
Ambros.
11.
Psalm. 118.
Ambros.

fastidio sit: ideo David, quasi bonus sui index, atque ar-
 ter proprie usque ad fastidium mauult doceri, & superfluo
 immorari tempore, quam necessarium ordinem praeuere.
 Adoleſcentia enim, vel hallucinatio, videtur quadam esse
 meditatio, & morosa quadam mentis intentio, à qua non
 longe abest exercitium, vel anima, vel corporis. Nam, vt
 is, qui exercet membra sua palastra diutius se exercet, vt
 roboret, ita qui exercet mentem suam in Scripturis san-
 ctis, vel in consilijs, diutius exerceri debet. Ergo, vt illi,
 qui in palastra congressuri sunt sapius se exercent
 & corpora induunt ad laborem: non aliter qui rem
 molitur sapius eam, secum verſet, & cum alijs mo-
 dum negotij transigendi tractet.

Matthæi 8. 21. Domine permitte me primum ire, &
 sepelire patrem meum. Hic Christi discipulus sapius
 Magistrum de cultu parentum differentem exceperat,
 quid ergo opus habuit, iterum Magistrum adire,
 & an liceret funeri parentis adesse, quærere? Sa-
 tis enim perspicuum videbatur fore Christo per-
 gratum, si de parentis sepultura curaret. At vero
 Christi discipulus, ex eadem Magistri disciplina
 nouerat, sine consilio nihil moliri, atque adeo,
 etiam in re satis perspicua, Christum adit, & con-
 sultat. Nec tamen, eum spes fefellit, nec frustra con-
 silium inuit, nam prohibitus est à Christo Domino:
 Id facere, quod per se satis pium videbatur: Iesus
 autem ait illi. Sequere me, & dimitte mortuos sepelire
 mortuos suos. In tibi qua ratione res quæ satis religio-
 sa videbatur ad Dominum delata est, & tamen
 ne faceret monet. Non ergo te pudeat etiam in re-
 bus, quæ satis manifesta tibi esse videntur, alieni
 consilij subsidium conquirere, forte si aliorum sen-
 tentiam excipias longe aliter res apparebit. Hoc
 etiam ex isto adolescente discet, vt si quando hi,
 quos consulis contraria via incendant, ne eos in
 tuam sententiam trahere coneris, sed deposito pro-
 prio iudicio eorum consilio acquiescas. Nec enim
 hic adolescens quicquam Christo obiecit, sed ei
 statim morem gessit. Hæc ex Chrysostomo desump-
 ti homil. 28. in Matth. cuius verba transfero. Si
 vero mirum tibi de adolescente videatur, quod cum rem
 honestam facere necessariam intenderet, non sua
 sponte, & per se abiit, sed per se consulere voluit, illud mihi
 videri solet aliquid mirabile, quod cum sibi negatum
 quod petebat, non grauiter tulit, sed a quo animo, cum Iesu,
 veluti inebatur, permansit.

Qui fecit caelos in intellectu. Psal. 135. multa habet
 Augustinus in hunc locum, quæ nostro instituto
 seruire possunt, imprimis exponit dictionem illam,
 in intellectu, vel in intelligentia, id est, multa adhibita
 inquisitione, vt more humano loquar, cum sa-
 pius de eorum structura apud se disquisisset, & mul-
 ta secum pertractasset Deus vnico, & simplici in-
 tuitu vniuersa, etiam abdita expectorat, at vero
 phrasi humanæ se attemperat, vt nos doceat in re-
 bus perplexis, & difficilibus aliorum vti consilio: in
 hunc sensum adducit Augustinus verba Psal. 103.
 Omnia in sapientia fecisti. Id est, non temere & casu,
 sed longa adhibita consideratione, & multa dis-
 quisitione præmissa. Adducit etiam quorundam le-
 ctionem, nempe: Qui fecit caelos in intellectu. Id est,
 vt alijs facem præferant, quod complent cæli, dum
 nobis die, solarem lucem præmittunt, nocte vero
 sydereas faces præferunt. Hoc ad mores sapius trans-
 ferendum. Nam quosdam viros in Ecclesia Deus
 præfecit, vt alijs doctrina, & pietate duces se offer-
 rant, & alios instruant, & veluti cæli suo motu, &
 influxa, imbribusque missis hæc omnia moderan-
 tur, non aliter isti, suis consilijs & doctrina reliquis
 omnibus ducatum præstent. Qui fecit caelos in intel-

lectu (ait Augustinus) vel sicut alij interpretati sunt in
 intelligentia. Vtrum caelos, intelligibiles significare, hoc mo-
 do voluerit, an in suo intellectu, & in sua intelligentia fe-
 cisset caelos, hoc est, in sua sapientia, sicut alibi scriptum
 est: omnia in sapientia fecisti. Si autem aliquid aliud,
 quod ad nos magis pertineat, ista dicta significant: fecit
 caelos Deus in intellectu spirituales sanctos, quibus non
 tantum credere, verum etiam intelligere diuina donauit.
 Hoc, qui nondum possunt, & solam fidem firmissimam te-
 nent, tanquam intra caelos, terram firmissimam nomi-
 nauit.

Statura pusillus erat, & præcurrens ascendit in arbo-
 rem sycomorum, vt videret eum, quia inde erat transitu-
 rus. Hæc de Zachæo Lucas capite 19. Zachæus sta-
 tura pusillus, eos significat, qui parum mentis acie
 pollent. Hi autem, vt Iesum videant alienis auxilijs
 indigent. Illud etiam notandum non satis fuisse
 Zachæo ex turba discere quisnam esset Iesus, sed
 illatam arborem ascendit, vt inde quoque versus
 liber pateret despectus. Et nos, si sapius, non si-
 mus contenti vulgi opinione, sed veritatem vene-
 mur ex viris virtute & doctrina illustribus. Sed
 quam arborem ascendit Zachæus? Sycomorum, id
 est, ficum fatuam. Nullius monita despiciere nobis
 licet, etiam si nobis mente & doctrina inferiores
 sint. Nam quandoque ex rusticis hominibus multa
 venamur vtilia satis, & è re dicta. Hæc ratione ex-
 posuit hunc locum Augustinus sermone 7. de ver-
 bis Apostoli, eum loquentem facio. Hunc ergo volens
 videre Zachæus in quo figurabatur persona humilium,
 non attendit turbam impediendam, sed ascendit sycomo-
 rum. Et paulo inferius: Puto quia tu irrides sycomorum,
 & ipsa me fecit Iesum videre. Sed tu irrides sycomorum,
 quia homo es, sed stultius Dei, sapientius est hominum.

Post illatam cladem Philistæis fortissimus Sam-
 son in petra Etā se abdidit. Vt habes Iudicum 15. 8.
 sapius Samson triumphum de Philistæis egerat, &
 tamen ad petram Etam confugit, nam Etam dicitur
 consilium, quo facto nos admonet, vt etiam si in-
 telligentia, & mentis acie alijs superemus, nihilo-
 minus tamen eos consulamus.

Esaia 1. 26. Et restitui indices tuos, vt fuerunt
 prius, & consiliarios tuos, sicut antiquitus. More scrip-
 turæ loquitur Propheta, & per posterius hemisti-
 chium prius declarat. Ergo, quos ante principes di-
 xerat, postea consiliarios appellat. Ne scilicet ni-
 mium sibi arrogent illi penes quos est Reipublicæ
 gubernaculum, quorum munus est Reipublicæ bo-
 no inuigilare, & quos oportet esse paratos, vt ru-
 dioribus consilia præbeant, ô, felix illa respublica,
 quæ eiusmodi principibus gaudebit. Vnde subdit
 Propheta. Post hæc vocaberis ciuitas iusti, vrbis fidelis. Ba-
 silius in hunc locum: hos consiliarios, ait esse Pro-
 phetas, qui à Deo dati sunt, vt populo præbeant
 consilia: imo vero ipsos Apostolos, quorum hoc
 præcipue munus est datis consilijs populo subueni-
 re. Quod munus expleuit Paulus 1. Cor. 7. 25. De
 virginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem
 do tanquam misericordiam consecutus à Domino, vt sim
 fidelis. Id est, vt meo muneri satisfaciā, vobis consi-
 lium præbeo. Nonnulla alia congerit Basilus ibi-
 dem, quæ lectore, non expositore indigent. Ideo
 subiungo. Ne ergo vnusquisque nostrum se ipsum existi-
 met, quasi princeps sit, sed quasi consiliarius à populo sit
 datus ad populi salutem. Consiliary fuerunt Prophete
 omnes, qui consulebant, quæ essent populo conducibiles. Et
 præ omnibus Moyses. His igitur qui ab initio fuerunt
 assimilés, se exercituros beneficus Dominus populo suo
 reponit, nempe Apostolos & Euangelistas, cuiusmodi
 erat Paulus: consiliarius erat minister noui testamenti
 dictus:

14.
 Luca 19. 3.

August.

15.

16.
 Esaia 1. 26.

1. Cor. 7. 25.

Basil.

dictus: consilium autem do tanquam misericordiam consecutus. Plane non exigui momenti beneficium est, quod a prudente, & benecio consule emanat. Consilium quippe, qui suo euentu supplet, quod desit prudentia, consilium de re quapiam captantibus. Proinde quanti emolumenti eueniat ex accepto consilio, declarat, vel maxime Moyses, qui omni sapientia Aegyptiorum eruditus, qui familiari colloquio, cum Deo congregiebatur per inde, ac si quis amicus, cum suo loqueretur amico. Hic tantus consilium sibi reditum a foris socio suo accepit: Nimirum, ut tribunos millenarios constitueret, centenarios, & decanos, qui causas iudiciaque populi decernant. David insuper consiliario visus est Chusi per quem dissipauit militare consilium Achitophel, utque in genere dicam sacra quedam res est consilium Voluntatis unio, fructus dilectionis, humilitatis insigne. E diuerso intolerabilis est superbia argumentum existimare se nullius egere consilio: sed sibi uni attentum esse, qui solus possit consilium decernere, que optima sunt.

VERS. 7. Si possides amicum, in tentatione posside eum, & ne facile credas ei.

1. Si possides amicum in tentatione posside eum. Id est, si cupis amicum eligere, in minoribus rebus proba eum, ut postea maiora tuto possis illi committere. Et non facile credas ei. Supple te ipsum, & ea probatio leuis non sit, sed grauis, & diuturna, & amici fidei, non facile te, tuaque committas.

2. Si possides amicum in tentatione posside illum. Verbum Græcum, quod noster interpretes transtulit possides, & posside proprie significat comparare. Ergo hic agitur non de amico, quem iam possidemus sed de eo, quem possidere cupimus, & in nostram amicitiam trahere. Quasi dicat: amicus prius diligendus, quam diligendus. Vnde Seneca. *Omnia delibera, cum amico, prius tamen de ipso.* Paulus de Palacio locum intelligit de eo quem iam in nostram amicitiam asciuiimus. Vnde hunc sensum habent verba: si iam quemquam in tuam amicitiam admisisti, proba illum in durioribus casibus, si qui tibi euenerint, nam ridente fortuna non bene exploratum habebis animum amici, fauent huic expositioni, quæ sequuntur, est enim amicus secundum tempus, &c.

3. Et non facile credas ei. Sic habent Græca, id est, ne te ipsum facile credas, cui expositioni fauet lectio quorundam latinorum, qui addunt illud, te ipsum. Et non facile credas ei te ipsum. Hæc expositio aliis præstat, & non facile eius fidei te, tuaque committas, sed longo præmissis examine, & probatione. Alij autem hac ratione exponunt verba vulgati codicis. Non facile credas ei, qui tibi amicitiam, & fidelitatem tibi pollicetur. Alij exponunt absolute, nulli fidem habeas, nisi eum prius multis probaueris.

VERS. 8. Est enim amicus secundum tempus suum, & non permanebit in die tribulationis.

1. Reddit rationem ob quam, non temere amicus credendum dixerit, scilicet; Est enim amicus secundum tempus suum. Quasi dicat, sunt enim nonnulli, qui cum eorum commodo aut vtilitati commodum fuerit, amicos se venditant. Et non permanebit in die tribulationis. Cum vero tibi male fuerit, te in medijs periculis deserent.

2. Per plurale locum legit Tigurina licet eodem sensu, hac ratione. Sunt enim amici, quando sibi opportunitum est. Qui tibi desint tempore tua calamitatis.

Et est amicus, qui conuertitur ad inimicitiam: & est amicus, qui odium, & rixam, & conuitia denudabit.

Proponit aliqua genera instabilium amicorum: & postquam in superioribus monuit cauere ab his, qui facile ab amicitia defleunt, iam alios proponit nocentiores, qui vel in inimicitiam declinant, vel etiam verbis, se inimicos ostendunt. Et est amicus, qui conuertitur ad inimicitiam. Sunt aliqui, qui non solum ab amicitia defleunt, sed odium concipiunt, Et est amicus, qui odium, & rixam, & conuitia denudabit. Id est, sunt etiam aliqui qui conceptam inimicitiam, non corde premunt, sed per conuitia, & proba exponunt.

Et est amicus, qui conuertitur ad inimicitiam. Scilicet, mutabilitate sui ingenij, vel leuem aliquam ob causam. Vtrumque malum. Hugo. Qui cito ad inimicitiam conuertitur. Hoc enim, nec cito, nec leui ex causa faciendum est. Adducit Hugo aliorum lectionem. Et est amicus, qui conuertitur ad amicitiam. Id est, qui facile in amicum, inimicumque conuertitur. Lya: & hic est homo inuidus, qui super crescente amici sui prosperitate per inuidiam incipit dolere, & eidem contrarius esse.

Et est amicus, qui odium & rixam, & conuitia denudabit. Nos simpliciter hanc partem exposuimus. Et est, qui non solum mente inimicitiam tenebit, sed foras promit. Hoc enim tantum exigere videretur sententia. Ianfenius vero hac ratione exponit. Imo sunt aliqui, qui non solum in inimicos conuertuntur, verum si quid peccaueris tempore amicitia, vel si quid eius fidei commisisti, euulgant. Græca hanc sententia partem, hac ratione efferunt. Et pugnam opprobrij tui reuelabit. Ergo Græca non habent in posteriori hemistichio nomen illud, amicus, sed ex priori petunt, & possunt habere hunc sensum. Est qui ex amico fit inimicus, & pugnam opprobrij sui reuelabit, & hic qui de amico fit inimicus, inimicitiam suam verbis promit, & si quod in te peccatum notauerit tempore amicitia in vulgus proferet. Dionysius Carthus. de illo sententiam exponit, qui sub specie amicitia inimicitiam gerit, & tempus expectat, quo magis nocere possit. Et conuitia denudabit. Hugo Cardinal. id est, aliqua mala dicit de illo, cuius amicum, se simularat, si sciat, si nesciat, finget. Lya: Et hic homo est fallus, qui cum aliquo finget amicitiam, ut sciat suum secretum: ut sic melius possit impugnare eum.

Est autem amicus socius mensæ, & non permanebit in die necessitatis.

Hic versus præcipue parasitos, & adulatores carpit, qui in potentiorum amicitiam, se insinuant, ut inde cibum, & potum sibi parent. Est autem amicus socius mensæ. Id est, sunt nonnulli, qui etiam inopia suæ subleuanda causa, alios colunt, & non permanebit in die necessitatis. Si vero amicos calamitatis aliqua opprefferit ad amicitia defleunt.

Socius mensæ. Paulus de Palacio. Ad alia quæcunque commoda, quæ parasiti in potentioribus exquirunt sententiam extendit, sed non cogit locus, qui solum de poculentis, & esculentis sententiam infert.

In die necessitatis. Sunt, qui necessitatem de qua hic agit author ad paupertatem, & inopiam contrahant. Hac enim ratione Antithesis cum aculeo extat, ut priori parte de diuitum delicatis conuiujs sermo

fermo fit, quibus adultores inhiant: in posteriori vero de pauperum frugali mensa. Ceterum, si exemplaria Græca consulamus de quavis necessitate agitur. Habent enim vocem *δύσχεος*, quæ est tribulatio, & in hunc sensum superius posuit. Hos vero, qui proprii commodi causa amicis colunt, his verbis capit Seneca. *Mel musca sequuntur, cadauera lupi, turba ista sequitur prædam, non hominem.*

sus domesticos tuos potestatem usurpabit, & eos liberius arguet, si quid peccauerint in te, velut causam tuam agens, & pro rebus tuis sollicitus. Hoc enim agere solent & veri amici sincero amore permoti, & amici ficti, ut magis domini benevolentiam capient. Lyra, domesticos, id est, domestica Lyra. negotia. Paulus de Palacio. Res domesticas, sed Palacio. plane ad familiam referenda sunt verba.

Seneca.

VERS. 11.

Amicus si permanserit fixus, erit tibi quasi coequalis, & in domesticis tuis fiducialiter aget.

VERS. 12.

Si humiliaverit se contra te, & à facie tua absconderit se, vnaminem habebis amicitiam bonam.

1.

Multis probandum prædixit amicum, num vero docet quid cum illo agendum postquam in probatione fidus perstiterit. *Amicus si permanserit fixus, erit tibi quasi coequalis.* Si amicus fixus permanserit in die necessitatis, & in tempore tribulationis, tibi que adhæserit fidelissime: etiam si illi multis sis superior, cum eo tamen, quasi cum tuo æquali age. *Et in domesticis tuis fiducialiter aget.* Et cum domesticis tuis libere, ac fiducialiter conuersari permittit, tanquam vnum ex illis. *Si humiliaverit se contra te.* Si præ modestia, & animi sui moderatione, vel suspiciens tuam superiorem dignitatem non admodum fide, & libenter erga te, se gesserit, seque à facie tua, & conspectu subdixerit, nonnunquam, tua comitate, & familiaritate, non abutens. *Vnaminem habebis amicitiam bonam.* Non hominem à tua amicitia societateque abiicias, imo vero ob hoc vel maxime illum in tuam societatem asciscas, bonam amicitiam, & concordem te cum illo habiturum prædico.

2.

Hic sensus commodius assignari potest latinis codicibus, ne omnino à Græcis dissideant. Nam hi multo aliter legunt, nempe hoc modo. *Et in bonis tuis erit, ut tu.* Et super vel inter domesticos tuos fiducialiter aget, si humiliatus fueris erit contra te, & à facie tua absconderit se. Iuxta quam lectionem adhuc agit de amico reprobando, & socio mensæ, de quo superior. Ergo sensus iuxta Græcos codices, hic erit. *In bonis tuis erit, ut tu.* Id est, si prospera successerint præbebit se, velut alterum te. Et inter domesticos tuos fiducialiter aget, & libere, & confidenter conuersabitur, inter domesticos tuos. *Si humiliatus fueris erit contra te.* Contra vero si à priori felicitate excidas, habebis cum tibi infensum. *Et à facie tua absconderit se.* Et subtrahet se à tua familiaritate.

3.

Amicus si permanserit fixus, erit tibi quasi coequalis. Si post probationem fidus permanserit, habe cum tanquam alterum te. Amicitia enim, aut æquales inuenit, aut facit. Et Horatius de amico suo Virgilio. *Et serues animæ dimidium meæ.* Vel quia ut habet Aristoteles. *Amicitia proprie non est inter homines multum dissimilis gradus, & status.* Et Tullius amicitiam describens. *Amicitia est humanarum, diuinarumque rerum cum benevolentia, & caritate consensio.* Græca. *Et in bonis tuis erit, ut tu.* In prosperis, velut alterum te se præbebit. Tigurina. *Rebus secundis tuis accommodabit se tibi.* Id est, si tibi arriserit fortuna tibi morem geret, ad te omnino se accommodabit.

4.

Et in domesticis tuis fiducialiter aget. Libere cum domesticis tuis conuersabitur. Tigurina: & inter domesticos tuos libere verfabitur. Quam partem hac ratione exponit Iansenius, & Vatablus, aduer-

Si humiliaverit se contra te. Nos, id est, si coram te se submissus gesserit. Aliquando enim in scriptura contra pro coram ponitur, nec Latinis inuitata phrasi. Et David. *Deum exquisiui manibus meis nocte contra eum,* id est, coram eo. Græca: *si humiliatus fueris erit contra te.* Id est, si aduersa ingruat calamitas, tibi tanquam inimicus obsistet. Fauet Tigurina. *Quod si fueris afflictus resistet tibi.* Rabanus hac ratione legit. *Si humiliaverit se coram te: & à facie tua absconderit se.* Sensus autem est, ut hic versus opponatur versus præcedenti hoc modo. Si amicus fixus in tua societate, amicitiaque permanserit, ipse se erga te geret, tanquam si tibi sit æqualis omnino, & ad domum tuam, domesticosque liberum aditum ei præbe. *Si humiliaverit se coram te, &c.* Id est, si autem non libere erga te se gesserit, sed apud te se demiserit per hypocrisisim, ut magis noceat, noueris fore, ut tempore, quo in calamitatem incideris, te omnino deserat. Paulus de Palacio nostra lectioni nouum sensum affert in hunc modum. Amicus, qui à te absens tuæ utilitati prospicit, & negotia gerit: & hæc acturus à te declinat, nec conspectum tuum quærit, hic verus amicus est. Tandem in cruce ad Christum pendentem, & pro nobis suam maiestatem abscondentem, præsentem versus inflectit hic author. Hic enim verus est amicus.

5.

Palacio.

6.

Et à facie tua absconderit se. Id est, si vero pro sua animi modestia, & pro illa qua fulges dignitate à facie tua se subdixerit. *Et à facie tua absconderit se.* Ita habent Græca, id est, quia in afflictione constitutus, utilis illi esse non potes, te deseret. Tigurina ita legit, iungitque superioribus. *Quod si fueris afflictus resistet tibi, aut de conspectu tuo absconderit se.*

7.

Vnaminem habebis amicitiam bonam. Id est, noueris te inuenisse amicum fidelissimum quem in tuam societatem asciscere poteris, hanc partem, hoc modo exponit Dionysius Carthusian. vnaminem habebis amicitiam bonam, id est, æque fidelis, & amicabilem erit tibi, vel in domesticis tuis fiducialiter aget, id est, fideliter dirigit, ac iuuabit familiam tuam, ac sobolem: ita, quod amicitia, qua te amat deriuabit vsque ad illos. Hugo Cardinal. *Vnaminem cum eo habebis amicitiam bonam, id est, firmam, & stabilem, à facie tua absconderit se.* Non ostendens exterius totum affectum amoris, quem habet interius. Hæc expositio est de vero amico iuxta exemplaria Latina. Exponit autem eandem partem Hugo de falso amico iuxta Græca ad ista interrogatione, ut planè contrarium habeant sensum hoc modo. Si exterius coram te, se humiliaverit, ut te decipiat, & absconderit se à facie tua, fingens se alium, quam vere est. *Vnaminem habebis amicitiam bonam?* Hanc cum eo vnaminem amicitiam habere poteris? Quasi dicat, nequaquam. Nam cum commissa secreta euulgauerit discissam amicitiam cum eo non resarcire poteris. Lyranus. *Vnaminem habebis amicitiam bonam, & cum eo sis vnus cor, & vna anima.*

Dionys.

Hugo.

Hugo.

Lyra.

Ab inimicis tuis separare, & ab amicis tuis attende. VERS. 13.

Probabile consilium. Ab inimicis tuis separare. Vita I. G g 4 congressum

Horatius. Aristoteles. Tullius.

2. cio.

5.

Iansenius. Vatablus.

congressum eorum, qui apertas tecum amicitias gerunt, & ab illis loco te seiuuge. *Et ab amicis tuis attende.* Et amicos diu multumque considera & qui sint, vel quid sibi velint, aut quo pergant diligenter explora, sicut enim stultum est inimicos apertos non vitare, ita etiam exprobanda fiducia est, ea quæ se fidit amicis nondum cognitis.

2. *Ab inimicis tuis separare.* Hugo corpore, non corde, nam iubemur inimicos diligere.

3. *Et ab amicis tuis attende.* Paulus de Palacio, id est, ne secreta ei committas, nos, caue ab illis nisi diu probaueris.

VERS. 14. Amicus fidelis protectio fortis: qui autem inuenit illum, inuenit thesaurum.

1. Commendationem continet hic versus, & sequentes veri amici. *Amicus fidelis protectio fortis.* Id est, amicus fidelis protegit & defendit fortiter instar munitissimæ arcis. Nec modo ab hostibus tutos reddit, verum multis bonis cumulat. Hoc enim habet posterior pars versus. *Qui inuenit illum inuenit thesaurum.*

2. *Qui inuenit.* Id est, qui nactus fuerit eum, nam inuenire in scriptura quandoque simpliciter ponitur pro nancisci, non pro quærere, est autem verbum non præsentis, sed præteriti temporis, vt ex Græcis patet.

VERS. 15. Amico fideli nulla est comparatio, & non est digna ponderatio auri, & argenti contra bonitatem fidei illius.

1. Nihil est æquum, quod pro amico fideli dari possit. Hoc significant illa priora verba. *Amico fideli nulla est comparatio.* Subdit. *Et non est digna ponderatio auri, & argenti contra bonitatem fidei illius.* Id est, bonitas fidei illius non potest æstimari vlllo pretioso metallo.

2. *Amico fideli nulla est comparatio.* Græca. *Nulla est permutatio* Sumpta metaphora à venditionibus in quibus æqualia permutantur. Adeo amicus fidelis precio omnia superat, vt nihil sit ei æquale, quod in permutationibus pro eo dari possit. Huc etiam aptari posset nostra lectio. *Amico fideli nulla est comparatio.* Supple in permutationibus, id est, nihil est, quod in emptione, & venditione, ei æquari, vel comparari possit. Expressius Tigurina. *Amico fideli nullum est par pretium.*

3. *Et non est digna ponderatio auri, & argenti contra bonitatem fidei illius.* Græca breuius. *Et non est pondus pulchritudinis eius.* Id est, pulchritudo, & bonitas eius, non potest digne æstimari vlllo pondere auri, & argenti. In quam etiam sententiam inflecti potest codex vulgatus. Tigurina. *Nec vlla re dignum decus fidei eius rependitur.* Hugo Cardinal. ideo amicus fidelis præfertur auro, & argento, quia neque aurum, neque argentum in spiritualibus iunare possunt, imo multum nocent, nec in futuro sæculo aliquid profunt. At amicus fidelis, & nos in spiritualibus multum promouet, & precibus suis in futuro sæculo refrigerium nobis affert. Hunc autem amicum, ait esse Christum Dominum, de quo subdit idem Hugo. Huic amico nulla est comparatio, quia. *Qui de caelo venit super omnes est.* Ioan. 3. Huic nec aurum sapientiæ, nec argentum eloquentiæ possunt comparari.

Hugo.

Hugo.

Ioann. 3.

VERS. 16. Amicus fidelis, medicamentum vitæ, & immortalitatis: & qui metuunt Dominum, inuenient illum.

Amicus fidelis medicamentum vitæ. Amicus fidelis in ægritudine, & in rebus asperis consilio, atque opera iuuabit, alios morituros amicos, adeo, vt non modo vitam restituat, sed immortalitatem donet. *Et qui metuunt Dominum inuenient illum.* Adeo enim magnum bonum est amicus fidelis, vt nulla humana diligentia haberi possit, nisi Deus se inserat, & illum largiatur. Vnde qui celeste numen venerantur loco præmij illum nanciscuntur.

Amicus fidelis medicamentum vitæ, & immortalitatis. Græcis tantum est. *Amicus fidelis Pharmaceuticum vitæ.* Id est, medicina, quæ huic miseræ vitæ medetur, noster interpretes addidit, & immortalitatis, id est, afferens vitam, & immortalitatem. Id est, medetur malis, & ita medetur, vt deinceps lædere amplius non possint. Dionysius. *Et immortalitatis.* Id est, ad immortalitatem suis consiliis amicum instruit, non ad vitia, vt plures faciunt.

Qui timet Deum, æque habebit amicitiam bonam: quoniam secundum illum erit amicus illius.

Qui timet Deum æque habebit amicitiam bonam. Quali dicat, qui Deum reueretur amicum bonum forcietur. *Quia secundum illum erit amicus illius.* Id est, quia iustum est, vt qualem ipse se exhibet erga eum, talem inueniat amicum erga se ipsum.

Qui timet Deum. Qui Dominum reueretur nam, vt supra diximus apud hunc authorem timor sumitur pro cultu, & reuerentia.

Æque habebit. Primo æque, id est, similiter, ipse Deum colet, & similiter, eum colent amici. Alij æque, id est, iuste. Iustum est, vt qui Deum colit, etiam amicos, eum colentes experiat. Dionysius qui Deo amicus est, dum amicitiam Dei erga se contempletur, conatur, & seipsam, talem præbere erga amicos, qualem erga se, Deum experitur. Vnde fit, vt etiam tales, erga se ipsum suos amicos inueniat. Plures affert huius loci expositiones Hugo Cardinal. quas placuit suis verbis referre. *Qui timet Dominum æque, id est, æquo animo, & recto, non vt seruus, & mercenarius, sed vt filius qui non timet nisi offensam, aut separationem. Habebit amicitiam bonam cum Domino. Quoniam secundum illum erit amicus illius, id est, sicut Deus diligit eum, & ipse Deum. Vel sic, qui timet Dominum timore filiali, æque habebit amicitiam bonam, id est, prout æquum est, amabitur à Domino, vel sic æque habebit amicitiam bonam, id est, æqualiter amabit Dominum, id est, tantum timebit, quantum amabit. Vel sic æque habebit amicitiam bonam, id est, æqualiter amabit, & amabitur omni tempore aduersitatis & prosperitatis. Quoniam omni tempore diligit, qui amicus est. Prouerb. 17. Vel sic æque habebit amicitiam bonam, cum proximo, id est, amicorum paritate, cum sint vt vnum in amore consortes: amicus enim dicitur quasi amoris consors.*

Amicitiam bonam. Ego abstractum pro concreto positum existimo, id est, amicos bonos nanciscetur.

Quoniam secundum illum erit amicus illius. Prior sensus, qualis ipse erga Deum se exhibuerit tales & amicos se colentes inueniet. Posterior, quia nisi cum timentibus Deum amicitiam, & societatem non inibit. Hoc enim maxime Deus à suis cultoribus exigit, vel quia cum ipse, & eius amici similes sint moribus, vt pote virtute præditi perpetua erit amicitia. Tandem quia neuter iura amicitia violabit. Dionys. Carthusian. Talem erga se amicum inueniet, qualem ipse erga amicum se exhibuerit. Tradit

Tradit insuper alium sensum : talem Deum erga se experietur, qualem ipse erga Deum præstiterit.

Græca exemplaria perplexum habent sensum. *Qui times Dominum rectam facit amicitiam suam. Quoniam secundum illum, ita, & proximi eius.* Tigurina. *Qui Dominum reueretur amicitiam suam constituit. Quoniam tanquam alter idem erit amicus eius.* Id est, qui Deum colit amicos fortietur, quoniam eos tanquam alterum se habebit. Lyra: *Quoniam secundum illum, id est, secundum deceniam diuine magnificentiæ.* Id est, Deus, eum colentes amicis fidelissimis donabit. Hoc enim diuinam largitatem maxime decet. Item Lyra: Pater æternus sibi similem filium producit, & Spiritum sanctum diuinitate sibi æqualem spirat uterque. Hugo Cardinal. id est, *secundum, quod diligit Deum in illo, diligit proximum, qui est imago illius.* Sed omnes isti sensus mystici sunt.

coniunctioni: imo vero eam præfert necessitudini, quæ ex generis consanguinitate oriri solet. Nimirum, qui ab eodem genere originem trahunt, sanguine quidem sunt iuncti, qui vero charitate, & diuino amore coniunguntur vnã eandemque habent animam, & spiritum. Ergo quanto maior est coniunctio spiritus, quam corporis, tanto arctior intercedit necessitudo inter honestos viros, quam inter consanguineos. *Nefas enim putabant religiosi viri (ait Ambrosius) sibi participem non asciscere in substantia, qui particeps esset in gratia: At que adeo in fraternitate, omnes communiter utebantur, nisi, quod maior est fraternitas Christi quam sanguinis. Sanguinis enim fraternitas similitudinem tantummodo corporis refert. Christi autem fraternitas vnanimitatem cordis, animæque demonstrat, sicut scriptum est: erat autem credentium cor vnum & anima vna.*

Ambros.

ETHOLOGIA LXXIV.

Probandi, & seligendi amici.

Fili à iuuentute tua excipe doctrinam, & vsque ad canos inuenies sapientiam. VERS. 18.

Per pluribus versibus, quos exposuimus de hac re agit author, & nos eius vestigiis inharètes, quoniam in amicitia asciscendi sint, exponamus. Reiectis his, quæ ex antiquorum dictis in hanc tractationem importari possent, quia obuia omnibus, nonnulla quæ maiorem aculeum habere videntur inferam. Imprimis ea ratione, incunda est familiaritas, ne in amicorum contemptum veniamus dum nos illis faciles præbemus. Hoc nos cauere monet Paramiaestes Prou. 25. *Subtrahere pedem tuum de domo proximi tui.* Hebraice: preciosum fac, id est, ne te alicui crebro pertractandum committas. Nam vt habet Martialis.

*Nulli te facias nimium sodalem
Gaudetis minus, sed minus dolebitis.*

Ergo seruandus est modus in amicitia. Ne præ facilitate in contemptum veniamus.

Psal. 34. *Tentauerunt me, subsannauerunt me subsannatione, siendauerunt super me dentibus suis.* Quidam legunt: *cum Hypocritis subsannatoribus placentia.* Id est, illis qui me circumstabant placentes ob sportulam, vel delicationes cibos, quos Hispani dicere solemus. *Amigos de copa de vino.* Qui ideo in nostram amicitiam se se insinuant, vt aliquid à nobis veniatur, si vero res pro voto non contingat, abscedunt. Hinc docemur, eos vitare amicos, qui non nos sed nostra quærunt. Tentauit Deus Abraham, & ab eo petiit, vt immolaret filium suum Isaac Genes. 22. Multis aliis modis de Abrahamo Deus experimentum capere poterat, verum hoc vnus elegit, aliis omisissis. Nempe, vt vult Theodoretus, *Quæst. 72.* in Genes. veræ amicitia optimum signum. Imo vero vnicum est, si ob amicum se difficultatibus exponat, & mala subire non detrectet. Vnde postquam immolaturus filium gladium arripuit obuium habuit Angelum, qui hac ratione eum allocutus est Dei nomine, *nunc cognoui quod times Deum, & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me.* Cum multa illaque præclara diuinæ amicitia monumenta edidisset Abrahamus, nunc se cognouisse primo, ait Deus; Nempe tunc primum didicisse se ait, quia filio suo propter me non pepercit. *Ut ignorantes doceret* (ait Theodoretus) *quam iusta de causa Patriarcham diligeret.*

Acto. 4. 32. *Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna.* Hæc verba expendit Ambrosius sermon. 9. ex variis. Et ex illis bonorum, & piorum hominum amicitiam præfert malorum

Nouum rerum ordinem orditur sapiens: hortatur enim auditores suos, vt studium sapientiæ ab ipsa iuuentute suscipiant. Nam hæc non deserit hominem, vt corporis voluptates, sed ad vltimam senectutem eum comitatur, quando minus homo sibi sufficiens est. *Fili à iuuentute tua excipe doctrinam.* Quasi dicat, à teneris excipe sapientium hominum instructionem, & vsque ad canos inuenies sapientiam. Et inuenies sapientiam, quæ tibi profit, ad extremam vsque senectutem.

Fili à iuuentute tua excipe doctrinam. Græca exemplaria: elige; præ aliis arripe. *Doctrinam*, id est, te instruendum trade, ne detrectes monita suscipere.

Et vsque ad canos inuenies sapientiam. id est, ad perfectam vsque ætatem te sapientia comitabitur. Vatablus, per Metalepsim: id est, nec satis est à iuuentute quæsiuisse, sed senex etiam in illius studium incumbere. Triplicem alium sensum tradit Paulus de Palacio, primum distinguit inter doctrinam, & sapientiam, doctrina consistit in rerum cognitione, quæ iuuenibus conuenire potest, at sapientia est rerum agendarum prudens ratio, quæ ex multa prudentia oritur, & in senibus contingit. Ergo vt prudens in senectute inueniaris exordium sume à iuuentute, & à prima ætate sapientiæ incumbere. Fauet huic expositioni Rabanus. His verbis: *Qui in iuuentute studet sana doctrina, in senectute metet dulces fructus sapientiæ.* Secundus sensus est, ne differas ad multam vsque ætatem sapientiæ vacare. Adeo enim multa est, vt etiam si à iuvene in illam incumbas, & ad canos vsque in eius studio perseueres, nunquam tamen eam exhaurias, sed subinde noua tibi occurrent: iuxta illud Eccles. 11. *Mane semina semen tuum, & vespere non cesset manus tua.* Tertius sensus est. Fili à prima ætate sapientiæ instruendum te trade, quod si secus feceris, vacuum plane sapientia te senectus occupabit. Nam si iuuenis & eo tempore quo vires suppetunt, non sufferamus labores, qui in ea inueniri solent, effata atas hos sustinere non valebit. Hugo. Iuuenes, vt pote ingenio facili impressas imagines excipiunt: at mens in senectute obduruuit, & ratio obcalluit. Adeo vt difficile sapientiam sibi imprimi patiatur. Cum enim omnes alias artes iuuenes addiscamus, sapientiam, vel virtutem ne ad senectutem reiciamus.

Quasi is qui arat, & feminat accede ad eam, & sustine bonos fructus illius. VERS. 19.

VERS. 20.

In opere enim ipsius exiguum laborabis, & cito edes de generationibus illius.

I.

Dixerat quo tempore incumbendum sapientia, scilicet omni, à teneris ad senectutem vsque, nunc vero, modum, quo sapientia habenda sit proponit. *Quasi is qui arat, & seminat accede ad illam.* Quasi dicat, non putes sapientiam, quod bonum maximum est, cuiquam sine labore, dispendio, & expectatione, vltro aduenire: labor tibi subeundus similis illi, quem subire solent, qui sub hyemem arant, & terræ semina mandant. *Et sustine bonos fructus illius.* Tantundem si expectaueris vberes, & dulces fructus illius carpes. *In opere enim ipsius exiguum laborabis, & cito edes de generationibus illius.* Quasi dicat, non tamen existimes grauissimum tibi subeundum esse laborem aut diutissime expectandos fructus illius. Nam in colenda sapientia modicum laborabis, & non multo post fructus illius decerpes. Ergo duplici parte prioris versus duplex respondet pars posterioris, quæ eam temperat, vel corrigit. Prius enim dixerat, *quasi qui arat, & seminat, accede ad illam.* Id est, insuadendum tibi est, hanc corrigit prior pars posterioris versus, nempe. *In opere enim ipsius exiguum laborabis.* Id est, non propter laborem animum despondeas, labor quidem est, sed facile subeundus. Posterior pars prioris versus est: *Et sustine bonos fructus illius.* Id est, ne statim ad percipiendum fructus manus extendas, expectandum quidē est. Hanc autem partem corrigit pars posterior posterioris versus, nempe. *Et cito edes de generationibus illius.* Id est, non longior tibi trahenda mora, sed nonnihil si expectaueris vberes, & dulces fructus percipies.

2.

Ierem. 4.

1. Cor. 4.

Matth. 13.

Palacio.

Quasi is qui arat, &c. Id est, subeundi labores. Frequens est in Scripturis sacris sapientiaæ cælestis & virtutis, ad agriculturam cõparatio Ierem. 4. *Novate vobis novale* 1. Cor. 4. *Dei agricultura estis.* Mat. 13. *Exijt, qui seminat, seminare.* Et sexcenta alia. Nec immerito, nam vt late prosequitur hic Paulus de Palacio facile possunt ad virtutem trahi, quæcunque in agricultura reperiuntur.

3.

Isaia 28.

Hugo.

Et sustine bonos fructus illius. Verbum sustine, pro expectare ponitur. Sunt nonnulli adeo auari, vel impatientes, vt statim ac semina iniecerint, fructus decerpere gestiant. Quos pungit Isaia 28. *Quasi temporaneum ante maturitatem autumnum; quod, vt aspexerit videns, statim, vt manu tenuerit, vorabit illum.* Hugo. de scripturæ studio locum exponit. Ergo carpuntur, qui vix tyrociniõ exacto docere sagunt.

4.

In opere enim illius, &c. Opus idem est ac cultura, vnde aliqui transfulerunt, *in cultura enim illius.* Persistit enim in metaphora agriculturæ, Græcis *ἡσθησία*, quæ significat quanquã operationem. Hic autem producendo metaphoram prioris versus pro agricolatione accipienda est.

5.

Et cito edes de generationibus illius. Id est, de fructibus. Generationes enim fructus significare superius ostendimus.

ETHOLOGIA LXXV.

Qualem quis in iuuentute se gerit, talis in senectute perseverat.

I.

Inter sententias quæ ad mores pertinent nulla, aut vtilior, aut verior excogitari potest. Elaborandum igitur parentibus est, vt filios à iuuentute ad normam virtutis effingant, nam quod pueri hau-

serint siue pium illud sit, siue secus, velut caractere quodam animæ impresso ad vltimum vsque senectutem seruant. Dilapidauerat profusus ille nepos patrimonium, verum cum animum penitentia subiret, paternam domum repetiit, patrem conuenit, qui malorum filij permotus hac ratione seruos alloquitur. *Cito proferte stolam primam, &c.* Lucæ 15. 22. cum ad pristinam dignitatem restituit filium, prius stolam primam illi induit, nempe reliqua ornamenta corporis recte aptari non possunt, nisi prius stolam primam induas, quod significat, vix posse virtutem homini adaptari, nisi à prima ætate ille pietatem coluerit. Si enim super vitia virtus imponatur recte animo adhærere non valet. Firmat sententiam Chrysológus sermon. 3. de Prodigio, his verbis. *Sed cito proferte stolam primam, & induite illum.* Videtis quia delicta non videt vis amoris, tardam misericordiam pater nescit.

Lucæ 13. 24. *Simile factum est regnum celorum homini, qui seminavit bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent homines venit inimicus eius, & super seminavit zizania in medio tritici, & abyti, &c.* Vix agricola semen terræ mandauerat, cum inimicus homo super seminavit zizania, & licet herbescentibus adhuc fegetibus malum occultum esset, vix in culmum surrexerunt, cum malum, ab initio immisum se prodidit. Hoc ad mores transfert Chrysológus satis è re nostra sermon. 97. Si quis in iuuentute vitia aliqua hauserit vix ea excutit; imo vero ætate procedente etiam vitia incrementa capiunt, nec nisi per mortem euelli possunt. Vnde cum serui roga- rent Dominum, vt sibi zizania eradicare liceret; rei difficultatem maturo iudicio expendens Dominus, quam serui factu facile iudicabant. Hæc verba respondit: *Non: ne forte colligentes zizania eradicetis cum eis frum, & triticum. Sinite vtraque crescere, vsque ad messem, &c.* O, quam difficile dediscitur, quod à primis annis animo insidet, vt nisi mortis falce metatur, vix depereat. Cum autem (ait Chrysológus) creuisset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerunt, & zizania. Quod latet in herba manifestatur in spica, & quod celatur in gramine aperitur in fructu. Adde ex mente Chrysológi immisissis zizaniis nihil aliud curasse diabolus. Sic enim habes: *Venit inimicus eius, & super seminavit zizania in medio tritici, & abyti.* Re infecta excessisse diabolus videtur, oporteret diutius expectasse, & dolos, dolis annectere, vt malum omnino grassaretur, ne spes vlla reliqua esset remedij. Conari etiam ne sarrirent, ne infelices herbas euellerent. Verum diabolus optime conspectam habet hominis naturam, quæ si vitium aliquod à iuuentute imbiberit vix illud deponat. Quapropter cum zizania seminasset primo tempore, quo sator hominum Deus virtutes in homine serere consuevit, hoc est, in prima ætate, reliquum illi vltra faciendum non restabat.

Nimia celeritate huc, illucque agebatur currus ille apud Ezechielem cap. 1. quo Dei maiestas vehebatur. Si huius velocis motus causam quæras profecto ad rotas currus deuoluenda est, de quibus ibidem Propheta. *Quasi rota in medio rota.* Per duplicem hanc rotam exponit Ambrosius 3. de Virginibus, duplicem hominis ætatem, scilicet iuuentutem, & ætatem perfectam, & maturam. Ergo rota est in medio rotæ, quia hæ duo partes humanæ vitæ ita inter se componuntur, vt vna alteram omnino referat. Et qualem se in iuuentute homo effinxerit talis in senectute perseverat. Est enim prima hominis ætas, vltimi cor reliquarum partium ætatis, quæ illis spiritum subministret, vnde

non

non incongrue rota in medio rotæ dicitur : sicut cor, veluti alterum animal est in medio animalis, verba Ambrosij subiicit. *Rota enim in medio rota, veluti vita intra vitam. Quod sanctorum sibi vita non dissonet, sed qualis fuerit superioris ætatis sic & sequentis.*

Jeremiæ. Thren. 3. 27. *Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua.* Sed quam dic, anabore, ô Propheta vtilitatem inde capit? *Sedebit solitarius, & tacebit, quia leuauit se supra se.* Expendit Ambrosius oratione funebri de obitu Valentiniani verbum illud, *sedebit*, quod animi tranquillitatem, & securitatem denotat. id est, non indigebit verbis, quibus facta sua excuset. Quam facile homines, alienis factis obmurmurant : & vel piorum hominum operibus oblatrant adeo, vt necesse sit eis rationem reddere, & oblatrantes compescere, verum ille qui à iuuentute pietati studuerit, tanta erit pietate conspicuus, vt nullus ei obloqui audeat, nec vnquam illi sit necesse, alienis criminacionibus parare responsum. *Aut certe si ludit* (ait Ambrosius) *non opus habens excusatione peccati. Quod matura confessione prauentit, & propterea confessione deposcit. Non enim dicitur huic, quæ in iuuentute non congregasti, quomodo in senectute reperies.* Expendit Ambrosius ibidem, illud, *Sedebit solitarius.* Id est, ad tantam virtutis perfectionem deveniet, vt nullus ei in animi pietate æquari possit, vel ad eum propius accedere. *Potest, autem* (subdit Ambrosius) *& sic intelligi, qui cito portauerit iugum verbi, hoc est à iuuentute, non se miscbit cum iuuenibus, sedebit seorsum, & silebit, donec se plena virtutis perfectione erudiat.* Sed quo præcipue virtutum genere pius iuuenis florebit? *Ponet in puluere os suum, si forte sit spes, dabit percipienti se maxillam, sicuturabitur opprobrijs.* Id est, in malorum perpeffione præclarus erit. Est autem patientia in laboribus, & in malis tolerantia eximia quædam virtus, quæ raro vix apud homines inuenitur. Ergo nullo negotio difficultates sustinebit & aduersarios patietur, vt vel hinc discas, quantum in aliis virtutibus fulgeat. Quæ vt minorem præferat difficultatem, adstipulatur dictis Ambrosius ibidem, his verbis. *Sedebit seorsum, & silebit, donec se plena perfectione virtutis erudiat, & magnam induat animo patientiam, dabitque percipienti se maxillam suam, etiam cadis contentus iniuria, vt mandatis obsequatur cælestibus.*

Cantic. 5. 2. *Veniat in hortum meum soror mea sponsa messui myrrham meam cum aromatibus meis : comedi fauam cum melle meo, bibi vinum cum lacte meo.* Vinum lacti admiscere, nescio an palato sit gratum, Imo an aliquibus gentibus in vsu fuerit. Si rem ad mores transferas firmum pro nostra sententia argumentum fumis, scilicet lac teneram puerorum ætatem significat, vinum vero robustam. Ergo lac cum vino mixtum comedit Christus Dominus cælestis sponsus, quia has duas ætates non disungit, sed vtramque simul, aut comedit, aut respuit. Altera sine alia non inuenitur, sed qualem quis se gerit erga Christum adhuc iuuenis, talem & senex, & si in iuuentute gratum illi offert cibum, tam grati saporis, etiam offert illi in senectute. Huius expositionis author est Ambrosius lib. 1. de Caim, & Abel cap. 5. vbi post alias huius loci expositiones, subdit. *Siue, quod paruulos consolationi suæ lactat veribus, vt ab lactu in delicijs plenitudine perfecta ætatis adolefcent.*

Genef. 1. 1. *In principio creauit Deus cælum & terram.* Præposteris ordo videtur, vt prius cælum postea terra condita esse dicatur. Quis enim à culmine domum ædificare aggrediatur : & non potius fundamenta prius iaciat, parietes erigat, ac tandem

tectum imponat? Huius rei causam ad rem nostram defleat Ambrosius enarratione secunda in Genesim ad Honoratianum, docet nos hoc facto Deus, vt eundem ordinem nos seruemus in erigendo spiritali animæ ædificio, vt prius cælum, quam terram ædificemus. Id est, prius doceamus animam nostram, cælum, quam terram respicere. Si enim animus prius assuescat terram inspicere, vix vnquam poterimus, eum à terra attollere, & ad suscipiendum cælum erigere. Ergo à prima ætate nos ipsos doceamus cælum oculis lustrare, & cælestia rimari, hac enim ratione fiet, vt absque periculo postea valeamus, & terram etiam oculis lustrare. *Cum ergo* (ait Ambrosius) *Deum legimus, vt scriptura ostendit, cum sapientia, & quodam consilio, & dispositione omnia fecisse, & ordine, consentaneum est rationi, vt primum cælum faceret, quod est pulcherrimum, oportet, vt in eum primo oculos erigamus, ideo nobis conueniendum esse arbitremur, illam sedem terrenis omnibus præferendam esse putemus.*

Psal. 35. 4. *Verba oris eius iniquitas, & dolus. Noluit intelligere, vt bene ageret.* Iuxta Ambrosium in Psalmum 21. Nostra sententia relatis verbis subest. *Verba oris eius iniquitas.* Id est, cum primum in verba ora resoluit, noxia dicta adhuc lactenti ore protulit; ac cum aures, turpia verba didicit. *Noluit intelligere, vt bene ageret.* Cumque rationis lumen mentem illustrare cœpit, iniquitatem meditari aggressus est. *Quid inde, iniquitatem meditatus est in cubili suo, astitit omni via non bonæ.* Id est, in omnium vitiatorum barathrum se deiecit. Frequentius enim hoc accidit, vt qui ab adolescentia vitis inheret, iam vir ab eisdem peccatis, quodammodo trahatur inuitus. *Prima præcepta* (ait Ambrosius) *sunt sancti Dauid, impietatem fugere, in peccato non stare, in lege meditari. In omnibus igitur radix est, expectanda vigenendis, ne eam inutilis ab exordio succus inficiat, grandioraque multo sunt animorum vitia, quam virgultorum. Cauendum igitur præ cæteris, ne humano ingenio multiatæ usus inolefcat, atque omnis etas sciturna degeneret.*

Querit Ambrosius in Psal. 36. *Quare Ioannes Baptista. Dei gratia praueniente ab ipso matris viro virtutem didicerit?* Nempe, ait Ambrosius, quia multa pietate erat ornandus, oportuit, vt hanc addiceret, cum adhuc matris aluo clauderetur infans. Nec enim in multam altitudinem excrescere potest virtus, quæ à puero hominem non comitatur. *Principem* (ait Ambrosius) *agonis humani præmiatorumque luctantium, nec dum natus venisse cognouit, atque in viro matris exsiliens pie brauium confessionis emeruit, recte iam tunc designatus est ad coronam, qui ante omnes ad Christi agonem fidei præco, & testis virtutis suum nomen obtulerat. Bonus præco, qui ad certamen alios excitabat.*

Ambrosius in Psal. 118. discutit verba illa Thren. 3. 27. *Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua.* Nobis fauet verbum illud, *portauerit.* Cum enim homines in iuuentute viribus polleant, robur eis suppetit, vt legis iugum subire facile possint, at senes effatis viribus, quam ratione iugum subire poterunt? Forte ob hoc, ait Christus Dominus. *Iugum enim meum suauis est, & onus meum leue.* Id est, eis, qui à iuuentute virtutis coluerunt præcepta mea facilia sunt, eis vero duriora, qui à iuuentute legis iugum detrectarunt. *Bonum est viro* (ait Ambrosius) *cum tollit iugum in iuuentute: sedebit singulariter, & silebit, quia tulit in se. Non solum tollere iugum verbi, sed in iuuentute debemus tollere. Si enim sero tollamus, incipies magis penitentiam lapsorum habere, quam tenere gratiam.* Ac si dicat Ambrosius, qui senex ad pietatem

Ambros.

7, Psalm. 35. 4.

8.

9. Thren. 3. 27.

Ambros.

pietatem accedit, non videtur volens virtuti incumbere, sed nolens vitia deserere. Vel qui senex pietatem sequitur præclare sibi factum credit, si tempus suppetat, quo præteritos errores delere possit, non quo valeat virtutes congerere.

10.
Psal. 27. 7. *Delicta iuuentutis mea, & ignorantias meas, ne memineris Domine.* Ambrosius in Psal. 118. notat verbum illud, *ne memineris.* Alias David petit, vt Deus peccatis suis parcat, delictorum misereatur, crimina deleat, errores aboleat, abstergat, mundet: hic vero, vt obliuioni mandet. Nimirum hæc crimina quæ iuuenis commisit, & virtuti non assuescere à prima ætate, adeo graue crimen visum est Propheta, vt nulla illud litura abolere posset, quamobrem rogat, vt silentio supprimatur, est enim hoc velut caput, & origo omnium peccatorum. His verbis: *præueniamus* (ait Ambrosius) *ergo iuuentutis annos correctione congrua, vt magis dicamus singuli. Deus qui pascit me à iuuentute mea. Quam recordationem habentes, lapsum desicamus, dicentes. Delicta iuuentutis mea, ne memineris Domine. Hoc debilitatis est remedium, hoc robur salutis.*

11.
Thren. 3. 27. *Bonum est viro, cum portauerit iugum ab adolescentia sua.* Nomen illud bonum, idem valet apud Ambrosium in Psal. 118. ac nomen sanum. Hebraicam phrasim excepit Hispanus, qui nomen bonum pro sano vsurpat. *Fulano est a buono est sano.* Ergo iuxta Ambrosij intellectum, *bonum est viro,* idem est, ac *sanum est viro.* Virtus, quam in iuuentute discimus, sana est, nec vlllo morbo laborat. At si quis ætate senior, ad pietatem animum applicet, virtutem nanciscitur, infirmam, debilem, ægram, multis morbis obnoxiam, vt enim iuuenes frequenter firma vtuntur valetudine, senes ex aduerso plerumque morbis laborant, senectus enim ipsa est morbus, ita etiam iuuenis virtus valida sana, ac robusta est, senum vero inualida, & ægra, vel si maius sumpta est metaphora à senum filiis: si senes natos aliquos in summa senectute susceperint, nec diutius vitam protendere solent, nec ægritudinibus immunem. At vero iuuenem filij firmis omnino viribus vtuntur. Sunt mores animi filij, quos, qui iuuenis virtutem discit, & validos generat: senum vero virtus à parentibus etiam debilitatem excipit. *Præueniamus ergo iuuentutis annos* (ait Ambrosius) *correctione congrua, vt magis dicamus singuli. Deus, qui pascit me à iuuentute mea. Quam recordationem habentes, lapsum desicamus, dicentes: delicta iuuentutis mea, & ignorantia mea ne memineris Domine. Hoc debilitatis est remedium, illud robur salutis, salutis medicina vulneri quaeritur, gratia sanari. Ideoque ait: bonum est viro cum tollit iugum in iuuentute.*

12.
Thren. 3. 27. *Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua.* Duplicem aliam eiusdem nominis significationem ad rem præsentem satis aptam subinfert Ambrosius ibidem, de quibus nos in præsentia. Prior est, vt bonum idem sit, quod perfectum, omnibus sibi partibus debitis constans, omnibus numeris absolutum, virtus, quæ à iuuentute non capit exordiū vix perfecta esse potest, aut partibus sibi necessariis constans, quæ vero à iuuentute incrementa capit perfecta, & absoluta est. Item bonum, id est, facile. Ac si dicat, si quis à iuuentute virtuti assuescat nullo negotio eam nanciscetur, si vero pietatis studium vsque ad senectutem distrahat, vix & multo sudore obtinebit. *Bonum est viro* (ait Ambrosius) *cum tollit iugum à iuuentute. Ei autem, qui post decursa iuuentutis annos*

iugum tulerit, non est statim perfectum bonum. Stimulant enim eum peccata sua, exagitat conscientiam consuetudo peccandi, & vsus erroris stabilem facit. Lutandum est diu huiusmodi viro, vt abolefaciat, inueterata, atque diuturna. Huic in periculo res est, illi in bono.

13.
Thren. 3. 27. *Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua.* Sed quidnam pio iuueni promittis, ó Propheta? Subdit. *Sedebit solitarius.* Duplex præmium, hæc verba continent iuxta Ambrosium, in Psal. 118. Prius est. *Sedebit solitarius.* Id est, ad tantam virtutis altitudinem perueniet vt vix eum oculorum acies pertingere possit. Posterior sensus est. *Sedebit solitarius.* Id est, tanto præmio donabitur, vt vix illud quidquam æquari possit. Ordinem habere videtur beatorum sedilia, vt pro vniuscuiusque merito, aut infimam aut supremam sedem occupet beatus. Ergo quia hic, qui à iuuentute pietatem coluit solitarius sedebit, quia nulli licebit ei propius accedere, aut in beatis illis sedibus æquari. Denique (ait Ambrosius) *sedebit ille singulariter, quasi is, qui facile non inueniat aequalem, singulariter donatus præmijs.*

14.
Thren. 3. 27. *Sedebit solitarius, & tacebit.* Præmium continent hæc verba, eius, qui cum lacte pietatem fuxit. Iuxta Ambrosium in Psal. 118. id est, omnino quietus, & impavidus in virtute persistet. Quot fluctibus humana mens percillitur? quot procillis exagitur, quot vorticibus obtuitur? quot criminum moles? quot demonum suggestiones? *Infelix homo quis me liberabit de corporis morbis huius.* Et his similia passim intonant pij viri. Nam quamuis quis Deo sit proximus, quantavis virtute polleat, multis tamen vitiorum aculeis exagitur: vnus est qui huiusmodi fluctus non sentit, nempe qui à puero virtuti studuit, nempe. *Sedebit solitarius, & tacebit. Quietus & feriatas* (ait Ambrosius) *ab omni interpellatione mundana sollicitudinis, aut voluptatis.* Nempe, vt apud mortales, vitam agere vitis immunem licet.

15.
Thren. 3. 27. *Sedebit solitarius, & tacebit.* Quietem, & silentium promittit Propheta pio iuueni tamquam præmium. Quæ verba in hunc sensum exponit Ambrosius in Psal. 118. vt scilicet quiescere, & tacere, idem sit ac multa de diuinis secretis haurire; oportet enim, vt is, qui sacrarum literarum studio se tradit, multa corporis, & animæ tranquillitate perfruatur. Ergo causam pro effectu posuit Propheta, vt scilicet quietum esse, idem sit ac diuina, & abdita mysteria perscrutari. Ergo qui iuuenis pietatem amat doctissimus euadet. Vel saltem ad pristina oracula referenda sunt verba. Tam enim apud Hebræos, quam apud Prophanos sacrificaturis silentium iniungebatur. Hoc enim significant verba illa. *Linguis, animisque fauete.* Ergo, sedebit solitarius, & tacebit, idem est, ac multa de diuinis oraculis hauriet, dignus erit, cui Deus peccatoris arcana exponat, verba Ambrosij subiungo. *Et silebit, quietus, & feriatas ab omni interpellatione, humana sollicitudinis, aut voluptatis, & diuinis vacabit oraculis, quæ solent singulariter sedentibus reuelari.*

16.
Psal. 118. *Præueni in maturitate, & clamam.* Hæc maturitas, qua vsus est Dauid in clamando est iuxta Ambrosium ibidem iuuenile robur. Ergo qui in iuuentute Deum alloquitur clamare dicitur, quia multa vi vocem tollit, qui vero decursa iuuentute Deum adit, & ad Deum verba fundit, præ vocis tenuitate vix auditur. Ideo fit, vt iuuenis clamans Deum excitet, & ad se trahat: senes vero, vt potes, quibus vires non suppetant, vix vocem exercere possunt, nec dum excitare Deum, in hunc sensum infert

infert Ambrosius ibidem, illud 2. Tim. 2. 5. *Nam, & qui certat in agone non coronabitur, nisi legitime certauerit.* legitime certare iuxta Ambrosium est, vt iuuenis firmis vtens viribus ad virtutem se se paret. Et hoc videtur sumpta metaphora ab Apostolo exigere. Quis enim non rideret senem multis canis perfusum, effata aetate debilem in arenam descendentem, vt lucta, pugno, cursu, reti, cestu cum aliis dimicare? Ergo non coronabitur nisi qui legitime certauerit. Id est, adhuc iuuenis certauerit. Qui enim senex, certare contendit, arcetur a congressu, quia leges certaminis cum aetate transgressus est. Quod cum grano salis intellige, & reliqua his similia, quid enim prohibet etiam senes vitiorum sarcinam deponere, sed rei difficultatem prætendunt verba Ambrosij, quæ iam subiicio. *Præueni in maturitate & clamaui, quia in verba tua semper speravi. Præcurrit aetatis maturitatem, quisquis in adolescentia postius senilem gravitatem inducit, & iuueniles annos veterana quadam continentia regit, furoremque vivens corporis in cana morum maturitate componit. Nam quid potest habere laudis, si effatum corpus voluptatibus, etiam senectutis gelu frigidum, ad sera deuotionis officia depositio iam senior vigore conuertat? Non est corona, nisi ubi fuerit difficilioris lucta certaminis.*

Repetita verba Thren. 3. quæ pij iuuenis præmium continent iterum ad examen accedant, *sedit solitarius, & tacebit.* Id est, nullius æstibus voluptatis, cupiditatis, aut libidinis exuretur. In quem sensum adducit Ambrosius in Psal. 118. verba illa Matth. 12. 15. cum curasset Christus Dominus cuiusdam hominis manum aridam, tanti miraculi liuore mirati Pharisæi, eum de medio tollere conati sunt. Subdit autem Euangelista. *Iesus autem sciens recessit inde: & secuti sunt eum multi, & curauit eos: & præcepit eis, ne manifestum eum facerent, vt adimpleretur, quod dictum est, per Esaiam dicentem: ecce puer meus electus, quem elegi dilectus meus in quo bone complacuit anima mea. Ponam spiritum meum super eum, & iudicium gentibus nunciabit. Non contendet, neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem eius: arundinem quassatam non confringet, & lignum sumigans non extinguet.* Verba habes apud Esaiam 24. 1. Quæ licet iuxta historicum sensum exponenda sint, pio tamen iuueni adaptat Ambrosius, in hoc enim, quodammodo sopiti manent omnes vitiorum æstus, & multa tranquillitate quiescit virtus, illi autem, qui adolescentens vitiiis fræna laxarunt, etiam si tandem aliquando habenas compresserint, ferocientem tamen libidinem, & despumantem patiuntur luxuriam. *Sedebit singulariter* (ait Ambrosius) *remotus ab strepitu interpellantium passionum, & quietus silebit, cui necesse iam non sit iurgari cum corpore, decerare cum varijs cupiditatibus, quia tulit iugum verbi anima, querit Deum, qui captiuas fecit omnes sibi delicias iuuentutis. Unde fortasse, & illud dominicum, non clamabit, neque contendet, neque audiet quisquam in plateis vocem eius. Non solum ad defensionis silentium, absolutionisque contemptum, & tolerantiam passionis, sed etiam ad compressiones omnium accipere possumus. Unde & alibi scriptum est, qui peccatum non fecit. Recte igitur tacebit in mortis periculo constitutus, qui mortis aculeum non timebat.* Vltima verba Ambrosij innunt, ad eo immunem ab omni vitiorum labe vitam degere eum, qui iustitiam iuuenis coluit, vt responsum, non opus sit illi parare pro vltimo, & tremendo Dei iudicio, in quo, & demones, & propria facta, & intimam conscientiam accusatores extimescimus.

Hunc sensum habent verba Eliphaz apud Iobum 4. *De mane vsque ad vesperam succidentur.* Inte-

grum diem in eis succidendis ponet Deus, non modo matutinum tempus, sed etiam vespertinum. Quasi vero necesse sit totum hoc tempus in malo homine succidendo Deum ponere, nec ei sufficere tempus vespertinum, aut matutinum, sed vtrumque in hac re vna conficienda insumere sit necesse. Sane si corticem intuearis, vel in momento temporis solet Deus impium hominem interimere, & omnino delere. Ergo iuxta anagogem verba expone cum Gregorio 5. Moral. 28. per tempus matutinum iuuentutem exponente, senectutem vero per vespertinum. Ergo, *de mane vsque ad vesperam succidentur.* Id est, vtrumque tempus complecteris, o Deus: iuuentutem, & senectutem, & quem per vitiorum noxas, ac supplicia in iuuentute inceperas punire, propter peccata item in senectute commissa omnino perdes. Qui in iuuentute vitiiis habenas laxant, hæc frequenter ore iactant; modo cum tempus florum est, & sanguinis feruore cum iuuentute æstuanus libidini, & luxui insistamus; cum vero in senectute deferueat sanguis, & caput canis albicauerit, tunc sane frugi erimus, & ad saniorum mentem nos conuertemus. Sed hæc cogitantes propria fallit opinio, res è contrario accidit, nam vitiiis, quibus se iuuenes subiecerant, exagitati, in eisdem etiam senectutem transigunt, similes omnino sibi semper vbi-que, & per omnia. Ergo *de mane vsque ad vesperam succidentur.* Id est, pœnas dabunt pro peccatis à se commissis, tam in iuuentute, quam senectute. In quem sensum perducit ibidem Gregorius verba Psal. 54. *Viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos.* Id est, non ponent dimidium vitæ suæ in cultura vitiorum, alteram vero dimidiam, in amore virtutum: sed eorum senectus, hæc enim est dimidium vitæ eorum, similis per omnia erit priori parti nempe iuuentuti, & qui iuuenis vitiiis se tradiderit, eandem vitæ rationem senex instituet. Insuper addit verba Pauli Ephes. 5. 15. *Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Qui iuuenis vitiiis se subdidit vitam suam in captiuitatem redegit, nec facile ei licet iam seni miseram vitam in libertatem asserere.* Expende, quæso, quam miseram vitam agat, qui immitti tyranno in seruitutem traducitur, & quam difficile ab ergastulo possit se extrudere. Tempus vitæ tuæ in seruitutem redegit, immitti, & crudeli domino, quisquis à puero vitiiis inhiasti. Heu quam difficile vincula iniecta infringere poteris. *De mane* (ait Gregorius) *vsque ad vesperam succidentur.* *A mane vsque ad vesperam peccator succiditur.* Dum à vitæ suæ exordio, vsque ad terminum iniquitatis peccatione vulneratur. *Omni namque tempore reprobi per augmentum malitia contra se ictus ingeminant, quibus successi in profundum ruunt, de quibus per Psalmistam dicitur: viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos. Dies quippe dimidiare est tempus vitæ mala in voluptatibus ductum, ad penitentia lamenta diuidere: atque hoc ad bonum vsus partiendo separare; sed iniqui dies suos nequaquam diuidunt, quia peruersam mentem, neque in extremo vitæ tempore immutant, quos contra Paulus admonet dicens: redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Tempus vitæ redimimus cum ante actam vitam, quam lasciuendo perdidimus, flendo reparamus.*

Meus Ecclesiast. agmen claudit, cum de sapientia multa congestisset cap. 24. 23. subdit: *Ego quasi vitis fructificauit suauitatem odoris, & flores mei fructus honoris, & honestatis.* Sapientia, id est, pietati personam, & vocem attribuit meus author per Prosopopeiam, qua se pietas vitem appellat, quæ fructus pro floribus germinet. Omnes arbores prius floribus ornantur, vt tandem fructibus onerentur, imo ipsa

1. Tim. 2. 5.
Ambros.
17.
Thren. 3. 2. 7.
Mat. 12. 15.
Iob. 4. 1.
Ambros.
18.
Iob. 4. 20.

Psal. 54. 24.

Ephes. 5. 15.

Gregor.

19.

vitis, cui se similem pietas facit, prius flores ex se emittit, ac tandem uvas fert. Quæ ergo est, hæc vitis, quæ pro floribus fructibus se induit? Sane flores floridam iuuentutem primam vitæ humanæ partem protendunt, fructus vero maturam & perfectam ætatem aduibrant. Ergo *flores mei fructus*, id est, ex floribus quales futuri sunt fructus tanta certitudine dignoscere datur, ut potius eos fructuum nomine, quam florum appellent. Et cum flores virtutis, & pietatis in homine iuvene erumpentes videritis, hos pro fructibus carpite, & nomine fructuum appellate. Huc adduci potest illud Numeror. 17. Cum electum in sacerdotem Aaronem non fraterna charitate sed diuino numine Deus populo ostentare vellet. Singularum trium principum sceptræ, seu virgæ coram se reponi mandat: *quem ex his elegero germinabit virga eius*. Electi à Deo in sacerdotium virga germinat. Nota ergo quale pro Aaron à Domino datum est signum. Germinabit virga eius. Subdit autem Moyses: *Sequenti autem die inuenit germinasse virgam Aaron in domo Leui: & tres gentibus gemmis eruperant flores, qui folijs dilatatis in amygdalas deformati sunt*. Germinaturam virgam tantummodo Deus promiserat, nec tantum genuinavit, verum etiam flores, fructusque protulit, eodem profus tempore. Nempe apud Deum frondes, & flores loco fructuum habentur, vnde qui tantummodo flores promiserat, fructus etiam dedit. Nec tu aliam viam inibis, senex, ac illam, quam ingressus es iuuenis, fructusque feres, floribus perquam similes. Etenim fieri non potest, ut arbor frondibus, & floribus suis, quos sit editura fructus, non protendat. Vnde præcipue floribus, id est, iuuentuti dæmon insidiatur, nam si infecerit hanc ætatis nostræ primam partem proculdubio, & senectutem perdet. Hoc enim significant, verba illa Cant. 2. 15. *Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoluntur vineas*. Id est, dæmones, qui vulpium naturam induunt, ut per dolos cum hominibus agant. Sed quæ te cura angit, ô, sponsa, quare tam sollicitè custodiri vineam petis? *Nam vinea nostra floruit*. Atqui vulpes potius maturis vuis, quam acerbis insidiantur. Hoc sane verum est, si de veris vulpibus locum intelligeret, at cum per harum bestiarum astum dæmones protendam, potius hos arcendos moneo à floribus, quam à fructibus. Nempe diabolus maiori cura iuuenibus, quam senibus retia parat, nam si semel iuuenem intra cassidem concluderit fenem etiam irretitum habebit.

ETHOLOGIA LXXVI.

Pietatis studium nullam, aut paruam difficultatem continet.

I. **T**errentur nonnulli ab studio pietatis rei difficultate, &c. Etenim nescio quid sibi fingunt immensi ponderis, hos autem monet noster author versu 20. *In opere enim ipsius, exiguum laborabis, & cito edes de generationibus illius*. Prior hanc veritatem firmet Dauid Psal. 113. 3. *Quid est tibi mare quod fugisti? & tu Iordanis quia conuersus es retrorsum?* Miratur Dauid immensus pene aquarum fluctus ab vnus Mosaycæ virgæ contactu diffugisse, tum etiam Iordanis vndas visa arca constituisse, & sicco alueo viam populo præbuisse. Hoc factum componit Petrus Chrysologus sermone 160. cum verbis Mat. 3. qui totam Trinitatem, incubuisse Iordani narrat, dum Christus à Ioanne in aquis intingeretur, nec tamen fugit, aut trepidat Iordanis, qui visa Dei arca

diffugisse dicitur, & præ metu dissiluisse. Ergo Iordanis ad contactum arce dominicæ fugit, & aquæ fluentia consistunt, cum vero ipsum Dominum aluit impaudis persistit, & more solito vndæ decurrunt. Scilicet, ait Chrysologus arca figuram Domini referebat. Ergo visa Domini figura dat terga, & viso Domino nullo timore concutitur. Quo docemur facilius nos posse ipsam pietatem tenere, quam eius figuram. Dum enim à longe existentem pietatem suspicis, & eius imaginem contemplaris, nescio quod spectrum tibi videre videris, diffugis, trepidas. Si vero ei insistas, & eam amplectaris, ita timor metus abscedit, & quam sit facilis experimento discis. *Quid est* (ait Petrus Chrysologus) *quod Iordanis, qui fugit, ad præsentiam legalis arce, ad totius Trinitatis præsentiam non refugit? quid est? Qui obsequitur incipit non esse timori. Hic Trinitas exercet gratiam totam, totam secum charitatem: ibi elementa corripit, & seruos instituit ad timorem.*

Eodem die, quo populus egressus est ex Ægypto, eodem inquam die post aliquot annos ingressus est terram promissionis. Hoc deducit Origenes homilia 4. in Iosue ex verbis eiusdem capituli num. 19. *Populus autem ascendit de Iordane decimo die mensis primi*. Quod vero eodem die egressi fuerint de Ægypto patet ex capite 12. Exod. *Decima die mensis huius tollat vnusquisque agnum per familias*, &c. Egressos autem eadem nocte, qua agnum immolauerunt habes eodem capite num. 29. & 30. Ergo decima die mensis primi egressus est ex Ægypto populus, & hac eadem die ingressus est terram promissionis. Hoc iuxta Origenem protendit non longius à virtute nos abesse, nec difficile nobis incundam esse viam, eodem die quo nuntius remiseris, eodem potes virtutem consequi, non longa, nec difficilis via est, sed nullo negotio rem tota transigere poteris, si tamen semel apud te statueris virtutem colere. Origenem loquentem dono. *Decima, inquit, mensis primi ipsa est dies in qua agni mysterium præcipiebatur in Ægypto. Decima die mensis terram repromissionis incedunt, quod mihi valde beatum videtur, quod eadem ipsa die, qua errores qui subiergerit sæculi, etiam terram repromissionis ingredi mereatur.*

Iosue 5. *Postquam autem omnes circumcisi sunt manserunt in eodem castrorum loco donec sanarentur*. Cum primi circumcisi sunt regionem promissam ingressuri Hebræi vlcere dolore stimulati subsistere coacti sunt. Postquam autem paululum conualuerunt inceptum iter alacres peregerunt. Hoc si fides Origeni homilia 7. in Numeros ad nostrum institutum confirmandum valet. Nempe circumcisio signum erat quo quis in Dei populum adscribatur. Cum vero primum circumcisionem accipiebat aliquali dolore pungebatur. At vero cum vix paululum tempus effluerit sanitati restitutus & armatus incedere, & manus conferere cum inimicis, optime valebit. Ne te terreat virtutis facies, nec aspera tibi primo aspectu videatur. Nā parui temporis mora interrupta, tam facilis tibi hæc via videbitur, quam quodam vitium est, & tam facile circumcisi incedes, quam quondam incircumcisi viam arripiebas. *Et ideo est* (inquit Origenes) *ut dixi quadam difficultas in iniurijs, et vix amputare agere possit prima, & secunda suscipere. Hoc igitur mihi videtur tempus esse quo veluti in dolore circumcisionis dicimur residere esse quo obducta cicatrice sanemur, obducimur enim cicatrice, cum noua instituta absque difficultate complectentes, & in eis nobis retinemus, quod prius quasi insolitum difficile videbatur, & tum vere iam sanati dicimur, cum vitijs carentes virtutes iam nouo vsu, vel vertimus in naturam,*

Num. 17. 5.

Cant. 2. 15.

Psal. 113. 3.

Petr. Chryl.

Iosue 4. 19.

Origen.

3. Iosue 5.

Origen.

naturam, & ita merito ad nos dicit sermo diuinus, ea que sequuntur: hodierna die abstuli opprobrium Egypti a vobis.

Matthæi 24. *Sed propter erectos breuiabuntur dies illi.* Hæc pro nobis sensu morali exponit Origenes homil. 1. in Iudices. Vix multo tempore peragenda via virtutis videtur eis, qui eam aggrediuntur. At vero Deus, eis viam, & tempus in ea consumendum breuiat, ne scilicet eis tam longa videatur. Eadem ratione exponit Origenes verba Iob. 3. 3. *Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est: conceptus est homo.* Dies illa in qua peccatori virtutum lux oritur, pereat, id est, in nihilum redigatur, non multum duret, sed cito euanescat. Ergo ne putes, multum temporis infumendum tibi esse in studio pietatis. Sed cum vix prima rudimenta pietatis hauseris, iam totam virtutem ebibisti. *Electis vero breuiabuntur dies mali, dies iniquitatis, & scandali, & vt ego arbitror, cum semel electis dies mali ceperint breuiari semper breuiabuntur, & minuentur vsque dum ad nihilum redigantur, & penitus exoleant, atque ad vltimum pereant, ex quibus vnus puto erat, & ille, qui dicebat. Pereat illa dies in qua natus sum; sic ergo electis dies mali breuiabuntur, & percuti: dies vero Sanctorum seniorum, longeuusunt & prolixi.* Hæc Origenes: iterum ad examen redeant verba illa Origenis, *semper breuiabuntur, &c.* Ac si dicat: ætatis dies totam videntur noctem infumere, sed iterum adueniente solstitio subinde minuuntur. At vero mali dies iustorum paulatim quidem depereunt, nec iterum, ad priorem magnitudinem decurrunt, sed sensim minuuntur donec omnino euanescant, id est, difficultates illæ, quas in exordio virtutis præsentire solent sensim diffugiunt, donec illis facilius studium pietatis videatur, quam quondam vitij visum est.

Iudicum 4. Terga vertit Sisara Hebræis, qui ingressus in tentorium faminae, & ab ea lacte potatus obdormiuit, ac tandem tempora clauis confixa periit. Vide qua ratione deleatur inimicus Dei populus, Sisara qui peccati, & dæmonis figuram tenet, nempe percussus à femina fragilis, & infirmo sexu, vt non tibi gigantes vires fore necessarias putes, vt inimicum dare terga cogas faminae vires sufficiunt, fragilis, & infirmus sexus eius tempora terebrauit, sed quibus armis percussus periit? lacte potatus, lac enim puerorum nutrimentum est, hoc igitur Sisara sopitur, & huic sopori mortem associat. Nempe pueri infirmi imbecilles, teneri, sapius de hostibus triumphum agunt, & eos terga vertere cogunt, quis ergo erit inualidus viribus, vt hoc certamen subterfugiat, in quo puelli, & puellæ superiores euadunt. Addo hæc in re patronum Origenem homil. 1. in Iudices his verbis. *Istud Ecclesia lac, hæc incipientibus paruulorum prima sunt elementa. Sed iste cibus is, quidem, qui bonum proficiendi propositum gerunt, vitam tribuit & salutem, is vero quibus contraria placent, quibus luxuria, libido, auaritia, & omnis impietas cordi est, huiusmodi doctrina necem, & interitum præstat.*

Ingressuris bellum filiis Israël hæc lex proponatur. Deuteronom. 20. *Quis est homo formidolosus, & corde pauido? Vadat, & reuertatur in domum suam.* Non imbecillo corpore, & effatis viribus à castris dimittebantur, sed formidolosi, & timore perterriti. Excute à te timorem, & validus eris miles, fortisque robore, & quamuis imbecillis sis proculdubio inimicos fugabis, victoriam reportabis triumphumque de illo ages. Huius expositionis author est Origenes homil. 9. in Iudices his verbis. *Sed ne nos deterreat talis ista malitia, nihil arduum, aut im-*

possibile continet. Vis scire, quam facile sit implere hæc in fide militantibus? Solent in istis castris sæpe etiã mulieres vincere, quia non corporis robore, sed fidei virtute pugnantur. In superioribus in hoc ipso libello Iudicum legitur Debbora mulieris triumphos: nec femineam mentem mulieris formido turbauit, cui ergo illam magnificam, & omnium feminarum memorem Iudith, qua in perditis pene rebus, non dubitauit sola succurrere, seque, suumque caput immanissimi Holofernis neci subicere, & processit ad bellum, non armis neque equis bellicis, aut subsidijs militaribus freta, sed virtuti animi, vis autem videre, quanti criminis sit timidus, & formidolosus? In Apocalypsi ubi numerantur, hi, qui in stagnum ignis mittendi sunt, ibi ante omnes timidus & formidolosus ponit, cum quibus, & infideles, & fornicatores, & vinarios deputat. Sic inter ingentia, & nefanda crimina timoris, & formidinis crimen ponitur. Verba, quæ citat Origenes habes in Apocalypsi 21. 8. Timidis autem, & incredulis, & execratis, &c. Non modo formidolosos reliquorum hominum colluuioni miscet, sed primum locum illis attribuit. Nempe formido reliquis vitis viam parat.

Cantic. 8. 5. *Qua est ista, qua ascendit de deserto, delirij affluens innixa super dilectum suum.* Origenes homil. priori ex duobus in Cantica legit. *Super pectus eius recumbens.* Sed quamam ista est, quæ præcipuum locum apud sponsum obtinet, quæ cordi adhæret, quæ latus munit? Subdit. *Sub arbore malo suscitauit te, ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua.* Nempe famina à parentibus non leuata, sed in terra derelicta, vt vix edita recentem viam cum morte commutaret. Hanc igitur ego à terra leuauit, alui, ac tandem in tantam dignitatem erexi, vt primum locum apud me obtineat. Hæc ad rem nostram adducit Origenes loco citato, vide quantum apud Deum valent, illi, qui pietatis limen vix attigerunt, qui paulo ante facibus peccatorum fædabantur, vt non modo in Dei amicitiam sint asciti, verum participes facti arcanorum, nec qualemcumque, sed primum locum apud Deum obtineant. Non diutius Deus memor est iniuriarum, deferuet sine mora diuina ira. *Significanterque de anima (ait Origenes) sponsa sermone dicitur: super pectus illius recumbens: quia principale ibi cordis est nostri. Unde à carnalibus recedentes spiritualia sentire debemus: & intelligere, melius est sic amari, quam amare desistere.*

Cantic. 2. 5. *Fulcite me floribus, stipate me malis: quis amore languet.* Amplexus ab sponso petit sponsa his verbis, sub symbolo florum, & malorum. Quærit Origenes homil. 3. in Cantica. cur sponsum simul flos, & fructus appelleretur, solet quidem Deus fructus appellari, quo homines fulciuntur, & aluntur, verum non satis ignotescit causa, ob quam flos etiam appelleretur. Origenes ibidem, ideo ait Deum florem, & fructum appellari, quia simul reficit, & recreat. Nempe fructus est, quo reficimur, flos est, quo recreamur. Ne vero, quis putet nullas fore delicias, apud eos qui virtutem sectantur, flos dicitur. Mentiuntur, qui virtutem asperam, & duram appellant, quorum impudentiam sponsum retundit, dum se florem, & fructum dicit: vt non solum, quo reficiantur, sed quo oblectentur etiam habeant illi, qui virtutem sectantur. *Propterea (ait Origenes) sponsa tanquam refecta iam, & bene pasta fulciri in malis se possit, sciens in verbo esse cibum, non solum omnem cibum, sed etiam omnes delicias.*

Hoc idem significat mundi consummatio, quæ subito, & repente futura est, & hominibus nihil minus cogitantibus, vt vel inde noueris vitia subito interitura, & diluuiio obruenda. Hanc mundi fu-

4.
Matth. 24. 22.

Iob 3. 3.

Origen.

5.

Origen.

6.
Deut. 20. 8.

Apoc. 21. 8.

7.

Origen.

8.

Cantic. 2. 5.

Origen.

9.

bitam euerfionem deducit Origenes homil. 2. in Ierem. 51. 7. Ieremiam, ex verbis illis Prophetæ cap. 51. 7. *Calix aureus Babylon in manu Domini inebrians omnem terram.* Sumpta est metaphora ab eis, qui crapulæ indulgent, quorum verticem cum vina occupauerint dormire donec exhaletur crapula, coguntur: sic etiam si virtutis vinum hauseris, sine mora caput tenet, te dormire cogit, & oculos claudere his temporalibus rebus. Hoc idem probat Christus Dominus apud Mathæum cap. 24. ab eo, quod accidit tempore diluuij, quod homines nihil minus cogitantes oppressit: ita etiam diluuium illud, in quo omnes animæ noxiæ obruentur. Hoc idem probat Origenes ex capite 6. Iosue. *Conclamabit omnis populus vociferatione maxima, & muri funditus corruent.* Vide quomodo, nullo negotio munitissimæ urbis, altissimi, & fortissimi muri corruant, non ariete non balista, aut ænui tormentis percussi, verum leui vocum ictu, & crepitu buccinarum: & vel inde nosce quam facile muri quibus diabolus nos conclusos tenet solo æquari possint. Nempe ad leuem pœnitentiæ vocem absoluentis nos inoluuerunt. *Biberunt gentes* (ait Origenes) *propterea commota sunt, & subito cecidit Babylon, & contrita est.* Quando dicitur: *subito cecidit Babylon, videtur mihi propheticare consumationem mundi subito futuram. Quomodo enim in diebus diluuij comedebant, & bibebant, emebant, & vendebant. Plantabant, & edificabant donec veniret diluuium, & tulit omnes, & subito venit inundatio: similiter, & in diebus Loti. Sic consumatio mundi non per partes fiet, sed repente. Huic conferendum existimo, id quod scriptum est in Iesu Naue, quando voce sola tubæ Ierico ciuitas corruens subito disperit. Et iuxta hanc similitudinem Babylonem quoque in fine mundi casuram esse, & subito conterendam.*

Ios. 50. 23. Ieremia 50. 23. *Quomodo confractus est, & contritus malleus vniuersæ terræ.* Si fides Origeni homil. 3. in Ieremiam, sumpta est metaphora à malleo, qui adamantem percutit. Huius enim lapidis tanta est vis, vt malleo percussus non lædatur, imo vero ipsum malleum conterat. Ergo Propheta dæmonem malleum appellat, hominem vero pium adamantem. Ergo non opus habes aliis armis, quibus inimicum deleas præter te ipsum: ipse se te atterit, qui te percusserit. Vide quid dicat Amos 7. 7. *Ecce Dominus stans super murum litum, & in manu eius trulla cameterij.* Vel ex 70. quos sequitur Origenes. *Ecce vir super murum adamantinum, & in manu eius adamas.* Qui vitis inseruit fictilis omnino, & luteus est, is vero si in manu Domini per virtutem constituatur sine mora adamantini efficitur, quid ergo timeamus malleum, qui si nos percusserit, se ipsum atterit, non nos lædit. Hæc etiam est natura adamantis, qui si degluciat effracissimum est venenum, & sine mora necem infert, nimia enim duritia interiora viscera dirumpit: & te si serpens ille antiquus deuorauerit, ictus veneno crepabit statim. Nec enim adamantem sed terram iustus est comedere olim, id est, in homines terrenos, & impios ius suum exercere, pios vero non lædere. *Refer autem* (ait Origenes) *de adamanti historiam, cum fortior sit omni cedente se malleo, est autem etiam hoc dicendum, Zabulum malleum esse vniuersæ terræ, non cæli malleum, neque enim tenuiori substantia conuenit malleus sed crassiori, si portas imaginem terreni malleus te, quia terrenus est percussit. Si peccas terrenus es, & in terram ibis, experieris malleum vniuersæ terræ in te operantem.* Illud etiam ad rem nostram cum Origene expende. Nempe diaboli dictum malleum vniuersæ terræ, non cæli malleum. Hoc est, datum ei ius, vt homines

impios tundat, pios vero neque attingat.

Lucæ 9. 1. *Et ait ad illos: nihil tuleritis in via, neque virgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis.* En tibi quam imparatos discipulos ad prædicandum mittit, & omne ab eis subsidium aufert. Neque virgam concedit, qua lapsus corporis fulcire possint, neque peram, qua cibum in subsidium importent, neque pecuniam, qua coemere sibi possint ad victum necessaria. Quare omnes discipulos vacuos mittit? Origenes tom. 1. in Ioan. Huius rationem ex illis verbis. *Nihil tuleritis in via,* tradit. Vide quæso quænam sit hæc via, & liquido tibi constabit, quare ab omnibus abstinendum iusserit. *Ego sum,* inquit Christus Dominus, *via, veritas, & vita.* Hanc enim viam si ingressus fueris nihil tecum ferre necesse habes, non bacillum, nam hæc via omnem corporis lassitudinem aufert, ideo enim Christus Dominus postquam se dixit viam, addidit, *& vita.* Quasi enim via hæc spiritum, & vitam habeat, & vehere viatores nihil se mouentes possit. Neque qui hoc iter agreditur, pera, pecunia, aut pane indiget, nam omnia ad victum necessaria ipsa via Christus donat, ipse vires præbet, ipse alimenta ministrat. Quare ergo vel lassitudinem, vel inopiam, vel difficultatem in itinere expauescis. *Via Christus* (ait Origenes) *dicitur. in qua via nihil gestare debet neque peram, neque pallium, neque baculum, quidem, neque calceos, quibus induat pedes iter faciens, sufficiens enim est via hæc ad omnia suppeditanda itineri necessaria, nullaque re omnino indiget, quisquis hanc ingreditur ornatus eo vestimento, quo ornatum eum esse decet, qui inuitatus vadit ad nuptias. Cum nulla res similiter molesta possit in hac via occurrere, facile enim factum non est, teste Salomone, vt serpentis, vt ego quidem arbitror cuiusuis etiam fera inueniat quis super petram. Quare nihil opus est baculo in hac via, que tantum habeat, vt contrariorum vestigia habeat, vt ne illorum quidem, que mala sunt ob soliditatem, vnde etiam petra dicitur sit capax.* Aliam tibi offert rationem Origenes pro præsentis instituto. Cauet Christus Dominus ne iusti iter agentes baculum manibus gestent, quia omnis lassitudo ab hac via exulat, sed quia omne, quod nocentium inferre potest, neque propitius accedere audeat. Gerunt enim viatores virgam, non modo qua corpus sustentent, sed qua malas bestias abigant, vide quam immunitis sit hæc via ab omni periculorum genere.

Ambrosius lib. 2. offic. cap. 5. expendit sententiam illam Pauli Hebræorum 11. *piorum virorum fidem laudantis. Conualuerunt de infirmitate.* Ac si dicat omnes dum in hoc mundo versamur, male habemus, infirmi sumus, verum hoc discrimine, quod impij homines ad sanitatem numquam reuocantur: iusti vero, & sancti etiam si aliquando periculose decumbant, at subinde meliuscule se sabent, sensim morbum abiiciunt, & conualescunt omnino. Hoc in sancto Iobo factum notat Ambrosius, qui cum multis diuitiis abundaret astu diaboli ad summam inopiam reductus est. Nec tamen diu in illa rerum difficultate perstitit, sed post breuem probationem clarior emerfit, ditior factus est, & ampliori prole ornatus. Adde etiam verba Ioannis 3. *Et permundabit aream suam,* &c. Multitudinem fidelium cum area componit, electos ad triticum refert, impios palææ similes facit. Ergo pietas, ad acerum tritici refertur, sicut enim in cumulo tritici, etiam si ibi aliquod infelix granum auenæ, aut lolij delitescat, absconditur tamen, & occultatur. Sic etiam in virtute omnia quidem læta sunt, omnia grati saporem offerunt,

offerunt, & si quid ibi est minus letum, gaudiorum multitudine, & magnitudine obruitur. In vitii vero è contra accidit, nam si aliquid in illis est suave, tamen inter tot inimitia, & dura delitescit, vt vix appareat. *Fuerunt, & ipsi (ait Ambrosius) in sensu infirmitatis, sed conualuerunt de infirmitate fortes, quid laboriosius autem sancto Iob, vel in domus incendio, vel in filiorum decem interitu momentaneo, vel doloribus corporis? Numquid minus beatus, quam si illa non pertulisset? In quibus magis probatus est? Esto tamen, fuisse in illis, aliquid acerbitatis, quem virtus anima non abscondit dolorem? Nec enim profundum mare negaueris, quia vadosa littora, neque cœlum lucidum, quia interdum obrexitur nubibus, neque terram fecundam, quia aliquibus in locis ieiuna glarea: Aut letas segetes, quia interdum sterilem, solent admixtam habere auenam. Similiter puta beate messem conscientia interpellari aliquo acerbo dolore, non ne totius manipulis vitæ beatæ, si quid accidat aduersi, atque amaritudinis tanquam sterilem auena absconditur, aut tanquam lolij amaritudo succus etiam suauitate abscedit?*

13. *Lucæ 17. 34. Duo erunt in lecto, vnus assumetur & alter relinquetur.* Sumpta metaphora à somno hunc locum exponit Ambrosius sermone 18. Nempe cum diu quis se laboribus exercuit, tandem nocte dulcem somnum capit, stertit, & in vtriusque dormit aurem: si vero diem totum, in otio posuerit, etiam si mero epulisque ingurgitatus, plumis culcitæque corpus imponat vix conciliare somnum valet. Ergo ad hunc modum locum intellige, ei, qui in virtute se exercet, labores quos patitur, dulcem somnum conciliant. At ille, qui voluptatibus diffluit, & otio torpet irrequietus tota nocte se circumagat, & in vtriusque latus versat, vitiorum crudat crapulam, incoctis cibis stomachus distenditur, & per vigiliam patitur. Hoc est quod Dominus ait. Vnus relinquetur, id est, pius vir, quietum seminum captabit. Alter vero, id est, impius in somnis noctem traducet. Rem confirmat Ambrosius verbis Psalmi 40. *Vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius.* Id est, etiam si iustus aduersa valetudine laborans nudo solo incubat præ paupertate. Tu tamen in tanta rerum difficultate, ita hominem fulcis, vt in mollissimo lecto iacere sibi videatur. *Quod, ait autem verba sunt Ambrosij. Illa nocte: erunt duo in lecto vno, vnus assumetur, & vnus relinquetur: hic iam resurrectionis meritum demonstratur, quod pro qualitate viuendi, sit gratia resurgendi. Ac tanta in singulis, quibuscumque resurrectionis esset distantia, vt duobus etiam pariter dormientibus, & in vna sede quiescentibus equalis non possit esse assumptio. Quam enim eodem confortij lecto teneantur, pro meritis tamen alter eorum rapitur ad cœlum, alter relinquitur in terris, lectulus enim quidam noster communis est terra, huius amplissimum solum, in quo corpora nostra deposita tutissima sede requiescunt. In hoc autem lectulo ille mollius dormit, quisquis diu prius in vita se gesserit. Possimus etiam ipsa membra nostra lectulos nostros nuncupare in quibus anime nostra velut in quodam strato suauissime demorantur: Quod quidem sanctissimum Prophetam sensisse arbitror, cum dicit: vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius. Beatus enim est ille, cuius stratum Dominus in ipsius infirmitate conuertit, vt qui fuerit ante adulter iracundus, & petulans: & cunctorum scelerum infirmitatibus plenus, fiat castus humilis, & modestus.*

14. Lassus Esau pulmentum à Iacob exposcit, quod ille nisi primogenij precio daturum se negat: cui frater. *En morior, quid mihi proderunt primogenita?* Vide hominem cibi auidum, & famis impatientem, qui se moriturum credidit si tantisper expectaret

donec cibus condiretur. Hoc enim indicat, non ob vitiorum vim hominem eis succumbere, sed ob propriam infirmitatem, qui si fortem se præbebit & ignauiam discutit de virtus proculdubio triumphum aget. Nemo, aut dæmonum actum, aut vitiorum vires, aut virtutis difficultatem causetur, nulla alia profecto est causa vitiorum quam ignauias. Animum erige, & inimicum debellasti. Sequor hac in re Ambrosium lib. 1. de Cain, & Abel cap. 4. *Quem loquentem audi. En morior, & quid mihi prodest primogenitura? Nōne tibi videtur Esau tanquam in Agone victus, & prementis infirmitate impari se existimans cessisse victori coronam, quem videbat nullis passionum illecebris inflecti, quarum ipse puluerem sustinere non poterat? vt quid mihi, inquit, primatus? apud ignauios enim nulla sunt insignia virtutis. Apud sapientes prima habentur. Studia enim virtutis quedam instrumenta sunt: itaque sicut miles sine armis esse non potest, ita neque sine exercitatione virtus.*

15: *Lucæ 19. 5. Lucæ 19. 5. Et cum venisset ad locum suspiciens Iesus vidit illum, & dixit ad eum: Zachæe festinans descende: quia hodie in domo tua oportet me manere.* Nil aliud Zachæus optarat, quam videre Iesum, ipse vero vota Zachæi excedit, nec modo se videndum præbet, sed in eum oculorum aciem intendit, hominem alloquitur, & Publicani hospitio se ingerit, domumque sanctificat. Quod notat Ambrosius, lib. 2. de Cain, & Abel cap. 4. Nempe sicut facile Deo per peccatum recedente diabolus in animum ingreditur: sic è contra penitentia pulsa Deus nullo negotio humanæ menti illabitur. Ad hunc sensum deflectit, illud Ioan. 13. *Et post buccellam, introiit in eum Satanas,* & subdit, *cū ergo accepisset ille buccellam exiit continuo.* Christus incedit cum diabolo ingreditur, & diabolo ingrediente Christus se immittit. Cur ergo difficiliorem putas virtutem, quam vitium. *Cum autem (ait Ambrosius) renuntiat impunitati statim asciscitur virtus, Egressus malitia virtutis operatur ingressum. Eodemque studio, quo crimen excutitur innocentia copulatur. Habes hoc in Euangelio, quia vbi Satanas immisit se in cor Iuda Christus recessit ab eo. Mementoque eo, quo illum recepit hunc amisit.* Et paulo post. *Merito igitur Phariseus obmurmurantibus, quod Dominus Iesus ad hominem peccatorem diuertit, & maneret: dixit ad Dominum: ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus: & si quid alicui fraude abstuli, reddo quadruplum. In quo illis respondit, qui dicebant peccatorem Christo hospitium non debuisse præbere. Hoc est, iam non sum Publicanus, non sum illo Zachæus, non sum prædo, non sum fur. Citro, & vltro pietas se ingerit, subito animum, & mentem exiit Zachæus, & in alium hominem mutatus, eos qui se peccatorem dixerant, repulit, & accusationem disiecit.*

16, *Cant. 2. 12. Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis aduenit: vox virtutis audita est in terra nostra, ficus protulit grossos suos: vineæ florentes dederunt odorem suum.* Tempus putationis imminere scribit, & vineas floruisse testatur, quod non satis pro agriculturæ ratione dictum videtur. Prius enim putandæ sunt vites, & refecandi sunt palmites, scilicet sub finem hyemis, vt postea, queant pampinis luxuriari, ac tandem primos fructus producant, & flores simul offerant. Si quis autem florentes vites putaret graue proculdubio eis nocumentum inferret. Cur ergo hic, & tempus, quo vineæ florent, & putationis aptum confundit? Ad rem moralem locum inflecte & firmum nobis argumentum pro sententia offeres. Nimirum tempus putationis, & florum in vinctis diuersum est. In animo autem non item, nam eodem tempore, quo vitiorum reiectamenta

putantur, suaves flores & mites fructus ex se animus mittit, nec opus est sicut in agricultura diutius expectare. Statim se se ingerit animis virtus, nec studiosos suos distrahit, quis ergo eam difficilem putet?

17.
Pfal. 36. 27.

Pfal. 36. 27. *Apud Dominum gressus hominis dirigitur, & viam eius volet.* Vtrumque hemistichium pro nobis vrgit Ambrosius ibidem. Imprimis illud. *Apud Dominum gressus hominis dirigitur.* Id est, si ipse in viam virtutis pedem intulerit, eius gressus à Domino firmabuntur. Sumpta videlicet metaphora à nutricibus, quæ multa cura erga parvulos vtuntur, cum incedere incipiunt ne corruant, aut decidant. Maiori multo cura Deus agit erga illos qui relictis vitiis virtutis viam aggrediuntur, eos enim velut nutrix è manibus suspensos portat donec firmius incedere valeant, vel potius: Deus viam ipsam mundabit & lapidibus quadris sternet, vt ipsi sine labore, sine periculo, sine difficultate viam arripiant. Vtrumque se facturum promittit Deus Pf. 90.

Pfal. 90. 11.

Quoniam Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Posteriolem vero partem, exponit Ambrosius, hac ratione. *Et viam eius volet*, id est, vix ingressam viam virtutis amabit te non aliter, ac si diutius cum illo fuisses commoratus. Homines non facile se credunt, eis qui se in eorum amicitiam denuo ingerunt, neque eis consilia committunt, nisi prius eos exploratos habeant. At Deus magna beneuolentia erga te vtetur, etiam ipsa eadem die, qua intermissam cum eo amicitiam refarcias. *Vtrumque tamen* (ait Ambrosius) *intelligi potest, & quod ipse, qui à Domino dirigitur viam Domini capiet, qui duce ipso omnis leuatur labor, omnia impedimenta remouentur, & qua incertitia sunt ministrantur, & quod ipse Dominus non aspernatur, sed libenter accipit viam viri, quem ad virtutem, ipse direxit.*

Ambros.

18.
Pfal. 38. 6.

Pfal. 38. 6. *Ecce mensurabiles posuisti dies meos, & substantia mea, tanquam nihilum ante te.* Ambrosius ibidem legit, *ecce veteres posuisti dies meos.* Dies autem veteres vocat tempus in quo iuxta leges hominis veteris viuatur, quando peccatis inferuicbat, nimirum hoc tempus dies veteres appellat sumpta metaphora à senectute. Senectus enim multis morbis obnoxia est, adeo vt ipsa senectus morbus appelletur, & vt vernacula effert paræmia: *En casu del viefò cadadia vn malnueno.* At iuuentus vegeta, est, & valida. Ergo tempus, quod in vitiis insumitur simile senectuti est, id est, multis malis plenum, quod vero in virtute insumitur omni malo vacuum. Refert autem Ambrosius aliorum lectionem, qui legunt. *Palæstras posuisti dies meos*, id est, hi dies, quos veteres vocauit, Palæstræ dicuntur. Palæstra autem locus est, in quo concertabant, & lucta, cæstu, pugna, & cursu contendebant. Ergo sensus est, tempus illud, quod in vitiis insumptum: veluti quædam palæstra fuit in qua multorum pugnas sustinui. Cum vero virtuti adharere cæpi pacatissimam vitam, & ab omni bello remoram ago. Hos ergo dies in vitiis insumptos, quos veteres seu Palæstrales Ambrosius dixit mensurabiles, seu palmares appellat noster vulgatus, id est, breues. Breues autem dicit quia vix apparet tempus in vitiis insumptum, cum disparet, abit, & discedit, vel breues dies dicit, id est, hyemales, qui dies breuissimi sunt, nec immerito vitia cum hyeme componit, quæ sæuiens est, procellosa, rigida, Aquilonibus & pruina sæuiens. At vero virtus non immerito ad ver refertur benignum, molle, dulce, amænum: in quo mollis aura

perflat, sibilus tenuis, & zephyrus omnes agri diuitias progenerat. *Ecce veteres* (ait Ambrosius) *posuisti dies meos, & substantia mea tanquam nihilum ante te, si secundum 70. viros veteres accipiamus dies.* Hoc est, secundum veterem hominem intelligimus exactos. Alius habet *Palæstras posuisti dies meos.* Quod si *Palæstras* accipimus dies ex nomine intelligamus plenos certaminis & laboris, quoniam palæstra luctatores in agone ducuntur, qui luctantur ad coronam. Non solum aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus spiritualia nequitia in celestibus. *Dies nostri, id est, vite istius in labore.* Adducit Ambrosius paucis interiectis aliam expositionem nominis *Palæstra.* Vt scilicet *Palæstra* dicatur, qui in area ædificiū metitur, & spatia metatur in quibus moles ædificij confurgere possit. Ergo peccatores optime *Palæstræ* nomen merentur, qui semper metantur & nouas machinas moliantur quas tamen nunquam perficiunt. *Sed tamen* (ait Ambrosius) *quia architectorum mensura Palæstra dici feruntur, qui ad structuram numerum, vel modum spatij colligendum ædificia metiuntur, locumque cum in quo ædificia sunt locanda.* Adducit subinde Ambrosius quorundam lectionem his verbis. *Sunt autem, qui breues putant dies dictos: quia Symachus σπιδαυας posuit. σπιδαυαυα palmus dicitur. Et quia palmo mensus dicitur Deus cælum, palmus autem portio manus est metientis, & aliquid comprehendentis, ideo tanquam breues dies estimant nuncupatos, cum cognitio Dei, vt supra diximus, possit intelligi.* Et infra. *Nisi forte quia propter peccata hominum breuiores vite istius dies fecit Deus, quæ ante, & nongentis, & septingentis annis extendebantur, & nunc intra centum annorum curricula clauduntur.* Sic ergo intelligendum est: ecce peccato obnoxios dies meos nostri. *Dies enim vite huius, quæ peccato est obnoxia breues sunt: Dies autem vite æterna sine fine.*

Ambros.

Ambros.

19.
Pfal. 17.

Pfal. 17. *Inclinauit cælos, & descendit.* Non ait ascendere, seu auolare te fecit ad cælum, sed ipsam cælum ad te deflexit, & inclinauit, vt tu scilicet nullo negotio tenere posses, & penetrare. Longius à te cælum distabat, ergo ne via te lassaret, dum in cælum contendis, cælum ipsum ad te inclinauit, vt nullo negotio assequi posses. Hoc pulchre Ambrosius in Pfal. 43. his verbis, *ideo inclinauit cælum, vt tu esses vicinior.*

Ambros.

20.

Exodi 17. Dum Moyses manus eleuaret ad cælum deprecans pro populo Hebræorū contra Amalechitas pugnante, pulchram de hoste victoriam reportauit Israël. Hæc pugna contra Amalec nos admonet de bello à nobis cum inimicis spiritualibus suscepto. Nota quam facile inimicum deleuerit: tendit manus Moyses, & Israël inimicum fugat. Eleuare manus habitus est pugnantis. Manus vero dimittit is, qui in bello lassatur. Ergo tende manus tuas, nec quicquam aliud agas, & victoriam de inimicis reportaisti. Tantum habitum pugnantis fume, speciem congregantis indue, manus tende, & omnes inimicos dare terga coges. Quod si tam delicatus es, vt nec militis personam induere valeas, manus lassantur, & decidunt, prope lapis est, quo insideas, adfunt, qui manus remissas sustentent, vt quondam Moyse accidit. Ergo non opus est gladium stringere, tela iacere, manus cum hoste conferere, digladiari. Specie tenus pugnantis manus tende, & inimicum deleuisti: vmbatilis est, hæc pugna, specie tenus congregimur, quis ergo illam grauem, & periculosam mentitur? Huius expositionis author est Ambrosius in hunc locum Pfal. 43. his verbis. *Docuit quidem nos Moyses leuare ad Dominum manus, p̄ cultus instruens disciplinam. Docuit quemadmodum Amalec versutia vinceret, vt si mores nostros,*

Ambros.

nostros, & opera leuaremus ad Christum, sic posset destrui perfidia, sin vero deiceremus animam, declinaremus affectum: & a continentia studio auerteremus ingenium, ut persuasio vana nos superaret, nullum remedium futurum, nisi Christus depressa iam brachia, tanquam infirmitatem legis attolleret, & sua misericordia sustineret.

VERS. 21. **Quam aspera est nimium sapientia indoctis hominibus; & non permanebit in illa excors.**

1. **Reddit causam ob quam nonnulli pedem referant, quem in via sapientiae vix intulerant, quam aspera est nimium sapientia indoctis hominibus. Quam dura & inamæna est sapientia ineruditis, & stultis hominibus. Et non permanebit in illa excors. Et non perdurabit in eius acquisitione, qui prudentia caret.**

2. **Quam aspera est, &c. Tigurina hoc modo locum transtulit. Quam aspera valde est imperitis. Nullus enim excors perdurat apud eam. Id est, quam inamæna, & difficilis sit sapientia imperitis, vel hinc apparet, quod nullus istorum in eius acquisitione perdurabit. Nonnulli metaphoram tractam autumant à gustu cui, vel dulcis cibus amare sapit, si male se habet.**

3. **Et non permanebit in illa excors (Hugo Cardinal.) excors, id est, impatiens, & deditus curis & sollicitudinibus temporalibus, qua cor auferunt. Vnde Osea 7. factus est Ephraim quasi columba seducta, non habens cor. Idem in eodem 4. fornicatio vinum & ebrietas auferunt cor. Ex Hugone. Paupertas, mansuetudo, & continentia instar cordis sunt, & qui eas abiecit excors merito dicitur. Lyra magis ad rem. Excors, id est, homo sine corde qui negligens est, in acquisitione sapientiae. Nullum enim progressum facit, qui oscitanter sapientiae incumbit.**

VERS. 22. **Quasi lapidis virtus probatio erit in illis, & non demorabuntur proiicere illam.**

1. **Alludit ni fallor, ad illum locum Zachariae 12. 3. Et erit in die illa, ponam Ierusalem lapidem oneris cunctis populis. Quem locum his verbis exponit Hieronymus. Mos est in urbibus Palestina, & usque hodie in tota Iudaea vetus consuetudo seruatur: ut in viculis, oppidis & castellis rotundi ponantur lapides grauisimi ponderis, ad quos iuuenes exercere se soleant, & eos pro varietate virium subleuare, Alij ad genua, alij ad umbilicum, alij ad humeros, & caput, nonnulli supra verticem, iunctisque manibus rectis magnitudinem virium demonstrantes pondus extollant, in arce Atheniensium iuxta simulachrum Minerua vidi sphaeram anciam grauisissimi ponderis: quam ego pro imbecillitate corpasculi mouere vix potui. Et infra. Sensus ergo est: ponam Ierusalem cunctis gentibus, quasi grauisimum lapidem subleuandum. Leuabunt, quidem eam, & pro virium varietate vastabunt: sed necesse est, ut dum leuatur in ipso nixu, & eleuatione ponderis grauisimus lapis scissuram aliquam, vel rasuram in leuantium corporibus derelinquat. Ex quibus verbis versus praesens eximiam lucem accipit. Est enim sapientia praegrans iste lapis, seu massa ferrea, quam eleuando homines vires suas ostentant, scilicet cordati homines, eam attollunt, at imprudentes pondere pressi abiiciunt. Ergo quasi lapidis virtus probatio erit in illis. Id est, sicut ponderosus lapis, & fortis probat vires iuuenum, ita sapientia vires ingenij & animi hominum. Et non demorabuntur proiicere illam. Et sicut homines ignaui lapidem**

illum statim à se abiiciunt, ita homines excordes sapientiae studium derelinquunt.

2. **Quasi lapidis virtus probatio erit in illis. Hanc partem Graeca hac ratione efferunt. Quasi lapis probationis validus erit in ipso. Lapis probationis dicitur lapis, quo hominis vires probantur. Noster autem vulgatus transtulit lapidis virtus, scilicet etiam phrasi Hebraea. Quasi dicat, lapis virtuosus, id est, ponderosus. Ergo ut lapis magni ponderis probat vires, eum attollentium, ita sapientia, vnde Tigurina transtulit. Tanquam lapis probator grauis incumbit illi, nec moram interponit, quin eam excutiat. Hugo Cardinal. Quasi lapidis virtus probatio erit in illis, id est, in stultis, id est, sicut lapis sursum proiicitur, statim propria virtute, id est, ponderositate descendit, ita indocti homines aliquando eleuati per sapientiam ad aliquam dignitatem propria voluntate sine malitia ad peccata descendunt, & de peccatis ad infernum. Vel aliter quasi lapidis virtus, ita probatio sapientia erit, id est, sicut indocti virtutem lapidis pretiosi parum approbant vel omnino vili pendunt, quia ignorant, ita sapientiam propter quod dicit Dominus Matth. 7. Nolite sanctum dare canibus, &c. Hæc Hugo. Posset etiam sumi metaphora ab his lapidibus, quibus auri perfectio probatur, nisi pugnant sequentia, scilicet. Et non demorabuntur proiicere illam. Quæ verba referenda sunt, ad eam, quam diximus, lapidis, vel massæ ferreae eleuationem, quam imbecilles sine mora excutiunt dum eius pondere grauantur.**

VERS. 23. **Sapientia enim doctrinae secundum nomen est eius, & non est multis manifesta, quibus autem cognita est, permanet usque ad conspectum Dei.**

1. **Sapientia enim doctrinae secundum nomen est eius. Quasi dicat: sapientia enim, quæ doctrinam tradit, & quid faciendum sit praescribit, talis est, qualis ab omnibus aestimatur, nempe ardua, difficilis, & excelsa, qualem praecedens versus depinxit. Et non est multis manifesta. & pauci quanta sit eius pulchritudo, quanta dulcedo intelligunt. Quibus autem cognita est permanet usque ad conspectum Dei. Qui vero eam cognouerint numquam abiiciunt, sed apud ipsos manet, usque ad Dei cognitionem, ad quam illa manu ducit.**

2. **Sapientia enim doctrinae secundum nomen est eius. Sed diximus versus superiori lapidem esse grauem, & talem ab omnibus aestimari, & vere ita est ut omnes existimant. Lyra ad Etymologiam latinam sensum inflectit, est enim sapientia latinis, idem, quod sapida scientia, ergo sensus est. Iuxta Lyranum: sapientia Latinis dicitur quasi sapida scientia, & vere ita est, ut nomen praefert, est enim scientia sapida, quæ non nisi purgato palato percipi potest, sicut enim ciborum dulcedo gustari non potest nisi palato bene se habente, dum vero variis humoribus læditur, id, quod dulce est amarum apparet, ita etiam sapientia quamuis dulcissima sit, amara apparet improbis hominibus. Quapropter nihil mirum, si statim à se abiiciant, veluti impositum grauem lapidem. Scilicet, ac si hic liber latine primum editus esset, & hic author ad latinam nominis rationem decurrat, fallitur praeterea Lyra, dum nomen sapientia, à sapida scientia deducit, ut enim maioris notæ authoribus placet, à sapore venit. Alij ex graeco nomine praesenti loco lucem praefertunt. Dicitur enim sapientia à Graecis σοφία, quam quidam dictam putant quasi σοφία, id est, caliginem, verum hic eodem, quo alij iaculo feriuntur, cum liber iste**

non Græcè, sed Hebraicè primum editus sit, ut præfert in prologo. Aliqui codices Græci habent. *Secundum nomen illis est.* Id est, sunt nonnulli, qui tantum, verbis, & exteriori cultu, sapientiam, vel virtutem profiteantur. Hi sunt hypocritæ sub exteriori cultu Philosophi: fauet huic expositioni Tigurina, quæ ita transtulit. *Nam sapientia tibus* (hoc est, eis, qui eam abiiciunt tanquam lapidem ponderosum) *de nomine tantum suo, neque adeo multis de nomine nota est.* Paulus de Palacio duplicem innuit sensum. Prior est: *Sapientia enim doctrina, secundum nomen est eius.* Id est, vera respondet, quo nomine ea gaudet. Plerique enim homines præclara sibi imponunt, quibus aliquid magnum ostentant, & præferunt, cum tamen res longe ab animo distet. Vocantur enim sæpe pastores, qui se, non oves pascunt, duces qui alios vix sequuntur, &c. At sapientia re ipsa respondet nominis significationi. Posterior est: sapientia à Deo impostum nomen habet, ipsèque Deus sapientia appellatur, unde, ut nomen docet, vere ab ipso est expectanda. Hugo Cardinal. ex capite 28. Iob. huius loci expositionem venatur. Ibi enim multis queritur de locis in quibus sapientia inueniri possit, quæ etiam profectus est noster author initio huius libri. Ergo sensus est: dubium fuit apud Philosophos, quod nondum solutum, aut disculsum est, quid sapiens quid ipsa sit sapientia, quo in loco aut qua ratione inueniri possit; ergo sapientia vere ignota est pluribus. Quid ergo mirum si vel ob hoc solum plures abiiciant, sed nescio qua ratione huic loco aptari possit expositio, qui iuxta nomen, non iuxta difficultatem, qua sapientia addiscitur, ipsam sapientiam futuram esse denunciat. Rabanus alium sensum huic loco offert his verbis, *sapientia doctrina sinceritas est legis diuina. Quæ secundum nomen eius est, hoc est prudentia veritas, & virtus.* Id est, sapientia, non tam in rerum cognitione, quæ scientia dicitur sita est, quam in virtute, prudentiæ, quæ rerum agendarum est ratio. Neque hanc expositionem aptam huic loco existimo.

3. *Quibus autem cognita est permanet usque ad conspectum Dei.* Hæc verba in Græcis desiderantur codicibus & facilia sunt iuxta traditam expositionem.

ETHOLOGIA LXXVII.

Via virtutis accliuus, & aspera est impijs.

1. **P**ostquam Ecclesiasticus piis hominibus viam virtutis facilem esse ostendit, nunc è contrario, quam sit impijs difficilis. Non quia virtus tantam ex se difficultatem habeat, sed quia impij homines, vitis sibi difficilem reddiderunt. Hoc autem euincit, num. 21. 22. & 23. quos exposuimus, nunc autem & aliorum calculo firmamus. Psal. 94. 4. *Quia in manu eius sunt omnes fines terræ, & altitudines montium ipse conspiciit.* Fines terræ in manu Dei positos ait Dauid iuxta Chrysologum Sermon. 46. ut vel hinc discamus, omnino nos non posse virtutem attingere, nisi Dei auxilio fulti. Ardua res est virtus & quam nullis viribus homines possunt adipisci, nisi Deus præsto sit auxilium ferens. *Quia in manu eius* (ait Petrus Chrysologus) *sunt omnes fines terræ, quia qua in manu Dei sunt sine Deo nequeunt obtineri: si dilatare fines, si prorogare terminos, si desideramus amissa reuocare, Deum sibi viribus deprecemur.*

2. Exodi 5. *Hac dicit Dominus Deus Israel: dimitte populum meum, ut sacrificet mihi in deserto.* Non in regione amæna Egypti, non in frequentia populi,

non in loco vinctis, aut oliuetis confito, neque in ripis fluminum, aut littore maris, non in vmbrosis lucis, non in vrbe, aut in suburbis, petit Deus sibi sacra fieri: sed in deserto, in squalenti, & hianti terra. Ethnicorum numina, in condensis lucis & florentibus pratis, sacrificia exigebant. At Deus in deserto solis ardoribus horrido, nempe id agit Deus, ut loci facies virtutis naturam protendat, & horror solitudinis, & difficilis via pietatis difficultatem populorum commonefaciat. Huius intellectus author est Origenes homil. 7. in Exodum his verbis. *Dimitte populum meum ut seruiat mihi in eremo. Non vult Deus, ut populus in Egypto positus seruiat Domino: sed ut exeat in desertum, & ibi seruiat Domino.*

3. Origenes homil. 2. ex quatuor in Cant. Pro nobis exponit verba illa Cant. 1. 14. *Botrus cypr dilectus meus mihi in vineis Engaddi.* Per botrum vnam acerbâ intelligit Origenes, ne tibi persuadeas gratum saporem ex virtute, sed vitilem esse capturum. Ut enim vna acerba vitilis est sanguinis ardoribus extinguentis, & excitando stomacho, ut cibum appetat, ingrati tamen est saporis, ita etiam virtus, vitilis quidem est sed acida. *Sicut ergo* (ait Origenes) *his quibus afficitur sapientia, & scientia non ad subitum, sed ad profectus quosdâ, & gradus, pro studio hac intentione, & fide eorum, qui ei vel in sapientia, vel in scientia, vel in virtute participantur, sapientes, eos & scientes reddit, vigentesque virtutibus: ita, & in quibus, vitis vera efficitur, non eis ad summum maturos botros producit, ac dulces, nec repente eis efficitur bonum, suauis, & latificans cor hominis.*

4. Cant. 1. 14. *Botrus Cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi.* Sæpius in Euangelio se dicit Dominus vitem, ut eum appellet botrum vna qui ei per pietatem adhaerit. Satis è se nostra pius vir vna botrus dicitur, quia cum ad maturitatem peruenerit in torcular immittetur, comprimetur, pedibus calcabitur. Ergo tu qui ad virtutem accedis ne te putes ad delicias, sed ad pressuram vocari. Huius expositionis author est Origenes homil. 2. ex quatuor in Cant. his verbis. *Botrus hic florens memoratur in vineis Engaddi: ut gratia fragrantia ipsius immittatur in inuitis anime, ut post hac pari possit acerbitatem, & tribulationem tentationum, & ita demum maturitatis eius dulcedinem prebet.*

5. Cauens Egyptiorum Rex ne Hebræorum populus ab ipso deficeret, vocatis obstetricibus mandat, ut nascentes ex Hebræis masculos suffocent feminis reseruatis. Quod cum secus factum esset ad se imperat obstetrices vocari, quas de neglecto præcepto compellat. *Quæ responderunt: non sunt Hebrææ sicut Egyptiæ mulieres: ipsæ enim obstetricandi habent scientiam. Et prius quam veniamus ad eas pariunt.* Mulieres Egyptiæ iuxta Ambrosium lib. de fuga sæculi cap. 8. impiorum animæ sunt, quæ multa difficultate bonorum operum partus edunt, & alieno auxilio egent, quo iuuentur. At vero mulieres Hebrææ sanctorum virorum animas adumbrant, quæ obstetricandi habent scientiam, & facile bona opera pariunt. Ergo nemo virtuti difficultatem appingat, sed propriis vitis illam adscribat. *Denique* (ait Ambrosius) *& de alijs Hebræis mulieribus habes, quia Hebrææ prius pariunt, quam veniant obstetrices, & quod anima iustorum non expectent artes, & disciplinas propter inuentionum genera, nec requirant adiumenta generandi, sed sponte partus suos fundant expectationemque præueniant.*

6. Hoc idem malorum bonorumque discrimen de quo num. præcedenti euincit Ambrosius lib. de fuga sæculi cap. 8. ex Genes 27. Iacob ex paternis gregibus

Palacio.

Hugo.

Origen.

3. Cant. 1. 14.

Origen.

4. Cant. 1. 14.

Origen.

5.

Exod. 1. 19.

Ambros.

6.

Gen. 27. gregibus

gregibus duos hædos optimos matri importat, coxit, patri intulit, benedictionemque surripuit: dum frater eius æstu, viâque lassus sylvas fatigat allaturus patri de venatione cibos. Esau impiorum locum obtinet, Iacob vero sanctorum virorum figuram sustinet. Ergo Esau per deum cibos quæritat, at Iacob nullo sudore conquisitos dum patri importat fraternal benedictionem callide surripit. Pij viri facile virtutis viam conficiunt, at impij illatum pedem præ difficultate referunt. *Esau* (ait Ambrosius) *præsto non habuit cibum spiritualis, & velocioris ingenij, dum ille venatur & quarit, & prædam, atque agrestem sermonem suggerere parat, præuenit Iacob celeri inuentione & miti, & prope domestica responsione suauè verbum ministrans, quo eum mulceret, atque delectaret.*

Esau personam agere impiorum, Iacob vero sanctos viros adumbrare præmissimus ex Ambrosio lib. de fuga sæculi cap. 8. Ex vtriusque autem fratris collatione sententiam nostram confirmamus, nempe virtutem piis viris facilem, difficilem vero impiis videri. Dum enim Iacob fraternal simulans personam capturus paternam benedictionem parentem adit, his verbis fenex filium exceptit. *Ece odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus.* Filium Iacob, qui viros pios refert cum agro pater componit, nempe ager incisus, & incultus, vltro flores fundit, & suauè olentiam halat. Vt vero fata segetes producant, solum vomere vertitur multo labore, sudoreque agriculturalum. Ergo quidam, ait Ambrosius, veluti innatam habent virtutem, & veluti agri sponte fructus ferunt. Infelix vero gleba diu versata, & vomere procissa, vix vltimum fructum fert. Impij glaream ieiunam referunt, & infecundum solum, qui vix multo labore aliquem fructum iustitiæ pariunt. Quod non ita intelligas quasi aliquis suis viribus possit virtutem contingere, sed quia sancti viri gratia Dei fulti facile pietatis viam terunt, verba Ambrosij transcribo. *Ece odor filij mei, &c. ager enim & naturale habet fertilitatis ingenium, & cultura diligentiam temporalem, meritoque in eo est plenitudo, cui vtrumque non deest, simul cum addiderit, cui benedixit Dominus videtur natura gratiam prætulisse, inuentionem labori.*

Esaia 27. 10. *Ciuitas enim munita desolata erit speciosa relinquetur, & dimittetur quasi desertum.* Ambrosius 5. Exam. cap. 8. paulo aliter legit, nempe. *Ego ciuitas munita, ego ciuitas obsessa.* Quæ verba hac ratione exponit ibidem. Nempe fieri non potest, vt anima, quæ virtutibus, velut muris circumdatur, & munitur, hac eodem non obsideatur à dæmone, multa enim mala patitur, plures inimicos perpetitur anima, quæ virtutem amat. Denique (ait Ambrosius) *habes in Esaia, quia iustitia dicitur vel Ecclesia. Ego ciuitas munita, ego ciuitas obsessa. Munita per Christum obsessa per diabolum, statim diabolus eam animam obsidet, quam Christus munit.*

Cantic. 1. 3. *Trache me post, te curremus in odorem unguentorum tuorum.* Nobis fauet ex hac sententia Ambrosio teste libro de Isaac cap. 3. verbum illud *trache*, significat enim verbum traho vi quadam ducere, & per multam difficultatem auellere. Ergo ait sponsa cupiens virtutem attingere. O Deus, ita firmiter animus meus pristinis vitiis adhæret, vt nisi per quandam vim me extrahas non posse illa deserere mihi videar. Non quasi Deus alicui vim inferat ad virtutem, sed hac loquendi formula vtitur, qua significet, quantum mens pristinis vitiis adhæserit. Ad hunc sensum inflectit ibidem, verba illa Christi ad Petrum Ioan. 3. 36. *Quo ego vado non potes me sequi.* Ad impossibilitatem recurrit Christus

Dominus, quæ negotij difficultatem protendat, & tamen ille erat Petrus, quem toti Ecclesiæ præfecerat, vt omnes dicamus: *trache me post te.* Ambrosium loquentem audi. *Prudenter ergo rogat, vt attrahatur, quia non omnes sequi possunt. Denique Petro dicenti quo vadis? respondit ei verbum Dei: non potes me sequi modo, sequeris autem postea. Clauis ei commiserat regni cælorum, & sequendo se imparem indicabat.*

Ioan. 3. *Et dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem.* Lucem tenebris prætulerunt, non quasi ignorant, quantum lux tenebris præstaret, quis enim hoc nisi plane cæcus ignoret, sed dilexerunt magis tenebras, quam lucem, rei difficultate victi. Dum vitiorum tenebras excutere satagebant, tanta difficultate premebantur, vt hanc curam deposuerint, & in vitiorum tenebris persistere elegerint, victi cesserint, & virtutem quam rationis iudicio vitiis præferunt amore & voluntate vitiis posthabeant. Hanc expositionem habes apud Ambrosium, in Psalm. 1. his verbis expressum. *Et dilexerunt* (ait Ambrosius) *homines magis tenebras, quam lucem. Poterat quidem, ita intelligi, quod hi, qui mala opera habent, credentes tamen in Christo, volentes quidem rectè viuere, sed victi illecebris peccatorum dilexerunt plus tenebras, quam lucem, id est, vtrumque dilexerunt, sed magis tenebras.*

2. Corinthior. 5. 4. *Nam & qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus grauati, eo quod nolumus exspoliari, sed super vestiri; vt absorbeat, quod mortale est à vita.* Nobis fauet si vera cecinit Ambrosius in Psalm. 43. Intelligendum enim est sumpta similitudine, à fontibus, quos iudices torture adigunt, vt ab eis commissa crimina extorqueant. His enim frequenter præcipuè apud nostrates aqua sub quadam certâ mensura ebibenda decernitur, quæ nolentibus ori infunditur, & quam vi coguntur ebibere, & absorbere. Ergo in hunc modum. Qui relictis vitiis virtuti conatur adhære, torquetur à diabolo. Vide cum qua re virtutem studij componit Apostolus, scilicet cum torture, quæ quidè dolorem maximum affert & in vitæ discrimen fontes adducit, adeo vt malint mortem subire quam tormentam sustinere. *Grandis enim*, (ait Ambrosius) *cum expectemus, vt absorbeat mortale hoc à vita, quo nos spoliare debemus, minor enim labore spoliatur, quam absorbetur.*

Psalm. 48. *Cur timebo in die mala? Hoc quæsiuit Dauid vir pius, & iuxta cor Domini. Iniquitas calcanei mei circumdabit me.* Respondet. Hæc ad lapsum primi hominis refert Ambrosius, in hunc versum Psalmi, nec immerito, nam Genes. 3. his verbis Deus tanti mali authorem serpentem damnat. *Super petrus tuum gradieris, & terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ. Et infra. Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius.* Ergo sensus est iuxta Ambrosium. Multum sane timendum tibi est, ó Dauid, nam peccata firmiter nobis adhaerent, & ab ipsius mundi primordiis humanam naturam infecerunt. Quis ergo poterit hanc maculam eluere, & hoc attendisse videtur Christus Dominus dum discipulorum pedes lauit, nam dicenti sibi Petro Ioan. 13. *Domine non tantum pedes meos, sed & manus, & caput, dicit ei Iesus. Qui lotus est non indiget, nisi, vt pedes lauet, sed est mundus totus.* Ac si dicat: etiam si vos sancti sitis, nec vlla lethali noxa inficiamini, non nihil tamen sordium contraxistis, ex illo primi parentis crimine. Vnde oportet, vt pedes abluant, quos serpens infecit, illud etiam notat Ambrosius Petrum apud Christum eo loco offensus, quod se à pedum lotionem subtrahere satageret. Cui Christus:

Ambros.

Ioan. 3. 19.

Ambros.

II. 2. Cor. 5. 4.

Ambros.

II. Psal. 48. 6.

Gen. 3. 14.

Ioan. 13.

etiam

etiam si Petrus sis, & reliquos condiscipulos amore erga me superes, & præfectura, eges, tamen ablutione. Insuper notat Ambrosius verba Christi, quæ quidem sibi constare non videntur: *Qui lotus est, non indiget nisi, ut pedes lauet, sed est mundus totus.* Si mundus est totus, ergo etiam pedes mundos habet, quæ ergo ratione eget, ut pedes abluat? Sensus est: etiam si mundus sis, & nullam prorsus maculam habere tibi videaris, indiges tamen, ut abstergas non nihil pulueris, qui pedibus, ita adhæret, ut vix auelli possit. *Alia est iniquitas* (ait Ambrosius) *nostra, alia calcanei nostri, in quo Adam dente serpentis est vulneratus, & obnoxiam hereditatem successionis humana suo vulnere dereliquit, ut omnes illo vulnere claudicemus. Vnde pedes Dominus discipulis lauit, ut lauaret venena serpentis: & Petrus reprehenditur, quod excusabat, ne sibi Dominus pedes lauaret: ideo dictum est, nisi lauero tibi pedes, non habebis mecum partem, quo audito non solum pedes & manus obtulit abluendas, sed caput. Cui Dominus respondit: qui lotus est non habet necesse ut lauet nisi pedes, sed est mundus totus.*

Ambros.

13.

Psal. 48. 6.

Psal. 48. *Cur timebo in die mala? Iniquitas calcanei mei circumdabit me.* Duplicem aliam huius loci expositionem subinfert Ambrosius ibidem. Priorem accipe. Læsus homo dicitur calcaneo. Non alia corporis parte, neque aliam mordet, serpens ille antiquus Genes. 3. *Tu insidiaberis calcaneo eius, ut omnes nos claudicare significet in via virtutis.* Magno ergo labore peragendum est iter illud, nam omnes latis tibiis & pedibus incedimus. Vide quanta difficultate claudus viam arripiat, nec minorem tibi esse subeundam puta in progressu virtutis, forsitam hoc innuit magnus ille Jacob, qui ingressurus terram promissionis claudus effectus est. Nempe in via virtutis etiam sanctissimi viri claudicant. Priorem loci expositionem, his verbis tradit Ambrosius. *Alia est iniquitas nostra, alia calcanei nostri, in quo Adam dente serpentis est vulneratus, & obnoxiam hereditatem successionis humana, suo vulnere dereliquit, ut omnes illo vulnere claudicemus. Vel potius læsus calcaneo dicitur, quia adeo lubrica est via virtutis, ut vix incedere possimus, sed passim ruamus, nec figere possimus pedem.* Hanc item expositionem Ambrosianis verbis accipe. *In die enim iudicij nostra in nobis, non aliena iniquitatis flagitia puniuntur. Vnde reor iniquitatem calcanei magis lubricum delinquendi, quam reatum aliquem nostri esse delicti.*

Ambros.

Ambros.

14.

Iob 1. 1. Afinas, & boues capturi Sabæi vnico tantum exercitu coacto inuasunt. Verum Chaldæi triplici manu camelos adoriuntur. Nempe iuxta Gregorium lib. 2. Moral. cap. 35. eos significant qui in virtute tyrones sunt. Scilicet cameli ruminant, & ob hoc animalia munda referunt. Nec tamen vngulam fissam habent, ob quod inter immunda connumerantur. Ergo cameli, eos homines adumbrant, qui pietatem quidem colere intendunt, sed tamen pristinis vitiis renitentibus, deridentur. Boues autem omnino mundi sunt, & virtutis cultores designant. Afina autem animal omnino immundum homines omnino perditos libidini, & voluptati deditos designat. Ergo quocumque te veritas, quancumque viam arripias hostium incurfus, difficultates, & labores subterfugere non potes, siue flagitiosam vitam agas, & afinas referas, siue perfectam, & ab omni labe immunem, & bobus sis similis, siue media via incedas, & partim pietati studeas, partim in vitia soluaris, & camelo sis par, verum eo discrimine, quod homines pios, & impios vnico tantum hostium exercitus aggreditur, eos tamen, qui mediam viam tenent nec tyrocinium

excesserunt triplici coacta manu hostis insequitur. Scilicet immensa pene deuoranda sunt difficultates, eis qui denuo pietati se tradunt. Accipe integram huius loci expositionem Gregorianis verbis. *Per camelos, qui immundum aliquid habent, dum ruminant, & immundum, dum nequaquam vngulam findunt, supra iam diximus bonas rerum temporalium dispensationes intelligi, in quibus, quo est cura distentior eo nobis multiplicior insidiatur inimicus. Et subdit, quasi enim tres curmas, contra camelos facere est. Terrenarum dispensationum studia, modo illicito opere, modo superflua locutione, modo inordinata cogitatione vastare, ut dum se administranda exterius mens efficaciter extendere nititur, à sui consideratione separetur, & eo damno, quo de semetipso patitur, nesciat, quo erga aliena fortiori studio, quam deceat, elaborat.*

Gregor.

Iob 6. 15. *Fratres mei pertransierunt me, sicut torrens, qui raptim transit in conuallibus.* Gregorius lib. 4. Moral. cap. 12. locum exponit sumpta in metaphora ab eis, qui irritò nixu lapidem, aut riuiulum, aquæ, ad verticem montis sustollunt, quod pene immensi laboris est, & vix confici potest. Nam cum multo sudore ad culmen vsque montis extulerit, suo pte pondere multo fragore in ima dilabitur. Ergo, qui virtuti studet accliuem satis locum ascendit, si vero tantisper remiserit statim propria vi malorum ad vitia corrui. *Quia igitur* (ait Gregorius) *assensus in labore est, descensus in voluptate, recte nunc dicitur: fratres mei pertransierunt me, sicut torrens.*

15.
Iob 6. 15.

Iob 6. 18. *Inuoluta sunt semita gressuum eorum. Ambulabunt in vacuum & peribunt.* Hæc verba ad rem præsentem perducit Gregorius 7. Moral. cap. 14. dum impij in viam virtutis pedem inferunt, vix aditum inueniunt, & per labyrinthos recessus, & sinuosos mæandros, se viam agere existimant, non aditum, non egressum inueniunt, vix se explicare possunt: & ob hoc ab incepto itinere sapiens pedem referunt: *Bene ergo de reprobis dicitur: inuoluta sunt semita gressuum eorum, quia recta quidem deliberando appetunt, sed quasi ad consueta mala replicantur. Et quasi extra se rensi, ad semetipsos per circuitum redeunt, qui bona quidem cupiunt, sed à malis nequaquam recedunt.*

16.
Iob 6. 18.

Iob 9. 7. *Qua præcipit soli, & non oritur: & stellæ claudis quasi sub signaculo.* Hæc verba exponit Gregorius lib. 9. Moral. cap. 3. de prædicatoribus Euangelicis, qui viam virtutis omnibus proponunt arripiendam. At vero impij homines virtutem instar solis coruscantem tenebras, & nebula putant. Ergo, stellæ claudis quasi sub signaculo, id est, pietas, quæ instar solis, & syderum vbique fulgent densa caligo ab impiis reputatur. Vim addit suæ sententiæ Gregorius ex Apocalypsis 6. 12. *Et ecce terra motus magnus factus est: & sol factus est niger tanquam saccus cilicinus: & luna tota facta est sicut sanguis.* Hæc terræ solis, & lunæ inuersio, non in ipsis elementis facta est, sed in malorum hominum mentibus. Terra, quæ firmitatem habet nutare videtur impiis. Id est, virtutem, quæ stabilis omnino est, nutare credunt, & lunam, quæ sydos mitissimum est, & nocti solarem lucem restituit, densam caliginem mundo offundere putant. Quid amplius? solem, in quo fons est luminis, radios suos, & iubar atro cucullo contexisse affirmant. En tibi qua ratione virtus, per se satis facilis ardua impiis visa est: *In extremo quippe tempore* (ait Gregorius) *soli, ut saccus cilicinus ostenditur, quia fulgens vita prædicantium ante reproborum oculos aspera, & despecta monstratur. Qui stellarum quoque claritate figurantur, quia dum recta peccatoribus prædicant, tenebras nostræ mentis illustrant.*

17.
Iob 9. 7.

Apo. 6. 11.

Gregor.

18.

Iob 38. 24. *Per quam viam spargitur lux, diuiditur*

Iob 38. 24.

assus

æstus super terram. Hanc duplicem quæstionis partem, qua Deus Iobum vrget pro nobis exponit Gregorius lib. 29. Moral. cap. 13. Prius de luce inquiri: quam scilicet viam capiat, dum ad nos de cælo venit. Et subdit de via, quam æstus agit, dum nobis se obicit, scilicet per lucem virtutem intelligit ibidem Gregor. sed quid hanc lucem sequatur aduerte. *Diuiditur æstus super terram.* Æstus ex eiusdem intellectu laborem adumbrat. Ergo post lucem statim æstus adest, quia virtutis studium multis difficultatibus implexum est. *Sed postquam* (ait Gregorius) *spargi lux dicitur potest conuenienter intelligi, quod per æstum persecutio designatur. Quia lux prædicationis inclaruit. Mox a persecutorum cordibus ardor perfectorum exarsit.* Et subdit. *hostis namque calidus, quos iustitia luce enitescere conspicit, eorum mentes, illicitis desiderijs inflammare contendit, vt plerumque plus se vrgeri tentationibus sentiant, quam tunc, cum lucis interna radios non videbant.*

Chrysofomus homil. 23. in Genesim extollit sancti Noë virtutem qui pietatem coluit, dum omnes homines ab ea descuerant, fieri enim non potuit, quin multas irrisiones, & scommata sustinuerit ab eis, qui contrariam viam ingressi, quam ipse tenebat irridebant. Tunc præcipue, cum arcam Dei iussu moliri aggressus est amens plane ab omnibus videbatur, nec tamen virum terruit rei difficultas, sed opus peregit, fieri enim non potest, vt qui iussa Dei peraget risui impiis non sit. In quem sensum adducit verba Christi Domini apud Lucam cap. 6. 30. *Va cum benedixerint vobis omnes homines, secundum hoc enim faciebant Pseudoprophetae patres eorum.* Teste Chrysofomo præfenti instituto seruiunt dictiones illæ, omnes homines; non hi, aut illi, sed omnes homines. Hoc quidem signum est, illos impietatem amasse, quia scilicet illos omnes homines benedicebant. Nec enim fieri potest, vt ille, qui pietati incumbit, ab omnibus diligatur, sed necesse est vt multos sibi infensos patiat. *Verisimile enim est* (ait Chrysofomus) *cum præter morem omnium virtutem coleret, cum fuisse subsannatum, & irrisum a malis hominibus, qui consuevere arguere suam fugientes malitiam. Et infra. Anima enim fortis, & constantis est posse oblectari his, qui auellere moluntur.* Nec multo post exponit locum, ex cap. Lucæ his verbis. *Non simpliciter dixit, homines, sed omnes homines, impossibile enim est, vt qui angustam, & arctam virtutis viam ambulat, & mandata sequitur Christi ab omnibus laudetur, & in admirationem sit, est enim, & illa excellens malitia virtuti aduersari.* Proinde Dominus sciens, quod impossibile sit, vt is qui virtutem diligenter exercet; & a se solo laudem, vt accipiat præstolatur, ab omnibus laudetur, & benedicatur, miseros vocat eos, qui propter humanam laudem, virtutem negligunt. Nam celebrari ab omnibus, maximum fuit argumentum non magni habere virtutis rationem.

Septem annis seruiuit Iacob auunculo suo Labam pro Rachele, sed sororem Liam per fraudem supponit. Seruiuit item pro Rachele septē aliis annis. Tandemque optatis potitus nuptijs amorem sequentis priori prætulit, seruiens apud eum septem alijs annis. Verba sunt ex cap. 21. Genes. Quæ paulo aliter legit Chrysofomus homil. 56. in Genes. *Dilexit Rachel magis quam Liam, & seruiuit ei septem alijs annis.* Coniunctio illa, Et, rationem rei continet, vt alias sapius in scriptura, id est, prætulit Rachelem Liæ, quia quatuordecim annis pro ea seruierat, id enim, quod pluris stetit pluris etiam æstimari solet. En tibi causa ob quam Deus nobis virtutem vendat, multorum laborum pretio, nempe, vt dum eam in

matrimonium tibi iunxeris, vitijs præferas, & Rachelem Liæ, si enim vltro tibi obuenuisset, & ociofo, se ingessisset, nihili faceres, quod nihilo etneras. *Dilexit Rachel* (ait Ioannes Chrysofomus) *magis, quam Liam, & seruiuit ei septem alijs annis. Quia enim ab initio magis dilexit propter venustatem formæ puellam, & difficilium eam consecutus est, ideo eam magis dilexit, quam illam.* Chrysof.

Audi fili, & accipe consilium intellectus, & ne abiicias consilium meum. VERS. 24.

Postquam in superioribus causas aperuit, ob quas homines ab studio sapientiæ resiliant, auditorem suum, ad ipsius sapientiæ studium hortatur his verbis. *Audi fili, &c. Quasi dicat, o tu, qui te mihi instituendum tradidisti, accipe consilium sagax, & intelligentiæ plenum, & ne asperneris consilium, quod tibi dare pergo.*

Audi fili, & accipe consilium intellectus. Græca, accipe sententiam meam, iuuenes dum senes auscultant, & filij dum parentes differentes audiunt, quasi ex tripode loquantur eorum dicta suspiciant, & sententias venerentur. Paulus de Palacio, ideo dictum putat, consilium intellectus. Quasi dicat consilium quod non tam voce corporis, quam mentis promo, vel consilium, non tam corpore, quam animo implendum. Mystice enim intelligendum est quod subdit: iniice pedes tuos in compedes illius, &c. Vt iam iam dico. Hugo Cardin. ideo dictum putat consilium intellectus, quia qui excipit purgatam aurem habere debet. Lyra consilium intellectus vocat, id est, consilium, quo docemur discernere bonum à malo. Palacio. Hugo. Lyra.

Iniice pedem tuum in compedes illius, & in torques illius collum tuum. VERS. 25.

Subiice humerum tuum, & porta illam, & ne accedieris vinculis eius. VERS. 26.

Quasi dicat, te totum sapientiæ trade, & omnia corporis membra, & animi motus regendos, & moderandos obice illi. Ergo esto totus sapientiæ, & neque latum vnguam ab ea discedas, pedes tuos iniice in compedes illius, collum tuum, in numellas eius inferre. Præterea leges, & mandata sapientiæ, & si grauia videantur, imple, & idcirco addit. *Subiice humerum tuum, & porta illa.* Et denique molestum ne sit, ad eius mores te componere, & iuxta ab ea traditas præceptiones viuere. Quales subdit. *Et ne accedieris, vinculis eius.*

Iniice pedes tuos in compedes illius. Aliqui, ita te eius præceptis liga, vt non possis non etiam si contrarium coneris, illi inferuire, vt enim illi, qui compedibus, & catenis sunt ligati non possunt inire fugam etiam si conentur, ita etiam, quantum fas est, nos virtuti adigamus, vt si non impossibilis saltem difficillimus sit discessus.

Et in torques eius collum tuum. Torques proprie latinis est ornamentum colli. Hic autem, vt ex dictione græca patet non ornamentum significat, sed colli ligamen, quo canes, vel etiam serui ligati solent, quod Latinis numella dicitur. Vnde Tigurina. *In neruum eius cervicem tuam.* Supple, inferre; in hanc ergo numellam, seu neruum collum inferendum monet. Nonnulli ita exponunt: & in numellam eius collum tuum. Palam omnibus constet, te esse seruum sapientiæ, sicut enim ex numella, serui dominorum cognoscuntur, ita tu præteferas sapientiæ seruitutem, vel aliter, non modo te sapientiæ subiice,

subiice, sed alios etiam tecum, in eandem doctrinam, & seruitutem pertrahe, sicut canis venaticus, qui captam prædam ad Dominum suum importat. His duobus metaphoris, quibus hominem à peccato retrahit, commendantur præcepta negatiua, per quæ cadet lex, ne mala fiant: aliis vero duobus, quæ statim infert, traduntur præcepta, quæ vocant affirmatiua, id est, eorum, quæ executioni mandare debemus, quæ item duabus aliis similitudinibus commendat.

4. *Subiice humerum tuum, & porta illam.* Sumpta nimirum metaphora ab illis hominibus, qui ab oneribus importandis, victum sibi quæritant, & quæstum parant.

5. *Et ne acedieris vinculis eius.* Proprie ad vincula, quibus manus adstringuntur, referenda hæc pars, qua significatur totum hominem subiiciendum esse sapientiæ. Hæ enim quatuor præcipuè humani corporis partes, nempe, pedes, collum, humeri, & manus, integrum hominem notant. Verbum acedieris non deductum est, à nomine acidus, sed ab acedia, quo etiam latini vtimur, est autem idem, quod tristitia, vel tædium. Ergo ne acedieris, id est, ne tædio afficiaris, ne tristeris.

6. Sed quid mysticè significet horum quatuor præcipuorum membrorum, cohibitio, sensu morali subiiciamus. Cornelius Iansenius: subiicimus etiam humerum sapientiæ, & portamus eam, quando quidquid iniungit faciendum, & si labelcit exequimur. *Pedes constringuntur, cum affectus cohibentur, collum, cum superbia curuatur, manus, cum à malis operibus Dei timore impedinur.* Paulus de Palacio, nos totos ad Christi similitudinem effingere, qui humeris crucem gestauit, collum loris inferendum præbuit, manus, & pedes clauis transfigendos obtulit, vel innuit locus Deum toto corde, mente, & vitibus diligendum. Dionys. Carthusian. *Iniice pedem tuum in compedes illius, id est, actum tuum, sine effectum affige, & inaueribiliter iunge præceptis, seu vinculis, seu desiderijs sapientiæ & in torques illius collum tuum, id est, vim locutiua, & verba, qua proferuntur, per collum, iuxta illud Osea. In gutture tuo sit tuba, iniice, & coniunge regulis, ac ornamentis sapientiæ temperando tuos sermones, secundum sapientiæ regulas, vt sint decori, ac fulgidi, iuxta illud in Cantica: collum tuum sicut monilia, subiice humerum tuum, id est, laborem, & capacitatem studij tui.* Hugo Cardinal. *Iniice pedem tuum, id est, affectum animæ in compedes illius, id est, in præcepta illius. Quasi dicat, gressum vite tue constringe in præcepta sapientiæ, & in torques illius collum tuum, id est, tempera sermones tuos iuxta regulam sapientiæ. Collo formatur sermo, & ideo nomine colli sermo significatur. Torquis est autem ornamentum pectoris, & significat sapientiæ, sive regulam duorum testamentorum. Vnde collum iniicere in torque sapientiæ nihil aliud est quam sermones suos sapientiæ informare. Subiice humerum tuum & porta illam. Hoc est, actus tuos suppone magisterio illius, subiice per humilitatem, porta per fortitudinem, subiice per obedientiam, porta per patientiam: & ne acedieris vinculis eius, id est, ne grauiter, & tardiose feras, sed cum hilaritate, imple præcepta sapientiæ. Dicitur autem acedia ab acoo, acies. Vnde homo acidus, id est, sine igne caritatis, qui leuis est super omnia, & de talibus dicit Dominus per P salmistam, & in sui mea potuerunt me aceto. Lyra. In compedes illius, inseparabiliter ei adherendo.*

Dionys.

Hugo,

Lyra.

Clare, & sine ambagibus integros nos sapientiæ tradendos monet. *In omni animo tuo, &c.* Serio, & ex animo, te illi consecra, & quantum possis, mandata eius, ne effluent, conserua.

In omni animo. Dionysius integro animo, toto animo, tota virtute, id est, totis viribus, vias eius, præcepta eius.

Inuestiga illam, & manifestabitur tibi, & continens factus ne derelinquas eam. VERS.

Quasi dicat, omnibus viis illam quære, nec se tibi subducat: & vbi semel eam apprehenderit, ne eam dimittas. 1.

Inuestiga illam. Significat, non se palam omnibus obicere, sed studiose quærendâ. *Et manifestabitur tibi.* Iuxta illud Sapient. 6. Sapientiæ videtur ab his, qui diligunt eam, & inuenitur ab his qui quærunt eam. 2.

Et continens factus. Dicitio Græca, quam noster interpres transtulit continens, non modo significat abstinentem, & temperatum, sed voti competentem, & iuxta hanc significationem, hoc loco plane accipienda est: vnde Tigrina transtulit. *Ceterum affectus eam ne deserat.* Monemur ergo ne post habitam sapientiæ oscitemus, ne diffugiat. *Et continens.* Et tenaciter perseverans, seu castus, id est, etiam si carnis luxum edomueris, ne tamen reliquarum virtutum studium abiicias, ne decidas, sicut olim contigit, virginibus fatuis. Hugo. *Et continens factus. Habens continentiam, ne derelinquas eam sapientiæ, qua maxime seruatur per continentiam.* 3.

ETHOLOGIA LXXVIII.

Non segniter obeunda virtus etiam ab ijs qui profecerunt.

EXtremam partem præcedentis versus scilicet, & continens factus ne derelinquas eam, firmat præfens Ethologia, id est, etiam si virtutis apicem tenueris, ne tamen ocio te tradas, sunt enim non pauci, qui dum in virtutis via sunt velocissimè currunt, cum vero aliquantulum viæ profecerint fessi confident. Hos ergo nostra Ethologia pungit. Multa in hanc rem congerit Origenes homil. 4. in Leuit. imprimis illud Matth. 26. 26. *Accipit Iesus panem, & benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, & ait: accipite, & comedite, hoc est corpus meum.* Nimirum cum se Deus hominibus obicit, non vult referuari, & in crastinum distrahi, sed statim infumi, & sine mora aliis tradi. Ergo quantumuis discipulus sis Christi, oblatam pietatem, accipere ne tardes, sed arripe statim, & ne occasionem elabi patiaris. In quem sensum adducit, illud Iosue 9. quo loco Gabæonitæ Iosue fefellerunt. *Panes quoque, quos portabant ob vaticum duri erant, & in frustra comminuti.* Verum hi, qui panibus duris vescabantur supplicio feriuntur ibidem num. 26. *Decreuitque in illo die, eos esse in ministerio cuncti populi, & altaris Domini cadentes ligna, & aquam portantes.* Ergo vili ministerio adiguntur, qui panes duros in cibum adhibent. At Dei sacerdotes iubentur statim panem infumere, & recentes semper poni coram Domino in mensa propositionis. Et tu, qui ob virtutem proxime Dei altari accedis, ne panem indulescere patiaris, sed oblatos quotidie pietatis cibos infume, nec immerito notat Origenes cauissè Dominum Marc. 6. Ne discipuli ad prædicandum missi panem importarent, ne scilicet duret, sed cogit eos, vt quotidie recentem panem conquirant, id est, Iosue 9.

VERS. 27. In omni animo tuo accede ad illam, & in omni virtute tua conserua vias eius.

est, ex virtute recentem sibi cibum parare. Nam licet segniter agere, in via virtutis omnibus vitio datur, præcipue tamen sacerdotibus, & Christi discipulis, id est, eis, qui aliquantulum in virtute profecerunt. Ita ergo (ait Origenes) *tu sine ex eruditione spiritali, & ex dono gratia Dei præsentem, & recentem protuleris sermonem in laudibus Dei, os tuum quidem, offert sacrificium laudis, sed mentis tuae, pro sterilitate hesternæ carnis arguitur. Nam, & Dominus panem, quem discipulis dabat, & dicebat eis. Accipite, & manducate, non distulit, nec seruari iussit in crastinum. Hoc fortasse mysterij continetur in eo, quod panem non inbet portare in via, ut semper recentes, quos intra te geris panes verbi Dei proferas. Denique Gaboniæ, propterea condemnantur, & lignis caesores, & aqua gestatores sint, quia panes veteres, ad Israëlitas detulerunt.*

Actorum 18. habes de Paulo: *Accessit ad eos, & quia eiusdem erat artis, manebat apud eos, & operabatur (erant autem scenofactoria artis.)* Ars scenofactoria docet pelles & tabernacula consuere. Quod optime ad rem nostram inflectit Origenes homil. 17. in Numer. non casu, non forte, omnium Apostolorum maximus scenofactoriam artem profitebatur, sed ut quam utile sit, ut morum Magistrum tabernacula consuunt hoc factio nos docet. Arabes, & Orientales quam plures nullibi sedem figunt, sed semper errant, tabernaculis vtentes, quibus frigus, & æstus arceant. Ergo habitare in tabernaculis, seu pellibus, idem est, ac crebrius loca mutare, quo, vel rei ratio, vel inimicorum incurfus vel libido pelleret. Hæc ergo tentoria Paulus confuit, quia nullibi nos fixam sedem habere docet, nec situ putrescere, sed crebro solo mutare. Addit Origenes. Non absque mysterio Petri, Pauli socium ex piscatione victum quæritasse. Nam hæc duæ artes scilicet scenofactoria, & piscatoria apprimè docent qualis futura sit eorum vitæ ratio, qui virtutem profitentur. Ut scilicet prius Petri personam sustineant, & ab oceano iniquitatum homines abstrahant. Ac statim Pauli figuram subeant, scenofactoriam artem profiteantur, id est, eos ita instituant, ut nunquam quieti consistant, sed subinde loca mutant, & in anteriora se extendant. Iuxta Paulinam phrasim. *Vnde mihi videtur (ait Origenes) non fortuito contigisse, ut Petrus quidem, & Andreas, & filij Zebedæi arte piscatores inuenirentur. Paulus vero arte faber tabernaculorum: & quia illi vocati ab arte capiendorum piscium mutantur, & fiunt piscatores hominum, dicente Domino: venite post me, & faciam vos piscatores hominum, non dubium quin & Paulus, quia ipse per Dominum Iesum Christum vocatus Apostolus est, simili arte sua transmutatione mutatus sit, ut sicut illi, ex piscatoribus piscium piscatores hominum sunt: ita & iste à faciendis tabernaculis terrenis ad caelestia tabernacula construenda translatus sit. Postea vero exponit quid sit pelles consuere, aut in illis habitare, his verbis. *Cum enim ex his, quæ scripta sunt proficit anima, & semper ea, quæ retro sunt, obliuiscens ad ea, quæ ante sunt se extendit, & de loco inferiori progrediens crescit, & proficit ad superiora, ex augmento virtutum, & ipsa immutatione profectuum in tabernaculis merito dicitur habitare.**

Sibi similis est Origenes homil. 12. in Ieremiam, dum exponit verba illa Prophetæ 16. 16. *Ecce ego mittam piscatores multos dicit Dominus, & piscabuntur eos; post hæc mittam eis multos venatores, & venabuntur eos de omni monte, & de omni colle, & de cauernis petrarum.* Piscatores, & venatores missurum se dicit, & prius sane piscatores, postea vero venatores. Vtrumque enim munus obire necesse est, illis, qui Ecclesiæ à Deo præferuntur. Piscatoriam enim ar-

tem agunt, dum homines à vitiorum fluctibus ereptos pietatis auræ, lucique restitunt. Venationi vero incumbunt dum homines semel à vitiis abstractos & virtuti studentes ad culmen vsque virtutis perducunt. Hoc enim discrimen est inter piscatores, & venatores, quod piscatores ab imis abstrahunt. Venatores vero per præruptas cautes, & de cælo pendentes scopulos venationem perquirunt. Cum fueris (ait Origenes) ab Apostolis, & discipulis Iesu à marinis fluctibus liberatus, noli quærere profundum, sed in montibus sit conuersatio tua, ut iam non habeas opus piscatoribus, qui rursus de fluctibus extrahant, sed alijs quibusdam, quos venatores Scriptura nuncupat, qui postea venentur de monte, & de colle, & de locis altioribus: ibi sit deambulatio tua, ibi mens, & statio, obliuiscere maris, obliuiscere vallium, & profundorum.

Psal. 100. *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ.* Expende in primis nomen illud, in matutino. Non modo opus est peccata delere, & demones abigere nocte. Cum scilicet vitiorum te vrget caligo, sed in matutino, cum scilicet pietatis oborta lux tibi affulxit, id est, non satis est si cum peccatorum tenebris obuoluimur vitia deseramus, sed iam inter pios viros relati magis, ac magis reliquias vitiorum atterere. Notandum etiam, illud omnes. Non satis est si aliqua vitiorum genera deleas, alia reserves, sed necesse est ad vnum omnia vitia delere. Hoc dixerim notante Origene, homil. 8. in Iosue, qui pro nobis adducit illud factum Iosue, qui ædificasse dicitur altare Domino postquam interfecit Regem Hai, & omne vulgus: *Tunc ædificauit Iosue altare Domino Deo Israël in monte Hebal sicut præceperat Moyses famulus Domini.* Iosue 8. 30. Postquam enim penitus ciuitatem deleuit, tunc tandem ad studia pacis conuersus altare statuit. Nec tibi licet altare Deo erigere nisi ad internecionem vsque omnia vitia deleueris. Quod datum est vitio Sauli 1. Reg. 15. cui cum iniunctum fuisset ut ciuitatem Amalec funditus euerteret victo Regi multisque alijs pepercit. Cui Samuel. *Pro eo, quod abiiecisti sermones Domini, abiect te Dominus ne sis Rex.* Vide qua poena feritur, qui aliquid de anathemate, sibi reuerauit, & qui vitiis pepercit, sic enim, ait Origenes homil. 8. in Iosue. *Hos omnes hostes nostros si exinxerimus vere diem festum celebramus Deo: & de victis aduersarijs læta solemnitate gaudebimus. Tale aliquid mihi videtur à sancto Propheta in Psalmis designari ubi dicit de se. Quia in matutino interficiebam omnes peccatores Dei à terra, & disperdam de ciuitate Domini omnes, qui operantur iniquitatem. Si enim ciuitas de omni Ecclesia Dei viuentis accipiatur, eiciunt doctores de Ecclesia, & interficiunt eos, qui operantur iniquitatem, contrarios demones, aduersarijsque potestates, quæ cogunt hominem ad peccandum: siue ciuitatem Domini vniscuiusque nostrum animam intelligamus, quæ adificatur à Domino ex lapidibus viuus, id est, ex virtutibus varijs, & diuersis, de ipsa quoque ciuitate sanctus quisque & diligens eicit peccatores, id est, cogitationes pessimas, & cupiditates prauas interficit matutinum: quinimo, & si pepercerint, reputari eis in peccatum: sicut reputatum est Sauli, quod vinum reseruauerit Agag Regem Amalec. Quomodo autem manebunt iusti, si vel parum aliquid reseruauerint?*

Idem Origenes homil. vnica in lib. Regum ideo Euangelium nouum testamentum appellari dicit, ut doceat nos spiritu quotidie innouandos, nec vquam cessandum ab innouatione spiritus: ibidem adducit illud 2. Cor. 4. 16. *Propter quod non desicimus: sed licet is, qui foris est, noster homo corrumpatur: tamen is, qui intrus est renouatur de die in diem.* Non satis

Origen.

4. Psal. 100. 8.

Iosue 8. 30.

1. Reg. 15.

Origen.

5.

2. Cor. 4. 16.

dixisse sibi visus est Apostolus, *renouatur*: sed intulit, *de die in diem*. Ac si dicat: non satis est vitam veterem, vitiisque deposuisse, sed oportet, vt hoc de die in diem fiat, id est, semper, subinde, sine intermissione. Non enim solus ille, qui in vita veteri putrefecit, & fætet, eget renouatione, sed etiam ille, qui nouam viam virtutis aggressus est opus habet renouatione spiritus, nec vnquam ab hoc cessandum est. *Renouauit igitur is* (ait Origenes) *qui secundum Euangelium viuuit, & nouum testamentum, semper debet, nouis sensibus illustrari, & cantare Domino iubemur canticum nouum. Et interior homo noster, non dixit Paulus; quia renouatur, & stetit, sed renouatur de die in diem.*

Origen.

6.

Cant. 2. 3.

Cant. 2. 3. *Sicut malus inter ligna sylvarum, sic dilectus meus inter filios. Sub umbra illius, quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.* De sponso loquitur sponsa sub metaphora pulcherrimæ arboris relatis verbis: in quibus duo ad rem presentem trahenda. In primis non ait sponsa, se lumen consecutam, sed vmbra[m] sponsi. Nullus, quamuis arctissimo vinculo matrimonij Deo sit coniunctus putet se lumen consecutum. Adhuc sub vmbra delitescit, lux sibi vltterius requirenda est, longa sibi adhuc restat via, vt virtutis metam contingat. Posterius etiam nobis fauent, verba illa, *quem desideraueram*. Ac si dicat: sponsum meum terreo, eius vmbra[m] nacta sum, nec tamen desiderium quietuit, adhuc requirit, vltterius votis eum sollicito, fructum huius arboris opto, & huius vmbrae lumen concupisco. Huius expositionis author est Origenes homil. 2. ex quatuor in Cant. qui pro eadem re addit illud

Thren. 4. 20.

Thren. 4. 20. *Spiritus oris nostri Christus Dominus, captus est in peccatis nostris: cui diximus in vmbra tua viuemus in gentibus.* Non audet dicere Prophetas: in lumine tuo viuemus, sed in vmbra tua viuemus, id est, etiam si multum profecisse in virtute tibi videaris, adhuc in ipso carcere detineris, nondum lumen attingisti, in vmbra adhuc versaris. Eundem sensum habent teste ibidem Origene, Angelica verba ad Mariam. *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi.* Hæc verba nos docent qualiter Christus spiritualiter in nobis nascatur. Nempe eius spiritualis Natiuitas, quæ fit per affectum & amorem, ab vmbra capit exordium: Ne quis credat plenam lucem dum viuuit consecuturum, sed quamuis Deum gellat in vtero per affectum, Angelico licet fruatur alloquio, vmbra[m] non est prætergressus, ad lucem contendat. *Quam pulchre* (verba sunt Origenis) *non ait, in vmbra illius concupisco, ac sedeo, sed in vmbra eius concupiui: & non sedeo, sed sedi. Siquidem in principio non possumus cum eo proprium conferre sermonem, verum in principio (vt ita dicam) quadam maiestatis illius vmbra perfundimur. Unde, & in Prophetis legitur: spiritus faciei nostre Christus Dominus, cui diximus, in vmbra illius viuemus in gentibus, & ab vmbra, ad vmbra[m], aliam transmigramus: sedentibus enim in regione vmbra[m] mortis lux orta est eis, & transiamus ab vmbra[m] mortis ad vmbra[m] vitæ. Semper istiusmodi, sunt profectus, vt in exordio desideret quispiam saltem in vmbra virtutis consistere. Ego puto ideo, & Natiuitatem Iesu ab vmbra capisse, & non in vmbra, sed in veritate finitam: Spiritus, inquit sanctus, superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi: Natiuitas Christi ab vmbra sumpsit exordium. Non solum autem in Maria Natiuitas eius, ab vmbra capit: sed & in te, si dignatus fuerit sermo Dei.*

Lucæ 1. 35.

Origen.

7.

Cant. 1. 2.

Cant. 1. 2. *Oleum effusum nomen tuum: ideo adolescentula dilexerunt te.* Origenes cum aliis legit, *unguentum exinanitum est nomen tuum* Quod de Christi incarnatione appriue intelligitur in qua Deus se-

metipsum quodammodo exinanit. Sed quid Deo facto homine noui accidit? *Adolescentula dilexerunt te nimis.* Expendit Origenes vocem illam, adolescentula. Non vetula, non anus, non effata ætate anima, sed adolescentula, id est, quæ semper adolescentiam tenent, quæ nunquam senescunt. Antequam Deus homo fieret, satis videbatur si homines quantumcunque remisit virtuti incumberent. At postquam Deus humanam induit naturam, non qualicumque virtute contenti esse debent, sed semper ad vltteriora conari. *Vbi nomen tuum* (ait Origenes) *est factum unguentum exinanitum, dilexerunt illud, non ille vetula, ac veterem hominem induit a anima, neque rugas habente, neque maculas, sed adolescentula, in augmento scilicet ætatis, & pulchritudinis posita, qua semper innouantur, & de die in diem renouantur.* Hæc Origenes homil. ex quatuor in Cant.

Matth. 18. 3. *Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum caelorum.* Præpostere ordinem, continere videntur verba. Vt scilicet prius nos conuertamur, & postea sicut paruuli efficiamur. Prius enim erat, vt paruuli, efficeremur, postea tandem, vt ad Deum nos conuerteremur. Pulchre hæc verba expendit Origenes tract. 5. in Matth. conuertere se est peccatum exuere, & in viam virtutis pedem inferre, neu tamen quis putet, hoc satis sibi esse addit: & efficiamini sicut paruuli. Id est, etiam si in piorum numerum sis relatus, oportet tamen, vt subinde noua virtutis incrementa capias, sed semper ad vltteriora conetis. Puer enim quotidie incrementa noua suscipit, cum vero perfectam ætatem attingerit, non amplius augetur, senex vero factus quodammodo decrescit. *Multi enim* (ait Origenes) *conuertuntur, vt fiant, quemadmodum puer, sed non omnes, qui conuertuntur, vt fiant quemadmodum puer iam perueniunt vsque eo, vt fiant similes pueris.*

8. Matth. 18. 3.

Orig.

9. Matth. 11.

Origen.

10. Matth. 11.

Matthæi 21. 18. *Mane autem reuertens in ciuitatem esurit. Et videns ficum arboris vnam secus viam, venit ad eam. Nescio vnde hæc fames Christo acciderit. Mane erat, nec tempus satis aptum soluendo ieiunio præcipue homini sobrio. Bethania veniebat Ierosolymam, qua per duo milliaria tantum distabat. Præsertim cum laute exceptus fuisset à Maria, & Martha. Origenes Tractatu 16. in Matthæum pro nobis locum exponit. Homo arbor est in qua Deus semper fructus iustitiæ esurit. Semper virtutem querit, nec vllum est tempus in quo liceat sine fructibus esse. Caue ne tempus causeris, & cum ficu respondeas, non enim erat tempus ficorum, ne Christi maledictis proscindaris. *Esurit autem* (ait Origenes) *Iesus semper in iustis volens manducare fructus Spiritus sancti, semper in eis, & si eius esca, (vt ita dicam) ficus, quas esurire edit, id est, charitas, eius, qui eam fructificauit, qui primus fructus est Spiritus sancti, & pax & gaudium.**

Matthæi 24. 31. *Ab arbore autem fici discite parabolam, cum iam ramus eius tener fuerit, & folia nata fuerint, quia prope est aestas.* Sensu morali, pro nobis exponit hunc locum Origenes tract. 30. in Matth. per ætatem in qua fructus maturescunt, & in domum inferuntur animi virtutē, & pietatem putat adumbrare. Sed quæ signa huius ætatis nobis Christus obicit: cum iam ramus eius tener fuerit. Id est, etiam si perfecta virtus, instar ætatis fructus animi decoxerit, & virtutes perfectas ediderit, adhuc tamen animum tenerum serua, vt facile, ad suscipiendam virtutem illum effingas. Non omnino habitæ virtuti fidas, sed facilem te præbe, ad vltteriore[m] virtutem excipiendam. Hoc vel maxime signum est conquiritæ

fitæ virtutis ulterius ad pietatem inhiare. *Et unusquisque nostrum* (ait Origenes) *post hyemes tentationum, & post tristitiam periculorum transactorum, ad aſtatem feſtinet, tenerum ramum proferens, non illum durum, ſed molle cor ad credendum Deo, & profectus noſtri proferant interim folia, & flores operum, ut poſtmodum, etiam perfectiſſimos fructus, cum venerit, quod perfectum eſt, in Chriſtum exhibeamus, multa eſt ergo ſpes in ſicu, qui ex Dei verbis primum quidem facit tenerum ramum ſuum, poſtea vero naſcentia folia, ſicut ſcriptum eſt de Ezechia Rege in Eſaia qui ſaluatus eſt per ſicum, ut non moreretur: ſed & ſol ſuper eum in gradibus demonſtravit, maiorem & clariorem, ei diem effectam qui ut ſecundum Saluatorem intelligitur proficiet ætate, & ſapientia, coram Deo, & hominibus. Qui proficiens quidem proficiebat ſuper omnes ſcientia, & ſapientia. Ad examen redeat verba illa Origenis. *Qui ſaluatus eſt per ſicum.* Hiftoriam habes 4. Reg. 20. Et apud Iſaiam 38. Morti proximis Ezechias protrahi vitam petiuit à Domino, qui miſit Iſaiam & eum curavit impoſita vulneri maſſa ficorum. *Et iuſſit Iſaias, ut tollerent maſſam de ficis, & cataplaſmarent ſuper vulnus, & ſanaretur.* Ut diximus per ſicum ſignificatur ille qui poſſeſſa virtute non contentus ſubinde ſe perfecit. Hæc igitur Regem ſanat, nam niſi quis hæc cura ſolicitetur, peccatorum vulneribus mederi non poterit. Expende etiam verba illa eiufdem authoris. *Sed & ſol, &c.* De quo habes apud Iſaiam cap. 38. 4. *Et factum eſt verbum Domini ad Iſaiam, dicens: vade & dic Ezechie. Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui. Audi orationem tuam, & vidi lacrymas tuas: ecce ego adducam ſuper dies tuos quindecim annos: & de manu Regis Aſſyriorum eruam te, & ciuitatem iſtam, & protegam eam. Hoc autem erit tibi ſignum à Domino, quia faciet Dominus verbum hoc, quod locutus eſt. Ecce ego reuertenti faciam umbram linearum, & per quas deſcenderat, in horologio Achaꝝ in ſole, retroſum decem lineis. Liberanda ciuitatis, fugandi hoſtis, & danda ſanitatis ſignum datur. Retrogradus decurſus ſolis, ſcilicet niſi quis deſcendat, & ſe ſubmittat, & humiliter, victoriam de inimicis reportare non poteſt, nec animi adipiſci ſanitatem. Ergo quantumcumque per pietatem aſcēderis, demiſſe te gere, alias perfectam virtutem tenere non poteſ. Tandem nota verba apud Origenem: proficiens ætate, & ſapientia, &c. Quæ habes apud Lucam 2. 32. *Et Ieſus proficiebat ſapientia, & ætate, & gratia, apud Deum, & homines.* Et qui mundi Saluatorem imitatur, quotidie in virtutibus progreſſum faciet.**

Ad Philippenſ. 4. 12. *Scio, & humiliari ſcio, & abundare: ubique, & in omnibus inſtitutus ſum, & fatiari, & eſurire: & abundare, & penuriam pati.* Pulchre hanc ſententiam exponit Ambroſius 2. offic. cap. 17. *Quis quæſo didicit eſurire? multi ſane fatiari didicerunt, & conquiſitis vndique epulis, & ad irritandum guſtum arte compoſitis ventrem ſuffarcinare. At quis quæſo eſurire diſcit, quis in hac doctrina comparanda tempus inſumit? Hoc idem dicendum etiam eſt de tertia parte Apoſtolicæ ſententiæ. *Abundare, & penuriam pati.* Quamuis enim frequenter homines in corrodendis pecuniis inſudent, at nullus eſt, qui penuriam diſcat. Verumtamen ſi altiori ſenſu Apoſtoli verba exponas pro noſtra ſententia firmum iaculum miniſtrabis. *Scio abundare, &c.* Id eſt, ea ipſa doctrina cœleſtis, quæ animum noſtrum ſapientia, & virtutibus ditat, ea ipſa penuriam pati docet. Et eadem pietas, quæ cibum ſpiritualis animæ eſt, & animum noſtrum fatiat, hæc eadem famem excitat, & potum miniſtrando ſitum auget. Habita enim, & poſſeſſa virtus ſtimu-*

lus eſt, qui nos ad curſum ulterioriem pungit. In eundem ſenſum exponit Paulina verba 1. Corinth. 6. 10. *Nihil habentes, & omnia poſſidentes.* Id eſt, dum animum noſtrum omni virtutum genere ornamus, tunc omni nos virtute deſtitutos credimus, nec longius à præſenti inſtituto abeunt teſte eodem Ambroſio ibidem verba Deuteronom. 8. quæ citat Chriſtus Dominus Matth. 4. 2. dum diaboli petitionem declinat. *Non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo.* quod procedit de ore Dei. Id eſt, verbum Dei hominem inſtar cibi alit, non faſtidium ingrens, ſed famem augens. *Beatus* (ait Ambroſius) *qui ſciebat ſaturari in Chriſto, non ergo illa corporalis, ſed ſpiritualis eſt illa ſaturitas, quam operatur ſcientia: & merito ſcientia opus eſt, quia non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo Dei.* Ergo qui ſciebat ſaturari, & ſic eſurire, ſciebat, ut ſemper noua quæreret. *Eſurire, & ſitire Domino ſciebat, eſurire, quia eſurientes manducabunt: ſciebat, & poterat abundare, qui nihil habebat, & poſſidebat omnia.* Iterum ad examen redeant verba illa Ambroſij. *Qui ſciebat, quia eſurientes manducabunt,* quibus exponit ſententiam Chriſti Domini Matth. 5. *Beati, qui eſuriunt, & ſitiant inſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur.* Id eſt, illi pietate abundabunt, qui ſemper pietatis famem patiuntur.

Aqua in vinum verſa latetem diuinitatem Chriſtus primum hominibus manifeſtauit Ioan. 2. 11. *Hoc fecit initium ſignorum Ieſus in Cana Galilææ, & manifeſtauit gloriam ſuam.* Quam ob cauſam conuerſione aquæ in vinum Chriſtus miraculis initium fecit? Ambroſius ſerm. 2. ideo factum putat, quia omnium optime protendit, quid in nobis Chriſtus intendat, ſcilicet vinum tempore decoquitur, defæcatur, & quo antiquius, eo purius eſſe ſolet. Hanc igitur vim naturæ ad animum nos transferre docet Chriſtus: ut ſcilicet eo perfectius Deo inferuiamus, quo ſenior, & antiquior eſt virtus. Homini nuper à ſæculi voluptatibus auulſo multa quidem condonanda ſunt, at illi, qui diu virtuti adhæſerint nihil non perfectum, nihil non ex adamuſſim factum, vel mente concipere, vel verbis promere vel executioni mandare debent. *Reſte autem* (verba ſunt Ambroſij) *vino comparatur fidelis, ſicut enim ex cunctarum creaturarum ſubſtantia omnis res vetuſtate deperit, ſolum vinum proficit vetuſtate: ita ex omni genere hominum cunctis antiquitate peruenitibus ſolus Chriſtianus proficit vetuſtate.* Et ſicut vinum per ſingulos dies aſperitatem ſuam decoquens ſaporis dulcedinem, ſuauiſſimam odoris acquirit, ita & Chriſtianus ſucceſſu temporis delictorum ſuorum aſperitatem decoquens ſapientiam ſibi diuinitatis benevolentia Trinitatis aſſumit. Nonnulli ſunt ex his, qui virtuti nomen dederunt, qui potius panis quam vini naturam imitantur. Panis enim recens in delictis habetur, ſi vero dureſcat mandi non poteſt. Non aliter iſti dum in virtutis viam pedem intulerant, alios omnes pietate longe ſuperabant, ſubſtiterunt autem in medio itinere, & feſſi inimicis manum dederunt.

Genesis 2. 15. *Tulit ergo Dominus Deus hominem, & poſuit eum in paradifo voluptatis, ut operaretur & cuſtodiret illum.* Duplex munus homini à Deo iungitur, nempe, ut operetur in paradifo, & ut illum cuſtodiat. Operari eſt terram vertere, & ex agricultura victum, quem non habemus denuo conquirere. At cuſtodire, eſt ea quæ iam habemus ſeruare, ſcilicet, ne diſſuant, aut pereant, nec alius per dolos furetur. Ergo homini duplex officium mandatur, prius eſt, ut non habita quærat, poſterius, ut habita cuſtodiat. Neque enim ſatis eſt

fi quis vitis nuntium remiserit, & ad virtutem se adiunxerit. Hoc enim est operari: ultra hoc aliud desideratur, nempe, vt quam semel virtutem possidet, seruet ne diffuat, & eam exercendo augeat subinde quotidianisque cumulet augmentis, hoc enim est custodire. Habeo in hac re patronum Ambrosium lib. de Paradiso cap. 4. his verbis. *Posuit eum in Paradiso operari, & custodire: non idem est, operari, & custodire. In opere enim quidam processus virtutis est, in custodia quadam consumatio operis deprehenditur, & quod quasi consumata custodiat. Hac duo ab hominibus requiruntur, vt operibus noua querant, & parta custodiant.*

Ambros.

14.
Psal. 68. 13.

Psal. 68. 13. *Aduersum me loquebantur, qui sedebant in porta, & in me psallebant, qui bibebant vinum. Porta locus est per quem ingredimur, aut egredimur de ciuitate, sensu morali eos adumbrat, qui à vitis ad virtutem defecerunt, in hac porta quidam sedent, quia vix viam virtutis arripuerunt, cum iam sibi persuadent metam contigisse, nec aliquid eis superesse faciendum. Hi quidem in porta sedere dicuntur, id est, remissius agere, hi quidem aduersus Deum, & aduersus Christum obloquuntur, quia magnam ei irrogant iniuriam dum vterius progredi recusant. Hunc sensum affert dictis Psalm. Ambrosius, ad illa verba Psalm. 43. *Posuisti nos similitudinem in gentibus.* Vbi etiam pro re presenti inducit sententiam Christi Domini Matth. 24. 20. *Orate autem ne fiat fuga vestra hyeme, vel sabbatho.* Hyeme inundantibus aquis, & solo multo luto madenti expeditam viam carpere prohibemur: etiam ab agenda via religione prohibebantur Iudæi. Cautum enim erat lege, ne sabbatho longiorem viam arriperent, sed intra certam mensuram se continerent, quæ via, vel iter sabbathi dicebatur. Ergo, ait Christus Dominus. *Orate autem ne fiat fuga vestra in hyeme vel Sabbatho.* Id est, si quando vitis terga dederitis, & virtutis viam fueritis ingressi, ne segnius remagatis, & oscitanter virtutem colatis, sed omnia diligenter perficite. Ne eos fueritis imitati, qui in hyeme viam agunt, nec eos, qui sabbathi religione à via longiori abstinent. *Aduersum me* (ait Ambrosius) *loquebantur, qui sedebant in porta: In exitu enim non otiosi, sed exercitii esse debemus. Ideoque scriptum est: videte ne fiat fuga vestra hyeme vel sabbatho. Hoc est, non in otio sed in negotio.**

Matt. 24. 20.

Ambros.

15.
Prou. 4. 30.

Prouerb. 4. 30. *Per agrum hominis pigri transiit & per vineam viri stulti, & ecce totum repleuerat urtica, & operuerant super faciem eius spina, & maceria lapidum destructa erat.* Cum cultura agrorum, & vinearum animi nostri culturam componit Salomon hoc loco. Nempe non satis est incultæ terræ semina mandare, opus est vt solum sapius vomere inuertat, firmum, & stercus iniicias, farrias, omniaque agricolarum munia circa illam exerceas, & subactæ terræ semina mandes, ac tandem optatos fructus decerpere valebis. Hoc enim de vinea dictum accipe, quam oportet putare ne vites luxurient, & syluefcant, & magna vi eam excolere. Ergo vel hinc discite animum tuum exercere. Neque enim satis est peccatorum sarmenta refecare, sed semel atque iterum colere, vt opatum fructum ferat. Hanc expositionem accipe ex Ambrosio in Psalm. 117. his verbis. *Ideoque scriptum est: tanquam agricultura homo imprudens, & tanquam vinea homo egens sensu si reliqueris eum deseruus erit. Colamus ergo corpus nostrum, castigemus illud, redigamus ad seruitutem, non illud despiciamus.*

Ambros.

16.

Querit Ambrosius in Lucæ cap. 2. Cur Dei iussu octauus dies præfixus sit pro circumcissione

facienda? *Quæ* respondet: circumcissionem innuere mentis circumcissionem, dum scilicet omnia animi vitia refecantur, octauus vero dies corporum nostrorum resurrectionem adumbrat. Ergo circumcisio ad octauum vsque diem distrahitur, quia tunc primum omnes animi motus præui, omnia vitia refecanda sunt, dum mortale hoc induerit immortalitatem. Verum dum corpus hoc circumferimus multa superflua purganda, nec omnia ad vnguem refecare possumus. *Circumcisio* (ait Ambrosius) *purgationem significat delictorum, sed quoniam quadam prona cupiditate peccandi humana carnis, & mentis fragilitas inextricabilibus vitis implicatur, & per octauum circumcissionis diem culpa totius futura purgatio, resurrectionis præfigurabatur aetate.*

Ambros.

Eximius ille diuini verbi præco Baptista, cum vellet homines ad amissam dignitatem restituere, his verbis eos alloquitur. Lucæ 3. 7. *Dicebat ergo ad turbas, quæ exibant, vt baptizarentur ab ipso: genimina viperarum quis vos ostendit fugere à ventura ira? Facite ergo fructus dignos penitentia, & ne ceperitis dicere: patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quia potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham. Iam ergo securis ad radicem arboris posita est, omnis ergo arbor non faciens fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur.* Vide qua ratione manu ducat homines ad amissam dignitatem recuperandam, à qua per peccatum exciderant, vt prius eos lapides, postea arbores, deinde vipers, postea homines ac tandem filios Abraham esse contendat. Lapis enim augmenta non capit, saltem ad hæc capienda interna vi non agitur, sed vt habent Philosophi, crescit per iustam positionem. Arbor autem aliquid amplius habet, nempe per radices succum extrahit & innata vi crescit, quam vocant animam vegetatiuam. Postea viperæ sit homo, hoc est, inter animalia connumerentur. Hæc enim non modo viuunt sicut arbores, sed dolent si quid mali eis inferatur, & loco mouentur ab interno impetu animæ, & quolibet pro nutu se vertunt. Hæc autem anima dicitur sensitua, quia sibi conuenientia siue disconuenientia, aut insequitur, aut fugit, subinde sit homo, qui non modo augmenta capit, & quo vult se vertit, verum ratione vitur & abdita mente versat. Ac tandem in familiam Abraham asciscitur, dum virtutem amat, & pietatem colit. Hos omnes gradus si ad animum referas, meridiana luce clarius patebit, quam tibi longa peragenda restet via. Alij quidem pietatis augmenta sumunt, non tamen per intus sumptionem, sed per extra positionem, nempe virtutem exterius colunt, animo non amplectuntur. Alij vero instar arborum aliqualem quidem succum per interiores meatus ebibunt, non tamen loco mouentur, sed solo adherent nullumque progressum in virtute faciunt. Demum sunt alij, qui veluti omnes multa quidem meditantur, multa subtili mente versant, sed quæ mente conceperunt executioni non mandant. Vltimo loco sunt alij qui verè dicuntur filij Abraham, qui terra propria & patria exciderunt, & Deum vocantem per deuia, & inuia sequuntur in papilionibus habitantes, & in mundo neque passum pedis habentes: hi sunt qui ad perfectionem annuntur. Ne ergo deses fias ne torpeas, sed si vnum horum graduum attigeris, de ascensu in vltiorem sine mora tecum age. Hæc omnia cum Ambrosio dixerim in Lucam in cap. 3. Luc. cuius verba transcribo. *Quin etiam, vt scias quia lapidibus comparati sunt, arboribus quoque homines comparauit, subiiciens Propheta, quia iam*

17.

Lucæ 3.

Ambros.

iam securis ad radicem arboris posita est: omnis ergo arbor non faciens fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur: exempli autem ideo facta est mutatio, ut cum illo comparationis processu; quidam intelligatur hominis clementior iam profectus. Nam illi ante deformes ad usum, nudi ad ornatum, steriles ad fructum, irracionabiles ad profectum, iam arbores specie figurantur, quæ rationabili quodam natura munere decora ad usum, ad aspectum venusta, ad fructum optima surgunt cacuminibus, funduntur brachijs, replentur fructibus frondibus vestiuntur. Væ enim mihi, si non Evangelizauero, sed vox ista Apostolica est: væ enim mihi, si non peccata abluero: væ mihi si non media nocte surrexero ad consistendum tibi. Væ mihi si proximo dolui fecero. Vltima verba quæ ex Ambrosio retulimus Paulinam sententiam cum Daudico carmine componunt. Nèpe Daud Ps. 118. 62. Peccatoris personam sustinens, ait. *Media nocte surgebam ad consistendum tibi.* At Paulus Apostolici & perfecti viri locum tenens, ait: 1. Cor. 9. 16. *Nam si Evangelizauero, non est mihi gloria. Neessitas enim mihi incumbit: væ enim mihi est, si non Evangelizauero.* Vide quæso, quid peccatori, quid perfecto viro iniungatur. Peccatori, vt in media nocte surgat, Deum præcibus sollicitet, crimina defleat, noxas diluat. At vero pio viro qui hæc iam perfecit ad vltiora promouetur. Nempe, vt prædicationis semen iaciat, errantes oues ad caulas Dominicas reducat. Scilicet vterque ad vltiora manu ducitur, neuter ociari finitur, sitique putrescere. Sed illi prima virtutis rudimenta discere mandatur, huic in via, quam cepit currere. Ergo siue vitiis sis deditus, siue virtutem colas, ne genio indulgeas, ne otio torpeas, ne lassus refideas, sed metam contingere, perge.

Eundem sensum habent, eadem verba Baptistæ iuxta intellectum eiusdem Ambrosij in caput 3. Lucae. Dicebat ergo ad turbas quæ exhibat vt baptizarentur ab ipso: *genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructus dignos penitentia, & ne caperitis dicere Patrem habemus Abraham.* Dico enim vobis quia potes est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. *Iam enim securis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur.* Matthæi 3. 7. expendit Ambrosius verba illa. *Fructus dignos.* Non qualescunque fructus expetit, sed dignos. Nimirum semper à nobis fructus exiguntur, aliquando exiguntur fructus penitentia quandoque fructus perfectæ pietatis. Ab his enim qui adhuc peccatorum sordibus sædantur fructus penitentia, vt scilicet crimina penitentia delcant: si vero iam per penitentiam noxas eluerint, adhuc tamen fructus exiguntur nempe fructus perfectæ pietatis, vt scilicet in dies in virtute progressus faciant. Forte hoc significat arbor vitæ, quam Ioannes se vidisse in Apocalypsi testatur, quæ duodecim fructus singulis annis producit, nempe singulos singulis mensibus. Licet enim arbores fructifera semel in anno fructus producant, at homo pius singulis mensibus nouis debet fructibus ornari. Infert Ambrosius pro hac re illud 1. Cor. 9. *Væ mihi si non Evangelizauero.* De quo versu præcedenti. *Væ enim mihi* (ait Ambrosius) *si non Evangelizauero, sed vox ista Apostolica est: væ enim mihi est si non peccata desicero: væ mihi si non media nocte surrexero ad consistendum tibi: væ mihi si proximo dolui fecero, ad radicem securis posita est, faciat fructum, qui potest gratia, qui debet penitentia: fecundos viuificet, steriles reprehendat.* Ex sententia Ambrosij. Eadem securis, id est, idem supplicium imminet arbori, quæ, cum debeat fructus peniten-

tia non facit, & ei, quæ cum pietatem habeat, non auget eandem.

Ambrosius in cap. 4. Lucae pro nobis exponit verba illa Euangelistæ cap. 4. 1. *Iesus autem plenus Spiritu sancto regressus est à Iordane: & agebatur à Spiritu in desertum diebus quadraginta, & tentabatur à diabolo.* Quosdam Spiritus sanctus in desertum pertrahit, alios in fata deducit, vt Christus quondam Apostolos, nonnullos in Paradisum, vt latronem sub horam mortis. Tandem Cant. 4. 2. ad hortum & vineas, & agros, ab eodem spiritu sponsa inuitatur. Nimirum variis his similitudinibus, varij etiam gradus in vita spirituali designantur teste ibidem Ambrosio. In desertum aguntur illi, qui, vt penitentiam hominum consortia fugere, & delicias vitare docentur: eum autem qui proficit ad fata perducit Christus, vt inde fructum percipiat, tandem in Paradisum latronem pertrahit sub mortem, quia neque illos, qui mortui, & crucifixi sunt mundo patitur ociari. Sed vt vltierius in virtute progrediantur, mandat. *Hæc videte* (ait Ambrosius) *quibus itineribus reducamur, nunc in desertum Christus est, agit hominem, instruit, informat, exercet. Vngit oleo spirituali: vbi videt robustiorem, & sata, & fructuosa traducer, vt quando quærebant Iudæi, quod discipuli eius sabbato de segete spicas vellerent (iam Apostolos suos in agro culto, & fructuoso opere collocauerat.) Postea in Paradiso constituit tempore passionis. Sic enim habes. Hæc cum dixisset Iesus cum discipulis suis transiit trans torrentem Cedron, vbi erat hortus, in quem introiit ipse cum discipulis suis. Agro enim fecundo hortus esse potior docet Propheta in Canticis Canticorum, dicens. Hortus conclusus soror mea sponsa, Hortus conclusus, fons signatus. Emissiones tuæ Paradisus malorum puniceorum, cum malorum fructibus. Cypripum Nardo. Nardus, & crocus, fistula, & cinnamomum cum vniuersis lignis libani Myrrha, & Aloe cum omnibus primis unguentis, &c. Illa enim anima pura, & immaculata virginitas, quæ nullo terrore penarum nullis à fide secularis voluptatis illecebris, nullo vitæ amore traducitur. Denique virtute Domini hominem esse reuocatum præceteris. Sic Euangelista testatur, qui solus inducit Dominum dicentem latroni. Amen dico tibi hodie mecum eris in Paradiso.*

Luca 12. 49. *Ignem veni mittere in terram & quid volo nisi vt accendatur?* Nullum ex elementis Christus missurus in terram venit præter ignem, non aërem, non aquam, non terram. Rationem assignat Ambrosius lib. 7. in Lucam, quia ignis semper sursum tendit nec vnquam quiescit, sed innata quadam vi ad superiora se erigit. Hanc ergo naturam indere omnibus hominibus Christus venit in terram, vt scilicet semper irrequieti ad superna se attollant, neque his inferioribus vnquam quietem inueniant, inde etiam Dominus in igne se venturum dicit, quia in illis Deus est, illos amat, qui semper ad superna anhelant. *Et ideo* (ait Ambrosius) *Dominus promittit se venturum in igne nempe, vt vitia consumat, & homines ad caelestia perpetua erigat. ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi, vt accendatur? Et ideo fortasse Dominus in igne venturus est vt vitia vniuersa consumat, sui que conspectu desideria compleat singulorum mysteriorumque, & meritorum lumen accendat. Tanta igitur nobis dignatio est, vt infundenda nobis deuotionis, & consumanda perfectionis in nobis, & maturanda pro nobis studium passionis, sibi inesse testetur.*

In nouissimis enim inuenies requiem in ca, & conuertetur tibi in oblectationem. **VERS. 29.**

Rationem reddit ob quam vsque in finem, non
Ii 3 sit

19.

Luca 4. 1.

Can. 4. 2.

Ambros.

20.

Luca 12. 49.

Ambros.

VERS. 29.

fit intermittendum studium sapientiæ. *In nouissimis enim*, &c. Tandem enim in qua nihil præter laborem, tibi vidisse videbaris requiem inuenies. Et amaritudo, quam in principio expertus es tandem aliquando in oblectationem, & suauitatem conuertetur.

2. *In nouissimis enim*, &c. Firmat illud commune hominum placitum, quod radices virtutis affigit amaras, fructus vero prædulces. Aliqui in nouissimo, id est, in morte. Alij in extremo iudicio. Lyra in senectute: fenes enim propter sapientiam honorantur.

VERS. 30. Et erunt tibi compedes eius in protectionem fortitudinis, & bases virtutis, & torques illius in stolam gloriæ.

VERS. 31. Decor enim vitæ est in illa, & vincula illius alligatura salutaris.

1. Dixerat fore, vt labores, quos in addiscenda sapientia perferre necesse est in dulcissimos fructus verterentur. Iam vero docet, quomodo fabulæ catastrophe vertenda. *Erunt tibi compedes eius in protectionem fortitudinis, & bases virtutis.* Passurum te sane prædixi compedes, at verterentur in fortem protectionem, quæ præ se ferre videbantur infirmitatem quandam, & in bases fortitudinis, id est, in bases fortes, in quibus tutus consistere possis. *Et torques illius in stolam gloriæ*, & numella, quæ deformitatem habere videbatur in stolam abibit fulgentem. *Decor enim vitæ est in ea, & vincula illius alligatura salutaris.* Habet enim sapientia ornamentum pulcherrimum, ac vitam confert. Et vincula illius, id est, præcepta quibus obstringit alligatura sunt saluberrima.

2. *Et erunt tibi compedes eius in protectionem fortitudinis.* Id est, te fortiter proteget. Dionys. Car. id est, *spiritualia vincula, & præcepta.*

3. *Et bases virtutis.* Hæc verba in Græcis exemplaribus non extant. Addita vero videntur, ad præcedentium expositionem. Fortitudo, cui inniti possis, tanquam basi tibi substernetur. Hugo Cardinal. duplicem affert lectionem, scilicet bases virtutis, vt vulgatus codex habet, vel seruitutis, exponit autem quæ sunt istæ bases, his verbis: & bases seruitutis, vel virtutis, id est, patientia, & obedientia quæ sicut bases sustentent totum pondus fabricæ spiritualis. Erunt tibi in fortitudinis protectionem. Id est, in fortem protectionem. Patientia enim, & obedientia protegunt fortiter laborantes ad sapientiam.

4. *Et torques illius in stolam gloriæ.* Et numella, quæ solum honestabat collum, totum corpus honorabit non aliter, quam stola.

5. *Decor enim vitæ est in ea.* Græcè ornatus aureus. Responderat autem illi quod dixerat, *subijce humerum tuum.* Id est, sarcinæ, quam humeris impositam gestabas decor aureus succedat, id est, ornamenta aurea, quæ è collo, & humeris suspendi solent.

6. *Et vincula illius alligatura salutaris.* Græcè nexu Hyacinthinus, forte cingulum est Hyacinthinum, vel si maui chirotecas colore Hyacinthino: & forte altius, cum hæc pars respondeat illi, quod præmiserat, nempe: & ne acedieris vinculis illius. Quam partem de vinculis, quæ manibus iniici solent, exposuimus. Ergo labor qui in captanda sapientia subeundus est in eximiam gloriam desinet: scilicet compedes in fortitudinem, numella in stolam gloriæ, sarcina in ornamenta aurea vincula, manus in Hyacinthinas chirotecas, ad sensus vero mora-

les color Hyacinthinus, qui sudum cœlum refert symbolum est beatitatis. Hic autem alligatura est, quia beatitudinis memoria, quodammodo nos cogit à vitis abstinere. Paulus de Palacio verba illa, *alligatura salutaris*, exponit similitudine sumpta à Chirurgis, qui medicamenta vulneri alligant ne defluant. Hugo Cardinal. exponit verba illa, *alligatura salutaris*, sumpta metaphora à funibus, quibus, qui in foveam decidit abstrahitur, ergo parere præceptis diuini instar funis est, quo à vitiorum lacu extrahimur. *Alligatura salutaris* (ait Hugo) *Quia extrahunt à peccato, & trahunt ad salutem æternam. Hæc enim sunt vincula, quibus extractus est Ieremias de lacu.*

ETHOLOGIA LXXIX.

Studium pietatis consuetudine dulcescit.

IN nouissimis inuenies requiem in ea, & conuertetur tibi in oblectamentum. Hæc sententia ad studium pietatis nos allicit dum conuertendum in oblectationem docet, quod in eo amarum videtur. Nempe virtutis rudimenta sicut & omnium facultatum, & artium tyrocinia non nihil habent ingratum, & inamænum, quod tamen tempore dulce efficitur. Genesis 18.1. *Apparuit autem ei Dominus in conualle Mæbre sedenti in ostio tabernaculi sui. Cumque eleuasset oculos apparuerunt ei tres viri stantes prope eum. Quos cum vidisset cucurrit in occursum eorum.* Sane si longius abessent properare deberet Abraham, vt cito ad eos perueniret, ne elongarentur, cum vero prope sint, quid oportet currere, & properare, quos posset voce facile ad hospitium inuitare? Ambrosius lib. 1. de Abraham cap. 5. imo vero ob hoc currit, quia prope erat. Ille enim velocius currit, qui propior Deo est, qui vero longius abest, multo pondere, & difficultatibus grauatur. Deponit enim subinde sarcinam, qui Deo appropinquat, & qui, cum longius abesset vix se mouere poterat, cum cominus Deum videt torpore excusso ocyor Euro accurrit. *Non otiosus sedet* (ait Ambrosius) *qui longe aspicit, nec aspexisse contentus occurrit obuiam, festinauit occurrere, quia non satis est recte facere, nisi etiam maturus, quod facias.*

Matthæi 11.30. *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite à me quia mitis sum, & humilis corde: & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suauis est, & onus meum leue.* Hæc verba Christi Domini hunc sensum præferunt. O vos, quibus implexa, & impedita, visa est virtutis via, discite à me, qua ratione illam facili reddere possitis. *Iugum enim meum suauis est, & onus meum leue.* Id est, incumbite virtuti, assuescite pietati, & hac ratione ea, quæ præ insolentia difficilis visa est, trita, facilis apparebit. Duplici similitudine rem probat. Altera tracta à bobus & iuuenis, qui initio iugum subire detrectant, & vix multa vi adiguntur, vt illi colla summittant: Assueti autem vltro colla iugo supponunt. Ergo quamuis initio velut taurus indomitus, pietatis iugum excutias, tandem assuetus libenter iugum trahes. Hoc enim significat verba illa, *iugum enim meum suauis est.* Posterior metaphora ducta est ab his, qui ex importâdis sarcinis victum quærunt. Initio enim licet robore valeant, gemunt, sudant sub pondere, cum vero in exportandis sarcinis aliquod tempus posuerint, nullo labore grauia onera portant. Ergo ne cui magnum videatur virtutis pondus, illi assuesce, & omnino facile reperies. Hanc similitudinem continent verba illa; & onus meum

meum leue. Proculdubio hanc expositionem mente concepit Ambrosius in Psalm. 48. & pressit his verbis. Deinde iugum suum suauē, & onus leue esse commemorat, quoniam, qui spreuerit medicinam sanus esse non poterit, & ideo omnibus grata est mansuetudo, quæ vulnera curat interiorum animorum.

Lucæ 3. 33. Qui fuit Phares, qui fuit Iudæ. Historiam pete ex cap. 38. Genesis. Cum enim Thamar sub habitu meretricio forerum ad coitum allexisset: duos filios eodem partu fudit. Instante autem partu apparuerunt gemini in utero, atque in ipsa effusione infantium, vnus protulit manum in qua obstetrix ligauit coccinum dicens: iste egredietur prior, illo vero retrahente manum egressus est alter. Dixitque mulier: Quare diuisa est propter te maceria? Et ob hanc causam vocauit nomē eius Phares. Postea egressus est frater eius, in cuius manum erat coccinum, quem appellauit Zara. Ille qui maceriam diuidit, & irrito conatu fratri ad ius primogenij aditū referat Zara dicitur, & sensu morali, eum adumbrat, qui post perpessas difficultates, quæ initio in virtute, perferre necesse est, deuorauit. Alter eos qui quando oportebat ex amara radice dulces fructus decerpere, animum despondent, & præignauia, pedem, quem intulerant referunt. Ne ergo difficultatibus succumbas, quæ pietatis rudimenta secum afferunt, quæ tempore decrescunt donec omnino dulcis pietas videatur. Hanc sententiam affert Ambrosius in verba relata Lucæ. Beatius autem (ait Ambrosius) & multo melius illis fuisset non incidisse sepem, sed vnā eandem, & indiuiduam permanere. Quod fieri potuit, si ei vitæ, cui prior manum misit, hoc est actum extendit suum consequens fuisset vitæ, quæ consecuta est. Sed quia prior illius vitæ actum posterioris infirmitas non potuit implere incisione sine dubio facta sepsis eius, seu macerie, quæ secundum Deum adificata erat, tanquam medius paries interiectus est, ut illa seps hoc est perpetua, atque continua bonorum morum adificatio rumpetur.

Ioann. 16. 21. Mulier dum parit tristitiam habet, quia venit hora eius: Cum autem peperit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium. Hoc exemplo Christus nos docet despiciere difficultates, quæ frequenter obueniunt ei, qui prima pietatis fundamenta iacit. Virtutem concipis, cum ei adhærere incipis, paris dum opera exercere incipis. Quid ergo mirum, si hoc temporis articulo doloribus crucieris? Pantisper expecta, & multo te gaudio perfundet. Hanc expositionem accipe ex verbis Ambrosij. Mulier dum parit tristitiam habet, quia venit hora eius. Cum autem peperit puerum iam non meminit pressuræ, & subiecit, & vos quidem tristitiam habetis iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum, ut ostenderet perfectorum esse latari, nutare infirmorum quasi adhuc incerta metuentium.

Iob 1. 2. Natiq̄ sunt ei septem filij, & tres filia. Et subdit num. 4. Et ibant filij eius & faciebant conuiuium per domos vnusquisque in die suo: & mittentes vocabant tres sorores suas, ut comederent, & ebiberent cum eis. Gregorius 1. Moral. cap. 32. Per septem filios Iob intelligit septem dona Spiritus sancti, & per tres filias tres virtutes Theologales. Hi filij, & filia, non transigunt vitam ieiuniam, sed conuiuiis indulgent. Imo vero quotidie, vel conuiuium domi apparant, vel ad conuiuium inuitantur. Vt nemo falso credat in piorum domibus ieiunium, tristitiamque commemorari, imo vero ibi perpetuo exulant. Omnia quidem piis viris læta sunt iucunda, & amœna omnia scilicet si omnem chorum virtutum domi habeant, sin vero vni, aut alteri virtutum generi incumbant aliis neglectis, tristitiæ non nihil patian-

tur necesse est. Per domos conuiuium faciunt dum virtutes singula iuxta modum proprium mentem pascunt, vnde benedicuntur vnusquisque in die suo. Dies enim vnus cuiusque filij est illuminatio vnus cuiusque virtutis, sed illud in hoc filiorum conuiuium perferendum video, quod semetipsum inuicem pascunt. Vnde enim singula virtus qualibet destruitur si non vna alij virtuti virtuti suffragetur. Hæc Gregorius.

Iob 29. 6. Quando lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei. Per petram intelligit Gregorius lib. 19. Moral. cap. 13. virtutem, quæ dura pluribus, & aspera instar lapidis videtur, præcipue eis, qui tyrociniū, non exegerunt. Verumtamen hæc, quam initio petram durissimam iudicant, de cursu temporis vertitur in oleum, & valde iucunda efficiunt, similem sensum habent apud eundem Gregorium verba Isaia 10. 27. Computrescet iugum à facie olei. Id est, virtus, quæ instar iugi colla premit tyronum, ipsa consuetudine nullo negotio sustineri poterit, graue pondus deponet instar ligni putridi, & vermibus exeli. Et petra (ait Gregorius) fundebat mihi riuos olei. Poteest nomine olei ipsa sancti Spiritus vntio designari, de qua per Prophetam dicitur: computrescet iugum à facie olei, iugum quippe à facie olei computrescet, quia dum sancti Spiritus gratia vngimur à captiuitatis nostræ seruitute liberamur.

Multa de sua, erga miseros humanitate inserit Iob cap. 29. à num. 11. Auris audiens beatificabat me, &c. Eximiam erga pauperes largitatem his verbis Iob designat, & ea veluti vestimēto indutum se dicit. Quid inde hæc mens ad pauperes facilis quodammodo in naturam versa est. Vnde subdit statim. Oculus fui ceco, & pes claudō. Pater eram pauperum. Id est, sicut oculus, obiecta sibi corpora natura sua haurit, & sicut pedes dati sunt à natura, ut corporis molem portent: & veluti pater ipsa natura duce & amore animum vellicante in bonum filiorum inuigilat, ita hæc miseratio, & humanitas in pauperes, quæ initio mihi veluti quoddam ascititium vestimentum foras aderat, modo in naturam versa est. Ea enim, quæ à natura nobis adsunt quandam nobis delectationem obiciunt, & virtutis opera, quæ initio, dura, & ingrata existunt eximia postmodum delectatione perfundunt. Huius expositionis author est Gregorius lib. 19. Moral. cap. 21. his verbis. Pater eram pauperum, non enim patronum, vel proximum, vel adiuuorem, sed patrem fuisse testatur, quia nimirum magno caritatis officio studium misericordie veritatis in affectum naturæ, ut eos quasi filios cerneret, per amorem, quibus quasi pater præerat per protectionem. Quia igitur vis misericordie illius naturam fuerat imitata patrem pauperum fuisse commemorat.

Psalm. 46. 1. Omnes gentes plaudite manibus: inbilate Deo in voce exultationis. Dedecere videtur virum honestum plausus manibus edere, & in corporis, in compositos motus proflire. Quid ergo est, quod iubet regius vates, ut omnes gentes conceptæ letitiæ signa manuum crepitu edant? Chrysofomus ibidem, ad bella refert. Nempē, ut hi, qui manus cum inimicis conferunt initio quidem pauent, & multa trepidatione soluuntur, euasuri ne sint superiores dubij, est enim varius euentus belli: cum vero hostes dare terga cœgerint omni metu soluti in risum & lætitiā soluuntur, & fugientes inimicos clamoribus vrgent, nec amplius opus habent, vulnera infligere, vel gladium stringere, sed ipsis letitiæ signis, & vocibus hostes territant & vrgent. Non aliter illi, qui cum spiritualibus inimicis manus conferuerunt, initio quidem timent, digladiantur,

6. Iob 29. 6.

Isaia 10. 27.

Gregor.

7. Iob 29. 11.

Gregor.

8. Psal 46. 1.

Ambros.

3.

Ambros.

4.

Ioan. 16. 21.

Ambros.

5.

Iob 1. 2.

diantur, sudant: verumtamen bello insistentes illos in fugam vertunt, tantoque timore pauidos abigunt, ut non clypeo, aut hasta, sed voce, & plausu manuum fugent, & insequantur. *Consueverunt* (ait Chrysofomus) *hoc facere, qui instructa acie praelio sunt decertaturi, iubilare inquam & manibus maximos plausus edere, ad hostes perterendos, a pacato autem, & tranquillo animo, & homine alieno, Psalmus autem iubet, utrumque, & plaudere manibus, & iubilare. Quid est ergo, quod dictum est: nihil aliud ostendit, quod dicitur: nisi victoriam, & signum victoria significat.*

Chrysof.

9.
Psal 47.3.

Psal. 47. Fundatur exultatione vniuersa terra mons Sion latera aquilonis ciuitas regis magni. Dum meminit regius vates ciuitatis Ierusalem, in memoriam venit Aquilo. Nempe Aquilonarem tractum tenebat Persarum regio à quibus Hebræi dura passi sunt & sapius in captiuitatem abducti, vnde iuxta sensum moralem labores, & ærumnas protédit Aquilo. Ergo, ait Dauid. *Fundatur exultatione mons Sion latera Aquilonis.* Id est, ipsæ difficultates, quibus initio præmebamur, in profusam lætitiã abierunt, initio quidem dum pietatis fundamenta iaciuntur dura videtur, & immitis. Dum autem fundata est, & ad iustam magnitudinem excreuit, amœna, & placida efficitur. Hanc expositionem transcribo ex Chrysofomo hunc locum exponente his verbis.

Chrysof.

Mons Sion latera Aquilonis: alios montes Sion saniora Aquilonis. Qua de causa meminit huc Aquilonis, & situm nobis loci describit? Quia assidue hinc bellum suscitabitur inuadentibus barbaris, & Propheta hoc dicit. Assidue ab Aquilone appellantes, & lebetem illinc feruentem describunt, ita enim sita regio Persarum si habeatur ratio Palestina, quod factum admirans, hoc subiungit; id significans: eam, quæ illinc assidue vexabatur fecisti inexpugnabilem. Perinde, ac si quis diceret: de corpore, partem illam imbecillam fecisti valentioram. Hoc enim hic ipse obscure significat dicens: vnde luctus, & lachryma, vnde origo calamitatum, ea membra impleta sunt voluptate, alacritateque animi.

10.
Matth. 7.13.

Matth. 7. *Quam angusta porta, & arcta via est, quæ ducit ad vitam.* Sed vnde quæso, hæ angustia? *Et pauci sunt, qui inueniunt eam.* Ac si dicat: ideo porta angusta, & arcta via, quia pauci eam inueniunt, nam si hanc portam fuerint ingressi, non prius angusta, sed late patens videretur. Et si in hanc viam pedem intulissent, non amplius arcta, sed latissima eis appareret. Via enim virtutis, à faucibus montium incipit, cum vero aliquantulum processerit, prætoria plane est & regia via. Huius expositionis author est Chrysofomus homil. 24. in Matth. his verbis. *Dicens enim pauci sunt, qui inueniunt eam segniorem plurimorum euidenter expressit, ac docuit auditores, ut non ad multorum prospera hac, ac leta respicerent, sed potius ad laboriosa paucorum. Nam plures quidem, non modo per hanc non ingrediuntur viam sed eam ne eligunt quidem, quod extrema omnino desidia est.*

Chrysof.

11.
Matt. 11.12.

Matth. 11. *Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* More ducis discipulos suos hortatur ad bellum. *Qui enim manus cum hostibus confert, initio quidem durum init certamen: cum vero hostes fugauerit omni lætitiã perfunditur. Et nos more bellantium virtutis viam arripimus, nec multo post ex debellatis hostibus læti triumphum agemus.* Hanc item expositionem ex Chrysofomo hausi homil. 24. in Matth. *Regnum cælorum vim patitur & violenti rapiunt illud, qui enim certamen ingreditur si videat certaminis profectionem ardua ipsius confessionis, horridaque miratur, maiori profecto alacritate succenditur.*

Chrysof.

12.
Matt. 10.22.

Matth. 10. *Eritis odio omnibus hominibus propter*

nomen meum. Id est, omnes homines vos exosos habebunt, quia me colitis, sed numquid odium hoc internecinum perpetuo durabit? *absit. Qui autem perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit.* Id est, etiam si initio cum primum arripueritis virtutis viam omnium hominum inuidiam subieritis. Ne tamen deficiatis, nam non multo post eorum ira cessabit, & multa vos benevolentia prosequentur. Hanc expositionem transfero, ex auctore operis Imperfecti in Matth. his verbis. *Qui autem perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit. Quia incipere multorum est, finire paucorum, semper in principio dilectio est in fine probatio.*

Imper.

Ioan. 1. *Et respiciens Iesum ambulantom, dicit: ecce agnus Dei.* Duobus verbis præconium Christi claudit Baptista, nec pluribus hoc loco de illo testimonium reddidit, scilicet notante Chrysofomo homil. 17. in Ioannem, id agebat Baptista, ut discipuli audientes Christum sequerentur; plura ab illo quærerent; scilicet via virtutis initio quidem tenebris obsita est, si tamen illi insistas lux clarissima subinde affulget. Ergo id agere concionatores deberent, ut hominibus suadent saltem virtutem primoribus labris degultare, quod si consecuti fuerint, fiet vt pietatis dulcedine allecti totam virtutem ebibant. *Propterea* (ait Chrysofomus) *non longiori vsus est oratione, quia vnum tantum curabat, vt Christo omnium animos coniungeret. Norat enim si hunc reciperent non amplius alicuius testimonio indigere. Nam si Samaritani audito Christi sermone dicunt mulieri, non iam propter tuam loquelam credimus, ipsi enim audiimus, & scimus, quia hic est vere Saluator mundi, longe magis discipuli id efficerent, effeceruntque.*

13.
Ioan. 1.37.

Chrysof.

Ioan. 3. *Nisi quis renatus fuerit denovo, non potest videre regnum Dei.* Hominis ad pietatis accessum regenerationem appellat Christus Dominus. Quam metaphoram prosequutus Chrysofomus hom. 23. in cap. 3. Ioan. *Quærit, cur in prima hominis formatione Genes. 2. adiutorium ei concesserit Deus, in hac vero secunda nihil tale dederit. Rationem reddit Chrysofomus: nempe id Deus effecit, vt ostendat quam facilis sit via virtutis, ad quam homo humano adiutorio non eget. Licet enim homo in natiuitate parentum, & nutricis adiutorio egeat, & Adamo recens creato simile adiutorium concessit, ad regenerationem autem ipse homo à Deo adiutus valet. Quærit ibidem Chrysofomus quare subinde Christus Dominus hanc eandem spiritualem natiuitatem Baptismum dixerit? Nempe eandem ob causam. Quid enim facilius homini, quid lætius accidere potest, quam balnea adire, & sordes corporis tergere? *Et quemadmodum* (ait Chrysofomus) *à principio totum formauit, ita nunc totum creat, & tunc faciamus, inquit, ei adiutorium simile sibi. Quippe qui Spiritus sancti gratiam accipit nulla alia re indiget, qui in corpore Christi perficitur, quoniam alio opus est ei auxilio? Tunc ad Dei imaginem fecit hominem, nunc Deo familiarem reddidit. Et subinde de Baptismo. *Ut facile nobis est immergi, & emersos respirare, ita Deo veterem sepelire hominem, & nouum inducere.***

14.
Ioan. 3.

Chrysof.

Psal. 33. 12. *Venite filij audite me timorem Domini docebo vos.* Hæc verba exponit Chrysofomus ibidem ducta similitudine ab scholasticis qui conquirendæ sapietiæ causa in Academiam confluunt. His enim sedulo res agenda est, nulla enim est facultas quæ haberi possit si per oscitantiam ei incumbas. Imo vero etsi diligenter ad eam animum applices, vix exhauries. Ergo metaphora huc tendit, vt quemadmodum pueri vix terroribus & flagellis

15.
Psal 33.12.

gellis ad studium adiguntur. Cum vero paululum processerint sapientiae dulcedine allecti vix ab studio auelli possunt: ita etiam qui primis elementis virtutis insistit, difficile, & cum labore incumbit, si vero aliquales progressus fecerit, multa cum delectatione in illa versatur. *Quid enim* (ait Chryso-
 Chrysof. *stomus) hac ars sit, & doctrina opus habens: aduerte Prophe-
 tam dicentem, venite filij, audite me: timorem Domini docebo vos: vera doctrina opus habet timoris Dei.*

16. *Psal. 7. 15. Conceptit dolorem, & peperit iniquitatem.* Diuerso modo in conceptione, & partu animalium accidit. Cum enim mater concipit, delectatione afficitur, in partu vero doloribus angitur. At vero in hac spirituali conceptione secus euenit, in conceptione dolor est: *Conceptit dolorem, & peperit iniquitatem.* Sequor hac in re Chryso-
 Chrysof. *stomum homil. 1. de penitencia. His verbis. Et ob hoc dictum est: conceptit dolorem, & peperit iniquitatem, concipit peccator delicti dolorem, & si non penituerit parit sibi mortem. Parvulus antequam prodeat ex utero dolor est matri, postquam autem genitus est venit in gaudium. Peccatum vero conceptum coluber est in praecordijs hominum, parit mortem, nisi fuerit penititudine expiatum.*

17. *Lucæ 14.* Lautum conuiuium parauit homo illæ, & multos ad prandium inuitauit; omnes enim venire renuerunt varias excusationes protendentes. Et ait Dominus seruo: *Exi in vias, & sepes, & compelle intrare, vt impleatur domus mea.* Expende cum Augustino sermone. 31. de verbis Domini dictionem illam, compelle. Cum enim, id quod ab inuito fit, nec laude sit dignum nec supplicio, quid iuuat homines in contrarium renitentes ad pietatem adigere? Responsum accipe ex Augustino. Oportet quandoque homines etiam per vim, ad pietatem attrahere, ne labore perterriti, qui se se initio virtutis ostendit viam inire subterfugiant, nam si semel inuiti viam arripuerint, non multo post lubentes, iter, quod inuiti susceperunt peragunt sponte. Hoc idem significat apud Augustinum nomen illud, sepes, vel capita viarum. Nondum scilicet in hac viam pedem intulerunt, adhuc in vitio pauidi resident, ideo à via deterrentur quia in eam pedem non intulerant. Co-
 August. *erge eos, vt ingredientur viam, quam postea lubentes perficient. In sepibus haeserunt, cogi volunt* (ait Augustinus) *voluntate inquirunt nostra intremus. Non hoc Dominus imperauit. Coage, inquit, intrare, foris inueniatur necessitas, nascitur intus voluntas.*

18. *Cant. 1. 6. Indica mihi, quem diligit anima mea, &c.* Notante Augustino sermone 60. de verbis Domini. Non ait, quem ego diligo, nec quem diligit caro mea, sed quem diligit anima mea. Nempe concupiscit caro aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Ergo dum caro viget rixa adest, & contentio. Si vero semel virtus carnem edomuerit, non amplius bellum; sed pax alma succedit. *Speciosus forma* (ait Augustinus) *prae filijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis. Ergo de ipsis labijs tuis nuntia mihi. Anuntia mihi, quem dilexit anima mea, non quem dilexit caro mea, sed anima mea, nuntia mihi vbi pascis, vbi cubes in meridie. Ne forte fiat sicut operta super greges sodalium tuorum.*

32. *Stolam gloriae indues ea, & coronam gratulationis superpones tibi.*

1. *Stolam gloriae indues ea.* Vim addit sententiae, haec repetitio. Dixerat enim versu praecedenti: *Et torques illius in stolam gloriae.* Nunc vero addit. *Stolam gloriae indues ea.* Ac si dicat, stolam inquam sine dubio in-

dues gloriosam. *Et coronam gratulationis superpones tibi.* Quasi dicat, & coronam capiti tuo impones, coronam inquam qualem in gratulationibus, & lætissimis rebus gestare solemus.

Stolam gloriae indues ea. Hebraismus est: Latinus diceret: stolam gloriae indues. Hebraeis enim lætius abundat, si sententiam consideres, haec tamen abundantia orationi ornata parit, vt saepe in Psalmis videre licet. Cornelius Ianfenius legit *stola gloria indues eam.* Quae lectio difficilior reddit intellectum, & nostrae posthabenda est vel ipso teste. Ergo indues stolam gloriae, id est, ea vndique eris conspicuus, eris & ornatus: velut si praeciosam vestem induisses. Relictis alijs vestimentorum generibus vnus stolae meminit, quae longior alijs vestibus erat, & vsque ad talos demissa, vt significet omnino gloria replendum fore, atque honore: vel etiam, vt ad vsus Hebraicarum vestium respicere videatur, qui longioribus vestibus utebantur. Cerre stola apud Graecos quodlibet vestimentorum genus significat, apud Latinos vero illam, qua honestae matronae utebantur. Iuxta illud Philipp. 2. *Sum-
 Ianfen. *pisti virilem togam, quam statim muliebrem stolam reddidisti.* Sumitur etiam nonnunquam pro veste sacerdotali lib. vlt. Met. *Processi duodecim sacratu stolis.* Forte hinc nouus sensus sese apperit, vt instar sacerdotis sit sapiens, & multa vestimentorum, & cidaris gloria ornandus describatur.*

Et coronam gratulationis superpones tibi. Vel vt est in Graecis, exultationis, & lætitiæ circumdatus. Hoc est ornaberis qualiter homines ornari solent in publicis, & lætissimis festis. Fauet Tigurina: *Festiuamque tibi coronam impones.* Ianfenius hanc partem, qua sapiens corona ornandus describitur, opponit ei, quod dixerat. *Et in torques eius collum tuum.* Vt iugo, & numellæ, cui subiiciendum collum praemiserat succedat gloriae corona. Dionys. Cart. *Et coronam gratulationis superpones tibi, id est, intellectum tuum ornabis. Et laudabis per sapientiam, tanquam per regium diadema: & per eam ad aeternae incunctitatis pertinges coronam.* Paulus de Palacio. Per hanc coronam beatitudinem intelligit, quae instar coronae est, & instar vestis, vt habes Apocal. 5. vbi beati amicti stolis albis, & coronis redimiti depinguntur. Nititur autem haec sententia, verbis, quae praemiserat, & in nouissimis inuenies requiem in ea, hoc est post mortem, quam autem requiem habituri sint, subiungit: *stolam gloriae, &c.* Dicitur autem beatitudo corona, quia beatos reges facit; vestis vero, quia vndique circumdat, & eorum appetitum satiat. Hugo Car. ad beatitudinem locum refert, sed alia longe via. Primo, vt decor referatur ad pulchritudinem animae, stola vero ad corporis gloriam perennem. Nam, vt habet hic Hugo, *stola dicitur à στελον, quod est longum.* Ergo aeternitatem beatitudinis innuit: coronam autem ad animae beatitudinem refert. Vel stola secundum eundem, significat tam corporis, quam animae beatitudinem: corona vero gratulationis laureolam, quae cuique beatorum debetur propria, vt puta martyrij, vel virginitatis. Hugo legit: *coronam congratulationis, quia nullus beatorum alterius gloriae inuidet, sed de alieno gaudio lætatur, & ei congratulatur.*

ETHOLOGIA LXXX.

Pietas multo honore digna.

Stolam gloriae indues ea, &c. Postquam Ecclesiasticus eos repressit, qui ob difficultatem à virtute

virtute deficiunt, eos nunc aggreditur impugnare, qui eam omni gloria vacuam existimant. Adeo enim hominum malitia creuit, ut vitia, quae probris omnibus digna sunt, in multo honore habeant, virtutem vero vilipendent, quae sola digna est honore: adeo, ut plures, qui virtutis amore tenentur eam profiteri non audeant. Hos ergo praesens Ethologia carpit, & pro honore debito pugnat. Imprimis argumentum fumamus ex verbis Pauli 1. Cor. 7. 31. *Præterit figura huius mundi.* Vel ut legit Origenes homil. 3. in Leuiticum. *Præterit enim habitus huius mundi.* Id est, mundus saepe vestem mutat. Sumpta metaphora, ni fallor, ab eis, qui nocte incedunt, qui ne agnoscantur ab illis, qui eis occurrunt, habitum mutant, & vestes illas deponunt, quibus induti incedere consueverunt in luce. Non aliter illi faciunt, qui cum animo virtutem colant, eam tamen exterius profiteri non audent, sed illam occultant sub aliena veste, ut quondam Iacob fecisse legimus, qui morum suauitatem, & corpus glabrum, sub fratris vestimento, hædorum pellibus occultauit.

1. Cor. 7. 31.

2.
Exod. 7. 1.

Exodi 7. 1. *Dixitque Dominus ad Moysen: Ecce constitui te Deum Pharaonis: & Aaron frater tuus erit Propheta tuus.* Ecce quo pietas homines perducatur, ut quodammodo eos diuinitate donet, & veluti vero numini summos honores deferendos statuat: & illis Prophetas, & sacerdotes attribuat, qui eorum cultui inuigilent. Hoc enim est, quod ait, & Aaron frater tuus, erit Propheta tuus. Ac si dicat, non modo Deum te constituo, ut pro nutu supplicii Pharaonem afficias, sed ut tibi diuinos honores homines deferant, & peculiarem cultum decernant. Expende illud. *Aarō frater tuus.* Ac si dicat: vide quo te pietas euehit, ut frater tuus natu maior diuinos honores tibi deferat, & veluti Deum colat. Patronum habeo in hac re Ambrosium lib. 1. de Cain, & Abel cap. 2. *Constitui te Deum Pharaonis. Posui te Deum Pharaonis, etenim victor passionum omnium, nec ullis captus seculi illecebris, qui omnem istam secundum corpus habitationem celestis puritatis conuersationis obduxerat, mentem regens, carnem subiiciens, & regia quadam autoritate castigans, nomine Dei vocatus est: ad cuius similitudinem, se perfecta virtutis, veritate donauerat.*

Ambros.

3.

Ambrosius in Psal. 36. quartur cur Christus ex omnibus populis Ecclesiam conflauerit, nec vnam familiam delegerit, ut quondam fecit in synagoga. Omnes enim Hebraei ad vnum Abrahamum genus referebant. Quod factum autumat Ambrosius ne Ecclesia ab illo primo generis auctore nomen sibi imponeret. Scilicet quondam Hebraei despiciant dum aorum nomine gloriabantur; summamque putabant generis nobilitatem ab Israële originem, & nomen trahere. Cum tamen maiorem sibi gloriam deferrent, si non ad homines, sed ad Deum referrent genus suum. Ergo nos, cum à multis parentibus originem trahamus, non ab illis nomen accipimus, sed ab spirituali potius parente Christo Christiani vocamur. Quod nomen ad maiorem multo nobilitatem nos vocat, cum ad Deum ipsum genus nostrum referamus. Ergo pietas ad summam nos euehit gloriam, & in diuinam nos quodammodo traducit. Nos (ait Ambrosius) de diuersis populis congregati, vocabulum nobis vnius gentis, non possumus usurpare, & ideo quia nomen non habemus in terris, de caelo accepimus, ut Christi populus diceremur.

Ambros.

4.
Philem. 1.

Ad Philemonem 1. *Paulus vincetus Iesu Christi & Timotheus frater: Philemoni dilecto, &c.* Vide quem titulum honoris causa in epistola sibi praefigat Apostolus, *Vincetus Iesu Christi.* In principio epistolarum arrogantes, & insolentes titulos affigere sibi homines

solent, quibus aut generis claritatem, aut dignitates, quas obeunt, aut varias quibus imperant nationes protendant. His tamen omnibus omissis, vide quem sibi titulum Paulus praefigat: *Vincetus Iesu Christi.* Quid magis virum ingenium dedecet, quam vincula? Ergo vide quanta sit in virtute gloria, ut non modo ipsa pietas hominem clarum reddat, verum, & ipsa vincula ob pietatem iniecta, hoc notauit Ambrosius in Psal. 45. his verbis. *Christus enim quos alligat liberat, & quos astringit absoluit. Denique qui seruus vocatus à Domino est libertus est Domini, & qui liber vocatus est seruus Christi est: ideoque in suis vinculis Paulus gloriatur dicens: Paulus vincetus Iesu. Quod si ab alijs contumelia est, sub Christo gloria est.* Ad examen iterum vocanda mihi verba illa Ambrosij. *Denique, qui seruus vocatus, &c.* quibus exposuisse videtur illud 1. Cor. 7. 21. *Seruus vocatus es, non sit tibi cura, sed etsi potes fieri liber, magis vere. Quis enim in Domino vocatus est seruus, libertus est Domini, seruus est Christi.* Itaque seruum esse Christi summa est ingenuitas, & nobilitas.

Ambros.

1. Cor. 7. 21.

5.

Quod si quandoque virtus minus aestimatur, hoc apud pios viros non contingit, sed apud impios qui rectam rerum cognitionem non habent, qui autem iusto examine pendunt, virtuti summos honores deferunt. Hoc habes apud Iobum cap. 12. 5. *Lampas contempta apud cogitationes diuitum, parata ad tempus statutum.* Pietatem lampadem dicit, sed lampadem contemptam. Lampas quidem est iustus viris, eis vero, qui omnia iura subuertunt contempta. Sequor hac in re Gregorium lib. 10. Moral. cap. 29. qui id probat ex 1. Reg. 16. Misus est Samuel ut vnum ex filiis Isai. regem inauguraret: Pater maiores natu obtulit, ut vnum aliquem ex illis populo Propheta sufficeret, imo quod mireris, ipse Samuel Deo plenus natu maiores eligendos credidit. Dum omnes, qui domi aderant reiecti sunt, tandem nescio quis vnus aliquis, qui extra domum curam gregis habebat paruulus, & despectus accersitus, & hic iussu Dei in regem electus est. *Lampas contempta* (ait Gregorius,) &c. *Bene itaque iusti simplicitas, & lampas dicitur, & contempta lampas, quia interior lucet, contempta quia exterior non lucet, intus ardet flamma charitatis, foris nulla gloria resplendet decoris, lucet ergo, & despicitur, quia flagrans virtutibus despectus aestimatur. Hinc est, quod Dauid sanctum pater ipse despexerat, quem Samuelis praesentis oculis praesentaret recusabat. Qui ad vnclionis gratiam, cum septem filios deduxisset a Propheta requisitus an numerum sobolis expleuisset, cum magna despectione respondit. Est adhuc puer paruulus, qui pascit oues. Quo deducto, & electo protinus audiuit homo videt in facie, Dominus autem intuetur cor.*

Iob 12. 5.

1. Reg. 16.

Gregor.

6.

Mittitur Saul errantes asinas quaerere simul cum seruo, cum omnem circum regionem percurrissent in cassum, & de reditu cogitarent, ait seruus itineris comes ad Saulern 1. Reg. 9. 6. *Ecce vir Dei est in ciuitate hac vir nobilis.* Multis aliis titulis insignire possent hic seruus Prophetam; omnibus autem omissis eum à nobilitate laudat. Quod ideo factum credit Gregorius in hunc locum Reg. ut nomen illud, nobilis, exponeret illud, quod praemiserat. Nempe. *Ecce vir Dei est in ciuitate hac.* Hic enim vere nobilis est, qui Deo familiariter vitur. Nam si cum Rege, aut principe familiaritatem inire claros homines reddit, multo magis ad Dei amicitiam vocari. Expendit etiam illud in ciuitate hac, id est, in ciuitate, quae supra montis verticem erigebatur, & quam ab infimo loco Samuel & eius famulus suspiciebant. Ille enim qui ab imis vitiis abstractus animo, & mente superna tenet, ille iure nobilis dicitur. *Nobilis etiam dicitur*

1. Reg. 9. 6.

Gregor.

dicitur

dicitur (ait Gregorius) quia superna conuersatione conspicuus est, & de mundana vita rusticitate nihil habet, inde enim nobilis cernitur, unde eius, secularium quippe hominum, quia nulla est morum compositio, quasi in exterioribus locis nutriti rustici sunt.

7. Psalm. 104. 17. Misit ante eos virum, in seruum vendatus est Ioseph. Humilianerunt in compedibus pedes eius. Vidisti abiectam hominis conditionem, miseram adolescentuli seruitutem; vide nunc ad quantum honoris fastigium vile mancipium pietas euerxit. Eloquium Domini inflammauit eum; misit Rex, & soluit eum, princeps populorum, & dimisit eum. Constituit eum dominum domus sue, & principem omnis possessionis sue. Quo modo facta est tam subito tanta rerum mutatio? Præmiserat: eloquium Domini inflammauit eum. Hinc gloriæ origo, hinc nobilitatis fons, qui enim virtute pulget, ille vere ingenuus, & nobilis est. Hanc expolitionem, his verbis expressit Ambrosius lib. de Ioseph. cap. 4. Dominus Deus noster dedit per Ioseph, eis etiam, qui sunt in seruitute solatia, attribuit magisterium, ut discerent etiam in vltima conditione mores esse superiores: nec vllum statum immunem esse virtuti, si animus vniuscuiusque cognoscat carnem seruituti subditam esse, non mentem, multosque seruilis esse dæmonis liberiores. Si in seruitute positi a seruilibus putent operibus abstinentendum, seruire est omne peccatum, libera est innocentia.

8. Iob 21. 8. Semen eorum permanet, coram eis, & propinquorum turba, & nepotum in conspectu eorum. Paulo aliter legit Ambrosius hanc sententiam & pro nobis exponit lib. de interpellatione Iob cap. 4. Per hos enim filios & nepotes, qui coram eis permanent spirituali intelligentia adumbrare putat opera nostra, ut enim filij superstites demortui parentis vel aui, genus, nobilitatem, splendorem familiæ seruant, vel etiam ignobilitatem, & dedecus, ita opera nostra, quæ veluti filij sunt animi, illius nobilitatem, vel ignobilitatem protendunt, ut scilicet ille ingenuus, ille liber, ille nobilis dicatur, qui virtuti adhereret, qui vero vitiiis fædatur ignobilis prorsus, & abiectus. Filij eorum (ait Ambrosius) in oculis, id est, quæ faciunt ideo faciunt, ut videantur ab hominibus, non quia boni consulant, & hoc eligant, quod futuro iudicio cempobetur; filios enim scriptura pro operibus frequenter usurpat, eo quod locupletior in bonis factis, quam in filiis sit nostra posteritas.

9. Luca 4. 33. Et in synagoga, erat homo, habens dæmonium immundum, & exclamauit voce magna, dicens. Quid nobis, & tibi Iesu Nazarene? Venisti perdere nos? scio te, qui sis sanctus Dei, & increpauit eum Iesus. Indignus sanè dæmon videbatur, quem Christus ob hæc dicta carperet. Quid enim verius, quid diuinius ista confessione diaboli? Nihilominus, ait Ambrosius, in Psalm. 118. licet vera essent quæ diabolo protulit, licet in vulgus prodire cuperet, repressit tamen diabolium, & ora compescuit, ne eum laudaret. Nam his verbis dæmon, eorum figuram expressit qui cum nihil boni egerint, aliena tamen facta laudant, & euulgant, scilicet parentum suorum & auorum præclara facinora res in bello fortiter gestas, multum denique de generis claritate gloriantur, cum tamen à parentibus mores valde sint dissimiles. His sane iure imponitur silentium quia dum maiorum fumosas imagines ostentant se ipsos magis deturpant. Inflat plerumque homines (ait Ambrosius) & tumido resupinat fastigio nobilitatis iactantia, & rerum affluentia salutarium, nisi puderet te aliena magis, quam propria laudare. Et tu nobilem te dicis, qui es factus à terra. Dauid Rex dixit: memento Domine quoniam puluis sumus, & tu in hoc caduco, atque

limoso genere gloriaris, & diuitem te putas, qui cras potes esse mendicis.

Nobilitas potius trahitur morum imitatione, quam generis origine. Hoc habet Paulina sententia Ad Galat. 3. 7. Abraham credidit Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Cognoscite ergo, quia, qui ex fide sunt, ij, sunt filij Abrahæ. Vide verborum Pauli consequentiam, præmiserat. Abraham credidit Deo. & colligit. Ergo qui ex fide sunt, ij sunt filij Abrahæ. Id est, cum Abraham, fide excelluerit, ij qui Abrahami fidem imitantur, ij Abrahami filij dicendi sunt, non qui genus ab illo trahunt, quod non tam sanguine, quam moribus à parentibus trahitur. Virtus enim animi, quasi semen est, quo viri sancti filios producunt, hoc dixerim ex Ambrosio in cap. 3. Luca. Quam vim addit Apostolica sententiæ, his verbis. Sanctorum enim maius in fide quam in generatione semen est, & ideo Apostolus, ait qui ex fide sunt, hi sunt filij Abrahæ.

Iob 30. 8. Filij stultorum, & ignobilium: & in terra penitus non apparentes. His verbis pro nobis pugnat Gregorius lib. 20. Moral. cap. 16. stultos vocat impios frequenter scripturæ phrasi. Ergo hos filios impiorum etiam ignobilium filios appellat, nam virtus sola veram nobilitatem continet. Addit etiam, & in terra penitus non apparentes. Quæ phrasi viros ignobiles etiam nos, vernaculo sermone appellare solemus. Es un hombre baxo que nacio delas malbas hiso de la tierra. De his ergo dicit Iob, penitus in terra non apparentes, quia ignobili loco nati sunt, & vix parentes, aut vnde genus trahant ostendere possunt, in quem sensum adducit, verba Christi Domini ad insipientes virgines. Nescio vos, id est, nulla generis nobilitate, aut maiorum gloria estis conspicuæ. Ergo idem est, nescio vos, ac ignobiles planè estis. Inducit etiam, ad hanc rem probandam illud Luca 8. Et contigit dum iret, à turbis comprimebatur. Et mulier quaedam erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos erogauerat omnem substantiam suam, nec ab ullo potuit curari. Accessit retro, & tetigit simbriam vestimenti eius: & confestim stetit fluxus sanguinis eius, & ait Iesus. Quis est, qui me tetigit? Negantibus autem omnibus dixit Petrus, & qui cum illo erant. Præceptor, turbæ comprimunt, & assurgunt, & dicis: quis me tetigit? Turbæ comprimunt Christum, vna mulier tetigit. Eos, qui comprimunt ignorare videtur, vnâ nouit mulierem, quæ tangit, quia peccatores (hi enim per turbam comprimètem significantur) videtur ignorare, illam vero nouit, quæ tangit. Hæc enim iustorum figuram sustinet. Filij stultorum (ait Gregorius) & ignobilium, & in terra penitus non apparentes, sicut enim plerique, qui in terra sunt, & à cognitione hominum abiectioe vilitatis sue, quasi quadam superductione velaminis absconduntur: ita sunt quidam in Ecclesia, qui dum abiectioe prauorum, operam subdunt, diuino conspectui noti non sunt, quibus, & quandoque dicendum est: amen dico vobis nescio vos, esse ergo in terra, & apparere, est in fide recta per virtutem operis nobilitatem mentis ostendere, esse vero in terra, & penitus non apparere, est in Ecclesia quidem per fidem consistere, sed nihil dignum fidei in opere demonstrare, sunt itaque intra sanctam Ecclesiam diuinitatis oculis, & videntur per iudicium, & tamen per bona vite meritum non videntur, quia ea, quæ confitendo tenent, viuendo non exhibent, de quibus Paulus dicit: consistentes se nosse Deum, factis autem negant. Hi in sancta Ecclesia fidem, quam tenere se asserunt, premunt potius quam venerantur, dum sua magis illius nomine, quam eius adipisci lucra concupiscunt.

Matth. 20. 1. Conducturus operas in vineam singulis

IO.

Galat. 3. 7.

II.

Iob 30. 8.

Matth. 25. 12.

Luca 8. 42.

Gregor.

12.

bo, non expono. Nolite dicere, quia patrem habemus Abraham. Quid enim prodest ei quem sordidant mores generatio clara? aut quid nocet illi generatio vilis, quem mores adornant, ipse se vacuum ab omnibus actibus ostendit, qui gloriatur in patribus. Quid profuit Chan, quod filius fuit Noë? Nonne separatus de medio filiorum? Qui secundum carnem frater natus fuerat, secundum animum factus est seruus. Nec familia eius sancta potuit defendere impios mores. Aut quid officit Abraha, quod patrem habuit Thare luteorum deorum cultorem? Nonne separatus à patre suo factus est in caput fidelium: ut iam non diceretur filius peccatorum sed pater sanctorum? Nec potuerunt gloriam filij sordidare paterni errores. Nam & aurum de terra nascitur, & aurum quidem eligitur, terra autem contemnitur. Melius est de contemptibili genere clarum fieri, quam de claro genere contemptibilem nasci. Qui enim de claro genere clarus nascitur gloria claritudinis eius, non est eius solius, sed communis videtur cum genere: qui autem de contemptibili genere clarus egreditur tota gloria claritudinis eius, eius solius est. Item, qui de contemptibili genere nascitur turpitudine contemptibilitatis illius, non est eius solius, sed etiam generis eius. Qui autem de claro genere contemptibilis nascitur omnis turpitudine eius, eius solius est. Ideo melius est, quod in te gloriantur parentes tui, quod talem filium habent, quam quod tu glorieris in parentibus tuis, sic & vos nolite gloriari dicentes, quod patrem habemus Abraham: sed magis erubescite, quia filij eius estis, & sanctitatis eius non estis heredes. sermonem dictum ad Iudeos conuertamus ad Christianos, quia Iudæi putabant propter hoc solum esse saluandos, quia erant filij Abraha, sic & nonnulli insipientes Christiani, per hoc solum putant esse saluandos, quod sunt Christiani, ad quos conuenienter dicit Ioannes: nolite dicere quia sumus Christiani; sed facite dignos pœnitentiæ fructus.

ETHOLOGIA LXXXI.

*Multa lætitia perfundit virtus
cultores suos.*

1. **E**T coronam gratulationis superpones tibi. Id est, ea corona caput tuum circumdabis, quam in rebus lætissimis imponere sibi solent homines. Hac metaphora Ecclesiasticus virtutem laudat à lætitia non modo honorem affert, sed, & lætitiā infert. Desipiunt plane qui putant studiosos virtutis, semper tristitia meditari, contracta fronte incedere. Multo enim maior lætitia hominibus ex virtute accrescit, quam si plausibus, & spectaculis fastidant. Ioan. 8. Si filij Abraha estis opera Abraha facite; quæ Christi sententia non tam referenda est teste Origene homil. 8. in Genesim, ad res præclare gestas ab Abrahamo, quam ad modum, scilicet, ad animi alacritatem, qua peregit omnia sibi à Deo iuuncta. Vide quam alacriter quam prompte rem difficillimam, nempe filij necem executioni mandat Genesim 22. De nocte consurgens stravit asinum suum, &c. Hanc ergo impigram Abrahami obedientiam, hanc animi promptitudinem, & alacritatem imitemur. In quem sensum adducit verba Pauli 2. Cor. 9. 7. Hilarem enim datorem diligit Deus. Id est, vult Deus ut læti ei inseruiamus multoque gaudio perfusi. Ecce istud (ait Origenes) est opus Abraha, facite opera, quæ fecit Abraham, sed non cum tristitia. Hilarem enim datorem diligit Deus. Quod si vos tam prompti fueritis, à Deo dicitur vobis: ascende in terram excelsum, & in montem, quem ostendero tibi, & ibi offer mihi filium tuum. Ostende, quia fides in Dominum magis est, quam carnis affectio.

2. Ambrosius lib. de Iacob, & vita beata discrimen

assignat inter piorum, & impiorum lætitiā. Adducta in medium similitudine duorum hominum, quorum alter nouerit ex arte citharam pulsare simul & suauiter cantare. Alterum vero, qui solum citharam pulset. Prior enim ex his, etsi cithara desit, habet tamen quo se mulcere possit, & dolorem animi temperare nempe vocem, & cantum, posterior vero si externa desint musica instrumenta, quo mærorem abigat, non habet, impius lyram corporis pulsare tantummodo nouit, nempe à solo corpore lætitiā capere didicit, scilicet per sensus, scilicet ab esculentis, & poculentis, &c. hæc corporea si desint, non nouit voce canere qua se exhilaret. At vero vir pius etiam si hæc corporea oblectamenta desint, nihilominus rebus spiritualibus & diuina contemplatione se mulcet, & iacentem animum erigit. Tanquam ille (ait Ambrosius) qui cithara canere solitus, si eam dissipatam resolutis nervis, & contractam viderit, & usum eius interruptum, abiicit eam, atque eius numeros non requirit, se voce ipse mulcet: sic iste citharam corporis vitiosam tacere patietur, corde se oblectabit, bona conscientia, recordatione mulcebit, diuinis oraculis, & scriptis prophetis alleuabit, suauē illud, & incundum animo tenens, mente complectens, cui nihil triste possit accidere cum semper ei diuina presentia aspiciat gratia, & ipse sibi ad sit summa anima tranquillitate perfusus.

Psal. 118. Anima mea in manibus meis semper, & legem tuam non sum oblitus. Ambrosius ibidem quorundam lectionem adducit, qui ad manus Dei sententiam referunt. Anima mea in manibus meis semper. Anima ergo viri iusti, id est, vita Dei manibus fulcitur, nec illi tatum vnam inanum subternit, sed vtramque supponit. Manus Dei dextera beatitas est æterna, & reliqua dona spiritualia, quorum consideratione, & spe homines mulcet: sinistra vero omnia temporalia adumbrat, quæ etiam abundanter largitur viris piis. Ut ex vtrisque duplex gaudium illis accrescat. Hoc ex multis scripturæ locis probat Ambrosius, quibus se fulcit, & dicit virtutis studiosos vtraque manu. Ex quibus in primis est illud Cant. 2. Laua eius sub capite meo & dextera illius amplexabitur me. Idem habes Prou. 3. Pro. 31. & Sap. 8. quæ prædicto modo exponenda sunt, & inserit Ambrosius his verbis. Quæ ergo Deum timet anima pleno sermunit ipsa præsidio, mittit sapientia lauam sub collum eius, dexteram autem in complexu illius, vtrumque enim brachium eius ad vtilia extenditur. Habent tamen propria singula manus sapientia, in dextera longitudo vitæ est, in sinistra autem diuitia & gloria, bonis vtrique manus vtraque dotata est: in eo tamen habent varietatem sui muneris, quod & presentia, & futura comprehendunt, ut laua presentium remuneratrix, dextera futurorum sint.

Decet maxime viros pios lætitia. Impios vero tristitia, & dolor. In hanc rem congerit Ambrosius multa, ad illa verba 118. Hereditate acquisisti testimonia tua in æternum, quia exultatio cordis mei sunt. Id est, non mærorem inferunt non tristitiam important, sed omnia læta omnia incunda protendunt, & hac ratione exponit verba illa Apocalypsis 21. Et mors ultra non erit neque luctus, id est, omnia tristitia abscedant ab eis, qui virtutem confectantur, nullum enim locum tristitiæ pietas relinquit, & cum alia adduxisset, quæ legenti per se patebunt, tandem inducit verba illa Lucæ 23. cum enim Dominus crucifigendus duceretur insequēbatur eum turba plangentium faminarum, quarum eiulatum illis verbis repressit Christus. Nolite flere super me sed super vos ipsas flete, & super filios vestros. Quid magis pium quid honestum magis, quam patientem Deum lacrymis,

Ioan. 8. 39.

Gen. 22. 3.

2. Cor. 9. 7.

Origen.

2.

Ambros.

3.
Psal. 118. 109.

Cant. 2.

Ambros.

4.

Psal. 118. 111.

Apoc. 21. 4.

Lucæ 23. 31.

erymis, prosequi & tamen fœminas à lacrymis prohibet Christus Dominus, nempe ut vult Ambrosius ostendit Christus in virtute nihil esse mœstum nihil triste, sed omnia læta suavia omnia, vna est impietas, quæ tristitiam, mœroremque exigit, vnde subdit Christus. *Sed super vos ipsas flete*, &c. Id est, ut quid lamentis, & lacrymis abutimini, quæ vobis à Deo datæ sunt in remedium peccatorum. *Recusasti* (ait Ambrosius) *hereditatem faculi, serua Christi testimonia, quoniam in his exultatio, atque lætitia est, quandoquidem omnis stertus delebitur, & mors non erit amplius, neque luctus, neque stertus, neque clamor, passio Christi imago fuit regni cœlestis. Nemo audiuit in plateis vocem eius, quia illo silentio passionis suæ clamorem omnem impostorum impie vocis abolebat. Notebat fieri, qui dicebat ad filias Ierusalem: filie Ierusalem nolite flere, sed vos ipsas flete. Ablatus enim omnes lacrymas, sua beneficio crucis in passione propria futura instar beatitudinis lætitiã exhibebat, ut nemo fletet, nisi qui Christum non tenebat.*

Lucæ 1. 76. *Et tu puer Propheta altissimi vocaberis.* His & aliis verbis senex pater recens natum filium alloquitur. Quod sanè, alienum à ratione videbatur, ut scilicet pater cum filio octo dierum nato verba misceat, & colloquatur. Verum nouerat pater Ioannem in tenero corpusculo integrum sensum gestare, atque adeo posse verba excipere, sed vnde hoc patri innotuit? Si fides Ambrosio ibidem, ex eo quod puer in ventre materno exultauit, sic enim habes. Lucæ 1. 44. *Ecce enim ut facta est vox salutarionis tuæ in auribus meis, exultauit infans in utero meo.* Ex hac igitur pueri exultatione optime nouit Zacharias, filium plenum esse Spiritu sancto, & Dei gratia, ac perinde esse rationis capacem, nempe nihil magis proprium est ei qui Deo est gratus, quàm lætitia, & exultatio. Ergo ex pueri lætitia optime Dei gratiam subduxit, & inde mentis rationem eiecit. *Et tu puer* (ait Ambrosius) *Propheta altissimi vocaberis: fortasse aliqui quasi irrationabilem mentis excessum putent quod octo dierum alloquitur infantem, habebat intelligendi sensum, qui exultandi habebat affectum.*

Hoc idem firmat Ambrosius exponens verba illa Lucæ 3. *Qui fuit Phares, qui fuit Iude.* Historiam habes Genes. 38. & piget totam referre, diuisit Zara sepe per quam Phares egredieretur. Corpus, & anima veluti interiecto muro, & maceria diuiduntur, quia eorum vnumquodque proprios habet affectus alterius affectibus contrarios. Cum autem per virtutem murus ille diruitur, omnia pacata amica omnia sunt, itaque etiam si initio anima, & corpus digladiantur, si tamen virtuti insistamus pugna illa dirimitur, & corpus inferuire animæ docetur. Ad hunc sensum pertrahit Ambrosius verba Pauli Ephes. 2. de Christo. *Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum.* Id est, dum docuit nos corpus subiicere spiritui sepe illam mediam attriuit, omniaque pacata reddidit. Huc etiam infert verba Cantic. 2. *En ipse stat post parietem nostrum respiciens per fenestras prospiciens per cancellos.* Id est, si ad sensus morales transferas, parietem illum & maceriam quæ erat inter corpus, & animam, diruit. Quid inde? *Iam hyems transiit, imber abiit, & recessit, flores apparuerunt in terra nostra.* Et multa alia quibus veruum tempus peccatissimam anni partem describit. Eo enim tempore boreales flatus conquiescunt mare sedatur, gemmant vites, variisque floribus seprata picturant. Ergo idem est, ac si dicat si semel pietas murum inter corpus, & animam diremerit læta omnia iucunda, & peramæna. *Sed quia* (ait

Ambrosius) *priorem illius vita actum posterioris infirmitas non potuit implere, incisione sine dubio facta sepe eius siue maceria, quæ secundum Deum edificata erat tanquam medius paries interiectus est, ut illa sepe, hoc est, perpetua atque continua bonorum morum edificatio rumperetur, ipse factus est pax nostra, qui fecit vtraque vnum & medium parietem macerie soluit, quem parietem exponit Apostolus inimicitias esse in carne: has ergo inimicitias tulit Dominus, & parietem refudit, legemque mundanorum in decretis euacuauit, ut duos conderet in vno nouo homine. Docuit itaque nos Ecclesia in Canticis Canticorum, Domino nostro Iesu Christo obstare non potuit, vel ei qui secutus est Christum: vos fratres mei: ecce hic venit saliens super mentes, & transiliens super colles, similis fraternus meus caprea, hinnuloque ceruorum in montibus Bethel. Ecce hic retro post parietem nostrum prospiciens per fenestras, prospiciens per retia. Respondit frater meus & dicit mihi: surge, veni, propera speciosa mea, columba mea, quoniam ecce hyems transiuit.*

Iob 3. 9. *Expectet lucem, & non videat neque ortum surgentis aurora.* Aurorã Ecclesia est, iuxta Gregorium lib. 4. Moral. cap. 15. Dicitur autem aurora, quia subinde lux accrescit, futura beatitudo lux plena iure nuncupatur, quia omnia ibi iubare circumfusa omnia luce plena. At vero etiam si in hac vita lux plena non affulgeat piis viris, aliquid tamen luminis ex illo splendore trahunt, vis scire, quam læta, quam iucunda sit virtus, vel hinc discere potes, quod non nihil de illo æterno gaudio prælibant. *Quem sensum habent verba Cantic. 2. 9. Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consergens, &c.* Id est, quæ non nihil de illo beatitudinis lumine trahit, & de futuris gaudiis degustat. *Tunc sancta Ecclesia* (ait Gregorius) *plena aurora fit cum mortalitatis atque ignorantia suæ tenebras fundit & amittit. In iudicio ergo adhuc aurora est, sed in regno dies.*

Porro ad me dictum est verbum absconditum, & quasi furtiue suscepit auris mea venas susurri huius. Verba sunt Eliphaz Themanitis cap. 4. 12. Qui hoc loco personam gerit hominum impiorum. Hi enim dum in impietate perseuerant quasi per susurrum audiunt verba diuina, & quæ lætitiã ingerere possunt, vix enim aliquid lætum, & iucundum impiorum animam pulsant, sed quæ terrorem, & metum incutiant. Huius expositionis auctor est Gregorius lib. 5. Moral. cap. 20. his verbis. *Et quasi furtiue suscepit auris mea venas susurri eius. Venas supremi susurri auris cordis furtiue suscipit, quia subtilitate locutionis intime afflata mens rapit & occulte cognoscit, nisi enim se ab exterioribus desiderijs abscondat, interna non penetrat.*

Psal. 29. *Ad vesperum demorabitur stertus, & ad matutinum lætitia.* Per vesperam exponit Augustinus in hunc locum peccatores, qui quasi vitiorum tenebris obuoluuntur. Per matutinum vero pios viros, quibus virtutis lux offunditur. Ergo, *ad vesperum demorabitur stertus.* Id est, peccatores multis doloribus pungentur, qui ab eorum oculis lacrymas extorquebunt. *Et ad matutinum lætitia.* Iustus vero, & piis viris gaudium, & lætitia affulgebit, sed hærendum mihi adhuc illi verbo *commorabitur*, quod significat moram apud aliquem trahere. Ergo sensus est: esto quod impij quandoque gaudeant, cito tamen gaudium auolat, & diu apud illos tristitia & mœror morantur. Esto etiam quod piis viris inamæna quandoque accidant, non tamen diu resident, at vero lætitia, & gaudium longam apud illos moram trahunt. *Quid est* (ait Augustinus) *vespere demorabitur stertus? Vespera fit quando sol occidit. Occidit sol ab homine, id est, lux iustitiæ presentia Dei. Ideo*

gulis ferè horis diei in forum venit Paterfamilias. *Circu undecimam vero exiit, & inuenit alios stantes, & dicit illis: quid hic statis tota die otiosi? dicunt ei: quia nemo nos conduxit.* Pungit Paterfamilias, eos, quos sub vesperum otio torpentes in foro inuenit: ipsi vero à se calumniam depellunt illis verbis, *quia nemo nos conduxit.* Gregorius homil. 19. in Euangelia, per hos homines designari ait ad quos post multum tempus Euangelij prædicatio delata est. Hi enim sui erroris aliqualem excusationem præterdunt, scilicet ad illos non fuisse missos Prophetas, & Predicatores: illi vero, qui nomina dederunt iam dudum veræ fidei nullum præterdere possunt sui erroris prætextum. Ergo illi qui à piis parentibus nutriti in vitia degenerant nulla ratione se defendere poterunt, qui vero non ita pios sunt sortiti parentes, aut non ita sunt educati, ad pietatem, nihil caulari possunt, quo suis criminibus excusationem præterdant. Ergo paterna virtus filiorum vitia inculcat. *Quid est dicere* (ait Gregorius) *ad laborem nos nemo conduxit: nisi quia vitæ nobis vias nullus prædicauit? Quid ergo nos à bono opere cessantes in excusatione nostra dicturi sumus, qui penè à matris utero, ad fidem venimus, qui verba vitæ ab ipsis cunabulis audiuimus.*

13. *Matth. 12.* Christi Domini edita miracula Pharisæi calumniabantur, & virtute dæmonis dæmones eiicere clamabant, quorum impudentiam his verbis retundit Christus. *Si ego in Beelzebub eiicio dæmonia, filij vestri in quo eiiciunt.* Ex quibus verbis deducit Chrysofomus homil. de nomine Abrahamæ, Apostolos qui Christi nomine dæmones fugabant impios parentes fuisse sortitos, vt diuinam potentiam inde Christus ostenderet, qui poterat impiorum parentum filios ad virtutem efformare, est enim miraculi instar, vt filij auitos mores dediscant. Ergo, ait Christus, quid meæ diuinitati oblatratis, & potentiam inficitis, vel hoc vnum me Deum esse euincit, qui possum discipulos meos à paternis vitiis purgare, & eis aduersus dæmones virtutem præbere. Ideo Abraham impios parentes, sortitus est, vt abiecta superstitione, quam à parentibus hauserat, cum clariorem redderet. Eos, qui ab impiis parentibus genus trahunt componit Chrysofomus cum Hebræis, qui omni alimento, viaticoque destituti horrentem solitudinem sunt ingressi, quibus per miraculum Deus cibum, & potum ministravit, eos vero, qui à parentibus virtutem didicerunt, his similes facit, qui viam ingressuri viaticum sibi parant, & alia subsidia, vnde fit, vt facilem viam & conficere, & arripere possint, nec miraculis egent ad vitæ sustentationem. *Parentes enim* (ait Chrysofomus) *Abraham iniusti fuerunt, & neque placuerunt Deo neque sciverunt futura, certè impij erant, & idololatra, & magis barbari, scio & ego: & propterea laudò iustum, quod tales parentes habens talis ipse factus sit. Etenim valde rarum, & admirabile est ex agresti radice dulcem fructum produci. At non sunt accusandi ob parentum malitiam filij pie viuentes, sed, vt admirabiles habendi, eo quod cum pietatem à parentibus non acceperint, neque habuerunt, quod manducarent, quasi in eremo, & inuio euntes, viam qua in celo est inuenire potuerunt, & Apostolos malos habuisse patres manifestauit Christus cum dixit: si ego in Beelzebub eiicio dæmonia, &c.*

14. *Ne sileas quoniam aduena ego sum apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei,* Expendit Chrysofomus ibidem verba illa, & peregrinus sicut omnes patres mei. Abrahamum, Isaacum, & Iacobum intelligit, qui iussu Dei semper peregrinati sunt, nec ali-

cubi fixam sedem collocarunt, quos patres suos vocat, non tam genere, quam moribus, id est, sicut illi corpore vagi, & animo peregrini, frequenter sedem mutabant, nec vnquam vlli loco adherabant, mente etiam peregrini, quia hæc terrena despicientes cælestibus inhiabant, ita ego, eos moribus sequor, mentè que complector, quapropter eos parentes voco, quia per omnia me similem reddo. *Ne sileas* (ait Chrysofomus) *quoniam ego aduena sum apud te, & peregrinus, sicut omnes patres mei. Quos quidem appellabat Propheta, non solum propter carnem, sed etiam propter cognatas virtutes.*

Ad rem præsentem adducit Chrysofomus verba illa Rom. 9.6. *Non enim omnes qui ex Israël sunt, ij sunt Israëlita: neque qui semen sunt Abraham omnes filij, sed in Isaac vocabitur tibi semen, id est, non qui filij carnis, ij filij Dei: sed qui filij sunt promissionis estimantur in semine.* His verbis distinguit Apostolus inter filios, & semen. Semen enim alicuius dicuntur illi, qui ex alio originem trahunt: filij vero, qui moribus imitantur. Ergo nemo vana maiorum nobilitate turgescat, nisi etiam cum sanguine mores hauserit. Vide quo aculeo pungat Christus Dominus Iudæos. Ioannis 8.39. *Responderrunt, & dixerunt ei: pater noster Abraham est. Dixit eis Iesus: si filij Abraham estis opera Abraham facite.* Ac si dicat, ab Abrahamo quidem originem trahitis; verum quia cum sanguine suaues Patriarchæ mores non traxistis amulstis nomen filiorum. Hanc expositionem desumpsit ex Chrysofomo in Psalmum 140. his verbis. *Quod etiam per ea, qua deinceps sequuntur, declarauit, quandoquidem non omnes, qui ex Israël sunt ij Israëlita sunt, neque quicumque semen Abraham, ij prorsus filij. Etenim seruator his verbis utebatur: scio quia semen Abraham estis, ac rursum: si semen Abraham estis opera Abraham faceritis. Nam ij semen sunt, ij autem, qui ipsius mores imitabantur electi etiam, & filij. Quod quidem de semine Abraham minime dixit, verum etiam quia serui sunt.*

16. *Psal. 105.* O Domine quia ego seruus tuus, ego seruus tuus, & filius ancilla tua. His verbis laudat Dauid pietatem suam ab antiquitate, nempe qui eam à parentibus acceperat. Ac si dicat, non possum non tibi inferuire, quia à parentibus pietatem hausi, est enim veluti imposta necessitas, eis qui à præclaris parentibus genus trahunt, ne ab auita pietate desiscant. Imo vero ob hoc non patrem sed matrem retulit, quia vt est in iure, filius necessario sequitur ventrem, vt scilicet is qui ex matre ingenua, & patre seruo nascitur ingenuus sit, econtra vero quem serua parit seruituti mancipatur. Ergo, ait *seruus ancilla tua*, id est, quadam vi adigor ad tibi inferuiendum, quam ex ventre materno traxi. Pulchre hanc sententiam tradit Boëtius 3. de consolatione prosa 6. his verbis. *Si quid est in nobilitate boni, id esse arbitror, vt imposta nobili, necessitas quadam esse videatur: ne scilicet à maiorum virtute degeneret.* Et vt in animantibus accidit, quibus singulis sua vis incst, vt sibi similia moribus generent, ita etiam in hominibus accidit, qui simul cum natura à parentibus mores ebibunt. Quæ similitudine vsus est etiam Lyricus.

Fortes creantur fortibus, & bonis. Est in iuuenis, est in equis patrum Virtus: nec imbellem feroces.

Progenerant aquila columbam.

Hanc sententiam affigit prædictis verbis Psalmi Augustinus ibidem. Qui in huius rei confirmationem adducit, illud 2. Timoth. 1.3. *Gratias ago Deo, cui seruiò à progenitoribus in conscientia pura. Et infra.*

Matth. 20. 1.

Gregor.

13.

Matth. 12. 27.

Chrysof.

14.

Psal. 38. 13.

Chrysof.

15.

Rom. 9. 6.

Ioan. 8. 39.

Chrysof.

16.

Psal. 105. 16.

Boëtius.

Horatius.

2. Tim. 1. 3.

infra. Recordationem accipiens eius fidei, quae est in te non ficta, quae, & habitauit primum in auia tua Loide, & matre tua Eunice, certus sum autem, quod & in te. In primis fidem suam laudat Apostolus, quod eam à progenitoribus acceperit, quasi iure quodam à se transfusam, ea enim virtus, quam à parentibus trahimus, iure quodam ad nos pertinet, nosque semper, & vbique comitatur. Veruntamen magis ad rem nostram faciunt verba illa. *Certus sum autem quod, & in te.* Nullus de sua iustificatione, & erga Deum sanctitate certus esse potest, nisi peculiari Dei reuelatione illustretur, & multo minus de aliena fide & charitate. Quid ergo est quod ait Apostolus, certus sum autem, quod & in te? Sane præmiserat Apostolus hanc pietatem, & fidem fuisse à matre, & auia. Vnde subdit, certus sum autem, quod & in te. Nam quodammodo necessario sequitur virtutem, quam à parentibus trahimus. Vnde etiam Paulus se laudat, quod genere sit Israëlita non profelytus, quia illis fortius virtus inhæret, quam his. Verba Augustini transcribo. *O Domine ego seruus tuus, & filius ancilla tua, non dicis communem seruitutem, sed eam, quae oritur ex magno labore, & affectione, magno incensus desiderio, quod est corona maxima & quouis diademate præclarior, quo circa Deus quoque, id posuit pro maxima laude, dicens: Moyses seruus meus mortuus est, & filius ancilla tua. Hoc est à multo retro saeculis, & tempore maiorum meorum dicatus sum tua seruituti, quod etiam Paulus posuit in Timotheo pro maximo ornamento dicens: recordationem habens eius fidei, quae est in te non ficta: quae habitauit primum in auia tua Loide, & matre tua Eunice. Persuasum habeo, quod & in te, & quod ab infanzia didicisti sacras literas; & rursus de se ipso, Hebraeus, ex Hebraeis, & rursus: Hebraei sunt, & ego, Israëlita sum & ego, semen Abrahae sunt & ego.*

17. Matth. 8. 5. Sanaturus ægrotantem puerum Christus Dominus centurionis properabat in domum, ab incepto itinere illis verbis reuocatur: *Et respondens Centurio ait: Domine non sum dignus, ut intres subtectum meum: sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus.* Cui Christus: *Non inueni tantam fidem in Israël.* Et post pauca, *dixit Iesus centurioni: vade, & sicut credidisti fiat tibi.* Sane ob eandem causam quam centurio causatus est, ne Christus Dominus domum eius ingrederetur dignus fore videbatur cuius domum Christus Dominus præsens domum eius sanctificaret. Vnde futurum videbatur, quod Christus audito eius sermone, non retardaretur ab ingressu, sed potius accenderetur. Et tamen Christus eius orationi acquieuit, & pedem retulit. Scilicet notate Chrysofomo homil. 27. in Matthæum, non hunc summum honorem putauit Christus si eius domum inuiseret, ut pluribus in vsu est qui multa super hac re cum his à quibus inuisuntur transigunt. Et multum dignitatis suæ detrahi existimant, si extra domum eos conueniant. Summum honorem putauit Christus Dominus homine ab animi pietate, & fide laudare. Vide vnde summum honorem, & laudes venari debeas, nempe à pietate, non à frequentia salutantium, non à dignitatibus, non à numero ministrorum, sed à vera virtute. *Dicat fortasse quispiam (ait Chrysofomus) & cuius rei gratia, cum pariter Christus non honorauit? Respondemus, Christum vicissim ei habuisse honorem: Primum quia humilitatem, & mansuetudinem eius declarauit, quod inde maxime apparet, quod domum illius non adijt & filium curauit.*

18. Author operis imperfecti hon. 1. in Matthæum per partes docet ordinem quem in narratione sua hic Euangelista seruauit, his verbis. *Corpus autem narrationis suae ordinauit hoc modo, primo natiuitatem,*

deinde baptismum, tertio tentationem, quarto doctrinam, in quinto miracula, in sexto passionem, in septimo resurrectionem & ascensionem eius. Subinde ordinem harum partium expendit, & in primis notat omnia fere Christi domini pueritiæ & iuuentutis acta silentio pressisse Matthæum: sed statim post natiuitatem, de baptismo narrationem instituere. Multa quidem fuerunt in Christi infantia adolescentia & iuuentute, quæ si litteris mandasset Matthæus animum nostrum informare possent, & tamen omnia hæc prætercurrit & silentio obuoluit, & immediate post natiuitatem, ad baptismum decurrit, nempe hoc ideo factum est, ut nos doceat nihili æstimare, quam à parentibus trahimus nobilitatem, & genus, vnius tantum habendam esse curam pietatis, & spiritualis regenerationis, quam per baptismum nanciscimur. Vnde subdit hic author. *Non solum histo-*

Imp. *riam de Christo exponere volens, per hæc, verum etiam*

Euangelica vite studium docere: quoniam nihil est quod

ex parentibus nascimur: nisi iterum per aquam & Spiritum

sanctum renati fuerimus.

Iudas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar.

19. Matth. 1. 3. Christus Dominus non à Zaram, sed à Phares Originem trahit, & tamen Euangelista in ordine narrationis, utrumque fratrem coniunxit. Author operis imperfecti in Matthæum homil. 1. hoc ad sensus morales pertrahit. Nempe intendit Euangelista horum duorum fratrum ortum nobis ob oculos proponere, quem descriptum habes late Genes. 38. ad rem nostram: Vox Zaram idem significat, quod oriens, aut nobilis. Oriens autem dicitur, quia nullus auita pietate contentus esse debet, sed noua in dies incrementa conquirere. Dicitur etiam nobilis, quia Christianorum vera nobilitas in virtute, & pietate sita est, idem ergo est oriens, & nobilis, quia qui per virtutem crescit, ille nobilis appellatur. Id etiam in hac fratrum natiuitate pro re presenti notandum est, nempe Phares egressum fratri præripuisse simul cum iure primogenij, nec tamen nobilis dictus est: at vero Zaram, qui ius primogenij perdidit, nobilis dictus est, nempe quia oriens, hoc est semper in virtute progrediens, nam qui pietatem colit hic vere nobilis est dicendus. Sine Zaram, ait hic author, figuram quis dicat fuisse

Imp. *populi gentilis, qui primum per Prophetas demonstrans*

apparuit, erat eisdem Prophetis Domini coccu sanguinis cocco

signatus. Dum enim per Christi sanguinem regenerandus

propheta abatur, cocco Domini sanguinis signabatur: Phares autem in figura Iudaici populi, qui legis sæpe

excluso populo gentili primus processit, illo postea futuro, maceria legis sublata non congrue dicitur, propter quod

nominatus est ille Zaram quod est oriens, vel nobilis. Iste autem Phares, quod est processio quoniam populus Christianus semper oriens erat futurus, semper illustris.

20. Matth. 3. 9. his verbis Baptista Iudæorum audaciam pressit. *Et nolite dicere Patrem habemus Abraham.* Crimini dat Baptista Iudæis, quod patrem suum Abrahamum dicebant, à quo tamen genus traxerunt. Author operis imperfecti, Homil. 3. in Matthæum huius rei duplicem causam assignat. Prior est, quia ille, qui parentum virtutem, & nobilitatem iactat, nullam videtur pietatem propriam habere, quam intuentium oculis pretendat, & hanc ob causam ad aliorum præclara facinora præcurrit. Tum etiam, quia à maioribus accepta gloria propria crimina accusat, & hominem magis deturpat, multo enim maiori supplicio dignus est, qui domestica exempla non imitatur, quam qui alienæ virtuti non adhæret. Hoc multis probat hic author, quæ quia lectore magis, quam expositore egent transcri-

cum expulsus est Adam, quid dixit Deus? Cum ambularet Deus in paradiso ad vesperam deambulabat Deus. Iam ille peccato texerat se intra lignum, volebat videre faciem Dei, ad quem gaudere consueverat. Occiderat illi sol iustitia, non gaudebat ad presentiam Dei: inde inchoata est omnis ista vita mortalis, vespere demorabitur fletus, diu eris in fletu genus humanum, & sic est factum, & nos ex Adam sumus ex quo ipsi creati sunt, vespere demorabitur fletus: & ad matutinum latitia: quando caperit fidelibus oriri lux, qua deciderat peccatoribus. Nam ideo Dominus noster Iesus Christus in matutino surrexit de sepulchro.

IO.
Iob 11. 14.

Eadem sententia subest verbis Sophar apud Iobum cap. 11. 14. Exponente ibidem Gregorio. Si iniquitatem quae est in manu tua abstuleris, & non manserit in tabernaculo tuo iniustitia. Quid inde utilitatis capiam? Tunc lavare poteris faciem tuam absque macula, & eris stabilis, & non timebis. Pende in quo latitiam collocet. Si iniquitatem quae est in manu tua abstuleris. Nemo enim verae laetitiae particeps fieri potest nisi prius iniquitatem a se abstulerit, & virtuti adhaeserit. Hac ratione exponit hunc locum Gregorius lib. 10. Moral. cap. 19. cuius verba transcribo. *Ac si aperte dicat, si degustas gaudium, quod intus permanet leue sit protinus omne quod foris dolet, bene autem praesentis vitae miserias aquis praeteruentibus comparat, quia calamitas transiens electi mentem nequaquam concussione abhorruit, sed tantum tactu maroris insudit. Nam madet quidem per cruorem vulneris, sed à sua certitudine non frangitur salutis.* Difficultates & ærumnas quas homines patiuntur, cum aquis componit Sophar hoc loco exponente Gregorio, verum illas, quas viri pij patiuntur, ad aquas praetereuntes refert, quae quidem subito non apparent. At vero impiis, quasi ex fonte perpetuo mala manant.

Gregorius.

II.
Iob 30. 4.

Iob 30. 4. Et mandebant herbas, & arborum cortices, & radix iuniperorum erat cibus eorum. Hoc de impiis dictum accipit Gregorius lib. 20. Moral. cap. 12. Qui dicuntur mandere radices iuniperi. Iuniperus spinis pro floribus vestitur, aliae quidem arbores foliis luxuriant, & intuentium aspectus oblectant umbramque offerunt: at vero iuniperus sentibus implicatur & horrorem intuentibus incutit. Non aliter pietas more quidem umbrosae arboris umbram, & amœnum prospectum obicit eis, qui eam colunt: at impietas instar iuniperi aculeis metum incutit. Adducit illud Psalm. 31. *Infixus sum in ærumna mea, dum configitur spina.* En tibi quas frondes iuniperus ista praebet ad se accedentibus, nempe spinas, & sentes, quibus cor transfigat vel ut alij legunt *confringat*. Comminuit enim quodammodo impietas, corda eorum qui ad eam accedunt. *Arbor namque iuniperi* (ait Gregorius) *pro folijs punitiones habet, sic quippe sunt hirsuta, quae profert, ut spinis similia scitantes pungere valeant, spina vero est omne peccatum, quia dum trahit ad delectationem pungendo lacerat mentem, unde iusti voce, & poenitentis dicitur: confixus sum in ærumna mea, dum configitur spina. Quia scilicet mens ad lamentum vertitur, ut peccati punctio poenitendo frangatur. In translatione alia, non configi, sed confringi spina perhibetur, quod videlicet ab eodem sensu non dissonat, quia poenitentis animus ad luctum ducitur, dum perpetrata culpa in memoria retinetur.* Ergo Gregorius hunc sensum affigit relatis verbis Psalm.

Psalm. 31. 4.

Gregorius.

Dum de peccatis doleo confringitur spina, id est, peccata aculeum amittunt, & quae animum pungebant, in oblectamenta vertuntur. Mutuoque sibi utraque lectio fauet. Dum configitur spina confringitur, id est, dum de peccatis doleo dolor omnis abscedit.

Duo sunt hominum genera, quae maiori oblectamento afficiuntur. Aliud est eorum, qui ex his rebus, quae sensibus subiacent oblectamenta sibi conquirunt, siue illa licita sint siue inhonesta, ut à venere, poculis, epulis, & his similibus. Alij vero, non ex sensibilibus sibi gaudia parant sed ex rerum abditarum consideratione. Hi enim maiorem sibi oblectamentorum vim ex studiis aggerunt, quam priores. Verum utriusque generis oblectationem longe superat, illa quae ex pietate capitur. Pulchra similitudine, id exponit Eliu apud Iobum

16.
Iob 35. 11.

35. 10. *Et non dixit: ubi est Deus, qui fecit me, qui dedit carmina in nocte? Id est, etiam cum densissimis tenebris obuoluitur pius vir, carmina tamen illi non desunt, & musici concentus, quibus se oblectare possit. Id est, etiam cum multa aspera accidunt, internis tamen gaudiis funditur, subdit. Qui docet nos super iumenta terra, & super volucres caeli erudit nos.* A duplici genere animantium tracta similitudine, quod praemiserat euincit Eliu. Nempe à bestiis terrae, & volucris caeli. Bestiae terrae eos significant, qui terrena oblectamenta ex sensuum obiectis sibi conquirunt, qui optimae bestiae terrae dicuntur, quia terrena sectantur. Volucres caeli eos adumbrant, qui ex arcanorum mysteriorum contemplatione pascuntur. Ergo docet nos super bestias terrae, & volucres caeli, id est, maiori gaudio pios homines perfundit Deus, eo quod quisquam caperit, aut ex rerum terrenarum luxu, aut mysteriorum contemplatione. Hanc expositionem adhibet his verbis Gregorius lib. 26. Moral. cap. 11. *Qui docet nos super iumenta terra, & super volucres caeli erudit nos. Iumenta terra sunt, quae usu vite carnalis ima appetunt, volucres vero caeli sunt, qui superbia curiositatis studio sublimia perscrutantur. Docet nos igitur Deus super iumenta terra, & volucres caeli, quia dum hoc, quod sumus, cognoscimus, nec carnis nos infirmitas deiecit, nec superbia spiritus eleuat.*

Gregorius.

Cant. 1. 3. *Traxe me post te, curremus in odorem unguentorum tuorum, introduxit me Rex in cellaria sua; exultabimus, & letabimur in te memores verberum tuorum super vinum.* Per vbera sponsi oblectamenta intelliguntur, quae ex pietate, rebusque spiritualibus captare solemus. Per vinum vero, quae ex corporalibus haurimus. Ergo, ait sponsa; ego sociaeque meae rapimur ad pietatem, captæ oblectamentis, quae ex rebus spiritualibus percipimus, multo magis, quam si terrena omnia nos allicerent. Hanc expositionem tradit Gregorius in haec verba Canticorum. loquentem audi. *Nec mirum cum unguentorum odorem sequatur, quia dum spiritualium donorum suauitas sentitur. Quid est, in hac temporalitate, cuius desiderio anima sancta sponsa Christi, ne illa properet, teneatur.*

13.
Cantic. 1.
Gregorius.

Cantic. 4. 11. *Fauis distillans labia tua: mel, & lac sub lingua tua.* Vide vbi mellis, & faui dulcedinem seruet sponsa, sub lingua. Id est, teste Gregorio ibidem in rebus intimis, & spiritualibus, non in sensibilibus, & corporalibus, nemo sibi falso persuadeat omnia in virtute, in amœna, & insuauia esse, imo vera pleraque laeta, & iucunda. Fauo exteriora comparauit, melli vero, & lacti interiora, quae ad virtutem spectant. Ergo vir pius tam ex interioribus, quam ex exterioribus gaudia captat: impius vero internam laetitiam nec de nomine nouit. Dum verò internae conscientiae aculeo pungitur ab exteriorum etiam oblectatione capiendi abigitur, insuper dicit Deum habere mel, & lac, scilicet lac pro paruulis, & in virtute tyronibus, mel vero pro perfectis. Non modo illi qui profecerunt,

14.
Cantic. 4. 11.

cerunt, verum etiam illi qui vix virtutem degustant immensis pene gaudiis perfunduntur. *Lac gerit* (ait Gregorius) *quia congruenti sibi doctrina paruulos quosque in Ecclesia nutrit, sub lingua vero sibi ipsi omnia reseruat, quia internam dulcedinem assidue secum portat. Dum enim terrena abicit, dum vitiorum amaritudinem reseruit, in interioribus sensibus sapientia dulcedine se paciscit, quia robur colligit, ut ad aeterna gradiens in labore animi lassescere non possit.*

Matthaei 13. 45. *Simile est regnum caelorum homini negotiatori querenti bonas margaritas. Inuenta autem una preciosa margarita abijt & vendidit omnia quae habet & emit eam.* Negotiator iste apud Gregorium. Homil. 10. in Euang. vir pius est: hic vniuersa, quae habet vendit, quia delectationem, quam ex terrenis omnibus conquirere posset vnus virtutis oblectamento postponit. Iuxta quem sensum adducit illud Cant. 8. *Fortis est ut mors dilectio, dura sicut infernus amulatio.* Id est, gaudium, quod ex amore erga Deum & pietate percipitur alias omnes oblectationes, quae ex rebus sensibilibus capi possunt, superat, extinguit, opprimit, enecat, ut enim pyra accensa, proximam, seu impositam, sibi lucernam extinguit, & maior ignis minorem suffocant, non aliter potentior delectatio rerum spiritualium minorem extinguit, id est, ea, quam ex rebus corporeis haurimus. *Rursum caeleste* (ait Gregorius) *regnum negotiatori homini simile dicitur, qui bonas margaritas querit sed vniam preciosam inuenit, quam scilicet inuentam omnia vendens, emit, quia, qui caelestis vita dulcedinem, in quantum possibilitas admittit perfecte cognouerit. Ea, quae in terrenis amauerat libenter cuncta derelinquit. In comparatione eius vilescunt omnia, deserit habitata, congregata dispergit, inardescit in caelestibus animus de cuius dilectione recte per Salomonem dicitur: fortis est, ut mors dilectio, quia videlicet sicut mors corpus interimit, sic anorem temporalium aeternae vitae charitatis occidit.*

Fili recordare quia recepisti bona in vita tua. Haec Abrahamus diuiti tormentorum suorum intermissione poscenti. Difficultatem ingerit nomen illud, *bona*. Cum diues iste bona solum ad corpus spectantia receperit, quae vix nomine bona digna censentur, ea tamen homo pius pleno ore bona appellat. Iuxta Gregorium homil. 4. in Euangelia illud. *In vita tua nodum soluit.* Nempe, quae tu vituens bona iudicasti, & quibus bona postposuisti, vide nunc quam non fuerint bona, quam fuerint iniucunda, & inamena, nunc inquam dum corpore exutus rerum iustus aestimator es. Inducit etiam illud Psal. 72. *Mibi autem adhaerere Deo bonum est;* id est, ego Rex, cui omnes ad nutum parent ministrorum, & militum satellitio stipatus opipara mensa, poculis coronatis, regali luxu clarus: hoc vnum bonum hoc vnum suae dulce putado adhaerere Deo, reliqua ingrata insuauia & amara. Cui respondetur (ait Gregorius) *quod in hac vita bona receperit, quia omne suum gaudium felicitatem transitoriam putauit. Habere hic etenim possunt & iusti bona, nec tamen hac in recompensatione recipere, quia dum meliora, id est, aeterna appetunt, eorum iudicio qualibet bona fuerint cum sanctis desiderijs aestuant minime videntur. Vnde David Propheta, qui regni diuitijs multisque obsequijs fulciebatur, quamuis, & haec ad necessitatem bona essent conspiciere, vni tamen singulariter bono aestuabat dicens: mibi autem adhaerere Deo bonum est.*

Inciderat quaestio agitata à Dauide, & impiis hominibus. Nempe in quonam beatitudinis nostrae ratio potissimum sita est, ridens autem in animo omnium opiniones suam sententiam effert Psal. 31. 1. *Beati quorum remissa sunt iniquitates, &*

quorum rebus sunt peccata, id est, eos solum felices, beatosque dixerim quorum noxas Deus eruit, & impietatem depulit. Huius expositionis author est Gregorius in Psalms penitentiales, his verbis. *Cum omnes velint esse beati diversi de beatitudine diuersa sentiunt, & desideriorum suorum errores sectantes ad beatitudinis portum per deum peruenire proponunt. Sed quicquid illi existiment istud est ratum, istud est Catholicum, quod illi solum sunt beati, quorum remissa sunt iniquitates.*

Psal. 31. 11. *Letamini in Domino, & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde.* Dupliciter laetari praecipit duplex hemistichium, quia enim, vel corpore vel animo oblectamenta excipere possunt, non sat fuit dicere. *Letamini in Domino.* Sed addidit, & *exultate iusti*, id est, o, vos viri pii, qui in Domino letamini non modo animo, sed & corpore etiam gaudete, & plaudite, sed quoniam causa tantae laetitiae viris pijs stetit: Subdit, & *gloriamini omnes recti corde*, id est, hoc duplex gaudium capite, qui terrenis non adhaeretis, sed ad superna cor erigitis. Nam illi qui terrenis inhiant nondum gaudium inde excipere possunt. Hanc expositionem addit his verbis Gregorius in Psalms penitentiales, cuius verba transcribo. *Qui terrenarum rerum amore vincitur in Deo nullatenus delectatur, haec notandum, quod non solum letamini dixit, sed etiam exultate adiecit, ut intelligas eos non posse tristari in corpore, quibus diuina claritas miserationis fulget in mente, & gloriamini omnes recti corde. Illi quidem cor ad terrena detortum non gloriantur in Domino, quia spem posuerant in mundo.*

Psal. 101. *Percussus sum ut fanum, & aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum.* Cui sententiae hic sensus subest teste Gregorio in Psalms Penitentiales, homini in Paradiso collocato cibos Deus praefixit humanae dignitatis dignos: *ex omni ligno Paradisi comede.* Genesis 2. 16. at ille immemor beneficij brutum induit peccando ferinos mores didicit, & alimenta bestiarum propria quaesuit, nempe fanum. Vnde Paradiso exul oblectamenta, quae capere posset ex oblati sibi cibis amisit: neque etiam in his, quas quaesuit epulis, vnam dulcedinem inuenire potest, quia haec alimenta aliena sunt ab humana natura. Vnde omnem prorsus oblectationem perdidit, & nisi ampullam resumat naturam, & ad priores cibos reuertatur omni prorsus gaudio vacuus persisteret. Amissam pietatem recupera, & oblectamenta simul cum illa redibunt. *Panem* (ait Gregorius) *tunc profecto perdidit cum serpentis suggestui consensit. Tangens enim vetitum oblitus est praeceptum. Unde factum est, ut qui tenebat arcem beatitudinum in locum incidere miseriarum, & qui intime reficiebatur suauitate dulcedinis panem postmodum manducaret doloris.*

Fili, si attenderis mihi, disces: & si accommodaueris animum tuum, sapiens eris.

Quasi dicat: fili, si me attente auscultaueris, disces: & si ad monita mea animum aduerteris, euades sapiens.

Fili, si attenderis mihi disces. Graeca vero: *si volueris fili erudieris.* Aliqui putant adhortari hic ad sapientiam: id est, animum ad mea dicta quaeso applices: sed ex Graeca lectione patet haec verba non adhortari ad sapientiam, sed modum praescribere, quo ipsa habenda sit. Scilicet si quae praemiserat opere compleuerit, nimirum: *Iniice pedem tuum in compedes Palatio illius, &c.* Paulus de Palatio, ad omnia quae in hoc libro continentur, haec verba refert. Id est, si quae à

Gregor.

18. Psal. 31. 11.

Gregor.

19. Psal. 101. 5.

Gen. 2. 16.

Gregor.

VERS. 33.

I.

2.

Palacio.

me in hoc libro scribuntur attenderis, opereque expleueris sapientiam, quam toties laudauit, assequeris. Hugo his verbis locum exponit. *Ostenditur qualiter veniatur ad illa, scilicet per humilem disciplinam, & mentis munditiam & intentionis puritatem. Vnde dicit glossa, vt qui vere sapientia, qua Christus est, agnitionem desiderat, prius catholicis magistris humiliter subiiciatur.*

Hugo.

VERS. 34. Si inclinaueris aurem tuam, excipies doctrinam: & si dilexeris audire, sapiens eris.

1. Modum, quo excipienda sit doctrina sapientiae praescribit, praesens sententia. Si discere vis attente: & non moleste. Attentio enim, & amor doctrinae sapientiam parit: haec autem duo, duobus hemistichis tradit. Si inclinaueris aurem tuam excipies doctrinam, id est, si aurem tuam inflexeris, vt solent qui audiffime auscultant, excipies doctrinam. Et si dilexeris audire, sapiens eris, & si cum voluptate animum demiseris, sapiens sine dubio euades.

2. Si inclinaueris, &c. attentionem indicat. Hoc enim corporis habitu effinguntur qui audius aliquid audire satagunt.

3. Excipies doctrinam. Graeca intelligentiam. Melius diceres disciplinam. Loquitur enim hic de sapientia passiuè, quatenus à discipulo excipitur, qua ratione disciplina vocatur. Non actiue, nam iuxta hanc rationem proprie doctrina dicitur. Hugo Card. Excipies doctrinam. Id est, extra alios vel supra alios sapiens eris. Plus enim discitur per humilem auris inclinationem ad magistros, quam per multas lucubrationes.

Hugo.

Et si dilexeris audire sapiens eris. Hoc est, si vltro & sponte, ad sapientiae scholam veneris, non grauatus. Scilicet disciplinarum amor plurimum ad sapientiam iuuat.

VERS. 35. In multitudine presbyterorum prudentium sta, & sapientiae illorum ex corde coniungere, vt omnem narrationem Dei possis audire, & prouerbia laudis non effugiant à te.

1. Ad sapientiam acquirendam modum praefixit superior sententia. Scilicet, attente, & beneuole: praesens vero, à quibus sit expectanda docet. In multitudine Presbyterorum prudentium sta. Quasi dicat, sapientiam senum sensorum audi, & eis te adiunge. Et sapientia illorum, ex corde coniungere, & illorum sapientiam serio & ex corde ama. Ut omnem narrationem Dei possis audire, vt auribus excipias, quae de Deo dicuntur. Et prouerbia laudis non effugiant à te. Et abditum sensum difficultatem sententiarum eruere possis.

2. In multitudine. Id est, vbi senes conuenire solent, & sermones miscere; in his ergo locis, & conuentibus frequenter adesse suos auditores optat sapientia.

3. Presbyterorum. Graecis nomen est longiorem aetatem significans, id est, senum. Apud Latinos vero nomen est officij, eius scilicet qui sacris inseruit. Quia ad sacerdotium non assumendi nisi, qui cano capite, & mente fuerint. Hoc loco aetatem significat. Multum enim ad sapientiam iuuat senes audire, & colloqui. Dionysius Sacerdotes intelligit. Hi praecipue ad eundem quibus scientiae clauis commissa est.

Dionys.

4. Prudentium. Hoc de suo addit interpres Latinus.

Tum quia frequentius in senibus prudentia viget tum quia stulti senes vitandi sunt. Sta. Aliqui praereuerentia coram eis ne sedeat. Hugo Card. diutius apud eos moram trahere. Ergo absolute, & planius, eis te adiunge, eorum conuentibus, & circulis te inferere, ab eis dicta attento animo discere.

Hugo.

Et sapientia illorum ex corde coniungere. Ex corde, id est, volens, non grauitur hoc feras. Expendit Hugo Cardinalis verbum illud coniungere. Id est, per omnia te illis accommoda. Quandoque enim oportet vt te docenti solum aure te adiungas, quandoque aure, & mente. Nam quando, ea, quae docet magister opere exequitur, aurem, & animum illi adhibere: cum vero à factis verba dissonant, aurem tantum illi praebere.

5.

Hugo.

Ut omnem narrationem Dei possis audire. Graeca, omnem narrationem Dei velis audire. Narrationem Dei de Deo tractationem intelligo. Nec enim aut senibus loqui, aut sapientiae discipulo auscultari licet, nisi ea quae de Deo dicuntur. Paulus de Palatio, quae à Deo facta in scripturis traduntur. Scripturas sacras euolue. Hugo Card. quae Deus per senes narrat, etenim Deus illorum dictis se immiscet, & per eorum os loquitur. Lyra. Narrationem Dei, id est, omnem narrationem contentam in lege Dei.

6.

Palatio.

Hugo.

Lyra.

Et prouerbia laudis non effugiant à te. Laudis, Graecè, intelligentia. Id est, aut ea, quae difficultia intellectui sunt, aut quae enodare plurimam intelligentiam affert. Haec autem vulgatus appellauit laudis, id est, ea, quae praese, tantam vel difficultatem, vel vtilitatem ferunt, vt qui enodauerit eximiam laudem mereatur. Prouerbum enim est sententia difficultis intellectu, non quae obuia cuique est. Vnde transtulit Tigurina: Nec te recondita, prudentiaque dicta fugiant. Prouerbia laudis; Paulus de Palatio. Psalmi, & Cantici, qui in Dei laude conditi sunt, sed longe abero.

7.

Palatio.

ETHOLOGIA LXXXII.

Senectus ad pietatem apta.

IN multitudine presbyterorum, &c. Meus Ecclesiasticus pluribus discipulos suos instruit, vt senes colant; & eorum verba acutis auribus in animum demittant. Frequentius enim iuuenes senum aspectum fugiunt, & sibi similes quaerunt. Cuius vestigiis inharens hoc loco senes laudo, vt iuuenes in eorum conuentus traham. Primus accedit testis Petrus Chrysologus sermon. 91. qui pro nobis pugnat ex verbis illis 1. Lucae 6. Erant autem iusti ambo ante Deum incedentes in omnibus mandatis, & iustificationibus Domini sine querela, & non erat illis filius, eo quod esset Elisabeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis. Expende cum Chrysologo partem illam sententiae. Et ambo processissent in diebus suis. Hoc est, non in virtutis via lassifederant. Sed procedebant quotidie maiora sibi incrementa conquirentes. Nam quo magis corporis vires deficiunt, eo maius robur animus ad virtutem praeripit. Et ambo processerant in diebus suis. Sic describitur sacramentum senectutis, quae non dum decidit meritis, non aetate deficit, sed procedit, nec sentit detrimentum corporis, quae sumit augmentum virtutis. Haec Chrysologus.

1.

Luce 1.

Pet. Chry.

1. Reg. 1. 1. Fuit vir vnus de Ramathaim Sophim, de monte Ephraim, & nomen eius Elcana, filius Ierobam, filij Eliu filij Thobu filij Suph, Ephraeum: & habuit duas uxores, nomen vni Anna, & nomen secunda Phenenna, fueruntque Phenenna filij. Anna autem non erant liberi. Origenes homil. 1. 1. in Genesim ad rem propositam adducit

2.

1. Reg. 1.

adducit duplicem hanc vxorem Elcanæ. Altera enim dicitur Phenenna, id est, conuersio. Altera Anna, id est, gratia, ex Phenenna enim iuuenis filios suscipit; ex Anna vero non nisi senex & ætate grandæuus. Hæc duplex vxor duplicem hominis ætatem designat. Nempe iuuentutem, & senectutem, iuuentus ex Phenenna filios suscipit, id est, ex conuersione, quia non parum sufficit iuuenis, si postquam lasciuierit tandem ad Deum conuertatur, & toties animum à sordibus eluat, quoties cæno se fædauerit. At vero senes Annam ducunt in matrimonium, & ex illa filios suscipiunt, quia deferuescente ætate facile in Dei gratia & amore perseverant. Sic & ille (ait Origenes) in scripturis vir iustus Elcana duas simul refertur habuisse uxores, quarum vna Phenenna, alia Anna dicebatur, id est, conuersio, & gratia, & primo quidem dicitur de Phenenna filios suscepisse, id est, de conuersione, & postmodum de Anna, quæ est gratia. Profectus enim sanctorum figuratiue scriptura per coniugia designat.

Psalm. 118. 81. Defecit in salutare tuum anima mea, & in verbum tuum super speravi. His verbis responsum videtur præbuisse David eis, quæ præmiserat nempe. Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus tuis, ut non confundar. Quem verum optans præmiserat, id est, o vtinam molem illam peccatorum, qua grauior deponere possem, vt liber & expeditus ad pietatem valeam auolare. Sed quando, & quomodo perficere potes o David? Defecit in salutare tuum anima mea, &c. Id est, tunc demum facile vitium nuntium remittam, & lubens virtuti adhærebo, cum deferuescet iuuenilis ætas, & senectus rugis arauerit ora. Hæc enim effæta ætas libidinem luxuriantis ætatis compescit, & ad omnem virtutem effingit, id etiam significatur Genes. 18. Desierant Sara fieri muliebria. Isaac, qui pietatem significat, risum & lætitiâ, quæ ex illa oritur solent, non prius concipit, quam mater in vltimam venerit senectutem, quia hæc, quæ humanæ ætatis agmen claudit, colendi pietati aptissima est. Eua adhuc iuuenula Abelem, id est, luctum parit, Sara vero anus, Isaac, id est, risum. Nempe iuuentus vitiiis, & luctui, qui ex illa oritur aptissima est, senectus vero virtuti, & pietati. Vtriusque loci expositionem accipe ex Ambrosio lib. de fuga sæculi cap. 8. Unde pulchre, quo ostenderetur Sara ad profectum venisse, vt generaret risum. Defecerunt, inquit, Sara fieri muliebria, bona ergo defectio cupiditatum defectio sanitatis, quæ veritatis abiectio est. Unde, & sanctus David ait, defecit in salutare tuum anima mea, paritura enim erat, quæ conceperat, & promiserat Deus. Paritura lætitiâ, & sobriam illam iuconditatis ebrietatem, paritura ante expectatum ingenium celeritate parituræ feta sapientia.

Cantic. 1. 10. En dilectus meus loquitur mihi: surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veniam enim hyems transijt, imber abiit, & recessit. Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis aduenit, &c. Duorum temporum meminit sponfus, nempe hyemis, & veris. Quæ duo tempora refert Gregorius in hunc locum ad duas præcipuas partes humanæ vitæ, hyemem ad iuuentutem, ver autem ad senectutem. Si naturam hominis contempleris potius hyemis ad senectutem, ver autem ad iuuentutem referendum videbatur: iuxta illud Poëtæ de Ascanio.

— Vernabant prima lanugine mala.

Si vero ad animum referas pulchre hyems cum iuuentute cõponitur, in qua innati à natura virtutum igniculi veluti sopiti manent, & vitiorum cinere oppressi. Ager alget pruina, semina emortua iacent, frõdibus arbores floribus prata segetibus gleba nu-

da squalent, sic etiam in iuuentute omniã virtutum fomenta vi libidinis opprimuntur. At vero senectus pietatis ver est, omnia reuiuiscunt, floribus prata sese picturant, gleba segetibus se vestit, vnde prius sponfus hyemis meminit ac tãdem veris, illud etiam notat Gregorius, sæpius excitatam sponfam hoc loco ab sponso vt moras rumpat nec tẽpus elabi sibi patiat, sed statim vocanti accurrat, nam ei qui ad senectutem peruenit non diutius moras necere licet, sed statim vocanti sibi acquiescere, iuuenis enim et si aliquando pœnitentiam differat venia dignus est, quæ vitiorum carcer detinet, & longioris vitæ spes affulget. At vero senex, quam rationem protendere potest, quem neque libido adurit, neque longior vita esse potest? Iam enim (ait Gregorius) hyems transijt, sed iam sponsa surgat, quia hyems transijt. Quoniam quanto magis dies vltimus instat presens vita recedit, & quo amplius ad terminum ducitur, eo citius currendum est, ne electa anima oblati sibi muneribus in æternum priuetur.

Diuerfis diei partibus ad vineam vocati mercenarij æqualem sub vesperum mercedem receperunt. Hi vero qui plus temporis in vinea posuerant conquerebantur de Patrefamilias his verbis Matth. 20. Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei, & æstus. Iuxta Chysofomum homil. 55. in Matth. Qui de Patrefamilias murmurant, hi sunt, qui adhuc iuuenes pietatis viam ingressi, ad vltimam vsque senectutem decurrerunt. Hi nimirum Patrefamilias tanquam iniustum accusare videntur, cum eodem beatitudinis præmio donet eos qui iam effæti viribus virtuti adhæserunt, quibus à Patrefamilias dicitur. Amice non facio tibi iniuriam: nonne ex denario conuenisti mecum? Tolle quod tuum est, & vade. Ac si dicat: ego sane nulli iniuriam irrogo, sed pro vniuersiusque meritis mercedem rependo. Ergo vobis iuuenibus, non maiorem, quam senibus mercedem tribuo, quia vt vos fassi estis. Hi nouissimi vna hora fecerunt. Si hi senes vna hora tantum laborauerunt, quantum vos toto vitæ spatio, quid mirum si omnes æquali mercede remuneret, ex quo patet senectutem aptissimam esse humanæ vitæ portionem ad studium pietatis, adeo vt in senectute facile lucrari possimus, quæ amisimus in reliquæ vitæ partibus. Nam cum eo tempore contrariorum ventorum omnes flatus conquiescunt, secundos ventus, & tranquillum mare nacti exiguo tempore immensa spatia nauigare possumus, in senectute autem vitiorum sæuit procilla, quæ nos soluere portu non sinit. Cur igitur (ait Chysofomus) hac tibi parabola composita est, & quid intendens his verbis vsus est? Audiore voluit eos facere, qui decrepita ætate recti sunt. Ad ideo non patitur putare minus eos habituros, itaque vndique appetitur ætates nobis hominum, hac parabola designari, quorum alij iuniores, alij seniores virtutem amplectuntur, vt illi discant non superbire, neque approbrio dare, quia vndecima hora recte vinere aliqui caperunt, & isti quia breuissimo tempore omnia possunt recuperare.

Inquit Petrus Chrysofologus sermon. 148. cur Deus homo factus ad virilem vsque ætatem decurrit, senectutem tamen non attingit? Quod ideo factum existimat, quia venit Christus hominis naturam reformare, vnde præcipue, eas ætatis partes degit quæ lubricæ ad malum sunt. At senilis ætas extra aleam, & periculum est, vix eam vitia impetunt, quapropter eam Christus Dominus non suscepit, sed ineunte trigessimò quarto ætatis suæ anno occisus est. Nascitur Christus (ait Chrysofologus) vt corruptam, & redintegret naturam, infantiam suscepit

Gregor.

Matth. 20.

Chysof.

6.

Petr. Chryf.

Oigen.

3.
Psalm. 118. 81.

Gen. 1. 17.

Ambros.

4.
Cantic. 1. 10.

Chryf.

2.
Reg. 11.

cepit. Peritur nutrimenta, percurrit aetates, ut unam perfectam manentem, quam ipse fecerat, instauraret aetatem.

7. Opus est fateri aptissimam ad pietatem senes aetatem degere, ne naturam tanquam otiosam incusare cogamur. Natura enim iuxta Philosophorum proloquium nihil facit frustra, condidit quidem natura omnes humanae aetatis partes, iuuentutem quidem & perfectam aetatem ad militiam, & agricolationem, & corporis vires exercendas, aliaque munera obceda habilem reddidit, senectus vero imbellis, & omni robore destituta est, ergo nisi ad pietatem aptam effinxisset omnino frustra condidisse videretur. Hoc argumento vsus est Chryso-
 stonus homil. de Abraham his verbis. *Nam in profanis quidem negotiis inuilis est senex, nec ad ullam rem idoneus, sed ubique indulgentia dignus censetur, quod propter imbecillitatem ad vita vsus necessarios minime valeat commodare.*

Chrysoft.

8. Augustinus lib. 1. de consensu Euangelistarum inquit quisnam sit ille Saturnus senex ille omnium Deorum pater, & vnde dictus. Huius autem nominis duplicem affert rationem. Prior est, ut Saturnus dictus sit à nomine Græco *σάβωον*, quod est tempus. Itaque omnes Dij filij sunt temporis, & quo quis magis in aetate & tempore processerit eo magis ad diuinitatem accedit. Senex ad deitatem propior, & ad omnes animi virtutes, quæ Deo propriae sunt. At verò cum Christiani gentiles iriderent eo quod tempus diuinitate donarent, & temporis filios inter Deos referrent, nec Deos suos ab aeterno conditos assererent, sed in tempore Saturni nomenclaturam mutauerunt, & ab alio græco nomine duxerunt, nempe à nomine græco *σάβωον*, id est Satur, & nomine *υἱός*, id est, intellectus, quasi senex multarum rerum intelligentia ornari debeat, omninoque sint hoc nomine indigni, qui fatui sunt, aut nulla rerum cognitione insignes. Ergo adhuc ex gentiliū fabulis constat quantum hæc aetas doctrinæ pietatique sit apta. Nullum autem Deorum dixerunt senem præter vnum Saturnum, sed reliquos Deos, aut imberbes vt Apollinem, aut sub virili aetate depinxerunt, vt Iouem, Neptunum, &c.

Augustinus.

Quid dicunt de Saturno (ait Augustinus) qui Saturnum colunt? Nonne ille est, qui primus ab olympo venit?

*Arma Iouis fugiens, & regnis exul adeptis
 Qui genus indocile, & dispersum montibus altis.
 Composuit, legesque dedit, Latiumque vocari,
 Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris.*

Nonne ipsum eius simulachrum, quod cooperto capite fingitur quasi latentem indicat? Nonne ipse Italis ostendit agriculturam, quod false demonstrant? Non inquit, nam tametsi fuerit ille homo, & rex quidam de quo ista narrantur. Nos tamen Saturnum interpretamur vniuersum tempus, quod etiam Græcum eius vocabulum ostendit, vocatur enim *σάβωον*, quod aspiratione addita etiam temporis nomen est. Vnde latine Satur appellatur quasi Satur annis. Quid sit cum istis agendum nescio, qui conantes in melius interpretari nomina, & simulachra Deorum suorum faterentur Deum suum, & patrem ceterorum tempus esse. Quid enim aliud indicant quam omnes Deos esse temporales, quorum pater tempus constitutum est. Erubuerunt hinc eorum recentiores Philosophi Platonici, qui iam Christianis temporibus fuerunt: & Saturnum aliter interpretari conati sunt, dicentes appellatum *σάβωον*, verum à satiitate intellectus, eo quod Græce satiitas *σάβωον* intellectus autem, siue mens *υἱός* dicitur. Cui videtur suffragari & Latinum nomen, & quasi ex prima latina parte & græca posteriorem composuit, ut diceretur Saturnus, quasi Satur, & υἱός.

Idem Augustinus lib. de duodecim gradibus abusionis. Secundus abusionis gradus est, si sine religione senes esse inueniantur, cui exterioris hominis membra veterascunt, vires animi, id est, interioris hominis membra incrementa roboris non capiunt. Plus enim omnibus religioni operam dare senibus conuenit, quos presentis seculi florida aetas transacta deseruit, sicut namque in lignis ipsa reprobata arbor coparet, qua post flores cultori suo fructus optimos non exhibet, sic & in hominibus ipse reprobus est, quem flos iuuentutis deseruit, & tamen in his corporis senectute honorum operum maturos fructus parui pendet. Apta similitudine Augustinus senes ad studium pietatis vrget. Nempe dum arbor floribus vestitur, fructus maturos non requirit agricola, si vero arbor postquam flores decusserit fructus non proferat, arborem damnat, seu abscondit. Non aliter florente iuuentute, aliquis Deus aetati donat, non tam stricte fructus pietatis exquirat, si autem transacto iuuentutis flore virtutis fructus non producat maledictioni diuinæ homo obnoxius est.

Si venerit in secunda vigilia, est in tertia vigilia venerit. Lucæ 12. lucem presenti loco offert celebris apud Hebræos noctis partitio. Hi enim spatium illud temporis, quod ab occasu solis, ad ortum vsque protenditur, in quatuor æquales partes secabant, quas, & vigiliis appellabant, tracto nimirum vocabulo ab excubiis militaribus quas in totidem partes diuidebant. Per has autem vigilias significat Christus Dominus, quatuor præcipuas humanae aetatis partes, nempe pueritiam, iuuentutem, virilem aetatem, & senectutem. Pueritiam componit Christus cum prima vigilia, iuuentutem cum secunda, virilem aetatem refert ad tertiam, & senectutem ad vltimam. Ergo ait Christus Dominus. *Si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit.* Secundæ, & tertiæ vigiliæ meminit, primam, & quartam omnino subicit. Sensus historico ideo factum censeo, quia his duabus noctis partibus, maiori studio vrgebantur custodes. Vnde magis erat durum & graue in illis somnum excutere, si ad mores referas, non venit Christus prima vigilia, id est, prima aetate, quia cum adhuc infantes sumus, vel pueruli, cum nondum lumen rationis affulsit, nec mereri, nec demereri possumus, in quarta autem, & vltima nempe in senectute etiam non venit, quia cum ad eam aetatis partem homines perueniunt pietati inuigilant, nec opus habent admonitore, qui eos ad virtutem adigat. Venit autem in secunda, & tertia vigilia, quia in illis liberius mens luxuriat, & acriori stimulo ad malum impellitur. Vnde ait: *si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit beati sunt serui illi.* Id est, omnino beati prædicandi sunt illi, qui cum lasciuiente aetate ad peccata trahuntur, virtuti tamen incumbunt. Quid vero mirum, si senex vitii vale dixerit, cum ardor aetatis deseruit, & flatus vitiorum quierunt.

Et si videris sensatum euigila ad eum, & gradus ostiorum illius exerat pes tuus.

Addit duo alia, quæ in addiscenda sapientia obseruare debet virtutis studiosus, scilicet vt impigre, & frequenter sapientes viros adeat. *Et si videris sensatum euigila ad eum.* Si noueris quemquam sapientia abundare, eum ante lucem conuenire festina. *Et gradus ostiorum illius exerat pes tuus.* Ad inquam eum, non semel aut iterum, sed sæpissimè. Adeo vt gradus per quos in cubile sapientis ascenditur pedibus atterat.

9. Augustinus

10. Lucæ 11. 10.

VERS. 36.

1.

Si videris sensatum euigila ad eum. Sensatum, id est, prudentem. Euigila ad eum. Non sit tibi molestum quietem abrumpere, & dealbescente die magistrum conquirere. His verbis impigrum studium sapientiæ commendat. Porro ad aliquem vigilare Hebraïca phrasi dictum est, id est, summo mane ad quaerendum aliquem surgere. Patet ex illo versu Psalmi. *Deus Deus meus ad te de luce vigilo.* Id est, vt te Deus quaeram lucem prauerto.

Et gradus ostiorum eius exerat pos tuus. Id est, frequenter sapientem conueni. Tigurina: *Et pes tuus limen forium eiusdem atterat.* Non insolenti phrasi ad eandem rem significandam. Prou. 8. *Et obseruat ad postes ostij mei,* passim occurrunt alia, alij aliter. Antequam ipse ostium domus apperiat tu iam adsis. Quod diligens studium significat, vel tam frequenter domos prudentium hominum adi vt lapides atteras, quibus via strata est qua ad illos itur.

ETHOLOGIA LXXXIII.

Piorum hominum consortia, & familiaritas utilis.

SI videris sensatum euigila ad eum, &c. Hæc verba docent quam sit vile viro pio familiariter vt, quod præfens Ethologia firmat. Iosue 20. *Separate vrbes fugitiuorum,* & de quibus locutus sum ad vos per manus Moysi. Has vrbes ad quas homicidæ tanquam ad asylum confugiebant, ait Philo, lib. de Cain, & Abel, ad sacerdotes, & Leuitas spectasse. Sed quæ huius rei causa? Philo ibidem: vt homicidæ illi consortio, & familiaritate vterentur religioforum virorum, nempe sacerdotum, & Leuitarum, ad poenitentiam conuerterentur, & plangere discerent, quod commiserant homicidium. Sacerdotes, & Leuitæ significat homines, pios, & virtutis studiosos, hos ergo adire iubentur, qui aliquid mali commiserint. Nempe tantum valet honestorum virorum consortium, vt si quis multis vitiis sit obnoxius si tamen eius familiaritate fungatur nullo negotio crimina excutere poterit. *Illud quoque* (ait Philo) *non obiter considerandum videtur, cur nam ciuitates Leuitarum concessa sint profugis? Ut cum sacratis viris profani omnium existimatione cohiberentur. Primum ergo dicendum, quod consentis cum modo dictis bonum virum mali esse redemptionem, itaque merito peccatores ad sacerdotes veniunt, vt purificentur.* Viros iustos appellat Philo impiorum redemptionem, ni fallor, respiciens ad illud Num. 18. 15. *Et omne animal quod immundum est redimi facias.* Omnium animalium tam immundorum quam mundorum, offerri Deo lege cæritum est. Eo vel hoc discrimine quod animalia munda immolabantur, quæ vero immunda erant redimebantur, vel moneta oblata vel animali mundo, in loco illius suffecto. Vnde præcipit lex. *Primogenitum asini mutabis oue.* Ergo, ait Philo: viri impij veluti primogenita sunt immundorum animalium, quæ Deus ex osa habet, nec illi offerre fas est, nisi precio hominis pij redimantur. Dum vero impius, piusque in eandem amicitiam, societatemque coeunt mundatur vir impius, & Deo fit gratus redemptus familiaritate viri iusti tanquam dato præcio.

Numer. 3. 11. *Locutus est Dominus ad Moysen, dicens: ego tuli Leuitas à filijs Israël pro omni primogenito, qui apperit vuluam in filijs Israël, eruntque Leuitæ mei. Meum enim est omne primogenitum ex quo percussi primogenitos in terra Egypti sanctificauit mihi quicquid primo nascitur in Israël ab homine vsque ad pecus, mei*

sunt, ego Dominus. Difficultatem ingerunt verba illa. *Ex quo percussi primogenitos in terra Egypti.* Ac si prius non essent Dei, neque ad Deum pertinerent primogeniti antequam Deus occidisset Egyptiorum primogenitos. Philo lib. de Cain & Abel: peculiari ratione ad Deum pertinent primogenita postquam Deus occidit Egyptiorum primogenitos. Nempe primogeniti Egyptiorum peccatores significant multorum criminum reos. Ergo cum Deus illos percutit Hebræos sanctificat, qui inter illos commorantur. Id est, dum eos, qui nos exemplo suo ad peccatum inducunt Deus de medio tollit, reddit sanctos eos, qui ex eorum congressu spirituales morbos trahebant, quapropter ex illa die Israël primogeniti peculiari ratione ad Deum pertinent, nimirum de imminente periculo extracti. Tanta est enim vis familiaritatis, vt vix quisquam possit à vitiis extrahi nisi prius impij, qui ei adherent, abigantur. Verba Philonis excipe. *Quid autem ait die, qua percussi omne primogenitum Egypti, sanctificauit mihi omne primogenitum Israël? Non debemus suscipere illo tantum tempore, quo magna illa plaga Egypti percussi sunt primogenitorum interitu sanctificata esse primogenita Israël: sed & nunc, & postea semper hoc contingere potest in anima quando quod in cæco affectu præcipuum est, extinguitur. Deo nunc acute discernente antiquiorem honoratioremque sobolem, quam sibi sanctificet.*

Philo lib. de Temulentia ad præfens institutum trahit illud Deuteronom. 21. 18. *Si genuerit homo filium contumacem, & proteruum, qui non audiat patris, aut matris imperium, & coercitus obedire contempserit, apprehendent eum, & adducent ad seniores ciuitatis illius, & ad portam iudicij, dicentque ad eos: filius iste noster proteruus, & contumax est.* Et infra. *Lapidibus obruet eum populus ciuitatis.* Putat Philo hoc tantum licuisse parentibus, qui plures filios suscepissent, non tamen illis, qui vnum tantum habebant etiam si hic parentibus non obtemperaret, hoc sibi videtur subducere Philo, ex verbis relatis legis: *Filius noster iste.* Ac si dicant, non omnes filij, quot domi habemus proterui sunt, contumaces, & luxui dediti, sed tantum iste fraternis moribus dissimilis. Ac si non tam damnetur, quia parentum monitis non parer, quam quia domestica fratrum exempla despexerit. Vide quantum supplicium mereatur, qui ex bonorum exemplis nihil capit emolumentum. Merito igitur (ait Philo) *contumacem, proteruum, symbola conferentem, id est, peccatis peccata annectentem, magna minoribus, recentia veteribus, voluntaria non voluntarijs, & tanquam vino calentem per totam vitam ebrium, debacchantemque, vt qui stultitij merum magnamque hauserit calicem, lapidari sacra lex iubet, quia recti sermonis mandata patris sui, & disciplina matris sua legitimas admonitiones sustulit, cumque haberet fratres probos exemplum honestatis domesticum, neque eorum quidem virtutes imitatus est etiam prauaricari ausus.*

Exodi 3. 17. *Audiens autem Iosue tumultum populi vociferantis, dixit ad Moysen: vultus pugnae auditur in castris, qui respondit. Non est clamor adhortantium ad pugnam, neque vociferatio compellentium ad fugam, sed vocem cantantium ego audio, cumque appropinquasset ad castra, vidit vitulum, & echoros, &c.* Cum essent in monte, audire sibi videbantur pugnantium strepitum, cum vero ad castra peruenissent, vbi vitulum Hebræi colebant, non bellantium strepitum, sed choros ducentium sonitus auditus est. Hoc ad rem nostram descectit Philo lib. de Temulentia. Scilicet dum in monte sumus, & Deo proximi militantium strepitu ad pugnam excitamur, & voces illa animos nobis ad bellum faciunt. Cum vero in turbas malorum

Philo

Deut. 21. 18.

Philo

Exod. 32. 17.

2.
3.
Prou. 8.
Iosue 20. 2.
Philo.
Numer. 18. 15.
36.
2.
Numer. 3. 11.

rum ventum est, strepitus militaris in saltatricum, & suave canentium muliercularum mutatur sonitum, qui animum nostrum emollit, & ad libidinem instigat. Ergo fuge malorum consortia, ne virilis tuus animus, ad libidinem inflectant. Audi verba Philonis. *Nam & si non coacti magna vi merum ingerunt, ut sua sponte sobrietate prostigata exanime sibi conciscant delirium, aut enim vocem hortantium ad potationem, ego audio, hoc est non inuitos furore laborantes audio, sed vltro sibi accercentes insaniam. Omnis enim qui castris appropinquat vitulum videt, & choreas, & mons ipse quoque commouetur, in Typhum enim, eiusque salutare choreas incidimus, quotquot prope corporea castra volumus gradum sistere, quandoquidem contemplatini homines, & res incorporeas videre desiderantes cum sint ab omni fastu alienissimi remoti a corpore solent degere. Proinde orat Deum ne unquam hortator fiat ad pocula, hoc est ne unquam sponte precedat in via ferente ad rudiatem, & insipientiam.*

5.

Gen. 7. 1.

Genesis 7. 1. *Cumque cepissent homines multiplicari super terram, & filias procreassent. Videntes filij Dei, filias hominum quod essent pulchra acceperunt sibi uxores ex omnibus, quas elegerant. Et post pauca. Noë vero inuenit gratiam coram Domino, haec sunt generationes Noë: Noë vir iustus, atque perfectus fuit, in generationibus suis cum Deo ambulauit, &c. Nulla huc vsque de Noë facta fuerat mentio, nusquam eius pietas, veraque fides laudata, donec commemorauit Moyses, illam impiorum hominum faciem, quæ vniuersum orbem fadauerat. Scilicet notante Philone lib. de Gigantibus: tunc primum viri religiosi pietas apparet, cum de improbis fit mentio, & tunc impiorum crimina, cum ad viros iustos referuntur. Ergo tunc maxime Noë virtus enituit cum eam obliuerent multorum criminum tenebræ, nec unquam improbi deleti sunt, nisi dum familiare virtutis exemplar imitari respuerunt. Est enim ille multo dignus supplicio, qui cum familiariter honestis viris vtatur, nullum tamen ex his capit emolumentum. Et factum est (ait Philo) quando ceperunt homines multiplicari super terram, & nata sunt eis filia. Quæ dum? opinor cum post natiuitatem Noë filiorumque illius humanum genus multiplicatum sit. Fortassis causa in promptu est, semper enim collatus cum paucis magnus numerus contrariorum inuenitur. Ideo generosi vnus indoles, multorum prauum ingenium coarguit. Si quidem pauca quedam, quæ sunt exacta licentia, vel quæ, bona & honesta sunt produunt. Quam magna multitudo inertium, ignauiorum, iniustorum, & vniuersum, nequam hominum in suis tenebris latuerit. Hæc ille. Huc importari possunt,*

3. Reg. 17. 17.

verba illa 3. Reg. 17. 17. *Factum est autem post hoc agrotauit filius mulieris matris familias, & erat languor fortissimus ita ut non remaneret in eo halitus, dixit ergo ad Eliã: quid mihi & tibi vir Dei: ingressus es ad me, ut rememorarentur iniquitates meae, & interficeres filiũ meũ. Quasi dicat: priusquam ad me diuertes mihi pia & iusta videbar nunc autem ex tuarum virtutum collatione, qui in me delitescabant neui, apparere ceperunt, & quæ oclusa erant crimina extuberarent, adeo, vt filij charissimi mihi afeuerint necem. Oportet enim, vt is, qui alicuius sancti viri familiaritate vtitur, omnino se purum, & immundum præbeat, vel si mauius dicta mulieris per admirationem expone. Miror sane aditum patuisse mortem in domum meam, in qua tantus Propheta habitat: nam sanctorum virorum societas mortem corporis, & animæ depellit.*

6.

Gen. 37. 1.

Genesis 37. 1. *Habitauit autem Iacob in terra Chanaan in qua pater suus peregrinatus est. Et hæc sunt generationes eius: Ioseph, cum sedecim esset annorum pascebat*

gregem cum fratribus suis adhuc puer: & erat cum filijs Bala, & Zelphæ uxorum patris sui. Philo quod Deus sit immutabilis, in malam partem accipit verba illa pascebat gregem, id est, affectuum & criminum argumenta, & Mandras, sed quid fuit in causa quod tantus Patriarcha adhuc puer humanis affectibus dicatur inferuisse, vel vt potius dicam iuxta sensus morales personam gerat eius, qui inferuit? Videtur hanc inuere scriptura illis verbis, & erat cum filijs Bala, & Zelphæ. Bala, & Zelpha, duæ ancillæ fuerunt Iacob. Ergo qui cum filiis ancillarum morabatur feruile imitatus est ingenium, & illiberales mores hausit, tantam enim vim habet cum malis inita familiaritas. Verba Philonis subiungo. Est autem vltima gratia de non esse adesse, iter & productio, huius in stirpibus, & animantibus vsus est necessarius. Altera vero est de meliore genere in minorem speciem mutatio cuius mentio fit his verbis: hæc sunt generationes Iacob. Ioseph cum septendecim esset annorum pascebat gregem cum fratribus suis adhuc puer cum filijs Bala, & cum filijs Zelphæ uxorum patris sui. Quando enim meditatoria, cupidaque discendi mens à diuiniorem contemplationibus ad vanas opinionones descendit, corporis, & corporearum rerum sodalis Ioseph gignitur adhuc puer etiam si state canis sit, quippe qui nullam senilem sententiam, aut narrationem audiuit, quam Moyses sodales, vt possessionem utilissimam sibi, ac suis discipulis acquisuerunt.

Præfens institutum probat Philo ex natura spongiæ. Spongia enim facile aqua admittit, & se ipsam dilatat, vt totam aqua vt iniecta possit ebibere. Vinum autem non ita admittit, sed quodammodo meatus occludit, ne illud ebibat. Quæ sito responderet idem author ex naturali spongiæ formatione, quæ ex marinis vndis conerescit, vnde aquam amat, cuius naturam induit, vinum vero respuit, quo docemur facile nos in eorum ingenium transire, quorum familiaritate vtimur. Forte spongia (ait Philo) ex aqua genita, & temperamento, attrahit: vinum vero, vt alienum respuit.

Rixabantur pastores Abraham, & Lot Gen. 13. 8. quapropter his verbis auunculus nepotem affatur: *Ne quasi sit iurgium, inter me & te, & inter pastores meos, & pastores tuos: fratres enim sumus. Ecce vniuersa terra coram te est, recede à me obsecro: si ad sinistram icris, ego dexteram tenebo: si dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam. Duriuscule videntur dicta verba illa recede à me, &c. Philon. lib. de migratione Abraham, locum ad sensum moralem inflectit. Loth eorum personam sustinet qui luxui, voluptatique se emancipant qui Sodomorum regionem eligunt & incolunt, ab his ergo recedere oportet, & contrariam omnino viam tenere, alioquin diffida odiaque intestina, & morum pessimorum imitatio pullulat. Ad eandem rem probandam addit Philo, quinque libris totam legem contineri. Vnum vero ex his Exodum appellari, quia bona pars pietatis in eo sita est vt malorum consortia effugiamus. Quamprimum igitur (ait Philo) intellectus incipit se ipsum nosse, & in contemplationibus intelligibilibus versari, totam illam partem ad sensibilia proclina allegauit, quæ Hebraice Lot vocatur: Quamobrem sapiens ille inducitur dicere aperte discede à me, non est enim possibile, vt incorporearum incorruptibiliumque rerum amator, cohæreat cum prono ad ista sensibilia. Recte igitur Sacer vates vnum integrum librum legis intitulauit nomine conueniente contentis in hoc oraculis.*

Cum multis nominibus appellari posset Ioseph in Ægypto venditus frequentius Hebraeus dictus est. Hoc enim nomine eum appellauit Hera cum apud maritum violati thori appellauit Gen. 39. 17. *Ingressus*

Gen. 39. 17.

Ingressus est ad me seruus Hebraus, &c. Imo hoc nomine se appellauit ipse Ioseph cum causam suam Pincernæ commendaret. Genes. 40. *Furro sibi latus sum de terra Hebraeorum, &c.* Et idem Pocillator ad Pharaonem Genes. 41. *Erat ibi puer Hebraus, &c.* Huius rei rationem reddit Philo lib. de migratione Abrahamæ tractam ex ipso nomine. Hebraus enim transtior dicitur, ergo magnum profecto miraculum fuit quod Ioseph inter Ægyptios viuens nulla se noxa polluerit, & hinc eximiam sibi laudem comparauit & eam claro generi gentiliis que titulis ante tulit, & ex hac nomen sibi indidit. Transtior enim dicitur, quia Ægyptiorum uita impolutus pertransiit. *Item quod non subditus (ait Philo) sed censor Ægypti corporea regionis fuit, sed Hebraum se esse gloriabatur quorum est a sensibilibus migrare ad intelligibilia. Hebraus enim migrator interpretatur, quod aiebat se nihil fecisse, non enim misceri se improborum studijs, & constanter ab his abstinere mediocris laus est.*

Genes. 12. His uerbis Deus Abrahamum patrios lares deserentem benedicit. *Faciamaque te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, erisque benedictus. Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi.* Duplici parte constat prædicta benedictio. Altera ad ipsum Abrahamum spectat, altera uero ad eos, qui in eo erant benedicendi, quam posteriorem partem ad eos trahit Philo, qui cum Abrahamo erant acturi, & eo familiariter uisuri, ut scilicet illi, non aliter, quam ipse Abraham benedictionem à Deo accipiant. Ergo prior pars benedictionis. *Faciamaque te in gentem magnam & benedicam tibi,* ad ipsum iustum spectat, illa uero posterior, *benedicam benedicentibus tibi,* ad eos attineat, qui familiariter cum iusto acturi erant, ut pene eadem benedictione cumulentur illi, qui iusto amice utuntur, ac idem ipse iustus. Addit autem, *& maledicam maledicentibus tibi.* Id est, multis supplicijs obnoxij erunt qui nullum capiunt emolumentum, ex hac cum viro iusto inita familiaritate. *Hæc sunt (ait Philo) bona, quæ futuro sapienti donantur: quid autem, & alijs donet Deus propter sapientem deinceps uideamus. Benedicam, inquit, benedicentibus tibi, hæc in honorem uiri boni fieri liquet omnibus, sed non ideo tantum commemorantur, uerum etiam propter actam rerum consequentiam. Nam bonum, qui laudat est laudabilis: & qui vituperat est vituperabilis.*

Genes. 7. *Dixitque Dominus ad eum ingredi te tuam domum tuam in arcam, te enim uidi iustum coram me in generatione hac.* Extinguere conatus Deus peccatorum copiam, quæ illis temporibus fere totum mundum oppleuerat cuncta animantia iniecta aquæ vi delet, unum Noë referuat qui ad futuram generationem semen existat. Poterat quidem Deus eos homines, qui diluuium perierunt ad pietatem traducere: quare ergo tantam immisit cladem? Poterat quidem Deus, ast quia ex Noë familiam sibi delecturum erat, & Hebræorum populum, oportuit reliquos omnes impios homines delere ne Noë, & eius posterius ex impijs hominibus morbum contraherent, facilius enim illi uisum est deletis omnibus hominibus quasi ex fauilla iterum mundum suscitare, quam superstitibus impijs hominibus immunem ab eorum criminibus populum sibi dilectum referuare, tantum enim potest, cum impijs hominibus conuersatio, ut uix uitari possit. Hanc expositionem hausi ex Philone lib. de migratione Abr. his uerbis. *Exemplum extat in Noë iusto, qui ingenti diluuiio deuoratis tot partibus anime, fortiter supernatans fluctibus euasit, omnique clade superior, & referuatus*

amplas pulchrasque radices ex se demisit, ex quibus tanquam ex planta enatum est genus sapiens, quod mites pariter progerminans triplicem Israeliticum fructum attulit Abraham, Isaac, & Iacob.

Eodem die, quo Aaron electus est in sacerdotem ignis de cælo decidit, qui appositum sacrificium consumpsit, ut habes Leuitici 9. 22. Hunc autem ignem deinceps ad sacrificia adhibuerunt sacerdotes. Nouus ignis de cælo uenit, quia Dei sacrificia adhiberentur, nam teste Philone lib. 3. de uita Mosis. Ignis ille, quem Deus à nascenti mundi exordio creauerat ex impiorum hominum consortio, nescio quas maculas contraxerat ob quas à ueritatis cultu arcendus fuit. Vide quanta sit uis familiaritatis cum impijs, & quam facile, eorum mores ebibamus, cum quibus degimus: ipse ignis, qui ad aliorum hominum purificationem adhibetur maculas, & noxas ab eis trahit apud quos degit? ideo ille ignis à sacrificijs arcetur, qui apud homines fuerat commoratus. *Tum uero (ait Philo) in loco sacro, ut bonus præceptor docilem discipulum ritus Pontificis edocuit. post hæc ambo egressi protensis ad cælum manibus, uota pro gente fecerunt, qualia proficiscere poterant à mente sanctissima, quibus nondum peractis accidit insigne prodigium. Nam ex aditis, siue atheris pars purissimi, siue aer naturaliter in ignem mutatus emicuit, & repente flamma præsumens recte ferretur in altum, & quicquid super impositum fuerat absorberet. opinor in argumentum euidentissimum diuine providentiæ. Decuit enim eximium donum, offerri sacrificijs, non qualia sunt materia tractabiles hominibus, sed ignis essentia purissima, nec iste, qui in nostro usu est, altare attingere, quoniam iam innumera sordes contractæ fuerant.*

Deuteronom. 22. 10. *Non arabis in boue simul, & asino.* Hanc legem, quæ parui, aut nullius momenti uideri potest sensu morali ita exponit Philo lib. de caritate, ut Dei maiestatem non dedecet. Bos animal mundum est, quia ruminat, & ungulam findit: at uero asinus ob easdem causas inter immunda animalia censetur. Ergo iubet Deus ne utrumque animal, eidem iugo submittas, ne scilicet bos animal mundum, ex immundi animalis societate maculam trahat, ea enim est uis, conuersationis cum improbis, ut & ipsa animantia rationis expertia quodammodo inficere uideatur. *Hinc legi prospicienti (ait Philo) bubus triturantibus connexa est, quæ præcipit de asinis arantibus, uetat ne arandi causa sub idem iugum mittantur bos, & asinus, non solum quia genere plurimum differt, bos enim purus, asinus impurus est, & ideo iungi eos non decet uerum etiam, quia non pollutantur paribus uiribus, infirmiori consiliatur, ne fortiori succumbat.*

Deuteronom. 22. 5. *Non induetur mulier veste uirili, nec uir utetur veste feminea.* Hoc morale præceptum pro nobis exponit Philo lib. de fortitudine. Nempe ideo lege cauetur, ne uir veste feminea se induat, ne simul cum veste mores femineos trahat, quod si tanta uis est in uerbis, ut si femineos cultus uir attigerit infirmiore eum reddat. *Quæ quæso erit familiaritatis uis, & frequens cõgressus cum sceleratis, apud quos, & natura eadem, & ad malum procliuus sit. Oportetque (ait Philo) bonam mentem sequi naturam instituta, uile indicauit, de his quoque rebus decernere, scilicet de uictu, amictuque, & huiusmodi cæteris, uoluit enim uirum, etiam in his, ut uirum decet gerere. Præsertim in uestitu, quem cum diu, nocteque circumferat, talis esse debet, ut eum decoris, honestatisque admoneat, sic & mulierem ornans pro dignitate, uetat uestem uirilem sumere, longe submouens tam effeminatos uiros, tum plus aquo uiriles feminas. Nam si unum aliquid mutaueris, ne cætera quidem pristina*

12.

Philo.

13.
Deut. 22. 10.

Philo.

14.
Deut. 22. 5.

Philo.

nam

nam formam retinent, ut licet cernere in adificijs.

15.
Gen. 1. 12.

Et protulit terra herbam viventem, & facientem semen iuxta genus suum, lignumque faciens fructum, & habens unumquodque sementem secundum speciem suam.

Genes. 1. 12. expendit Basilius hom. 5. Exameron. verbum illud, iuxta genus suum, & secundum speciem suam. Omnibus enim herbis, & arboribus insita est à natura vis, ut speciem suam tueantur, siue ex se semen emittendo, siue furculos, & plantulas procreando, quæ alio translata auctori suo similes pariter edant. Ergo unicuique propriæ speciei conservandæ curam natura mandavit, fieri enim non potest, quin unumquodque sibi simile producat, quod si ad mores referas euincit, unumquemque hominem sibi similem verbis, factisque procreare, sunt enim verba, & opera quædam veluti animæ nostræ semina, unde quando in socios vel obuios quoque decidunt, similes eos faciunt eis, à quibus semina iacta sunt. *Quemadmodum arundo* (ait Basilius) *post annum incrementum, & radicibus quamdam appendicem elicit seminis rationem ad ortum futurum obtinentem. Idem, & alia innumera faciunt. Quare omnino verius esse constat singulis stirpibus, aut semen esse, aut quamdam vim propagandi perinde, atque semen inesse. Atque, id est, quod dicitur iuxta genus suum. Non enim proiectura illa siue appendix arundinis est effectrix olivæ, sed ex arundine, arundo altera procedit: ex feminibus autem ea, quæ genus idem habent.*

Basilius.

16.

Exemplo ab agricultura petito argumenta pro nobis obiicit Basilius homil. 5. in Exameron. sunt enim aliquarum arborum, aut plantarum infirmæ vires, quas fulcris sustentamus, ut puta vitis natura caduca est, & serpit, nisi vltimo maritetur, id de aliis tradit Basilius. Ergo iuxta Anagogem familiaritas cum viris piis instar fulcri est, qua homines, ad malum procliuus fulciuntur, sumus enim omnes ad malum proni. *Hæc eadem* (ait Basilius) *de ficis etiam asserunt; quæ obrem iuxta ficeta, alij caprificos serunt, alij capri grossos inter se colligatos iniiciunt ficis. Atque hoc modo ficorum imbecillitati medentur defluentem iam labentemque fructum ipsarum grossis istis fulcipientis. Quid istud sibi natura vult anigma? quod ipsi quoque nos ab alienis à fide nec raro debemus assumere intentæ animæ acrimonia, vimque bonorum operum efficacem.*

Basilius.

17.

Psal. 1. 1.

Psal. 1. *Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentia non sedit.* Viam nobis sternit David ad beatitudinis consecutionem, ad quod omnes Psalmi tendunt, initio autem, quod vtilissimum est omnium præceptorum ad pietatem præmittit. Hoc est, teste Basilio ibidem, ut improborum hominum consuetudinem consortiaque vitemus. Hinc ad futuram narrationem exordium capit, hanc præceptionem suam tamquam magis necessariam ceteris præmittit. *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum.* Id est, felix ille qui malorum consortio non se polluit. *Beatus igitur ille, qui, quæ plurimi sunt habenda possidet, qui vi, eorum particeps est, quæ nullo possunt modo conuelli, aut auferri, sed hunc quomodo cognoscemus? qui non abiit in consilio impiorum.*

Basilius.

18.

Psal. 7. 9.

Psal. 7. 9. *Iudica me Domine secundum iustitiam meam, & secundum innocentiam meam super me.* Sed quam ratione ad eam animi munditiam peruenire poteris, ô David, ut impavidus te, animi motus, locutionem, & opera Dei iudicio discutienda obiicias? Subdit. *Consumetur nequitia peccatorum, & diriges iustum, scrutans corda, & renes Deus.* Hæc verba exponit Basilius sumpta metaphora à morbis, qui facile serpunt, & in coniuncta membra, vel in

alios etiam homines venena diffundunt, ut puta cancer, pestis, & his similia, ab his ergo, sumpta similitudine probat, quam periculosum sit cum impijs hominibus societatem habere, facile etenim ab illis haurimus animi morbos, quibus inficiuntur. Ergo ait David, si impios homines à me abegeris, ô Deus impollutus tuo tribunali adflabo. *Consumetur nequitia peccatorum* (ait Basilius) *his verbis orans, se præcepti Evangelij discipulum palam ostendit. Orat enim pro persecuentibus se, & ita orat, ut sine quopiam, ac termino peccantium eorum circumscribatur iniquitas: quemadmodum orat pro his, qui corpore laborant, ac dicat, consumatur, obsecro laborantium morbus: etenim ne instar cancri vicina quæque depascens latius serpat peccatum, orat, ut sistatur, & finem capiat, non item latius se fundat.*

Basilius.

Psal. 28. 9. *Vox Domini preparantis cernos,* Sed quæ utilitas, cum cernos præparauerit? *Et reuelabit condensam, & in templo eius omnes dicent gloriam.* Id est, ad vnum omnes diuino cultui, legique adhærebunt. Sed quid commune quæso ceruis cum Dei cultu? Quid vtilitatis afferre possunt cerui ad pietatem? Basilius ibidem ad rem præsentem locum inflectit. Ceruus perpetuas inimicitias cum serpentibus gerit, adeo, ut eos flatu ex cauernis extrahat, pedibus conterat, dentibus conminuat, in stomachumque traiciat. Ergo si Deus hos ceruos, multiplicauerit, qui serpentes ex hominum consortio tollant, tum diuinus plane cultus florebit, nihilque prorsus erit, quod aut virtutem impedire possit aut vitijs alimenta ministrare. Tolle impiorum hominum familiaritates, & omnem vitijs aditum occlusisti. *Vox Domini* (ait Basilius) *Preparans, aut præficiens ceruos. Quando igitur aliquem Dei hominem perfectum, & absolutum viderimus, vtilitatem ex eius congressu, & conuersatione scetetur, nam ut cerui sapientia est omnium ibi serpentium malitia fugatur, & reuelat condensam. Primum vox Domini omnibus concinnat, & absolut numeris cernos, deinde reuelat condensam, hoc est, locos syluosos, & agrestes atque infrugifera lignorum materia differros, & conspissatos, ad quos plerumque venenosa animalia confugere solent. Quoniam igitur perfectus est ceruus per eam perfectionem, quæ est à Domino, iustus, qui illi assimilantur reuelat condensam, & ut nudi, & omnium oculis expositi prodantur, qui vitam nostram suis ladebant corruptelis.*

19.
Psal. 29.

Basilius.

20.

Esaia. 6.

Esaia 6. *In anno, quo mortuus est Rex Ozias vidi Dominum, &c. Et dixi: Væ mihi, quia tacui, quia vir pollutus labijs ego sum, & in medio populi polluta labia habentis, ego habito.* Nonnulla mihi notanda sunt in relatis verbis Esaia cum Basilio ibidem. Imprimis illud, *Anno, quo mortuus est Rex Ozias* Id est, Rex impius, & à diuino cultu alienus, eo inquam anno vidi Dominum, &c. Tunc enim Deus hominibus suam gratam præsentiam exhibet, cum impij de medio tolluntur, eorum enim præsentia, & familiaritas Deum abigit, innumeraque mala inducit. Illud etiam obseruandum est. Tunc primum clamasse Esaia, & labiorum maculas agnouisse, eruique petiuisse, cum & impius sublatas est, & Deus seraphim stipatus apparuit, nempe ex collatione cum Angelicis mentibus, quæ Deo assistebant, & Deum laudabant labiorum immunditiam agnouit, quæ illi antea limpida satis, & munda illi visa fuerant. Tum demum cum dixisset, *Quia vir pollutus labijs ego sum.* Causam tanti mali subiunxit dicens, *Et in medio populi polluta labia habentis ego habito.* Qui enim fieri potest, ut ex consortio malorum eundem etiam animi morbum non trahamus. verba Basilij subiicio. *Quæ obrem, ait, missus est ad me vnus de seraphim, non absimile*

Basilius.

abſimile vero eſt prophetatum deſcendiſſe ad conſcientiam propria impuritati per labia contracta, cum vidifſet functionem illam ſpirituum ſeraphici ordinis, aliud nihil eſſe, quam vt Deum deprecarentur ſanctum, fuerat enim is locutus, quæ humana ſunt, ſuamque linguam ſubinde inquinatæ verbis mundi iſtius concernentibus enauidam vanitatem, & ea conferens cum laudibus Seraphicis compunctus eſt: tum quia aliud nihil loquuntur. Sanctum eſt ſanctificationem proclamant diuinæ maiestatis. Ipſe vero ſape numero linguam ſuam occupat adminiſtrandis rebus humanis. Quamobrem dixi ô miſerum me quia compunctus ſum, quia cum homo ſim, quia cum labia habeam in medio populi habito immunda labia habentis.

bus, & animis veſtris. Ergo docet obſeruacionem mandatorum Dei ad cognitionem myſteriorum inducere iuxta illud Pſalmi 118. *Super inimicos prudentem me feciſti mandato tuo, quia in æternum mihi eſt.* &c.

Et in mandatis illius maxime aſſiduus eſto. Græce. Meditare ſemper, ruma, memoria recole. Paulus de Palacio. Leges, & præcepta Dei opere comple, executioni manda. Hæc enim legis diuinæ obedientia aciem mentis acuit, hac ratione exponit verba illa Pſal.66. *In intellectu manuum ſuarum deduxit eos,* id eſt, in intelligentia, quæ opera manuum eis pepererant, illud aduerbium maxime, idem valet apud Hugonem, ac præ aliis. Non vetat quandoque terrenarum rerum cogitationem miſcere, ſed iubet, vt præ illis diuinarum rerum contemplationi inhæreamus.

Et ipſe dabit tibi cor, id eſt, tibi ſenſum aperiet, quo facile ſapientiam aſſequaris. Ianſenius, pro corde ipſam ſapientiam intelligit; dabit tibi ipſam ſapientiam. Lyra cor intelligendi, & operandi.

Et concupiſcentia ſapientia dabitur tibi. Id eſt, Deus ipſe faciet vt excuſſo torpore, & tædio abiecto ardentius ſapientiam deſideres. Hoc enim ſape accidit, vt cui ſapientiæ tyrocinium dururo, & aſperum viſum fuerit, tandem facilem inueniat in eandem viam progreſſum. Iuxta illud Sapientiæ 24. *Qui edunt me adhuc eſuriant, & qui bibunt me adhuc ſitient.* Hoc enim eſt habitæ ſapientiæ ſignum, vel pietatis, ſi vltèrius in virtute, vel ſapientiæ proficiendi amore tenemur. Aliter Tigurina: *& quam deſideras ſapientia dabitur.* Dionyſius, *& concupiſcentia ſapientia.* Id eſt, ſapientia concupita, quam optabas ſapientiam dabitur tibi.

Cogitatum tuum habe in præceptis Dei, & in mandatis illius maxime aſſiduus eſto: & ipſe dabit tibi cor, & concupiſcentia ſapientiæ dabitur tibi.

Tandem monet, ne memoria excidant, quæ audiverit: & propoſito huius ſtudij præmio claudit adhortationem ad ſapientiam. *Cogitatum tuum habe in præceptis Dei.* Frequenter recole, quæ de Dei præceptis exceperis à Presbyteris. *Et in mandatis eius maxime aſſiduus eſto.* Et leges à Deo datas perpetuo meditare. *Et ipſe dabit tibi cor.* Et Deus concedet tibi abditorum myſteriorum intelligentiam. *Et concupiſcentia ſapientia dabitur tibi.* Et amore ſapientiæ donaberis, ne ſtudium eius aliquando in te torpeſcat.

Cogitatum tuum perfecte habe in præceptis Dei. Græci. *Cogitatum tuum perfecte habe in præceptis Dei.* Id eſt, ne ab eis dimoueri patiaris. Hoc enim frequenter monet Moyſes Deuterion. 6. & 11. *Ponite verba hæc in cordi-*

ECCLESIASTICI

CAPVT SEPTIMUM.

Noli facere mala, & non te apprehendent.



QAVE peccata committas: & pœnas quæ illa merentur euadas.

Ergo mala in priore hemiſtichio peccata, vel crimina ſignificant, in poſteriori vero pœnas peccatis illatas, vel mala culpæ in quæ peccator labitur in pœnam priorum peccatorum. Ergo ipſa crimina, veluti carnifices ſunt, quæ de ſuis authoribus vindictam ſumunt & inſtar viperæ parentem dilaniant. Iuxta illud Domini ad Cain. *Statim in foribus peccatum aderit* Genetiſis 4. 7. Tigurina paulo aliter. *Ne quid mali facias ne tibi malum accidat.*

Noli facere mala. Verbum illud facere apud Dionyſium idem eſt, ac de propoſito ex condicto, & data opera aliquid exequi. Nos abſolute expoſuimus aliquid executioni mandare.

Et non te apprehendent. Dionyſius Carthuf. metaphoram ſumptam exiſtimat, ab animalibus quæ ſub iugum mittuntur. Eſt enim peccator, velut bos, qui ſub peccati iugum ducitur. Paulus de Palacio, à partu, & nixu mulieris metaphoram captat. Vt enim mulier, quæ ſe clam turpiter proco miſcuit, diutius crimen occultare non poteſt, nam vterus tumens, & ciulatus, in enixu ſcelus producit. Non

aliter, qui crimen occultum commiſit, etiam ſi occultare fatagat, efficere non poteſt, ipſa enim crimina ſefe produnt, & ſenſibus ſe ingerunt. Vel ſimilitudo tracta eſt à liſtoribus, qui à iudice miſſos fontes homines ad tribunal trahunt. Ipſa enim peccata homines ligant, & ad Dei tribunal inducunt puniendos. Nos vero de pœnis, quæ peccata ſequuntur & manent, aptius verſum expoſuimus. Ipſa enim peccata, vel pœnas inducunt ſui ipſorum, vel ipſa ſibi meriſis pœna ſunt. Iuxta illud Pſalmi. *Conuertatur in caput eius dolor eius, & in verticem ipſius iniquitas eius deſcendat.*

ETHOLOGIA LXXXIV.

Qui crimen committit, ſibi ipſi damnum inferit.

NOli facere mala, & non te apprehendent. Hæc ſententia nos docet quantum ſibi noceat, qui peccat, adeo vt nullus, ei tantum nocumentum inferre poſſit, quantum ipſe ſibi, quod præſens Ethologia firmat. Lucæ 16. Amouendus à procuracione villicus debitor, his verbis alloquitur. *Quantum debes Domino meo? At ille dixit: centum cados olei. Dixitque illi: Accipe cautionem tuam: & ſede cito ſcribe quinquaginta. Deinde alij dixit: tu vero quantum debes? qui ait:*

ait: centum coros tritici. Debitores isti teste Origene homil. 14. in Genesim, peccatores sunt, quorum singulis à villico dicitur: Accipe cautionem tuam. Unde constat eum, qui peccat cautionem scribere, & in publicis tabulis testari, se in multo aere alieno esse, & magnum debiti reu se teneri, imo in seruitutem perpetuam dæmoni se emancipare. Ipsa peccata sunt veluti cautio & obsignata tabula, quibus quid sit peccator fatetur. *Vnusquisque* (ait Origenes) etenim nostrum, in his, quæ deliquit efficitur debitor, & peccati sui literas scribit. Huius enim rei & illa imago est, quæ in Euangelio dicitur de villico iniquitatis, qui ad unumquemque debitorem dicit: & sedens scribe octoginta & cetera, quæ referuntur. Vides ergo, quia unicuique dicitur: accipe literas tuas: unde constat nostras esse literas peccati. Si vero delinquas, ipse tibi scribes peccatum Chirographo. Ergo expendit Origenes illud literas tuas, quasi dicat Deus, ego contra te sententiam non tuli, tu tibi tuis manibus mortem intulisti: ego contra te nulla supplicia decreui, tu tuis manibus innumeras penas, & mortem contra te scripsisti.

2. Rem hanc probat Origenes Homil. 5. in Numeros ex natura peccatorum, qui lutei, & figulini per peccatum efficiuntur. Quapropter eos scriptura testaceos, figulinos, friabileque appellat. Hoc imprimis probat Origenes ex Numerorum 16. *Deprecatus est, & plaga cessauit* (Origenes legit) *cessauit vastatio, & confractio*. Item Psal. 105. 30. & *cessauit quassatio*. Thren. 4. 2. *Filij Sion inelyti, & amicti auro primo, quomodo reputati sunt in vasa testea opus manuum figuli*. Ac si apertius diceret, qui cum pietatem colerent, instar lapidis preciosi, & auri præduri erant, quomodo peccatum eos emolliuit, figulinos & testaceos effecit? Hoc idem apperte tradit Paulus 2. ad Timot. 2. 20. *In magna autem domo non solum sunt vasa aurea, & argentea sed lignea, & fictilia*. Nimirum per vasa aurea, & argentea, pios viros intelligens, non modo ob metalli excellentiam, sed etiam ob duritiam. Illi vero qui ad iniquitatem adhærent lutei, & lignei dicti sunt, quia facile comminuuntur, & flammæ supplicij excipiunt; pij vero omni supplicio immunes sunt. Adducit etiam verba Roman. 9. quæ expositor non indiget: unde Origenes verba transcribo. *Cessauit vastatio, vel ut in alijs exemplaribus legi diximus, confractio, quod & magis interpretationi conuenit veritatis. Confractio enim est, quæ veluti in vasis fictilibus efficitur. Peccatores autem vasa fictilia sunt, sicut Ieremias Propheta designat in lamentationibus dicens: filij Sion qui erant honorabiles, & in auro elati: quomodo reputati sunt in vasa fictilia, opera manuum figuli? & in domo magna non sunt (sicut ait Apostolus) tantummodo vasa aurea, & argentea, sed & lignea, & fictilia. Si ergo intellectus noster luteus sit, ac de terrenis cogitet, efficitur vas fictile, opus manuum figuli, & propter hoc iste qui talis est forte increpatur ab Apostolo, tanquam qui sensum habens luteum de magnis, & de his quæ capere non potest querat.*

3. Lucæ 15. 14. Prodigus ille cum apud externos degens omne patrimonium dilapidasset: *Facta est sumes valida in regione illa & ipse cepit egere*. Ille cui intra paternam domum degenti omnia abunde suppeditabant, dum paternam domum deserit, ipse sibi egestatem accersit. Id est, ille qui peccat, & ad mundi caduca defleuit ipse sibi malum infert. Huius sententiæ, est Petrus Chrysológus sermon. 1. his verbis. *Est penes patrem dulcis conditio, libera seruitus, absoluta custodia, timor latus, blanda vitio, paupertas diues; securæ possessio. Namque ad patrem labor respicit, fructus redundat in filios.*

4. Iud. 3. 12. *Addiderunt autem filij Israël facere*

malum in conspectu Domini: qui confortauit aduersus eos Eglon Regem Moab: quia fecerunt malum in conspectu eius. Origen. homil. 3. in Iudices pro nobis exponit verbum illud, *confortauit*. Nempe peccata, quæ nos facimus hostes, & inimicos nostros confortant, & illis aduersus nos arma ministrant. Aufer iniquitatem, & dæmoni omnia tela & arma abstulisti. *Addiderunt autem* (ait Origenes) *filij Israël facere malum in conspectu Domini, qui confortauit aduersus eos Regem Moab.*

Nonnulla pro hac sententia congerit Ambrosius, in Psalmum 35. 2. Imprimis verba eiusdem Psal. num. 2. *Dixit iniustus, ut delinquat in semetipso*. Vel ut legit Ambrosius: *ut delinquat sibi ipsi*. Nempe peccator aduersus se gladium stringit, ipse contra se telum adigit. Inducit etiam Ambrosius illud Psal. 26. *Et mentita est iniquitas sibi*. Qui enim cum proximo dolis agit ipse sibi dat verba. Insuper illud Zacharia 15. Apud quem iniquitas in amphoram proiicitur, & talentum plumbi imponitur. Nempe talentum, pondus quoddam certum est. Talentum impietati imponitur, quia impietas pro modo suo, & mensura, sibi supplicium accersit. Adde illud ex Psalmo 37. *Et sicut onus graue grauata sunt super me*. Itaque qui peccat molem sibi & sarcinam imponit. Hoc idem firmat Salomon duplici similitudine Prouerb. 10. *Sicut acerum dentibus, & fumus oculis, sic piger ijs, qui miserunt illum*. Prior similitudo sumpta est ab aceto. Sicut acerrum dentibus, vel ut legit Ambrosius, *sicut vna acerba*. Ut enim vna acerba vel acetum officit dentibus eius, qui illud edunt, pari ratione iniquitas eis proprie nocet, qui eam commiserunt. *Et fumus oculis*. Et veluti is qui flatu ignem excitat, sibi nocet dum fumum excutit, quo cæcatur. Non aliter is, qui peccat suo peccato sibi cæcitatem accersit. *Dixit iniustus* (ait Ambrosius) *ut delinquat sibi*. Ideoque præclare ait: *& mentita est iniquitas sibi: sibi enim ante mentitur, qui in suum mentitur exitium, sibi delinquit, qui innocentia eripit iniquitatem, quis enim puritate ex simplicitate pectoris dulcior fructus? quis cibis suauior, quam, is, quem animus bene sibi conscij, & mens innocentis epulatur? At vero iniquitas, velut quoddam talento plumbeo (ut scriptura testificatur) conscientiam grauat, meritoque David ait, sicut onus graue grauata sunt super me. Et Salomon sicut vna acerba dentibus, & fumus oculis, ita iniquitas omnibus vitibus ea.*

Eundem sensum habent iuxta Ambrosium in Psalmo 36. verba Psalmi 40. *Inimici mei dixerunt mala mihi: quando morietur, & peribit nomen eius. Quem verum de Christo exponit Ambrosius, cuius nomen inflata morte, delere conati sunt scribæ & Pharisei sed tamen irrito conatu celebre magis reddiderunt. Adeo ut licuerit dicere Dauidi Psal. 44. *Memores erunt nominis tui Domine in omni generatione, & generationem*. Addit etiam illud Cant. 1. *Oleum effusum nomē tuum*. Vel ut legit Ambrosius: *oleum exinanitum*. Sed audi quid addat sponsa. *Ideo adolescentula dilexerunt te nimis*. Id est, extinguere conati nomen tuum hostes, incrementum nomini tuo celebratis addiderunt. *Inimici mei* (ait Ambrosius) *dixerunt mala mihi, quando morietur, & peribit nomen eius. Amentes, qui vitæ auctorem mori posse credebant: sed vota eorum Ecclesia destruebat credens, quod etiam mortuus secundum corporis conditionem, suum nomen auget, & ideo psalebatur ei, dicens. Memor ero nominis tui, in omni generatione, & generationem*. Repetebat: *unguentum exinanitum est nomen tuum*.*

Psalm. 51. *Curcurri in siti*. Ambrosius per plurale. *Curruerunt in siti*. Quibus verbis hæc sententia subest,

subest, teste eodem ibidem, cucurrerunt quærentes sitim. O hominum stultitia, & amentia! sitientes fugientem sitim insequuntur; qui siti pungitur ad flumina, & fontes currit, ut sitim possit explere. At isti currunt post sitim, ut sitim augeant. Hi sanè sunt peccatores, qui post peccata sua currunt, ut acriori siti vrgeantur. In probationem adducit Ieremiam 2. Qui peccatores irridet cum multo labore hiâtes cisternas foderint, è quibus injecta aqua diffluit, cum tamen ad manus haberent perpetuas aquarum scaturigenes. *Festinauerunt (ait Ambrosius) ut perfidia sua astu fontem viuum negantes aeterna fauces suas ariditate siccarent: sicut ipse Dominus, ait: me dereliquerunt fontem aqua vitæ & fecerunt sibi contritos lacus. Nec mirum si sitierunt, qui aquam fontis aeterni tenere non poterant, lubrica perfidia sua rimis, sitierunt ergo, quia se potu priuarunt spirituali, quem hausserant de consequenti eos petra.*

Depellendi dæmones, his verbis Christum sollicitabant. *Erat ibi grex porcorum multorum pascentium in monte, & rogabant eum, ut permitteret eis in illos ingredi. Ipsi dæmones immunda animalia, & multo cæno diffluentia elegerunt, inio summis precibus impetrarunt, non Christus eis talem habitationem ingredi iussit. Sane multum dedecoris & ingens supplicium intulisse Christum dæmonibus videretur si imperio suo in tam immunda animalia adgisset. Attamen id, quod pæna fore videbatur dæmones eligunt, & vix summis precibus obtinent. Hoc enim factò describitur iuxta Ambrosium, lib. 6. in Lucam, impiorum hominum immite ingenium, qui multo labore, & sudore, non sibi requiem, sed maiorem laborem conquirunt. Et primum, ait Ambrosius, clementiam Domini debemus aduertere, quod nullum ipse prius condemnet, sed vnus quisque auctor est pænae. Non mittuntur in porcos dæmones, sed ipsi petunt, quia celestis luminis claritatem, sustinere non poterant.*

Lucæ 16. *Nemo potest duobus dominis seruire.* Non ait non possunt duo homines eundem hominem in seruitutem trahere: sed non potest vnus, & idem homo duobus dominis seipsum ad seruiendum tradere, duplici domino morem gerere. Nempe vnus, ex his dominis, nempe diabolus non potest hominem sibi subdere, nisi illi homo ipse se subiiciat. Ipse homo tuæ tibi seruitutis auctor es: ipse colla premenda obiicis diaboli iugo. Deus natura Dominus est hominis, diabolus, non nisi hominis voluntate accedente. Hoc dixerim notante Ambrosio lib. 7. in Lucam his verbis. *Nemo potest duobus dominis seruire, quia non duo, sed vnus est Dominus. Nam etsi sunt, qui mammona inseruiant, tamen non illos nouit aliquo iure dominatus, sed ipsi sibi iugum seruitutis imponunt.*

Matth. 3. *Iam enim securis ad radicem arboris posita est.* A quo posita est ô Beate Baptista. Hoc non exponit, ut tibi contemplandum relinquat, Deus hanc securim, ad radicem arboris non ponit: dæmon neque ponit neque ponere valet, ipse, qui peccat securim conducit, ipse ad radices ponit, ipse ictus ingeminat, ut icta arbor decidat. Imo vero non ait: hanc securim radices arboris ferire, sed ad radices arboris positam esse. Nullus eam assumit, nullus securim molitur, præter vnum peccatorem. Huius expositionis auctor est magnus Gregorius lib. 5. Moral. cap. 28. *Qui lucem affert verbis Baptistæ ex illo Psalm. 54. Viri sanguinum, & dolosi, non dimidiabunt dies suos.* Non ait Dauid, quod aliquis peccatorum vitæ filium abscindet, sed ipsi de-

currentem vltro vitam abruerunt. Hæc habet Gregorius dum exponit verba illa Eliu apud Iobum cap. 4. 18. *Quanto magis hi qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, consumentur, velut a tinea? De mane, vsque ad vesperam succidentur.* Ducta similitudine à vermibus nostrum institutum confirmat Eliu, ut enim tinea vel vermes pannum, vel lignum, ex quo nascuntur atterunt: ita etiam peccatum auctorem suum comminuit. *A mane vsque ad vesperam (ait Gregorius) peccator succiditur, dum à vita sua exordio, vsque ad terminum iniquitatis perpetratio vulneratur, omni namque tempore reprobi per augmentum malitiæ contra se ictus ingeminant, quibus occisi in profundum ruunt.* De quibus per Psalmistam dicitur, *viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos.*

4. Reg. 25. 6. *Apprehensumque Regem duxerunt ad Regem Babilonis in Reblatha qui locutus est cum eo iudicium, filios autem Sedecie occidit coram eo, & oculos eius effudit. Vinxitque eum catenis, & adduxit eum in Babilonem.* O miseram peccatoris conditionem, cuius Sedecias hoc loco typum gerit, oculos habet ut per illos filiorum necem hauriat, & eximium dolorem trahat, peracta autem tragedia ipsos etiam oculos eruit Rex Barbarus. Nimirum ipse peccator auctor sui doloris est, & suis oculis suam perniciem spectat, neque aasseruantur, nisi ut dolorem inferant, & petniciem inducant. Hoc tradit Gregorius lib. 7. Moral. cap. 16. his verbis. *Regem Babilonis est antiquus hostis possessor intima confusionis, qui prius filios ante intuentium oculos trucidat, quia sepe sic bona opera interficit, ut hac se amittere, ipse qui captus decernat. Nam bona plerumque gignit animus, & tamen carnis sua delectationibus victus, bona, qua gignit amans perdit, & qua patitur damna considerat, nec tamen virtutis brachium contra Regem Babilonis leuat, sed dum videns nequitie perpetrationem percutitur, ad hoc quandoque peccatis superducitur, ut ipso quoque rationis lumine priuetur.*

Matthæi 12. Ille qui absque nuptiali ornatu, & festiuo cultu ingressus est conuiuium hac pena damnatur. *Ligatis manibus, & pedibus mittite eum in tenebras exteriores.* Ac si dicat exponente Gregorio 25. Moral. cap. 14. ipse sibi tenebras offudit interiores, nempe peccatum, quod tamen hæc pœna sequetur ut scilicet tamen incidat in tenebras exteriores. Tum etiam ipse vltro tenebras accersit, & volens sustinuit, nunc verò inuitus eas tenebras patitur, in quas lubens se iniicit. *In mortem corruit (ait Gregorius) cum per extremum iudicium videndi lumen in aeternum amittit, unde scriptum est: ligate ei manus, & pedes, & mittite eum in tenebras exteriores. Tunc enim coactus in tenebras exteriores mittitur, quia nunc in interioribus, excacatur voluntarie.*

Præfici sibi Regem petierunt Hebræi 1. Reg. 8. 6. *Dixit autem Dominus ad Samuelem: audi preces populi in omnibus que loquuntur tibi. Non te abiecerunt, sed me.* Irascitur Dominus Israëlitis præponi sibi Regem poscentibus, & tamen subdit: audi vocem eius, id est, populi votis annue. Nempe expositore ibidem Gregorio. Iratus Deus nonnunquam petentibus acquiescit. Et ideo peccator, dum gaudet, quia omnia sibi pro voto accidit de malis suis lætatur, in orationibus suis damna sibi conquirat, & ipse suis precibus auctor est suæ ruinae. *Et abiectum (ait Gregorius) se Dominus conqueritur, & tamen ordinat, & in quo abiicitur, concedit: quia cum districta aequitatis suæ virtutem exequitur, ab eo carnalium desideria*

Iob 4. 18.

Gregor.

II.
4. Reg. 25. 6.

12.
Matt. 12. 13.

Gregor.

13.
1. Reg. 8. 6.

Gregor.

deria impleri, per eius misericordiam nequaquam probibetur. Magna quippe vindicta est, quae ex districtione procedit interni examinis, quando reproba mens sic proicitur, ut quod male deliberat agere permittatur.

14.
2. Reg. 18.

1. Reg. 18. Coma, quam nutriebat Absalon multa cura suspensus, insequenti duci pectus transfigendum dedit. En tibi qua ratione peccator auctor est supplicij sui ipsius. Absalon magna diligentia alebat comam quae illi tandem mortis occasio fuit. Imo vero forte formae pulchritudo, qua omnes facile in suam amicitiam pertrahebat impulit hominem, ut à patre deficeret: & haec eadem formae elegantia mortem tandem illi intulit, quod pulchre ad rem praesentem tradit Chrysostronus in Psal. 3. his verbis. *Ab arbore detinebatur qui cum radice pugnabat, & vincit erat à ramo ramus, qui erat à paterna affectione abruptus: & caput detinebatur, qui genitoris caput auferre contendebat, & tanquam fructus pendebat ab arbore, qui natura agricolam volebat scindere, & in corde iaculo confossus est, illic occisus, ubi cadem parabat. Et tunc videri poterat spectaculum admirabile, mulo equitans ex pilorum coma, à coma arboris tenebatur, & coma tenebat coma tyrannum, ubi eum contendens, ubi diadema paternum gestare contendebat.*

Chrysostr.

15.

Hoc idem in Sodomitarum supplicio expendit Chrysostronus hom. de poenitentia, ipsi enim pyra libidinis incensa ignem contra se incenderunt & quia praeposteram venere libidinem consecrati sunt, inuerso etiã naturali rerum ordine, ignis, qui loca altiora semper quaerit inferiora petiuit, hac enim ratione peccatum sibi supplicium accersit. *Ignis* (ait Chrysostronus) *eructans imbrẽ, imber caminum, manans flamma in flumen soluebat, & fluuiũ flama re accendebat. Retributionem enim erroris sui in se ipsi recipiebant. Erat autem iusta retributio, ipsi, qui natura subuerterent leges feminas in masculis querentes, ut inuertatur in eis naturae ordo, & fiat eis naufragium ex igne, quasi ex aqua.*

Chrysostr.

16.

Psal. 7. 1.

Psal. 7. *Dominus Deus meus si feci istud, si est iniquitas in manibus meis, si reddidi retribuẽibus mihi mala, decidã ab inimicis meis inanis.* Chrysostronus ibid. expendit pronomen, *istud*, id est, cum haec sit peccatorum conditio, ut ea ratione qua quis peccat puniatur, & similia factis recipiat: quid est, quod haec patior cum tamen nihil simile peccauerim? Nunc quid ego à patre defeci, ut filius contra me insurgat: Iraque adeo frequens est, ut similis poena peccato respondeat, ut Dauidi videatur aliter fieri non posse. *Videamus ergo* (ait Chrysostronus) *quid etiam orans hic dicit: Domine Deus meus si feci istud? Quid est, si hoc feci? quod patior, inquit si surrexi aduersus patrem, si sic me iniure gessi.*

Chrysostr.

17.

Psal. 7.

2. Reg. 17.
23.

Hunc sensum habent verba illa Psal. 7. *Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam, quam fecit.* Hoc iuxta historiã de Achitophete dictum est, qui à Dauide ad Absalonem defecerat: & rei militaris apprimè gnarus salubre Absaloni dederat cõsilium, ille autẽ contrariã viam tenuit 2. Reg. 17. 23. *Porro Achitophel videns quod non fuisset facti consilium suum, stravit asinum suũ surrexitque & abiit in domũ suã, & in ciuitate suã: & disposita domo sua suspensio interijt. Ipse sibi mortem accersuit, ipse se laqueo suspẽdit. Hoc factum omniũ peccatorum supplicium designat, qui sibi ipsis malum accersunt, perniciemque inferunt. Modo praedicto exponit tunc versum Psal. ibidem. In quem sensum adducit etiam Moysen, qui nutritus est in Pharaonis regia & ipse idem cladem ultimam intulit Pharaoni, & Aegypto. Infert etiã Chrysostronus ibidem pro eadem re illud 1. Cor. 6. 7. *Item quidem delictum est in vobis, quod iudicia habetis inter**

Chrysostr.
1. Cor. 6. 7.

vos. *Quare non magis iniuriam accipitis, quare non magis fraudem patimini.* Ac si dicat, tantum damnum sibi infert qui delinquit, ut potius videatur fore accipiendam iniuriam, quam inferendam. Nemo enim tantum malum inferte potest inimico quantum sibi infert qui peccat. Tandem Iudae supplicium in medium affert, qui etiam sibi mortem laqueo intulit, & ex oblata pecunia agrum coemerunt sacerdotes qui proditoris scelus nomine suo deleri non pateretur, ut habes Actorum 1. *Lacum aperuit* (ait Chrysostronus) *& effodit eum, & incidit in foueam, quam fecit. Qui fodit foueam proximo suo, incidet in ipsam. Hoc enim in Moysẽ accidit, qui enim esset perimendus, conseruatus est. Pharaõ autem perniciem, quam aduersus infantes machinatus est per eam perijt. Cum enim iussisset infantes interimere, coegit matrem Moysis infantem propter metum exponere. Cum autem filia Pharaonis fiscellam scirpeam de fluuio sustulisset, & infantem inuenisset, eum nutriit, auctus autem omnes perdidit, fecit aliquis iniuriam ense, seipsum confodit. Non enim male affectum esse, sed male affectisse, hoc vere est male pati. Et ideo Paulus suadebat iniuria potius affici quam afficere: & Christus a lapide impeti & non contra impetere, sed etiam seipsum ad patiendum inferre, conuertatur dolor eius in caput eius, & in verticem ipsius iniquitas eius descendat, & de Achitophete, & de Absalone, haec dicta esse dicunt. Vtriusque enim caput descendit ad supplicium, ille enim laqueo vsus vitam finijt, hic vero cum sub arbore venisset, & coma fuisset suspensus, illic longo tempore pependit. Ita etiam Iudas vitam finijt laqueo in malum sui capitis.*

Qui autem diligit iniquitatem odit animam suam Psal. 10. His verbis respondet Chrysostrono teste his, qui sibi fuga consulere suadebant illis verbis. *Transnigra in montem sicut passer, quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, &c.* At Dauid his verbis se tuetur. *Qui diligit iniquitatem odit animam suam.* Id est, vos mihi metum incutitis, vos mihi inimicorum arma, hostium phalanges, strictos gladios, minantia tela obicitis, multa de inimicorum rabie narratis? At ego vnam tantum rem pertimescendam existimo, nempe malum, quod sibi peccator peccando infert, cetera contemno. Audi Chrysostronum ibidem. *Deinde quod in priori Psalmo dicebat ostendens satis esse vitium ad seipsum consumendum, hoc hic etiam significans subiunxit, qui autem amat iniustitiam odit animam suam, est enim anima inimicum vitium, & perniciosum, quare vel ante supplicium dat poenas improbus.*

18.
Psal. 10.

Psal. 1. 1. *Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentia non sedit.* Cum peste peccatum componit Dauid expositore Chrysostrono in Psal. 10. *Quia sicut pestis vel dira lues hominem illum interimit, quem afficit, non instat teli, eum à quo missus est liberum relinquit, ita etiam illum peccatum occidit, cui infidet. Deinde* (ait Chrysostronus) *quod in priori Psalmo dicebat, ostendens satis esse vitium ad se ipsum consumendum, hoc hic etiam significans subiunxit: Qui autem amat iniustitiam, odit animam suam, est enim anime inimicum vitium, & perniciosum. Morbus, & iacula mortem inferunt, verum eo discernimine, ut morbus eum inficit, à quo tenetur, at telum mittenti nihil nocet: quapropter optime peccatum cum morbo, & lue componit.*

Chrysostr.

19.
Psal. 1.

Chrysostr.

Psal. 10. 7. *Pluit super peccatores laqueos ignis & sulphur.* Duplici similitudine haec verba nobis fauent. Prior metaphora sumpta est à pluuia. Sol calore suo vapores à terra extrahit, & eos ad mediam aeris regionem

20.
Psal. 10. 7.

gionē sustollit, quo in loco nimia frigiditate stipati, & in aquam versi decidunt iterum in terram, à qua extracti erant. Quid proprius de supplicio peccati dici potuit? Ab ipso enim peccatore originem noxa traxit, quæ postea in eundem recidit, & castigat. Item dicitur laqueus, nam quemadmodum si quis laqueos in cœlum tenderet se ipsum irriteret, non aliter qui peccat sibi laqueos parat. Huius expositionis author est Chrysofomus in hunc locum Psalmi his verbis. *Vidisti quomodo undique ostendit aduersarios facile capi posse, cum talem habeat adiutorem, & à proprijs illi armis vincantur? per quos muniuntur per eos se consumptos, & se ipsos ladetes, vidisti auxilij facilitatem, neque enim aliquo eundum, nec currendum est, nec consumenda pecunia, cum Deus sit ubique presens, & omnia vident: pluet super peccatores laqueos ignis, & sulphur.*

Discede ab iniquo, & deficient mala abs te.

Discede ab iniquo, &c. Si malum commisisti, & ob id vapulas, abstine à peccato, & supplicium cessabit.

Discede ab iniquo. Nos discede ab iniquitate, & peccato, & supplicia quæ illam frequenter comitantur te deserent, vt scilicet priori sententia moneamur cauere à peccatis quæ nondum commissimus: noli facere mala, &c. Presenti vero declinare ea, in quæ iam incidimus. Alij vero pro iniquo hominem iniquum intelligunt, quasi hic versus moneat, ne cum iniquis societatem ineamus. Alij vero pro iniquo dæmonem intelligunt, quorum familiaritate peccatores gaudent. Vtrisque fauent Græca, quæ in posteriori hemistichio loco illius nominis mala habent. *Quasi*, id est, peccatum, id est, caue familiaritates malorum, & peccata cauebis. Sed etiam iuxta nostram intelligentiam commodum sensum habere possunt Græca, nē à latinis longius abeant, scilicet, caue peccata, & peccatum, id est, pœna peccato debita non te comprehendet.

ETHOLOGIA LXXXV.

Unum peccatum mali nomen meretur.

Discede ab iniquo, & deficient mala abs te. Hic secundus versus huius capituli nos docet nihil aliud nomen mali mereri præter vnum peccatum. Postquam enim superior versus euicit iniqua agentem sibi malum inferre, nullum aliud nomen mali censendum præter vnam impietatem. Primus accedat testis Petrus Chrysofomus sermon. 135. de sancto Laurentio, in quo de martyre ferreæ craticulæ superposito hæc verba scribit. *Ille craticulas supplicij, lectum quietis putabat, supplicium dixi secundum animum punientis, non secundum conscientiam patientis, nullum est enim supplicium damnati, vbi non est pœna peccati.*

Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam. Psal. 118. 136. Multa aduersa Dauidi obuenerant: Regem passus fuerat iratum, insidijs peritus filiorum defectionem, & incastus vidit, aliæque complura, nec tamen harum aliqua calamitas lacrymas ab oculis extraxit præter vnum peccatum. Nempe nullum aliud malum putabat, nullum fletu, & lacrymis dignum. Sequor hac in re Ambrosium in hunc versum Psalmi. *Et habuit quidem (ait Ambrosius) multa, quæ fieret, vel incastum filie, vel interitum filiorum: sed hic, hoc non fleuisse dicitur,*

sed quia non custodiuit legem Domini, A sancto viro plus culpa, quam erumna defletur.

Iob 16. *Circumdedit me lanceis suis conuulnerauit lumbos meos.* Gregorius 13. Moral. cap. 9. expendit illud *conuulnerauit*, non ait vulnerauit. Conuulnerari enim dicitur ille, qui à pluribus impetitur. Nam conuulnero, idem est ac simul vulnero: ergo conuulnerari dicitur peccator non vulnerari, quia solus dæmon non valet illi vllum malum inferre, nisi ipse peccator se socium diabolo det, vt ipsi duo eadem vulnera infligant. Quicquid enim mali dæmon solus inferre potest à mali nomine alienum est. Vide quot calamitatibus dæmon Iobum affecerat, filios occiderat, greges abegerat, facultatibus expoliauerat, hominem attriuerat, lue infecerat dira, & tamen vir sanctus nullum horum malorum præter vnum peccatum, quod sine hominis voluntate fieri nequit, mali nomine censebat. Ergo dæmon solus vulnerare quidem valet conuulnerare non potest. *Vbi notandum est (ait Gregorius) quod non ait vulnerauit, sed conuulnerauerit lumbos meos, sicut enim loqui aliquando vnius est, colloqui vero duorum, vel fortasse multorum, sic antiquus hostis, quia nos ad culpam, sine nostra voluntate non rapit, nequaquam lumbos nostros vulnerare, sed conuulnerare dicitur: quia hoc quod nobis ille malum suggerit, nos sequentes, & voluntate propria implemus, & quasi cum ipso nos pariter vulneramus, qui ad perpetrandum malum ex libero arbitrio ducimur.*

Iob 9. 29. *Hæc est pars hominis impij à Deo, & hæreditas eius à Domino.* Hanc sententiam ad rem præsentem exponit Gregorius lib. 15. Moral. cap. 16. Pars, fors, vel hæreditas iuxta phrasim Hebraicam, significat totum illud, quod ad aliquem attinet, ita vt nihil aliud præter illud illi sit reliquum. Ergo sicut iusti pars dicitur Deus, quia vir pius nullum aliud bonum præter vnum Deum reputat, ita etiam peccatum pars dicitur hominis impij, quia nihil aliud rationem mali induere potest, quam vnum peccatum. Multa quidem peccatores patiuntur, vel à conscientia pungente, vel à Deo supplicium inferente, vel à magistratibus. Adde, si libet, vel temporales purgatorios ignes, vel æuernes cruciatus. Hæc omnia si cum peccati malitia componas mali nomen & rationem exuunt, vnum est, quod iure hoc sibi vendicat nempe peccatum. *Sancti autem viri (ait Gregorius) non partem à Domino accipere: sed partem suam, ipsum Dominum habere desiderant: unde Prophetæ deprecatur, dicens: portio mea Dominus. Iniquus vero quia portionem suam habere, ipsum Dominum non quasiuit, partem suam extra Dominum ignem inuenit, vt ab eius facie exclusus, quia gaudere in ipso non appetit, ab ipso crucietur.*

Psal. 48. *Cur timebo in die mala?* Id est, quid est rogo quod homines iure timere possint? Quid est, quod in die iudicij iuste mihi metum incutere poterit? *Iniquitas calcanei mei circumdabit me.* Vna est iniquitas, vnum est peccatum, quod iure timere possumus, nullum aliud est, quod iuste metum possit inferre. Exemplo puerorum rem facit planam Chrysofomus in hunc locum, à quo nos Dauidicum sensum hausimus; hoc enim nos maxime à pueris discernit, nempe iustus metus, pueri enim ea timeant, quæ nullum timorem merentur, vt putalauatos, & personatos homines: ea vero impauidi amplectuntur, quæ iure terere possint, vt puta aciem gladij, vel flamam ignis. Vim affert prædictis Chrysofomo ex verbo illo *circumdabit*, quod tractum puta ab obsidione ciuitatis: cum scilicet undique hostes vallo circumdant & aggeret, vt omnem prorsus

- fus aditum, & effugium, obfessis occludant. Reliqua quidem omnia quæ hominem oppugnant, eum respirare permittunt, nec omnino aditum obferant: vnum est peccatum, quod omnem prorsus aditum obturat. Eandem sententiam habent verba Pauli ad Hebræos 12. 1. *Deponentes omne pondus & circumstantans nos peccatum. Peccatum circumstantans dicitur, id est, vndique obfessis, & circumvallans. In hoc (ait Chrysofostomus) homines à pueris differunt, quod siquidem, quorum non sit adhuc perfecta intelligentia personas timent, hominesque tales indutos. Patrem autem, & matrem contumelijs nihil afficere existimant, & in ignem quidem & lucernas ardentis insiliunt, strepitus autem quosdam minime timendos extimescunt. Viri autem nihil curant, quia vero multi sunt pueris stultiore tradit hanc distinctionem, quam timere oporteat, non ea, quæ multis videntur terribilia, paupertatem dico, ignominiam, & morbum. Hæc enim non solum sunt multis terribilia, sed etiam molesta, & grauiora, sed nihil horum tale esse statuit sed solum peccatum, hoc enim videt sibi illud iniquitas calcanei mei circumdabit me. Et infra. Hoc inquit, reor peccatum, quod me decipit, quod me circumdat: & ideo Paulus id vocat circumstantans: significans id quod continue, quod facile, quod nullo ambit, & circumdat negotio.*
6. Psal. 117. 6. *Psalm. 117. Dominus mihi adiutor non timebo, quid faciat mihi homo. Chrysofostomus ibidem satis è re nostra: non dixit Dauid, nihil patiar ab homine, sed non timebo, quid faciat mihi homo, id est, multis me homines aggredientur, quæ forte grauiora satis illis videbuntur, vt puta dolis, infidijs, exilio, bonorum proscriptio, & reliquis huius generis. Ast ego, nec hoc quidem nomine, hæc digna existimo: vnum est, quod mihi metum incutit, nempe peccatum. Infert etiam Chrysofostomus, verba Pauli Roman. 8. 31. *Si Deus pro nobis, quis contra nos, id est, si apud Deum non offendimus reliqua omnia despiciamus. Audi Chrysofostomus. Non ait, nihil patiar, sed non timebo, quod faciat mihi homo. Hoc est, etiam si patiar, non timebo. Id ipsum dicens, quod Paulus: si Deus pro nobis, quis contra nos? Atqui contra eos erant innumerabiles, sed eos nihil offendeabant.**
7. Psal. 130. 2. *Psalm. 130. 2. Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam, sicut ablaetatus est super matrem suam ita retributio in anima mea. Chrysofostomus hic arma nobis ministrat ex illis, in anima mea. Id est, si tumui, si superbia distentui fui, me castiga, me puni. Verum quo supplicio? In anima mea: id est, sine me, permittite me ruere in peccata. Nam, vt verum fatear, nihil aliud est præter peccatum, quod mali nomen aut supplicij mereatur. Quænam admodum ergo (ait Chrysofostomus) puellus, qui nuper ab vberibus auulsus est, neque sic quidem à matre recedit, sed flens, gemens, lugens, agre ferens, & se afflicto, parenti semper adhaeret: ita ego quoque, inquit, cum essem in afflictione angustia, & multis calamitatibus Deo semper adhaesi. Si autem ita non fuit, retribuatur, inquit, mihi super animam meam, hoc est dem vltimum supplicium.*
8. Psal. 139. 1. *Psalm. 139. 1. Eripe me Domine ab homine malo, à viro iniquo eripe me. Cum multa sint in rerum natura, quæ hominem lædere possunt, ab homine tantum nequam petit eripi Dauid. Nempe exponente Chrysofostomo ibidem, cardui, & rubeta, sentibus homines lacerant, serpentes venena infundunt, Leones vnguibus, Aquilæ rostro, Tauri cornibus impetunt: Ast vir impius peccatum transfundit, & exemplum ab iniquitate trahit, quod malum omnia alia longe superat. Quapropter Chrysofostomus irridet eos, qui naturam inculcabant, quod multa edidisset, quæ homini nocentem inferre possent. Cum sane ob hoc potiori iure insultare possint eidem, quod homines impios effinxisset, quibus nihil est nocentius. Eripe me Domine (ait Chrysofostomus) ab homine malo, à viro iniquo eripe me. Ubi nunc sunt qui dicunt, quare sunt fera, quare scorpia, quare vipera, ecce enim inuentum est animal, quod maiorem ostendit improbitatem, non ex natura, sed sponte, & ex libera animi voluntate, quocirca Propheta omnibus illis prætermisissis rogabat, vt ab illo liberaretur. Quid ergo quæso: quoniam, is talis est, non oportuit gigni homines? Sed extrema amentia, hoc est dicere: nihil enim est, quod lædat hominem nisi solum peccatum, eo enim sublato, omnia sunt facilia, & expedita.*
- Hoc idem probat Chrysofostomus. In Psal. 139. 9. ex etymologia nominis improbitas, quam Græci à labore trahunt. Nihil enim est tam arduum, tam difficile, tam laboriosum, ac peccatum. Imo vtro labor, & peccatum idem sunt. Quod si velis (ait Chrysofostomus) etiam scire, vnde sit deductum nomen improbitatis, magnum quoque hinc fructum percipies. Improbitas enim Græce dicitur: *ποροβία*. Ab eo, quod *πορον*. Hoc est labore, & ærumnam possessori afferat. Quocirca sapiens hoc significans dicit: si sis malus, solus exantlabis mala: si bonus, tibi ipsi, atque tuis proximis, & quomodo dicit: quisquam malus solus, mala exantlat? atqui multos, probris & contumelijs afficit: sed neminem lædit, qui non sit malus ignauus & iners.
- Ruinam domus illius; quæ fundata erat super arenam describit Christus Dominus illis verbis Matthæi 7. *Et fuit ruina domus illius magna.* Magnam dicit ruinam, exponente Chrysofostomo homil. 25. in Matth. illam, quæ per peccatum fit; exigua, aut parua ruina dicitur cum ægritudine paupertate, & his similibus premimur: vna est, vere magna ruina, scilicet, & quod per peccatum fit, dicitur magna ruina, quia nulla vi humana fulciri, & restaurari potest. Id circo (ait Chrysofostomus) non solum ruit, sed cum magno etiam fragore collabitur, & facta est, inquit, ruina illius magna. Nec enim exiguarum, leuiumque rerum periculum est, sed de anima discrimine, & immortalibus supplicijs sustinendis, de celestis regni, æternorumque bonorum emissionem res agit.
- Quicquid calamitas, aut ærumna apud mortales dicitur solo nomine tale est, re autem ipsa nihil continet durum, inamænnum nihil: vnum est re ipsa malum, nempe peccatum, reliqua nomine tenus disertis verbis hic tradit Chrysofostomus homil. 15. ad populum. *Hæc enim calamitatum nomina Philosophantibus, tantum nomina rebus carentia, vera autem calamitas Deum offendere: & eorum, quæ ei non placent aliquid facere.*
- Psalm. 139. 5. *Illic trepidauerunt ubi non erat timor.* Id est, timore percussi sunt, cum tamen nihil esset, quod iure posset timorem incutere, nempe temporalia mala timuerunt, quæ timore non erant digna. Peccatum autem, quod vere timorem posset inferre, absque timore perpetrarunt. Hanc expositionem affert Augustinus in hunc locum, qui eam fulcit verbis Ioan. 11. *Si dimittimus eum sic venient Romani, & tollent nostrum locum, & gentem.* Id est, nisi per nefas, ei manum inferamus, & deleamus, omnium bonorum nostrorum iacturam faciemus, & tota Respublic. pessum ibit, verè trepidauerunt timore, vbi non erat timor; quapropter omnia perdidit, & Respublica interit. Videat (inquit Augustinus) quid timeat amittere, & quid nolit habere, in dubium venit pecunia, & fides, quæ preciosior est, vbi grauius damnum percussurum est. Tu autem, vt aurum teneas, fidem perdis, grauiori danno percuteris, & tamen de lucro lætatur es: ibi timuisti timore, vbi non erat timor. Redde

Redde pecuniam, parum dico redde, perde pecuniam, ne fidem perdas. Illi vero, qui Christo dixerunt, non est Deus, ibi timuerunt, ubi non erat timor: dixerunt enim si dimiserimus eum venient Romani tollent & locum, & gentem. O stulta prudentia, dicens in corde suo: non est Deus. Timuisti perdere terram, & perdidisti cælum. Timuisti, ne venirent Romani, & tollerem, & locum, & regnum, nunc quid tibi tollent? Deum.

*Psal. 14. Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus: timentes autem Dominum glorificat. Id est, expositore Augustino. Hoc vnum tamquam malum & velut damnum ducit, scilicet si aliquid malignus contra eum valeat, cæteras omnes vitæ difficultates, parui pendet, nihili ducit, è contra vero ob hoc vnum laude dignos homines putat si Deo pareant. Adde: reliqua omnia mala hominem aliquali damno afficiunt: peccatum, ad nihilum redigit omnia perdit, omnia atterit ipsumque hominem ad nihilum deducit. *Ista perfectio est (ait Augustinus) ut nihil in hominem valeat malignus, & hoc sit in conspectu eius, id est, certissime nouerit malignum, non esse, nisi cum animus à specie sui conditoris aterna, & incommutabili, ad creaturæ speciem auertitur, qua de nihilo facta est.**

*Hebr. 4. 14. Non enim habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris: tentatum per omnia pro similitudine absque peccato. Horum autem verborum sensus est: non autem existimetis nihil curæ esse Christo Domino laborum nostrorum iam ad dexteram Dei sedenti, & omnium malorum experto: ipse enim omnes labores nostros, & humanæ vitæ difficultates, & ærumnas erpertsus est, vno videlicet excepto peccato, quod in Deum cadere non potest. Nomen autem illud pro similitudine, idem est, ac aduerbium similiter. Ac si dicat: passus est similiter ac nos patimur, verum etiam alium sensum efficere potest, scilicet, passus est omnium rerum difficultates ærumnas, dolores, labores, famem, sitim, &c. pro similitudine, id est, quæ tamen omnia similitudinem habent. Nempe vnum tantum est, quod vere malum sit, reliqua autem omnia specie tenus mala sunt. Hanc expositionem innuit Chrysostomus ibidem his verbis. *Iuxta similitudinem inquit absque peccato, hic etiam aliud significat: possibile esse sine peccato etiam in tribulationibus constitutum degere.**

*Augustinus sermon. 30. de verbis Apostoli ad hunc sensum trahit verba illa ex oratione Dominica Matth. 6. Sed libera nos à malo. Id est, libera nos à peccato, fac ne in peccata incidamus, nam hæc tantum nomen mali merentur, vel libera nos à malo ex sententia Augustini idem est, id est, libera me à me ipso malo, fac ne sim malus, fac ne in peccatum decidam, neruo enim tam aduersarius alteri homini est, quam sibi ipsi dum peccat. *Quid est (ait Augustinus) quod clamaſti, sed libera nos à malo? Certè non est malum, responde illi, ego sum malus: & si liberauerit me à malo, ero de malo bonus, liberet me, ne incurram in te. Idem Augustinus homil. 32. ex 50. cum relatis verbis componit, versum, Psal. 139. Eripe me Domine ab homine malo, à viro iniquo eripe me. Sæpius enim rogamus Deum, vt nos liberet ab homine malo, ne scilicet aliquid mali aduersarij nobis inferant. Rarò autem, vt nos à malo liberet, id est, sæpius Deum sollicitamus præcibus, vt à periculis, & ærumnis nos liberet, quas nobis homines inferunt, vt vero à peccato nos eripiat, non item, cum tamen vnum peccatum verum malum sit. *Et quandocumque dicis Deo (ait Augustinus) libera me Domine ab homine malo: hoc enim***

modo cantauimus, scio enim quo genitu dicas: libera me Domine ab homine malo: sicut totis præcordijs dicis: sic intentis oculis te prius attendes: libera me Domine ab homine malo; fac tibi Deum respondisse. A quo? Dicitur à Caio, à Lucio, à nescio quo, quem pateris, & responderet tibi Deus: de te nihil mihi dicis? Si ab homine malo liberem te, prius es liberandus à te ipso. Pateris malum, noli te ipsum pati malum. Videamus, videamus, si inuenerim te, quid tibi faciam, à te malus, tu noli esse malus.

*Moriturus Iacob his verbis Primogenitum suum Rubem benedixit. Rubem primogenitus meus, & fortitudo mea, & principium doloris mei. Principium doloris vocat Rubem, id est, qui præ omnibus filiis maiorem patri dolorem incusserat, sed quando, ô senex, aut quomodo tantum tibi dolorem intulit Rubem? Effusus es ut aqua non crescas: quia ascendisti cubile patris tui, & maculaſti stratum eius. Historiam habes Genes. 25. 32. vbi dicitur Rubem concubuisse cum vxore Iacob. Ergo hoc filij peccatum præ omnibus, quæ patri tristitia acciderant, quæ sane multa, nec leuia fuerunt, maiorem attulit mæorem: quia æquo examine vim malorum pendens multo grauius peccatum malum iudicauit. Huius expositionis author est Rupertus lib. 9. in Genesim his verbis. *Vnde principium doloris mei? Ex eo quia effusus es sicut aqua, ascendendo cubile patris tui. Hoc enim principium doloris eius extitit, non quod in nullo ante doluerit sed quia verus dolor de plaga peccati, primum in domo eius de isto accidit, deinde incrementum accepit de benedictione filij.**

Fili non semines mala in sulcis iniustitiæ, VERS. 3. & non metes ea in septuplum.

Fili non semines mala in sulcis iniustitiæ. Id est, ne carnalibus desiderijs inferuias, & non metes ea in septuplum. Id est, ne magno cum fænore pœnas debitas des. Græca non semines super sulcos iniustitiæ. Accusatiuum illum mala non habent, sed illum addidit noster interpres, quo planiorem sententiam redderet.

*In sulcis iniustitiæ. Quid sibi velit hæc metaphora, & quid per sulcos iniustitiæ intelligendum sit diuerso modo exponunt authores, nos per sulcos appetitus carnales exposuimus, in his enim seminatur, qui explet iuxta illud ad Galat. 6. *Qui seminatur in carne, de carne metet corruptionem.* Id est, qui carnalibus desiderijs inferuiet pœnas luet. Hic enim sensus his quæ præmisit commodior est. Lyra, & Dionysius, per sulcos intelligit puſillorum corda, quibus, vel per improbam doctrinam, vel mores scandalum parant. Ergo idem est, ac si dicat, quia alios suo exemplo ad iniquitatē detorquet grauissimas pœnas dabit. Dionysius inde metaphoram ducit, quod sicut sulci dispositi sunt ad seminis susceptionem, non aliter quorundam corda ad malum sunt procliuiua, in eandem sententiam est Hug. Cardinal. *Quam his verbis promit. Ne semines mala in sulcis iniustitiæ, id est, non facias opera mala nec doceas peruersa, quæ sunt semina iniustitiæ: sicut enim bona doctrina, & bona opera sunt semina iniustitiæ. Alij non semines in sulcis iniustitiæ, id est, ne semines iniustitiæ sementem, ne inferas nec mandes terræ malum semen. Quarto alij, nec proximis pares laqueos, & retia. Hoc enim est, seminare iniustitiam, nam sicut in sulcis semina obruuntur, quæ maiori cum fænore suo tempore pullulent; ita iniqui per fraudem, & dolos insidias parant alijs,**

13. Psal. 14. 4.
August.
14. Hebr. 4. 14.
Chrysost.
15. Matth. 6.
August.
Psal. 139. 1.
August.

16. Genes. 45. 3.
Rupert.
I.
2.
Galat. 6.
Lyra. Dionys.
Dionys.
Hugo.

Dionys. vt tandem absument. Hæ autem insidiæ in caput authoris frequenter recidunt. Quinto Dionysius per sulcos intelligit ipsa praua opera: ergo sensus erit, ne mala commissa nouis iniquitatibus augeas, nec abs re peccata exequi appellatur sulcos ducere, hoc est, exitium laborem, quem plures in peccando patiuntur. Iuxta illud, Sap. 5. *Lassati sumus in via iniquitatis.* Sexto idem Dionys. per sulcos intelligit prauam consuetudinem. Iuxta quem dicendi modum exponit illud Iob 31. *Si aduersum me terra clamat & sulci mei desunt.* Ergo eos qui funibus prauæ consuetudinis ad malum protrahuntur oportet virtutis exempla præbere, non vero ex se satis ad lapsum procliues, impellere.

3. *Et non reddes ea in septuplum.* Et non dabis pœnas multo cum sænore, septuplum enim, non insolenti Scripturæ phrasi, idem est ac multiplex. Et non multiplices pœnas dabis. Paulus de Palacio. *Vna iniquitas parit septem, adeo hac est pestilens hydra.* Peccatum enim suo pondere in alia pertrahit. Tertio idem septuplicem, id est, multiplicem iniquitatis pœnam assignat communi hominum sensu qui non expensa lethalis maculæ grauitate, durum existimant quod breuis delectatio æterno supplicio puniatur. Quarto idem septuplicem pœnam, id est, omnimodam pœnam vocat; septem enim pro rerum vniuersitate sumitur sæpius in sacra scriptura, quæ septem dierum spatio condita est. Tandem quinto idem author septuplicem pœnam vocat eam quam apud inferos damnati patiuntur, quæ omnium malorum cumulo coalescit: sicut beatitudo dicitur cumulus omnium bonorum aggregatione perfectus. Sexto Dionysius, his verbis grauitatem pœnæ eius qui vel verbo vel opere aliorum ruinæ causâ fuit, ostendit. Hic enim septuplum, id est, multipliciter punietur. Nam vt habet Gregorius. *Unusquisque tot suppliciiis dignus est, quot hominibus prauum prauit exemplum.* Hug. Card. septimam expositionem tradit his verbis. *Vel septem dicit, quia sicut boni habebunt septem bona in quibus consistit eorum gloria: tria ex parte anime: quatuor ex parte corporis: sic & mali in inferno septem dores horribiles habebunt. Odium contra dilectionem, quantum ad concupiscibilem: cecitatem siue tenebras: concilij ignorantiam contra visionem Dei, quo ad rationem: tristitiam contra gaudium, quo ad irascibilem: item contra claritatem corporis habebunt obscuritatem: Contra agilitatem ponderositatem, qua fixi erunt immobiles quasi lapis: contra impassibilitatem passibilitatem omnimodam: contra formositatem, & subilitatem deformitatem, & densitatem.*

ETHOLOGIA LXXXVI.

Ingens supplicium peccata merentur.

I. **F**lli non semines mala in sulcis iniustitiæ, & non metes ea in septuplum. Ducta similitudine ab agricolis ob oculos ponit Ecclesiasticus quanto supplicio obnoxij reddantur, qui peccant. Vt enim, is qui vbera glebæ, & subactò solo semina propitio fide re committit multum inde capit emolumenti: sic etiam, illi, qui peccant multo cum sænore inferendum sibi supplicium conquirunt, de quo agit præsens Ethologia. Imprimis Ambrosius lib. de Nabute Iezraelita, cap. 15. Ad rem nostram adducit, illud Psalmi 75. *Dormierunt somnium suum, & nihil inuenierunt in manibus suis omnes viri diuitiarum.* Nobis fauent teste Ambrosio verba illa *Somnium suum.* Non dormierunt somnium Christi viri diui-

tiarunt, sed somnium suum, id est, irrequietum; & quale dormire solent, hi qui grauioribus morbis, aut letargo afficiuntur, qui crebrius, diris multarum rerum imaginibus terrentur, & in somniis, adeo, vt nullam ex somno quietem capiant, sed lassitudinem. Ergo peccatores dormiunt somnium suum, quod non illis soluit curas, imo vero somnium, quod premit dormientes. Iuxta anagogem somnium mors est, in qua honesti viri placidos omnino, & quietos somnos petunt, id est lubentes, diem suum obeunt: at vero impij pauentes morti succumbunt, ex spectris territantur. *Huiusmodi igitur viri,* ait Ambrosius, *somnium suum dormiunt non Christi dormiunt somnium, & qui somnium Christi non dormiunt, non habent Christi quietem, non resurgunt Christi resurrectione, quia ipse ait: ego dormiui, & quiesci, & surrexi, quia Dominus suscepit me.*

2. *Esaia 53. 8. De angustia, & de Iudicio sublatum est.* Ambrosius, 7. in Lucan, cum multis aliis transfert. *In humilitate enim Iudicium eius sublatum est.* Cui sententia hunc sensum præfigit Ambrosius. Siquis liquido noscere voluerit, quam terribilis, & inexorabilis in futuro Iudicio Christus apparebit, ex humilitate eius, & abiectione, facile dignoscere poterit, vilitas enim quæ præcessit futuræ maiestatis mensura est. Ergo vide, quam humilem, quam submissum orationibus se præbuit, & quam rebus omnibus indigentem. Et vel hinc dice, quantus futurus est terror in extremo Iudicio, quam ingens supplicium damnatis ingerendum, ex his scilicet, quæ Christus passus est. *Ergo humilis Dominus,* ait Ambrosius, *in humilitate enim iudicium eius sublatum est, humilis inquam Domini præceptum discipuli, eius humilitatis officii, hac sequentur: Eos enim misit ad seminandam fidem, qui non cogerent, sed docerent, nec vim potestatis exercerent, sed doctrinam humilitatis attollerent. Quo loco humilitate putauit patientiam copulandam, quia ipse quoque iuxta testimonium Petri cum malediceretur non remaledixit, cum percuteretur non repercutit.*

3. *Esaia 1. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui.* His verbis hunc sensum affert Basilius ibidem, si pulchritudine virtutis non tangeris, vt eam sequaris saltem illam cole, vt comoda quæ ex ea oriuntur assequaris, & supplicia vites, quæ ob crimina infliguntur. Ergo si non te allicit virtus ipsa honestate tanquam hominem; saltem illi adhære ob vtilitatem: Sicut bos & asinus, qui Dominum non sequuntur, amore ducti, sed commodo, *Ad exprimendam vero similitudinem,* ait Basilius, *ea sumpsit animalia, quæ nobiscum educantur, & vernacula consuetudine nobis mitiora sunt, vt vel suppudescamus, istis deprehendi insipientiores, & ad ea collati minus obtinere beneuolentiam, quam refundamus in possessorem nostrum. Bos siquidem nobis mancipatus est ad agricolationem, vt cooperetur, qui, & sui pastoris vocem intelligit, cumque cognoscit, qui pro consuetudine sibi colligit pabulum. Asinus vero, vel non iussus, recta contendit, ad consueta stabuli sui loca. Quod si istis utique rationibus expertis tanta in est familiaritas erga suum prouisorum: Quantam dilectionis mensuram erga Deum par est repositi à rationali creatura?*

4. *Genes. 7. 11. Anno sexcentesimo vite Noë mense secundo, septimo decimo die mensis rupti sunt omnes fontes abyssi, &c.* Non otiose additum est illud mense secundo, qui scilicet responderet nostro Maio: Dum vere nouo rariore solent esse imbres, eo igitur tempore initium sumit diluuium, vt vel hinc noverint peccatores Dei supplicio fore interficiendos, cum ipsi longius, ad Dei iram ab esse putant. Huius

Huius sententiæ est Rupertus lib. 4. de Trinitat. cap. 5. his verbis. *Mensis secundum legem, idem quod apud Romanos. Maius dicitur qui secundum legem vel naturam temporum dicitur longis, & serenis diebus extendi atque produci, & omnium, quæ in mundo sunt, ad concupiscentiam carnis, & ad concupiscentiam oculorum pertinentium pulchritudine illo tempore vestitus. Optime etiam relatis verbis notat Rupertus eo tempore terras inundasse cum omnia luxuriant, & in venerem resoluuntur, quando non modo terra nouo germine vestitur, verum etiam cuncta animalia aëris temperie in venerem soluantur. Nimirum punire statuit Deus eos, qui nimium libidini indulserant vt non longius abesse à peccato supplicium, vel hinc certo noscere possent: addit autem Rupertus. *Diligenter prosequamur, qui vnus est ex non gentis, & quinquaginta annis Noë, & luce clarius sit non breuiore (quod nonnulli suspicari sunt) sed tanti temporis quanti nunc habentur, & fuisse annos illorum hominum, qui tot annos recenti adhuc sæculo vixerunt: sane mensis qui septimus fuit ab initio diluuii, ipse est, qui apud Romanos Nouember dicitur. Unde magis miranda tempestas illius iudicij, quam non adiuit ulla natura temporis, sed contra Maio, quo mense, vt iam dictum est, sol altius incedit, & cælum naturaliter candescit, erumpunt nubes vis, & iuste tempus hyemis, id est, mensi Nouembri iam imminuit aquis arca requieuit tantis tam quotidianis discussa procellis.**

5. Psal. 104. Et vocauit famem super terram, misit ante eos virum, in seruum venundatus est Ioseph. Similitudinem continet hic locus tractam à iudiciis, quibus adstant lictores, & carnifices, vt iussa exequantur, & fontes plectant, Deus enim Iudex est, & de tribunali causas hominum discutit. Cui adstat licitorum caterua, vt reos ad iudicem deferant, & fontes plectant. Ergo sensus est, & vocauit famem super terram, id est, vocata fame scilicet vno ex licitoribus homines preinere iubet. In hac sententia est Rupertus lib. 8. in Genes. cap. 39. Qui etiam notat ex innumeris adstantibus licitoribus, vnum scilicet famem delegisse quo Iosephi fratres puniret, scilicet vt pœna peccato respondeat. Nam vt habes Genes. 37. 23. epulis indulgebant fratres Iosephi, dum eum Ismaëlitis vendiderunt. Ergo qui comedentes peccarunt dura missa fame puniuntur. *Quæ facturus erat Deus (ait Rupertus) ostendit Pharaoni. Quis enim facturus erat illa? Quis enim nisi ille de quo verissime dictum: faciens pacem, & creans malum? Nam Psalmista pulchre ita sentiens. Et vocauit, inquit famem super terram: & omne firmamentum panis contriuit. Hoc ergo ostendit, qui, vocaturus esset famem super terram, durum viuque carnificem, tristemque ministrum: cuius austeritate cõstringeret eo, qui comederant fratris sui precio. Numquid seruum vendiderant fratrem, non & serui ipsi fierent? Et qui quasi in prædam subduxerant hominem, non & ipsi in prædam homini irent? Hoc enim firmiter commendatum est, quia iuste in Egyptiorum seruitutem reducti sunt filij Israël, & alij merito seruiuerunt, quibus eorum scelere in seruum venundatus est Ioseph.*

6. Exodi 7. 17. In hoc scies, quod sim Dominus: ecce percutiam virga, que in manu mea est, aquam fluminis, & vertetur in sanguinem. Primum prodigium contra Egyptios, ideo in aqua factum scribit Philo lib. 1. de vita Moysis, nempe, vt peccato pœna respondeat: Egyptij enim aquis Hebræorum filios suffocarunt, vnde ipsi etiam primum ab aquis patiuntur. Tunc etiam, quia antiqui putauerunt aquam fuisse omnium rerum effectricem, & ab illa initium sumpsisse harum rerum vniuersitatem iuxta illud Maronis Georgic. 4.

Occæanumque patrem rerum Nymphasque sorores.
Ergo rerum omnium principium aqua, quæque aliis omnibus vitam ministrat, impiis perniciem molitur: etenim res omnes creatæ in peccatorum ruinam conspirant. *Ab aqua fuit initium (ait Philo) hanc quoniam honorant Egyptij præ cæteris tanquam rerum omnium primam adhibuit Deus ad terrendos castigandosque noxios.*

7. Marci 5. 7. dæmone oppressus, his verbis Christum alloquitur: *Quid mihi & tibi Iesu fili Dei altissimi: adiuro te per Deum ne me torqueas.* Huius dæmonis voces, expendit Chrysológus serm. 17. voce humana vtitur diabolus vt ab homine non expellatur, & ipse homo instrumenta diabolo accommodat in ipsius hominis perniciem, & petit homo ne sanetur homo. Quo significatur hominem sibi ipsi damnum inferre, dum peccat, & peccatum sui ipsius esse supplicium. *Quid agit (ait Chrysológus) quid patitur fragilitas humana talibus, ac tanti subiecta miseris? Ecce diabolus patrona voce hominis hominem perditurus inclamat: & tota membra hominis hosti suo suam militant in ruinam.*

8. Lucæ 16. Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aqua, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Verba sunt diuitis apud inferos patientis. Cum variis tormentis diues iste cruciaretur, & sulphureis flammis esset immerfus, de vnus linguæ tormento dolet. Scilicet, si vera Chrysológus serm. 66. Acriorem pœnam lingua sustinebat, quia per illam amplius deliquerat. Lingua durius aduersus pauperes fuerat oblocutus, epulis, & poculis indulserat, liberius, & ideo hæc vna præ cæteris punitur: vt quam prope sit supplicium, & quam iuste peccatum pœnam accersat, constet. *Vt refrigeret (ait Chrysológus) linguam meam. Quasi reliquum corporis ab incendio haberet immune: & lingua plus ardet, quæ misericordia, vt fieret, iube neglexerit.*

9. Gen. 4. 8. Cumque essent in agro consurrexit Cain contra fratrem suum Abel, & occidit eum. Ambrosius lib. 8. de Cain & Abel cap. 8. legit, egrediamur in campum, & in agrum. Vtrumque autem nomen ex ipsius sententia significat locum horridum, squallidum, & sine arboribus. Hic locus tanto facinorosi deligitur: imo vero vt habet Ambrosius, locus ipse præsentens, & præuidens sceleris immanitatem viride ornamentum deposuerat, & squalorem induerat, vt ipse locus ieiunus, & aridus parricidiam acceret à crimine, ea enim est vis peccati, vt non modo dum committitur, verum mente, & cogitatione præuisum, squalorem inferat, omnique decore & ornamento priuet locum in quo sit. *Quid igitur (ait Ambrosius) sibi vult quod ait, eamus in campum nisi quia locus nudus gignentium eligitur parricidio? Vbi enim frater habebat occidi, nisi huius fructus deesset? Tanquam præagiens natura tanti sceleris loco germina denegauerat, quia non conueniebat, vt idem solum, & contagia parricidialis sanguinis reciperet contra naturam, & fructus secundum naturam germinaret. Merito ipse dicit: eamus in campum. Non dicit: eamus in Paradisum, vbi poma florent, non in aliquem cultum, & frugiferum locum.*

10. Matth. 3. 11. Cuius ventilarum in manu sua: & permundabit aream suam: & congregabit triticum in horreum, paleas vero comburet igni inextinguibili. His verbis Baptista decurrentis ad se populi aures vellicat. Sed metaphora, quam à paleis defumit non satis apta proposito videtur. Paleæ enim, etsi facile subiectas flammæ concipiat, sed facile etiam conceptum

7. Marci 5. 7.

Petr. Chryf.

8. Lucæ 16.

9. Gen. 4. 8.

Ambros.

10. Matth. 3. 11.

ptum ignem deponit, & flamma extinguitur, quid ergo est quod dicit: paleas vero comburet igni inextinguibili? Imo vero, quem paleæ ignem concipiunt facillimè extinguitur? Origenes homil. 26. in Lucam ad rem satis aptam præsentem similitudinem euincit. Duo enim mala ostendere voluit Baptista, quæ peccatum sequuntur: & ob hanc causam peccati supplicium, ignem dicit, & hunc inextinguibilem appellat. Ergo paleam vocat peccatorem, quia facile ignem concipit, hoc est nulla ratione potest Dei pœnam infligenti resistere, vel supplicium differre: statim punitur. Scilicet tanquam palea, quæ tanquam proprium ignis fomentum statim ab igne absumitur. Non tanquam robur, aut quercus, quæ igni iniectæ resistunt; ergo palea est, id est, cito pœnam suscipit. In eo vero paleæ valde est diffimilis, quod conceptus ignis non extinguitur sed perpetuo durabit. Igitur palea est, quia cito conflamat, hunc autem ignem perpetuo conseruat. *Existimo* (ait Origenes) *temptationem prouentis intelligit, quæ confusum credentium aceruo, alios paleas, alios triticum esse demonstrat. Cum enim anima tua fuerit, aliqua tentatione superata non te tentatio vertit in paleas, sed cum esses palea leuis scilicet incredulus, ostendit te esse tentatio, quod latebat. E contrario autem cum fortiter tentationem toleras, non te facit fidelem tentatio, atque patientem, sed virtutem, quæ in te erat patientiæ, & fortitudinis, & latebat, profert in medium. Putas enim, ait Dominus, aliter me tibi locutum fuisse, quam, ut pareres iustus, & alibi affixi te & affecti penuria, ut manifesta fierent, quæ erant in corde tuo. In hunc modum hæc tempestas non facit adificium per arenam consistere, sed super terram.*

Orig.

11.
Psal. 5.

Ambros.

12.
Matth. 6. 5.

Ambros.

13.
Psal. 118. 51.

Præmisit David expōsitore Ambrosio lib. de Iacob cap. 5. *Si est iniquitas in manibus meis.* Et subdit: *Decidam merito ab inimicis meis inanis: persequatur, &c.* Id est, nisi iniquitas prius mihi vires, & robur ademerit, nihil prorsus contra me hostes efficere valebunt. Ergo caue ne peccatum committas & inimicos contra te armes. Nisi enim noxas prius contraxeris omnes inimicos facile abiges. *Illud merendum est* (ait Ambrosius) *nequis innocentia velamen amittat, ne impijs sacrilega persecutionis intentione terminos iustitiæ prætergressis vestimentum anima, & mentis eripiat. Quod non accidit nisi prius aliquem vox sua iniquitatis exuerit. Vnde David ait: si est iniquitas in manibus meis decidam merito, &c.* Nemo ergo ex tuis inimicis potest animam tuam comprehendere nisi prius inanis fuerit effecta. Vocem illam *inanis*, quam David posuit illis verbis, *decidam merito ab inimicis meis inanis*, ad rem præsentem videtur trahere Ambrosius verbis relatis sumpta metaphora ab area. Aura enim facile ventilat euanida, & inania grana, his in aceruo refferuatis, quæ solida sunt. Ergo si te per iniquitatem inanam effeceris, te inimicis facile ventilabit, contra te tamen nihil proderit si pietatem colueris.

Matthæi 6. 5. *Et cum oratis nolite fieri sicut hypocritæ, qui amant in synagogis, & angulis platearum stantes orare, ut videantur ab hominibus. Amen dico vobis receperunt mercedem suam.* Ambrosius in Psalmum 37. ex hoc loco deducit quanta futura sit pœna peccati. Nam si ea opera, quæ ex se iusta, sanctaque sunt graui pœna puniuntur, dum indebito modo fiunt, qua feriendus est pœna ille qui rem malam sua natura perpetratur? *Ue mihi* (ait Ambrosius) *si de me dicatur: recepit mercedem suam. Si bonum factum hac damnatur sententia, quanto magis crimen grauatur? Nam si misericordia facili iactata sermone fructu fraudatur æterno, quanto magis iniquitatis pœna acerui facinoris accessione differtur.*

Psal. 118. 51. *Superbi inique agebant vsquequaque.*

Quid est, ô, Deus, quod cum impij homines totam vitam in sceleribus ponant, omnia tamen illis pro voto accidant? *A lege autem tua non declinavi.* Cum rem hanc mente versarem lababat animus: numquam tamen pedem, quem in via virtutis intuleram, retuli. Sed quam ratione, ô, David, cuius rei consideratione trepidum, & labantem animū confirmasti? *Memor fui iudiciorum tuorum à sæculo Domine, & consolatus sum.* Id est, mente versabam piorum, & impiorum hominum sortem, quæ decedentes è vita manet, & hæc me in tanta mentis fluctuatione fulciebat. Mente volebam futuræ felicitatis oceanum, qui honestis hominibus asseruatur: in super sulphureos illos Tartarei ignis lacus tetrum spirantes odorem: & facile ferebam omnium rerum iacturam, quam pij viri in hoc sæculo patiuntur, in super nihili faciebam temporalem impiorum felicitatem. Ergo tantæ est suppliciorum futurorum acerbitas, ut si hanc memoria verses facile contemnas huius vitæ difficultates. Hanc expositionem affert Ambrosius ad hæc verba Psalmi. *Quem loquentem facio. Qui præterita repetis, & diligenter colligit seriem vetustatis, cognoscitur, quod neque peccator pœnam sua improbitatis euadat, neque iustus, de aequitatis sua prænijs defraudetur.*

In hunc sensum deducit Gregorius lib. 6. Moral. cap. 5. verba Eliphaz apud Iobum 5. 6. *Nihil in terra sine causa fit, & de humo non oritur dolor,* posterius hemistichium prioris expositionem continet. Id enim quod, ait: *Nihil in terra sine causa fit,* per id, quod subditur exponitur, *& de humo non oritur dolor.* Id est, cum videris aliquid difficultatibus opprimi frequenter, ne tibi persuadeas, hæc mala illi nisi ex peccatis obtigisse, frequentius enim aliqua delitescencia peccata illam pœnam meruerunt. In quem sensum infert Gregorius verba Sapient. 5. *Et pugnat pro illo orbis terrarum contra insensatos.* Id est, creaturæ, quæ nos malis impetunt, non pro seipsis hoc faciunt sed tæquam vindices iniuriæ Deo illatæ. Ex quacunque ergo creatura mala nobis obueniant hoc tanquam à Deo missus carnifex exequitur crimina nostra puniens. *In quibus* (ait Gregorius) *nimirum cunctis patienter aspicitur, hoc, quod quidam sapiens de Domino testatur, dicens: & pugnat pro illo orbis terrarum contra insensatos, cum Domino pugnat, quando, & in pœna delictorum elementorum aduersitas militat: sed tamen de humo dolor non egreditur, quia res qualibet insensibilis ad afflictionem nostram stimulo nostræ actionis excitatur. De humo dolor non egreditur, quia nequaquam de ea pœna nascitur, creatura quidem percussit: sed ea proculdubio, quæ peccando vim percussione extorsit.*

Iob 30. 4. *Et mandebant herbas, & arborum cortices, & radix iuniperorum erat cibus coru.* Iuniperus pro frondibus sentibus estitur, in radice vero aculeos non habet, quâuis ex radice, sentes, quibus horrefcet proueniant. Ergo vescuntur, non ramis iuniperorum sed radicibus. Id est, dum iniquitas committitur, nullo stimulo impium pungit, imo vero mirum in modum delectat, ex illa vero radice, quæ mandentibus dulcis apparet, sentes, & tribuli pullulant quibus viuus, mortuusque perpetuo torqueatur. Num quidem lubentes radices iuniperi vescuntur. Postea vero senticosos ramos inuiti deorant. Accipe hanc expositionem ex Gregorio lib. 20. Moral. cap. 15. *Adhuc enim radicem iuniperi comedunt, sed huius radicis, quam sint asperi rami, non attendunt, quia nimirum modo praua actio quasi ex radice delectat in culpa, sed postea, quasi ex ramis pungit in pœna.*

3. Reg. 13. missum Prophetam ad Regem Israël ex Iuda nescio quis alius Prophetæ verbis decepit,

Ambros.

14.
Iob 5. 6.

Sap. 5. 1.

Gregor.

15.
Iob 30. 4.

16.

3. Reg. 13.

vt

vt contra Dei mandatum cibos caperet, postquam vero ei imposuit verbis eisdem, quibus supplantauerat interitum, & necem cecinit eidem, cum adhuc Propheta mensæ accumberet. Nempe ipsum peccatum sui ipsius pœnam secum affert, quæ non diutius differtur, sed dum fit pœna insonat. Hanc expositionem affert Gregorius lib. 23. Moral. cap. 8. his verbis. *Qua in re quid subtili consideratione, colligamus, quid aut ita dixerim formidandum suspicamur, nisi quia forsitan quia apud semetipsam tacitus præceptis Dominicis Regem se contempsisse gloriabatur, ab interna mortis soliditate quassatus est & inde ei in opere culpa subrepsit, unde gloria in corde subrepsit. Bene autem ex eius ore mortis sententiam accepit, cuius seductione à vitæ præcepto deuiauit, vt inde pœnam veraciter sumeret, vnde culpam negligenter admiserat.*

Iob 38. 17. *Numquid apperta sunt tibi porte mortis, & ostia tenebrosa vidisti?* Gregorius lib. 29. Moral. cap. 8. per portas mortis peccatum intelligit. Quod optime mortis ostium dicitur, quia sicut per ostium in domum intramus, & qui limen tenet, & ostium, quodammodo intra ipsam domum est. Non aliter, qui peccato inficitur, quodammodo inferorum portas tenet, & apud inferos diuersatur, vel etiam temporalis mortis iam iam faucibus vrgetur, peccatum enim tardantem mortem accersit. *Portæ enim mortis sunt cogitationes prauæ, quas Deo pandimus, quando eas, in penitentia flendo confitemur. Quas etiam non confessus intuetur, sed confessas ingreditur. Tunc quippe viam sibi in portis mortis aperit, quando solutis prauis cogitationibus ad nos post confessionem venit. Quæ portæ mortis idcirco vocatæ sunt, quia profecto viâ ad interitum per iniquas semper cogitationes aperitur.* Hæc ille.

Non est sanitas in carne mea a facie iræ tuæ. Pl. 37. 4. Id est, dum mente versor immensum illud malorum barathrum in quo damnati detruduntur, mente angor, & cogitatione discutior. Sed vnde ô Dauid feralis illa suppliciorum imago memoriæ tuæ obrepsit? *Non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum.* Id est, ex malitia peccatorum quæ commisi in mentem venit suppliciorum illorum immanitas, fœditas enim peccatorum, & aculeus, quo conscientiam discruciant apprimere referunt inferarum pœnarum imaginem. Hanc expositionem tuetur Gregorius, in septem Psalmos Pœnitentiales, qui huc etiam refert posteriorem partem eiusdem versus, scilicet: *a facie peccatorum meorum.* Id est, non opus est longa disquisitione, aut multa animi consideratione, vt quanta pœna peccata sint digna dignoscere possimus. Ipsa enim peccata præ se ferunt, & quasi in frontibus scripta gestant, quanta pœna sint digna. *Quotidie* (ait Gregorius) *peccatorum pœnam patior, quam in ipsa peccatorum facie contemplan, & quia sentio pœnam, recogito culpam.* *Non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum, quia videlicet anima mea nullam potest habere requiem, donec aliquam peccati in se habeat recordationem, non enim bona accepta sunt Deo, quæ malorum admisione maculantur.*

1. Reg. 3. 11. *Et dixit Dominus ad Samuelem, ecce ego facio verbum in Israël, quod quicumque audierit tinnient amba aures eius. In die illa suscitabo super Heli omnia, quæ locutus sum, &c.* Gregorius ibidem ex his verbis optime euincit, quanta peccatoribus maneat pœna. Nam si tâta animaduersione dignus est, qui aliena peccata non corripuit, quanto obnoxius erit supplicio, qui hæc eadem peccata commisit? Si aliena culpa tantum nocet, quantum propria authorem suum lædet? Idcirco, ait Gregorius: iurauit domui Heli, quod non expiaretur domus eius victimis, & muneribus in æternum. *Qua in re notandum est,*

quia qui inique agentes filios non corripuit, iniquitatem fecisse reprehenditur, quæ in æternum victimis, & muneribus nequaquam expiatur. *Quæ Gregor. ergo erit districtio iniquitatis propria si irremediabilis culpa est negligentia cura aliena?*

1. Reg. 18. 9. De Absalone in bello fugato ita habes. *Et illo suspensio inter cælum, & terram, nullus cui insederat, pertransiuit.* Expendit Chrysostomus in Pl. 3. verba illa: *Suspensio inter cælum, & terram.* Iure hoc supplicio peccator afficitur, vt inter cælum, & terram suspensus maneat, neutrum eum patitur elementum. Tam est enim omnibus peccatum abominabile, vt nulla creatura, eius authorem sustinere velit. Cælum non admittit quia in eo munda, & absque macula sunt: imo vero neque terra, quæ serpentes viperas, & vermes alit, bestiisque omnibus, & reliquis animantibus alimenta ministrat, vnum non patitur peccatorem. *Poterat ergo (ait Chrysostomus) Absalon suspensus in medio cæli, & terra. Cælum eum non admittebat. Si enim primum insurrectorem ciecit diabolus, quomodo ipsum insurrectorem admisisset? terra eum auersabatur, non ferens polliui passibus parricidæ. Si enim Dathan deuorauit, qui contra Moysen fuerat locutus, & os suum aperuit aduersus eum, qui eos improperabat, quomodo posset ferre pedes currentes aduersus genitorem.*

Noli quærere à Domino ducatum, neque à Rege cathedram honoris. VERS. 4.

Modestiam docet, & auditorem suum ab ambitione auocat. *Noli quærere à Domino ducatum.* Ne quæras à principe præfecturam aliquam. *Neque à Rege cathedram honoris.* Neque petas à Rege sedem conspicuam, & locum editum. 1.

Noli quærere à Domino ducatum. Latini aliqui ab homine, sed ex Græcis constat legendum esse à Domino habet enim *ἀπὸ τοῦ κυρίου*, id est, à Domino. Aliqui exponunt à Domino tuo, ego à quolibet accipiendum puto, qui aliis præest, & penes quem est, alios, aliis præficere. Vt duobus hemistichis eadem fere repetat. 2.

Ducatum. à verbo duco, id est, munus alios regendi, seu docendi. Græcè est *ἡγεμονία*, id est, præfecturam, accipe Hugonis verba, quæ mire ad instruendum mores faciunt. *Et ostenditur per hæc duo verba ducatus, & cathedra, quid requiratur, in eis, qui præsent, id est, ducatum exempli & doctrinam verbi, redarguit autem ambitiosos in tribus quia se ingerunt non vocati, unde dicit: noli quærere, secundo quia carnaliter, & à carnalibus promouentur, non intuitu Dei sed sanguinis, unde dicit, neque à Rege cathedram honoris. Quod tamen modo sapissime fit, & à multis, aliquando etiam multi, per hypocrisis suam dimouentur, quod valde abominabile est apud Deum. Unde subdit non te iustifices, &c.* 3.

ETHOLOGIA LXXXVII.

Quot malis ambitio obnoxia sit.

Noli quærere, &c. Arcet hic versus homines ab ambiendis magistratibus: & nostra in candidatos deferuet Ethologia. Imprimis quot illis difficultates, & pericula obeunda sint paucis aperiamus. Bernardus in Psalmū *Qui habitat.* Non aliter omnia regna mundi, & gloriam eorum diabolus Domino promisit in monte Matthæi 4. nisi cadens ipsum adoraret. Quasi sola dæmonis adoratio, ad magistratus obrinendos viâ pararet. *Hæc omnia tibi dabo si cadens* (ait Bernardus) *adoraueris me* (tertia scilicet tentatio) 1.

Gregorius.

17. Iob 38. 17.

Gregorius.

18. Mal. 3. 4.

Gregor.

19. 1. Reg. 3. 11.

16. g. 13.

20. 1. Reg. 18. 9.

Chrysoft.

VERS. 4.

1.

2.

3.

Hug.

1.

Bernard. Matth. 4.

tentatio) de ambitione fuit, quando omnia regna mundi promisit, si cadens adoraret eum. Vides ne quod ambitionis via adoratio diaboli est, quia videlicet ad honores, & gloriam mundi perueniendum suis ille adoratoribus pollicetur. Vtinam isti, tanta animi submissione, & tam humili corporis gestu Deum adorarent quanta aulicis se submitunt adoratione. E re nostra est Philo Iudæus, lib. quod Deus sit immutabilis. Intendit eo loco probare Deum omni corporea sarcina exutum, nec membrorum compage coalescere. Cum autem, neque capite neque manibus, neque cæteris corporis membris consistere euicisset, tandem pedes non habere hac ratione probat. *Pedes, ei dabimus progrediendi gratia, at quo ibit, cum impleat omnia? Quem accedet, quem neminem honorare parem habeat.* Id est, eam ob causam pedes ei non concedo, quia neminem habeat cui honorem deferat, vel quem adoret, vt ab eo aliquid consequatur. Quasi ad nullam aliam rem homines vtantur pedibus, quam, vt eis reuerentiam exhibeant à quibus aliquid venari satagunt.

2. Non longe à se ipso abest Philo lib. de Ioseph. In mentem tibi veniat magnus ille somniorum interpret Iosephus, qui pincernæ, & pistoris Pharaonis somnium exposuit. Res est decantata satis, nunquam satis decantata. Et habetur Genes. 40. Pocillator Pharaonis vidit per somnium vitis propagines in gemmas erumpere, vias fundere, & ad maturitatem perducere, & merum ex illis expressum Pharaoni propinari, quod reditum in pristinam dignitatem, adumbrabat expositore Iosepho, subinde aggreditur pistoris visa exponere, quæ ex interpretatione Iosephi cruci affigendum protendebant. En tibi autem descriptam humanam gloriam, & felicitatem, nihil enim aliud est felicitas, quam infelicitatis vigilia, & licet prius somnium felicitatem, at posterius crutiatum, & mortem omnino protendit, & vnum aliud consequitur. Quasi per somnium vtrumque obicitur felicitas, & infelicitas simul disparet, & vnum aliud comitatur, immediatèque succedit. *Nunc subduntur eis (ait Philo) versa rerum humanarum alea, quidam fingunt sibi prolixas felicitates. At hæc sunt magnorum malorum initia: itaque dum ad magnorum bonorum possessionem properant graues miseras inueniunt, & è diuerso bonum expectando in mala fortuita incurrunt.*

3. Multis hanc rem probat Philo lib. de Ioseph. nonnulla pro nostra Ethologia feligam. Cum enim Iosephum optimi regis exemplar omnium oculis obieccisset, illud imprimis notat, scilicet prius in seruum venundatum, quam in Regem euectum; vt ostenderet magistratus administrationem seruitutem quandam esse. Audi Philonem. *Recte autem dicitur vendi hunc hominem, nam qui auram populi captans concionaturus locum superiorem ascendit sicut venalitiis seruus fit ex ingenuo, propter honores, quos videtur accipere addicens se innumeris dominis.* Pro eadem re subinfert, illud quod de Iosepho dictum est: *Fera pessima deuorauit eum.* Nihil enim differt dignitatum candidatus ab eo qui ad bestias damnatus earum dentibus, & vnguibus dilaniatur. *Idem à feris (ait Philo) circumueniens inducitur, quod hunc insidietur fera bestia vana gloria, corripere, ac deuorare tales solita.* Nec vt solet venalitiis seruus vni alicui domino vendi, sed pluribus venditur, qui ambit præfecturas. Non vnus tantum sed prætereuntes Madianitæ emunt Iosephum. Nec hi vni Ægypto, sed Ægyptiis. Nam ambitiosus non vni tantum domino mancipatur, sed pluribus, illisque durissimis. *At emptores (subdit Philo) eum reuendunt. Quoniam non vnus est Dominus*

tranctvntibus rempublicam: sed vulgus alijs post alios Domino succedit. Addit ibidem pro eadem sententia, ad quem hæc verba facientem inducit Pharaonem Ægyptiorum Regem. *Hanc torquem donavi tibi ornamentum in prosperitate vinculum in aduersitate.* Insigne supræmæ potestatis torques datur Iosepho quæ communis est principibus cum mancipiis, est enim, qui præest rei publicæ seruus.

Si vnquam alibi, dilucide appositeque loquentem pro hac sententia habes Philonem lib. de insomniis. Inducturus Dominus populum suum ad regionem illam felicem promissam, quæ speciem quandam referebat beatitudinis: id imprimis demittendum curauit, vt omnes crederent, & profiterentur Deum vnum esse, & eorum pluralitatem omnino abiicerent. Sic enim initio legis habetur: *Dominus Deus tuus vnus est.* Vt quid quæso opus erat deitatis vnitatem profiteri populum, eo præcipue tempore, quo beatitudinem sub imagine prælibabat? Scilicet vt inde omnem laborem, & ærumnam exulare, omniumque bonorum cumulo ibi esse populus agnosceret. *Qua id inquis ratione factum est? Dominus Deus tuus vnus est.* Quasi dicat, Deus natura Dominus est. Ideoque in beatitudine nulli in mentem venire potest præfecturam, dominationem diuinitatemque prænsare, quem ab illa propria natura arceat. Ab illa beatitudine omnis profusus ambitio exulat. Hoc autem præmittere fuit necesse, vt felicitas beatitudinis assereretur. Parit enim ambitio tantam laborum & ærumnarum segetem, vt nisi illa à beatitudine procul abesset, felicitas etiam exularet. Accipe verba Philonis. *Hæc (scilicet diuina leges) docent vnum esse conditorem mundi, Regemque ac gubernatorem, qui regat omnia salubriter, paucorum, aut vulgi dominatum esse peruersas constitutiones reipublica inductas à malis & astutis hominibus, per auaritiâ, ambitionemque libertati ciuium insidiantibus, cæterum in cælo purissimo nihil reperitur tale.* Certe hanc ob causam vnum tantum solem cælo Deus affixit totius luminis fontem & cælestis militiae imperatorem, vt omnem Principum pluralitatem & per consequens ambitionem à cælo remoueret.

Nulla alia re tantam sibi pestem asciscit homo quam dum præfecturas affectat, eas præcipue, quæ captum suum excedunt. Ambrosius Apologia 2. de Dauid adducit in hanc sententiam illud Psalmi 1. *Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit & in cathedra pestilentia non sedit.* Et infra. *Non sic impij, non sic, sed tanquam puluis, quem proiecit ventus à facie terra.* Impiorum dignitatem, quam scilicet absque meritis adepti sunt pulchre cum puluere componit. Sicut enim ventus vehemens puluerem à terra leuat, torquet, & versat in gyrum, & in oculos hominum adigit, quo prospectum eripit. Non aliter parva dignitas diseruciat, & circumagit, & excæcat impium hominem. Audi Ambrosium. *Puluis est impiorum potentia, caliginem infert.* In eundem sensum inducit ibidem verba Psalmi 67. *Sicut deficit fumus deficient, sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores a facie Dei.* Sed quia sumptam similitudinem à puluere, & fumo iam exposuimus in metaphora ceræ amplius immoremur. Illud enim est discriminis inter lucernam, & solem reliquaque sydera, quod lucerna dum aliis lucet, & faciem præfert, seipsam etiam consumit. At soli nihil vnquam splendoris deperit; collucent quidem Reges præfecti, & Magistratus, totamque rempublicam collustrant, sed virtutis insignibus nihil officit alios lucere. At vitii dediti coruscando, & aliis faciem præferendo pereunt. Forte huc referenda sunt

Philo.

Philo.

Philo.

4.

Deut. 4.

Philo.

5.

Psalmi.

Ambrosi.

Psalmi 67.

5. Matt. 5. sunt verba Domini Matt. 5. *Vos estis lux mundi, non lucernas, sed lucem mundi, hoc est solem, & cælestia sydera Apostolos suos vocat. Quasi eis diceret: O vos, qui in Apostolorum numerum relati estis & summas in Ecclesia præfecturas obtineris. Tales vos in munere obeundo exhibete vt lumen aliis præferendo vobis ipsis non nocentis, nec aliquid de proprio lumine pereat. Subinde adducit illud Psalmi 67. & hac ratione citatis verbis annectit. Inimici vero Domini mox vt honorificati fuerint, & exaltati, quemadmodum fumus deficiet; vbi honoratus est, & exaltatus, iste deficiet.* Hæc Ambrosius: instar fumi sunt, quia dum alta petunt pereunt, qui in humili loco securi degerent.

6. Phil. 140. 5. Sed nonnulla mala, quæ ex his præfecturis eueniunt, quasi digito notemus. Imprimis accipe verba Psalmi 140. *Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.* Referenda sunt verba ad oleum quo Reges inungebantur. Sicut enim oleum natura sua temperatum & lene faciliè earum rerum naturam imbibit quibus admisceas, & faciliè eas secum importat in intima corporis, quapropter in medicamentis adhibetur. Vnde si venenum oleo infundas multum nocumentum infert, si verò oleum salubribus herbis admisceas, non parum ad sanitatem iuuat: Non aliter impiis concessa dignitas ad infima deprimit, dignis verò collata, eos euellit, & extollit. Ergo ait David, *oleum autem peccatoris non impinguet caput meum:* Regia dignitas Sauli concessa instar veneni Saulem infecit: vnde Hebraice. *Oleum autem fellis veneni.* Rogo autem vt longe aliter mihi veniat, & quæ illi pestem attulit mihi vitam inferat.

7. Phil. 71. 18. Gregorius. Difficile virtus cum Magistratibus societatem iniit. Hac ratione exponit Magnus Gregorius, lib. 7. Epistola 125. illud Psalmi 72. 18. *Deiciisti eos, dum alleuarentur,* id est, dum sibi ad dignitates ascensum quærunt in immensum vitiorum barathrum detrusi sunt. *Multum fateor,* ait Gregorius, *exterius proficiedo, interius cecidi: Neque de eorum numero esse pertimescunt de quibus scriptum est, deiciisti eos dum alleuarentur. Cum allenatur enim deicitur, qui honoribus proficit moribus cadit.* Accinit Philo Iudeus exponens mandatum illud legis Leuit. 11. 25. *Et si necesse fuerit, vt portet quis spiam horum mortuum lauabit vestimenta sua, & immundus erit vsque ad occasum solis.* Duo præcipit lex obseruanda pro purificatione ex actu mortuorum contracta. Scilicet vt lauet vestimenta sua, & expectet solis occasum. Sat fore videbatur ad purificationem lauare vestimenta, quare ergo purificatio vsque ad solis occasum protelatur? iuxta mentem Philonis si ad mysticum sensum referatur solis occasus significat magistratus curam abijcere. Frustra ergo lauat vestimenta sua qui animum suum ambitione non euacuat: fieri enim non potest, vt quis animum purificet, nisi ambitum longè abijciat. *Ibidem, & sacerdotibus lex sancitur,* ait Philo, *interdicens sic, non edes de sacris nisi abluto aquis corpore purificatus post solis occubitum. Docemur enim aperte his verbis neminem satis sanum esse ad obeunda sacra mysteria, qui mortalis vita claret honoribus.* Eandem rem meditatatur Philo, quo loco quærît, quam ob causam Moyse moriturus non nepotes Aaronis filios sibi suffecit sed Iosue: Respondet fieri non posse vt idem homo diuinis, humanisque rebus pro dignitate præsit, sed necesse est, vt tantum à rebus diuinis deficiat quantum temporalibus incumbit. Cum ergo filij Aaronis sacris essent præfecti à temporalibus Magistratibus abigendi erant. *Ac poterat,* (ait Philo) *si filios suscipiebatur parum idoneos certè fra-*

tris filios extollere, iam virtutis meritum sacerdotium, sed fortasse, aut non placebat eos à diuinis rebus distrabi: aut potius cogitabat impossibile esse eundem hominem posse simul curare regnum, & sacerdotium: quandoquidem alterum religionis alterum subditorum curam proficetur.

Id etiam peculiare est Magistratum candidatis, vt nimio desiderio, quo præfecturas ambiunt eas consecutione reddant difficiliores. Vt enim, qui res venales exponit, si viderit emptorem, earum nimia flagrare cupiditate, auget precium, non aliter qui ad magistratus nimia cupiditate accensi flagrant, difficiliores sibi exitum parât. Sic habes ex Tertuliano de habitu muliebri, ca. 4. de ambitione verba faciente, *sic & rebus precium inflammauit, vt se quoque accenderent.*

Item oportet candidatum mutare figuras, & instar Protei in varias se vertere formas, 1. Cor. 13. 15. *Caritas non est ambitiosa.* Basilius in rebus breuioribus, *Caritas non mutat figuras.* Ergo idem est dignitates ambire, & figuras mutare. De Proteo habes, 4. Georgicor.

Omnia transformat sese in miracula rerum, Ignemque, horribilemque feram, flumini que liquentem.

Bernardus sermo. 1. de Epiphania. Optimè notat Christum tanquam priuatum hominem diu latuisse, prædicationemque suam distulisse, donec Pater eum in arenam extrudit, aquis intinctum, & Spiritus sanctus sub specie columbæ in certamen intulit. Vt scilicet nos doceat, quantum periculum sibi affiscant, qui non requisiti vltro se magistratibus obijciunt, & non oblarum curam animarum requirunt. Audi Bernardum. *Num verò iam latere non potuit, qui tam manifeste demonstratur à Patre.* Expendo verba illa Bernardi: *latere non potuit.* Non dixit non latuit, sed non potuit latere, ac si ipsum renitentem Pater, & Spiritus sanctus ab umbra, & latebris in lucem protruderint. Quod nostro modo loquendi dictum accipe, ne verba Bernardi à vero habeant. Subdit Bernardus. Non immerito cum Christus adoratur à Magis; inuenerunt puerum cum Maria matre eius & procidentes adorauerunt eum. Mathæi, 2. Cur quæso cum Maria inuenitur Dominus, nec tamen de Iosepho mentionem facit Euangelista? Quæsitò respondit Bernardus hæc verba, *nam in prima quoque apparitione cum Virgine matre voluit apparere, quod verecundia quadam in Virginitate significetur.* Ac si dicat: adeo Christus humilitatis Magister humanos honores detractabat, vt si quando diuinæ voluntati inferuiens adorari pateretur, non nisi Virgineo quodam suffusus rubore honorem exciperet. Eundem sensum habent, ni fallor, verba illa Euangelistæ. *Inuenerunt puerum cum Maria matre eius.* Duplicem causam continent hæc verba, ob quas passus fuerat Christus adorari. Prior continet verbum illud, puer. Non fugit Christus delatos sibi honores, quia puer erat, & recens natus, quem non decebat fuga sibi consulere. Cum verò iam vir, deferri sibi vidit regios honores fugam arripuit. Ioan. 6. 15. *Iesus ergo cum cognouisset, quia venturi essent vt raperent eum, & facerent eum Regem, fugit iterum in montem ipsum.* Posteriorem rationem inuunt verba illa, *cum Maria matre eius,* id est, quodammodo opus fuit, vt à matre detineretur, ne adiret, dum summo honore reges eum prosequabantur. Sed redeo ad Bernardum, qui eundem sensum putat delitescere sub illis verbis Patris, ad filium, Matt. 17. *Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui ipsum audire.* Iniunctum Christo Domino à Patre regimen vniuersorum, his verbis putat Bernardus vbi supra, ipsum quidem

8.

Tertul.

9.

1. Cor. 13. 15.

10.

Bern.

Mat. 2. 12.

Bern.

Ioan. 6. 15.

Mat. 17. 5.

Bernardus.

quidem audite. *Ecce Domine Iesu vel iam nunc loquere, quousque files, quousque dissimulas? Diu tacuisti, & valde diu, iam nunc loquendi licentiam habes à Patre.* Hæc Bernardus. Ergo putat his verbis mandari à Patre omnium hominum curam Christo Domino, ipsum audite. Sed subobscura satis verba sunt. Appertius, diceret; tu, o fili homines doce, eorum curam ego tibi commendo, at vero Pater mandatum suum non dirigit ad filium, sed ad homines. Vos homines loquentem excipite, iubenti parete. Quare hoc. Adeo enim humilis Dominus locum sublimè, thronum, & suggestum ascendere refugiebat, vt quædam verborum ambage, & circumlocutione, vsus sit Pater. Veritus ne speciem illam beatitudinis, qua filius tunc utebatur disturbaret, si ei præfecturam obire, mandaret. Maluitque dicere, ipsum audite, quam tu loquere, ne verbis ipsius filij cor percelleret. Quæ omnia iuxta mentem Bernardi dicta sunt, & nostro modo intelligendi exponenda, vt illis doceamur præfecturas fugere.

I I.

Pro hac refaciunt verba Consilij Ephesini titulo de obedientia Christi, in quibus mihi amplius immorandum, quia rem præsentem, si recte intelligantur apprimè illustrant. *Primo verbum homo nostri similis, factum est, vt principatum in nos gereret, necessaria quadam ratione statim inaugurandum.* Hæc ex Consilio transtuli. Expendo verba illa, *necessaria quadam ratione statim inaugurandum.* Quæ rogo rerum necessitas Patrem impulit vt nulla interposita mora statim ac filius in mundum venerit, eum inaugurauerit? certè si consulamus modum quo homines res mente concipimus, ex rebus humanis diuina componimus. Ergo iuxta hunc modum talem sensum habent verba Concilij. Vsque adeo humilis Christus primas apud homines obtinere subterfugiebat, vt necessarium fuerit Patri ipsum Regem facere ante quam humana experiretur, ne onus subterfugeret. Quis enim ignorat à prima Conceptionis die Christum eadem qua nunc scientia rerum pollere, sed hæc vt dixi pro nostro captu dicta sunt: & addit Concilium verba illa Psalmi 2. *Dominus dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te,* Quæ de Christi generatione temporali intellecta, ad prædictam sententiam confirmandam inducit Concilium. Ac si dicat: Christum statim inauguratum fuisse testantur verba, Psalmi 2. *Dominus dixit ad me &c.* id est, eadem ipsa die, qua Dei filius humanam carnem induit talia Pater Æternus ad illum verba fecit. Quæ autem sunt verba nimirum, quæ subdit Dauid, *Postula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam: & possessionem tuam terminos terræ,* id est, totum orbem tuæ potestati ditionique subijcio: Hoc autem factum est, eadem die, qua sibi corpus effinxit, ne scilicet postea honoris onus subterfugeret. Aludit proculdubio Concilium ad illa verba Pauli Hebr. 1. 6. *Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ dicit: & adorent eum omnes Angeli Dei.* Quæ verba scripsit Apostolus post relata verba ex Psalmo 2. hac ratione, *cui enim dixit aliquando: Angelorum filius meus es tu ego hodie genui te: & rursum ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium.* Et cum iterum introducit &c. Quæ verba temporalem Christi natiuitatem, continere putant Chrysostronus, Ambrosius Theophylactus, & Eucumenius. Ex quibus liquido constat eodè temporis articulo, quo Christus carnem suscepit adoratum fuisse ab Angelis, ob rationem scilicet supra dictam. Accipit locus lucem, si similitudine à rebus humanis ducta doceamur. Pareantes filiam deformem nuptui tradituri, virgineum pudorem prætendentes occultant,

Psal. 2. 7.

Hebr. 1. 6.

donec vir inuisam ducat, ne a matrimonio resiliat, non aliter Christus Dominus in ipso vitæ limine Rex inauguratur, ne si labores regni dignitatis, & præfecturæ viderit tantum onus subire detrectet.

Quod si qui ingenio, & meritis clari sunt, obire præfecturas pertimescunt, quid de his eloquat, qui his omnibus vacui nullum non mouent lapidem, vt summum culmen pertingant? Hos etiam de periculo admoneamus. Boëtius de consolatione Prosa 6. *collata improbis dignitas, non modo, non efficit dignos, sed prodit etiam, & ostendit indignos.*

At nescio, qua ratione factum est, vt insipientiores ex tripode sibi loqui videantur, & ad imperandum se iudicent aptissimos, eoque de se magis præsumant quo minus ingenio prudentiaque polleant. Ambitionis pestem etiam Christi discipuli contraxerunt, ex quibus Iacobus, & Ioannes, primas sedes regni matre interueniente postularunt, quod postquam retulisset Matthæus, subdit Matthæi 20. 24. *Audientes decem indignati sunt de duobus fratribus.* Consulto Euangelista, addit indignatos omnes reliquos decem Apostolos. Ne scilicet quis putaret, vel vnum defuisse. Ac si dicat, ad vnum omnes Apostoli nullo dempto, nullo excepto, duorum fratrum ambitum ægre tulerunt, quippe qui omnes eandem dignitatem ambiabant, & vnusquisque ea se dignissimum iudicabat. Etiam ipse Iudas Domini proditor: non mirum si Petrus, cui promissio facta fuerat, si Andreas omnium primus ad Apostolorum apicem euocatus Magistratus quos iam spe hauserant è manibus præcipi paterentur: verum Iudas proditor etiam ægretulit, ac si etiam ipse præfecturæ certissima spe priuatus, imò vero vt reor ipse primus reliquis condiscipulis inuidiæ faciem subierit. Rem totam animo concepit Origenes, tractatu 11. in Matthæum. & pergit his verbis. *Et audientes decem indignati sunt de duobus fratribus, quoniam rogauerunt cæteris præponi. Et vide, quoniam, & Iudas erat inter indignantes.*

Adeo autem honestum virum deditur excellentiæ appetitus, vt vel hanc solam ob causam præfectura reddatur indignus, alioquin moderatus, & prudens vir. Rem hanc illustrat Chrysostronus ad illud Hebræorum 2. 16. *Nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit.* Rem exponit verbum illud, apprehendit, quod significat fugientem insequi, & iniecta manu tenere. Ergo sensus est: Angeli diuinitatem expetierunt, sed hanc solam ob causam ab illius participatione exciderunt. At homines iusti, præcipue sancti Patriarchæ, qui ab Abrahamo originem trahebant, sese ea felicitate omnino indignos iudicabant, quapropter eorum naturam & carnem, sibi Deus vniuit, illorum humilitate ductus. Vnde non immerito corpus è Virgine sumpturus eo potissimum tempore decreuit cõficere, cum virgo humillima se ancillam profitebatur, de qua præcipue dicitur: *semen Abrahæ apprehendit.* Ergo honor instar vmbre, insequitur fugientes, fugit autem se insequentes. Rem perspicue docet Chrysostronus, loco allegato his verbis. *Quare non dixit suscepit, sed isto verbo vsus est apprehendit? Quæ sit autem facit satis his verbis. Vtique per metaphoram insequentium eos, qui auersi sunt, & omnia facientium, vt fugientes occupent.*

Vt reor, eundem sensum habent verba Samuelis ad populum, 1. Reg. 10. Dum Saulem ex Dei mandato toti populo præficeret, certè videtis, quem elegit Dominus, quoniam non sit similis ei in populo. Demirror sanè hominum e media plebe, ad id vsque tempus in vmbra delitescens, cum spectandus primus vniuerso

12.

13.

Matth. 20. 24.

Orig.

14.

Hebr. 1. 6.

Chry.

15.

1. Reg. 10.

24.

vniuerso populo proponitur, omnium optinum à Samuele fuisse conclamatum. Nam corporis proceritas & robur, quam omnes suspiciebant non adeo laudaretur à Propheta. Quapropter crediderim hæc verba, id, quod ante acciderat spectasse. Cum enim populo præficiendus, quæreretur Saul, ipse se domi abscondit ne tantum munus obiret, donec à Deo admonitus Propheta latebras patefecit. Ergo videtis, quem elegit Dominus, non ipse se immisit, sed rogatus, & captus abscessit, quapropter, non est similis ei in populo, quia eo amplius dignus est, quo se iudicat indignum.

16. Similem sensum habent verba Psalmi 20. *Domine in virtute tua exaltabitur Rex, & super salutare tuum exultabit vehementer.* Ad dignitatem regiam ascitus plaudo, tripudio, gaudio efferor; sed huius effusæ lætitiæ causam subjungit, quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite eius coronam de lapide precioso, id est, tu ipse me quæsiuisti gregem pascentem, nihil minus cogitantem, non ego me ingessi. Hanc expositionem tradit Basilius in scholijs, ad hunc locum. *Regnum enim adiuui non rogatus, propria libertate tribuisti: ac caput illius regio diademate ornasti.*

17. Ergo oportet, ut is, cui clauem Reipublicæ concesseris publica munia prius non sine laude obierit, nec sat est, si sola spe ducaris, sed prius eius merita experire. Hanc sententiam indicant verba illa Psalmi, 135. *Qui fecit luminaria magna.* Hoc est, qui miro lumine splendescere fecit sydera, & subdit statim. *Solem in potestatem diei, lunam, & stellas in potestatem noctis.* Hoc est, prius sydera lumine ornavit, & postmodum lunam præfecit nocti, solem verò diei. Oportet enim, ut ante adeptam præfecturam candidatorum merita experiaris. In nostra sententia est, Bernardus sermone 1. de Epiphania. qui pro nobis inducit verba illa, æterni Patris, ad Filium in Trâsfiguratione Matthæi 17. *Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, ipsum audite.* Hem, prius virtutem Christi filiationemque præmisit, & subiungit, ipsum audite. Nec enim ad doctrinæ, magisteriique apicem, quisquam est eligendus: nisi prius, quæ placita sunt Patri compleat. Ecce Deus maiestatis intonuit, ait Bernardus, *Dominus super aquas multas, & vox patris audita est: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Verè enim hic est, in quo non est, quod patri displicet: quod oculos maiestatis offendat: Vnde, & ipse ait, quæ placita sunt ei facio semper, ipsum, inquit, audite. Ecce Domine Iesu, vel iam nunc loquere. Quousque files? quousque dissimulas? qui tacuisti, & valde diu, vel iam nunc loquendi licentiam habes à Patre.*

18. Lucem affert huic rei Philo lib. de opificio mundi. Omnia animantia adduxit Deus ad Adam nuper effectum, ut nomina eis imponeret singulis iuxta suum ingenium, & naturam. Quare rem hanc non distulit, sed in ipsius Adami formationis vestigio imponendorum nominum curam mandat: scilicet, ait Philo, ob hanc rationem, id effecit, quia eum cunctis præfecerat animantibus. Ut ergo Deus ostenderet iure eum omnibus animantibus præfeciße: nec solum ductum fuisse spe futuræ scientiæ, sed prius in ipso merita ad præfecturam fuisse intuitum: statim ac ei omnium rerum præfecturam dedit, omnia animantia adducit, ut ex nominum impositione ostentaret Adamus scientiam, qua iam pollebat, & ob quam omnibus prælatus est. Ergo quicumque ius habes suffragij ad præfecturas, oportet, ut prius candidatorum merita expendas. *Ait ergo scriptura omnes animantes adductos ad hominem, ut videret, quas hic appellationes singulis*

inderet, non quod dubitaret, ignotum enim Deo nihil: sed sibi conscius, quod rationalem immortalis natura fecerit suapte vi mobilem, ne ipse esset vitiiis particeps, itaque periculum faciebat iam noti, tanquam præceptor institutum ei habitum excitans, & ad pronocationem operum suorum pronocatus: ut eis ex tempore nomina imponeret, nec inconuenientia, sed diserte rerum proprietates exprimentia, cum enim rationalis natura etiam tunc pura maneret in anima, nullo turbante motu aut affectu, non aberrabat à vero, ut nomina eis inderet apposite significatis applicando ad ipsum vocabuli sonum mox natura cuiusque intelligeretur: tantum omnigenarum virtutum inerat homini contendenti ad ipsum finem humana felicitatis.

19. Sanè nihil molestius ferunt omnes, quam si eum quem, nullis meritis superiorem sibi suspiciunt, sibi viderint imperitare. Eius verò mandatis lubentes parent, quem sibi viderint meritis superiorem. Philo, lib. de Ioseph satis è re præfenti notat insomnium prius Ioseph: nempe dum vidit fraternos manipulos Iosephi manipulo insurgentes à Patre non fuisse correptum. At verò cum posteriora visa retulit, nempe solem, & lunam, & stellas vndecim cultum exhibuisse Iosepho, statim pater filium repressit, & corripuit, neque enim sensato patri molestum fuit, ut manipuli manipulum adorarent, simile scilicet sibi simili, & æqualem æqualibus præesse: At verò dum puer retulit sibi cultum exhibendum à sole, luna, & stellis tanta illi claritate superioribus natura, & situ, duris illum verbis excepit. Scilicet quis patienter ferat hominem obscurum, ingenio, & animo puerum longe micantibus syderibus leges dare: *Visus erat videre (ait Philo) ad se venientem solem, & lunam, & stellas vndecim. Quod Pater miratus, in mente recondidit, de euentu præfagij sollicitus, grauiter autem obiurgauit filium, timens ne quid ille peccaret. Potest ne fieri, inquit, ut ego, materque & fratres adoremus te? nam per solem patrem, per lunam matrem, per vndecim stellas fratres significare videtis: Quod caue ne vnquam in mentem, ni puer, veniat. Trade potius obliuioni visiones nefarias. Nam sperare, & expectare principatum, inter domesticos res abominanda est me iudice, nec aliter iudicare ceteros puto, quibus, aequalitatis, & cognitionis iura nota sunt.*

20. Illud, hic inferendum censeo ex Ruperto, lib. 3. in Exodum 1. 22. Nimirum in cãdidato, eas præcipue animæ dotes esse spectandas, quæ ad tale munus obendum necessaria videntur. Potest enim fieri, ut quis longè alios virtute excellat, qui tamen ad res agendas parum valeat. Nunc autem rebus publicis præficere absonum erit. Ergo ille ad regimen assumatur, qui ad tale munus idoneus magis videbitur, etiam si alia animi desint ornamenta, ut puta generis nobilitas animi moderatio ingenij acumen &c. Hoc autem tribus argumentis euincit Rupertus ex sacra scriptura deductis. Moyses in componendis ex æquo, & bono, aut ex iure dissidentes ciues bonam diei partem ponebat. Huic autem Exodi 18. concilium dat sozer, ut viros præficiat, qui pro tribunali lites dirimant, ut Moyfi per ocium liceret rebus diuinis præesse. En tibi virum infidelem idololatriæ deditum, qui tamen Dei amico concilium non aspernandum præbet, quodque ex Dei mandato statim exequitur. Contingit enim non raro homines seculares industria & solertia animi alios excellere. Secundum argumentum sumit ex illo Lucæ, 16. 8. Præmisit Dominus parabolam illam de villico, qui ut debitores domini in suam amicitiam ascisceret debito absoluit, vel saltem illud minuit. ac tandem subdit Christus Dominus: *Et laudauit Dominus villicum iniquitatis, quia*

prudenter fecisset, quia filij huius seculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt. Ecce quos filios seculi appellat prudentiores filijs lucis, & filios Dei dicit, & ad secularia munia obeunda idoneos magis appellat. Tandem pro nobis pugnant verba illa Pauli, 1. Cor. 6. 4. *Secularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles, qui sunt in Ecclesia, hos constituite ad iudicandum.* Qu. dic. Etiam si contemptibiles sint atque nulla virtute animi, aut generis nobilitate clari, si tamen fuerint iuris prudentia insignes, & animi solertia attenti, eos in iudices assumite, quia hæc ad tale munus obeundum præ alijs desiderantur. Ergo, ait Rupertus, *stulto, inquit, labore consumeris, & tu, & populus iste, qui tecum est, sed audi verba mea, atque concilia, & erit Dominus tecum. Quibus auditis Moyses fecit omnia, quæ ille suggererat. Et electis viris extraneis de cuncto Israel constituit eos principes populi. Ergo ex hoc quoque loco veram esse declarat illam Evangelij sententiam dicentis: quia filij huius seculi, prudentiores sunt filijs lucis in generatione sua. Nam in genere quidem causarum ad Dominum pertinentium Moyses prudentissimus erat omnium lucis filiorum, neque surrexit Propheeta ultra in Israel sicut Moyses, quem nasset, Dominus facie ad faciem, in omnibus signis, atque portentis, quem misit per eum. In genere causarum persinentium ad rempublicam omnino, prudentior illo cognatus eius inuentus est. In quo hodie plerisque filios huius seculi videmus filijs lucis prudentiores, quod sciens Apostolus ita Choriinthijs loquitur. Secularia igitur iudicia si habueritis: contemptibiles, qui sunt in Ecclesia constituite ad iudicandum, contemptibiles eos vocat comparatione nobiliorum, qui causarum ad Dominum pertinentium minus capaces sunt.*

1. Cor. 6. 4.

VERS. 5.

Non te iustifices ante Deum, quoniam agnitor cordis ipse est: & penes Regem noli velle videri sapiens.

1. *Non te iustifices ante Deum*, id est, ne si quid præclarum feceris, coram Deo ostentes; *Et penes Regem noli velle videri sapiens*. Et caue velis apud regem sapiens haberi, Græca præstius. *Ne te iustifices apud Deum; & apud regem noli velle videri sapiens*, itaque verba illa: quoniam agnitor cordis ipse est, addita videntur ab interprete explicationis gratia.

2. *Non te iustifices apud Deum*. Nos de vana iactatione exposuimus quæ iuxta Evangelium Phariseum Publicano postposuit. Fauet Tigurina, quæ integram sententiam his verbis transtulit. *Ne te coram Domino pro iusto vendites, ne apud regem ostentes sapientiam*, illud aduerte, pro Deo transtulisse Dominum, iuxta quam lectionem facilius erit sensus, & vtrunque hemistichium idem significari, id est, coram eo qui præest, sapientiam vendites, quo ad præfecturam promouearis. Quod idem habes in posteriori parte scilicet, *& penes Regem noli velle videri sapiens*, addit non te iustifices, id est, ne iustum te ostendas, vel declares. Paulus de Palacio. Ne alijs in sanctitate te præfacias, videlicet, ut præ illis eligaris. Non raro enim candidati aliorum facta mordere, & sua prædicare solent. Diony. Carth. *Ne te iustifices ante Deum*, id est, non reputes te iustum in Dei conspectu, ac per hoc dignum officijs, Hug. Cardi. *Non te iustifices*, id est, *ne te iustum simules*. Lyra verbum illud coram Deo, ita exponit, id est, ipso Deo tanquam teste in medium adducto, id est, ne vt te hominibus piùm vendites, Deum testē voces, tuæ conscientia, & interna virtutis. Aliqui de ficta hypocrisis, per quam candidati præfecturam præstant, vt superioribus adhærere possit sententia, id est, ne per hypocrisi-

Dionyf.

Hugo.
Lyra.

sim locum editum ambias.

Et apud regem noli velle videri sapiens. Nos de vana sapientia ostentatione per quam quis dignitatem ambiit posteriorem hanc partem exposuimus. Nōnulli putant hanc partem docere, ne quis nimium, suæ sententiæ adhæreat, quod maxime Regibus displicere solet. Ergo, ait, ne regis sententiæ obfirmato animo obstitas, sed facile cede, & principi te accomoda. Damnatur, qui contra Prælati sententiam propriam tutatur. Hugo. Card. *Noli videri sapiens*, id est, non quaras ostendere sapientiam tuam, vt dignitatem consequaris. Duo sunt, quæ maxime requiruntur in Prælato scilicet virtus, & scientia, & in his duobus maxime optant lucere, ambitiosi coram hominibus, ideo vtrunque prohibet: apparietiam vitæ cum dicit: *Non te iustifices: apparietiam scientiæ cum dicit: & apud Regem*, &c. item Rabanus, nulla præsumptio perniciosior quam de propria iustitia, aut scientia superbiere.

Hugo.

Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumperere iniquitates: ne forte extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in æquitate tua.

VERS. 6.

Noli quærere fieri iudex, id est, caue ambias iudiciariam potestatem, nisi virtute valeas irrumperere iniquitates. id est, nisi vires in te ipso experiaris idoneas, ad penitus frangendas iniquitates. *Ne forte extimescas faciem potentis*. Ne forte si his careas, ad conspectum potentioris hominis pauceas, & æquitatem seruare nequeas. Id enim significat, *Et ponas scandalum in æquitate tua*. Faciens scilicet, quod ab æquitate, quam seruare debes, alienum sit.

1.

Nisi virtute valeas. Nos, nisi eam habeas vim, vt possis prouinciam tibi commissam criminibus purgare, Hug. virtute, id est, pietate vitæ, vel doctrina.

2.

Irrumpere, id est, penitus frangere, vel aliorum audaciam comminuere. Hoc enim proprium significat verbum irrumperere. Significatius nostra, quam græca quæ hæc modo habent: *nisi valeas tollere iniustitias*. Nos cum communi expositione de iniurijs quas subditi inferunt, scilicet potentiores, eis, qui minus possunt cum communi expositione locum intelleximus, has enim frangere debet qui præest. Rabanus de vitijs prælati locum exponit, hac ratione. Non te ad supremum locum attolli patiaris, nisi prius animum tuum peccatis purgaueris, sed non satis ad mentem authoris Vatablus in notulis, aliam innuit expositionem, id est, nisi offensas in te ab alijs illatas sustinere fortiter valeas. Oportet enim, vt is, qui præest, patienter ferat, si læsus fuerit ab his, quibus imperat. Paulus de Palacio ideo dictum putat irrumperere, quia vel munera vel potentiorum hominum petitiones, velut lapides sunt, quibus iura scinduntur, quæ velut araneorum telæ sunt. Glossa hic, *ille pertrahi debet in exemplum viuendi, qui nulla aduersa pertimescit*, Lyra, irrumperere, id est, punire.

Hugo.

3.

Et ponas scandalum. Nos, id est, tu ipse offendas. Diony. Carth. id est, subditos scandalizes.

4.

In æquitate tua, id est, in æquitate, quæ seruare debes. Diony. Carth. In agilitate tua, id est, in pernicitate tua, vel potius leuitate tua, qua sine alijs, ad superiorem locum auolare conatus es. Hic inferenda fabella de Icaro qui dum se cereis alis fidit in imum recidit.

5.

Dionyf.

Icarus icarias nomine fecit aquas.

Paulus de Palacio ideo positum putat, in agilitate tua, vt prætores & rectores moneat, ne sterant, sed innuigent,

Palacio.

inuigilent, omnia lustrent. Hugo Card. qui pari ratione legit, in leuitate tua, ita sententiam exponit. *Id est, ne subditi scandalizentur in inconstantia, & leuitate tua siue timiditate, quia non audes resistere tyrannidi principis tuos subditos opprimētis. Cum enim subditi vident prelatum suum timere aut fugere, facile terrentur.* Zachar. 13. *percutē pastorem, & dispergentur oves gregis.* Glossa, in leuitate tua, id est, leuitate affectus, vel actus. Significantius habet Tigurina. Et integritati tuę ponas offendiculum.

ETHOLOGIA LXXXVIII.

Acceptatio personarum à Iudice aliena.

1. **N**oli velle fieri Iudex, &c. Hoc maxime obseruandum Iudicibus, ne potentiores homines vereantur, & ob hoc ab æquo deflectant. Sed vnicuique, quod fas est reddant. Sapius enim Deus lege cauit, ne iudices potentiorum personam accipiant, quod præsens suadet Ethologia. Quærit Ambrosius in Psalmum 36. quare Deus Ecclesiam ex omnibus gentibus adunauerit, cum tamen synagoga, ex vno Abrahamo originem traxerit? Hoc ideo factum est, ait Ambrosius, vt præfecti, & præfules Christianorum, non ducantur amore erga vnam aliquam gentem, sed omnibus æque prospiciant, nec in iure dicendo vnum alteri præferant. Ambrosij verba subiicio. *Nos de diuersis populis congregati, vocabulum nobis vnius gentis non possumus usurpare, & ideo quia nomen non habemus in terris, de cælo accipimus, vt Christi populi diceremur.* Si vni præ aliis adharemus Christianorum nomen abiicimus.

2. Ioannis 4. Christum Regulus Dominum inuitat in domum suam, vt filium à morbo liberaret, & tamen ille renuit, & tamen Matth. 8. non vocatus in domum properat Centurionis. Quod teste Gregorio homil. 27. in Euangelia nos docet personas despiciere, neque diuiti pauperem præferre, sed æque omnes amplecti. Ad seruulum Centurionis pergit non iussus, ad filium Reguli non venit vocatus. Sed Dominus (ait Gregorius) qui rogatur, vt vadat, quia, non desit ibi inuitatus, indicat; solo iussu salutem reddidit, qui voluntate omnia creat, quid est hoc, quid nisi nostra superbia retunditur, qui in hominibus non naturam, quæ ad imaginem Dei facti sunt, sed delicias, sed honores veneramur. Redemptor vero noster, dum ostenderet, quia quæ alta sunt hominum despicienda sunt, & quæ despecta sunt hominum despicienda non sunt, ad filium Reguli ire noluit, ad seruulum Centurionis ire paratus est.

3. 1. Reg. 6. 19. Percussit autem de viris Bethsamitibus, eo, quod vidissent arcam Domini: & percussit de populo septuaginta viros, & quinquaginta millia plebis. Non satis apparet causa ob quam Deus tantam stragem ediderit, quod enim peccatum est, in venientem arcam oculos coniecere. Ex sensu morali aptam rationem reddit Gregorius in libros Regum exponens hunc locum, sumptam ab illo videlicet verbo vidissent. Nempe idem est, ac si diceret, non mente perpendenter tantum mysterium, non quod intra arcam lateret cōsiderarunt, non quid sibi vellet manna, mente voluerunt, non verba Decalogi non virgam Moyfi suspexerunt; sed tantum splendorem illum ex auro, quo arca erat opperta mirati sunt. Exteriorem figuram oculis hauserunt & ex auro fulgorem. Vnde iure morti traditi sunt. Odit enim Deus illos, qui exteriorem tantum cultum, & splendorem contemplantur. Idcirco (ait Gregorius) Bethsamita perhibentur percussi, quia plerique viuunt subditi, qui moriuntur prelati. Habet enim arca Dei extrinse-

cus pulchritudinem, quam si minister infirmus, non ad spirituales venerationem, sed ad concupiscentiam secularē aspexerit, nequaquam viuunt. Bene autem causa peressionis describitur, cum dicitur: quia viderunt arcam Dei. Quid est, enim viderunt, nisi quia eius gloriam videndo concupierunt. Nunc autem auctore Deo sancta Ecclesia per vniuersum orbem gloria est copiosa, quæ perfecta gloria, quia reprobis sacerdotibus seculariter appetitur, Bethsamita viri arcam Dei exterius videndo, moriuntur. Et infra. Arca quoque Dei male foris aspicitur, quando flagitiosi præpositi subditarum personarum exteriori specie deuicti ad carnalem concupiscentiam pertrahuntur.

1. Reg. 11. Et ecce Saul veniens ex agro sequens boues. 4. Hoc loco Saul optimi prælati personam gerit, qui duplicem bouem sequitur. Duplex enim bos, si fides Gregorio exponenti hunc locum duplicē amorem significat quem habere debet prælati. Nempe amorem Dei, & amorem subditorum, vterque enim hic amor per bouem significatur, nimirum, quia amare debet populum propter Deum, non autem ob peculiarem aliquam rationem, ob quam vnum alteri præferat. Qui enim personarum diuersitatem spectat in subditis, non duos boues insequitur nec in duplici boue arat, sed in asino, & boue contra legem Deuteron. 22. 10. *Non arabis in boue simul & asino.* Oportet ergo æquo animo, sibi subditorum causas attendere, nec alteri plus deferre. Et ecce Saul veniebat (ait Gregorius) sequens boues de agro, & vidit plorantem populum. Saul autem stentem populum vidit ob quam causam fleuit, interrogauit. Quia electus doctor subditorum necessitatem compatiendo suam facit & hanc reuelati appetit. Boues sequitur, quia cum valide affectus charitatis antecedunt. Quasi enim duos boues ante se habet, qui & proximis per amorem iungitur, & diuina charitate inflammatur, & inde proximum ordinate diligit, quia hunc amor Dei fortiter accendit. Quare, & Dominus per Moysen ait: non arabis in boue & asino. Asinus quippe est amor carnalis, quia, qui portat, quos amat, quasi forte est animal, & quia inordinate idem non pro Deo diligit, lasciuum. In boue ergo, & asino arari non potest, quia fructu æternæ mercedis anima non excolitur, si puritas amoris, quo Deo coniungitur, inordinatō proximo amore polluitur.

1. Reg. 14. contra præceptum patris fauam melis gustauit Ionathas ob quod iratus Dominus fugientes inimigos insequi vetuit. Cum vero Saul peccati auctorem ignoraret his verbis alloquitur num. 39. populum. *Viuit Dominus Saluator Israël, quia si per Ionatham filium meum factum est absque intermissione morietur.* Saulis verba laudat Gregorius in expositione huius loci, Saulem debent Iudices imitari & prælati, vt scilicet, peccatum inquirant, vindicent, & puniant etiam si illi sanguine iunctus sit ille qui deliquit, siue sibi valde alienus: siue gregarius aliquis siue sanguine clarus. *Viuit Dominus* (ait Gregorius) *Saluator Israël, quia si per Ionatham factum est, absque retractatione morietur, quod si iuxta historiam huius paterni iuramenti pondus attendimus: & illius temporis feruorem, & teporem pariter contuemur, antiqui enim patres, vt Deo placerent ad mortem filij etiam non parcebant. Nos autem eos, quos secundum carnem diligimus, etiam tenui asperitate verborum insequi non audemus. Ecce qui ad regnum filium nutrebat, dicit: quia si per eum peccatum factum est absque retractatione morietur. Nos peccantes cernimus, & oburgare peccantes nolimus, aut tememus, cur ergo facimus nisi quia Deum sicut illi, nequaquam diligimus? Nam Moyses, vt bene peccatum idololatria vindicaret Leuitas viginti tria milia virorum iussit occidere. In cuius nimirum executionem*

cadis dixit; si quis est Domini iungatur mihi, & occidat unusquisque fratrem suum, & amicum suum, & proximum. Quasi dicat, in hoc ostendet quisque quod sit Domini, si pro eius amore, fratri proximo, vel amico non parcat. dixit ergo Saul de filio, quia absque retractatione morietur. Absque retractatione quippe rector interficit, cum affectus carnis non suscipit, sed cum crimen inuenit velociter fevit. Retrahit quippe, qui ne scelerum acriter punget, obsequia sibi à Deo impensa, aut consanguinitatis affectum cogitat. Duo item alia relatis verbis pro nostra sententia præfert Gregorius. Imprimis verba illa Exod. 32. 26. Moysis. *Si quis est Domini iungatur mihi. Id est, si quis Deum amat, si quis cultor est Dei. Sed qua in re diuini amoris, & cultus specimen dabunt? Et occidat unusquisque fratrem suum, & amicum suum, & proximum. Id est, nulli parcat, iuri amicitia, & sanguinis succumbens. Ergo vere ille Deum amat, & colit, qui personarum rationem non habet. Insuper expendit verbum illud Saulis absque retractatione. Plures enim iudices contra principes consanguineos & amicos sententiam ferre proponunt, retrahunt vero cum vel claritatem personæ amicitiam, vel sanguinis coniunctionem contemplantur, vel donis moliuntur, vel ferre sententiam procrastinant, ut concepta animo contra iniquos ira deferuecat.*

6. 1. Reg. 14. In terga feriebat Israël Philistæos. Ne vero moram faceret populus in cibis capiendis, & inimicus diffugeret, Rex Saul morte feriendum iurat, eum qui ante deleros hostes epulis indulgeret. Istius Regij mandati Ionathas parum mellis prælibauit. Quapropter iratus Dominus canere receptui lubet. Ignarus Saul per sortes filij crimen inuenit. Quem statim morti addixit. Ast populus Ionatham de manu patris liberavit illis verbis. Ergo ne Ionathas morietur, qui fecit salutem hanc magnam in Israël. Horum verborum vim expendit Gregorius ibidem, qui hostes primus aggressus est? qui author extitit insignis victoriæ? qui reptans magno cum vitæ discrimine hostiles cuneos penetravit? Non generis nobilitatem causati sunt, non esse Regis filium, & patri sufficiens, quo parenti assentarentur, & personarum curam habere docerent. Sed merita, & beneficia in populum collata, & vniuersum populum ab hostibus ereptum in medium produxerunt. Quid ergo est (ait Gregorius) quod dicitur, ergo ne Ionathas morietur? Nisi quia alius de eadem culpa moreretur? quibus nimirum populi verbis nobis ostenditur virtus magna discretionis. Quia in electorum examine non solum culpæ causa pensanda sunt, sed etiam merita personarum, quod aperte his verbis ostenditur, quia non ideo, Ionathas non moriturus asseritur, quia erat filius regis sed quia in Israël magnam salutem fecit. Cum ergo magni viri cadunt communi iudicio tradendi non sunt, quia priora opera merentur, ut posteriorum grauitas leuigetur. Ipsa autem culpæ leuigatio, non acceptioni personarum decernenda est, sed respectu prioris vitæ, quia ad absolutionem illius sanctæ Ecclesiæ lucra pensanda sunt, non carnalis affectio admittenda.

1. Reg. 14. 45. Gregor. Quid ergo est (ait Gregorius) quod dicitur, ergo ne Ionathas morietur? Nisi quia alius de eadem culpa moreretur? quibus nimirum populi verbis nobis ostenditur virtus magna discretionis. Quia in electorum examine non solum culpæ causa pensanda sunt, sed etiam merita personarum, quod aperte his verbis ostenditur, quia non ideo, Ionathas non moriturus asseritur, quia erat filius regis sed quia in Israël magnam salutem fecit. Cum ergo magni viri cadunt communi iudicio tradendi non sunt, quia priora opera merentur, ut posteriorum grauitas leuigetur. Ipsa autem culpæ leuigatio, non acceptioni personarum decernenda est, sed respectu prioris vitæ, quia ad absolutionem illius sanctæ Ecclesiæ lucra pensanda sunt, non carnalis affectio admittenda.

7. 1. Reg. 14. 49. Fugerat autem filij Saul Ionathas, & Iesui, & Melchisua. Horum nominum etymologiam, ad rem præsentem perducit Gregorius in hunc locum. Vltimi vero nominis rationem satis è re nostra exponit. Melchisua, idè est, ac Rex meus. Rex meus dicitur prælatus non Rex noster, illius, aut alterius, quia tam facilem, & affabilem, se præbere debet, erga vnumquemque eorum, qui sibi parent, ut singulis eorum dicere liceat Rex meus. Hoc est vnusquisque credat, eum sibi esse peculiari amore deuotum, & eum præ cæteris amare. Sed notare iterum (ait Gregorius) doctor debet, quia cum à subditis

nominatur, non Rex noster, sed Rex meus dicitur. Quid est ergo quod Rex meus dicitur, nisi quia tam familiaris debet esse omnibus, ut singulorum esse per amorem sentiat? Sed qui meus dicitur, Rex nominatur, quia humilis, & affabilis prædicatur, hoc ipsum, quod præeminet, non videtur esse suum singulariter, sed speciale singulorum, cum tam communis per gratiam esse nititur, ut eius celsitudo propria vnus cuiusque esse videatur.

1. Reg. 16. 13. Tulit ergo Samuel cornu olei, & unxit eum in medio fratrum suorum. Vngitur Dauid in medio fratrum suorum, teste Gregorio ibidem, quia, qui præest medium debet esse, nec plus, quam alteri adhærere. Confirmat dictum ex illo Ezechielis 1. quo in loco sancta illa animalia plena oculis dicuntur intus, & foris. Prælatus enim plenus oculis debet esse, ut non modo habeat, oculos, & nuntios mentis, in superiori, & eminenti parte, sed in manibus, & pedibus. Corpus enim molem totius reipublicæ significat, in qua, qui aliis eminent, capitis rationem habent, qui vero aliis subduntur instar pedum sunt, ergo non solum prospicere debet claris, & eminentibus viris, sed etiam gregalibus hominibus, & infimæ plebi. Oleo quippe (ait Gregorius) in medio aliorum vngitur, quia, qui in aliorum exemplo positus est nullam sui partem habere obscuram debet. Ut hanc omnes aspiciant, & ab eo lucis exempla sumant.

Unde & sancta animalia, in circuitu habere oculos describuntur, quia electus doctor, dum ardorem charitatis, dum virtutem misericordiam, dum celum rectitudinis, ex sancti Spiritus ardore recipit quasi globum habitat luminis, qui eum ex omni parte, circumstantibus fulgentem reddit. Vel in medio fratrum vngitur, ut vntum & medium, se esse semper arbitretur. Videat se medium, & communis conditionis hominum, ut pares sibi esse eos, quibus seminet recognoscat. In medio itaque vngitur, ut sit humilis, & sublimis. Sublimis in ordine humilis in estimatione. In medio item vngitur, ut se priuato amore non diligit, sed ex omni quod præminet lucra aliorum querat.

Quærit Chrysoctomus homil. 40. in Genesim quare locus ille in quo iusti quiescebant ante Christi aduentum sinus Abrahæ dictus sit à Domino? Lucæ 16. sane ducta similitudine à conuiuio. Antiqui enim non sedentes sicut nos accumbentes cibos capiebant. Qui autem in lectulo, medium locum tenebat, hic præcipuus erat inter accumbentes, & qui pectori istius adhærebat, secundus erat ab ipso: sicut Ioannes Euangelista de se ipso testatur. Ergo sinus Abrahæ locus illius dicitur, qui accumbenti Abrahæ erat proximus, & in pectore illius quiescebat. Sed hinc dubium oritur. Nam cum innumeri pene fuerint iusti ante Christi Domini aduentum, qua ratione homines in sinu Abrahæ esse dicuntur, cum tamen sinus Abrahæ vnicus tantum fuerit, scilicet locus illi proximior? Respondeo: Vnum Abrahamum, inter omnes alios primatum gerere, & quasi reliquos ad canam vocare, qui tam facilem se præbebat, & amicum singulis, ut singuli eius sinum tenere dicantur: tanta familiaritate, & benevolentia singulos venientes, ad illum conuiuium excipiebat, ut vnusquisque se esse ab Abrahamo secundum credat, & in eius pectore quiescere. Hanc rationem videtur innuere Chrysoctomus dum Abrahami patientiam, & erga omnes benevolentiam extollit his verbis. Quando vero audis quod omnes iusti ab illo tempore, & vsque nunc, & vsque ad consummationem eius opus orationem faciunt, ut in sinum Patriarchæ occurrant, quem alium maiorem honorem commendare quis poterit? Vidisti quanta res sit patientia, quanta virtus, quantum sit esse religiosum, & magnam præ se ferre gratitudinem in beneficijs Dei? quia enim

8. 1. Reg. 16. 13.

Gregor.

9.

Chrysoct.

Cap. VII. Ethologia LXXXVIII. 415

enim quando eportebat sua attulit, magna gratitudine omnia ferens, tam iucunda, quam iniucunda, propterea misericors Deus caput bonorum, & id quod iustus maxime concupiscebat largitur.

10. Gen. 49. 12. Chryf. **Genesis 49.** Moriturus Iacob filium Iudam benedixit ex quo Reges Israël originem traxerunt. Unde hac filij benedictione quales futuri sint prælati describit, sed quod ad rem attinet: *Dentes eius lacte candidiores.* Lacti comparat dentes principis. Dentes enim præcipua sunt instrumenta, ad efformandam vocem. Voce autem ius ferunt prælati. Ergo eorum verba, quibus causas dirimunt & sententias ferunt, instar lactis futura sunt. Reliqui omnes liquores obfistentium rerum imaginem referunt, lac vero non item. Ergo iudex, non excipiat earum rerum imagines quæ ei obijciuntur, neque respiciat personam eorum, qui ab eo ius exigunt. Non imitetur aquam, quæ instar speculi rerum imagines reflectit. Huius loci expositionem innuit Chrysofostomus Ho. 67. his verbis. *Et candidiores dentes eius, quam lac. Iustitiam signat, & claritatem iudicis: Nam per dentes, & lac, nihil aliud significare vult quam fore candidum, & manifestum iudicium, ut est lactis, & dentium, qualitas.*

11. Psal. 5. Chryf. **Psal. 5.** *Odisti omnes, qui operantur iniquitatem.* Expende cum Chrysofostomo ibidem illud, *omnes.* Non dixit aliquos sed omnes, illi enim, qui personarum respectum habent, quosdam, dum iniquitatem operantur, insectantur, puniunt, damnant, delectant: Aliorum vero factis conuiuent, dissimulant, patiuntur: scilicet, eos, qui potentiores sunt, qui generis nobilitate, diuitijs, aut dignitate præfulgent, facile patiuntur: eorum vero ira, in eos defauit, qui miseri sunt, & abiecti, & contra eos cælo armantur vindictæ. *Odisti,* ait Chrysofostomus, *omnes, qui operantur iniquitatem: Perdes omnes, qui loquuntur mendacium, siue seruus, inquit, fuerit, siue liber, siue quicumque fuerit, non ex dignitate, sed ex virtute, solet Deus amicos diligere.*

12. 1 Reg. 11. Chryf. **Indulgens libidini** Dauid Bersabe vxorem Vriæ adamauit, qua vt liberius potiretur maritum occidit. Tandem missus Natham quadam obiecta paræmia, hominem percutit, quam, cum attentis auribus exceperisset Dauid, subdit scriptura, *iratus autem indignatione Dauid aduersus hominem illum dixit ad Natham: viuit Dominus, quia filius mortis est vir, qui hoc fecit, ouem reddet in quadruplum.* 2. Reg. 12. Latēbat Regem ad se pertinere parabolam, ideo ira exarsit, ideo rem durius accepit, ideo tantam pœnam aduersus authorem criminis statuit, cum vera intulisset Natham: *tu es vir ille: sententiam mutauit, misericordiam rogauit. Et dixit Dauid ad Natham: Peccauit Domino.* Hoc factum Dauid plerique iudicum imitantur, qui cum commissum scelus nouerunt, ardent ira, fontem damnatos iurant: si verum nouerint quoquomodo ad se pertinere, iram deponunt, mitius agunt, & scelus obtegunt. Insuper optime notat Chrysofostomus statutam à lege pœnam auxisse Dauidem: Nam cum lex iubeat, in quadruplum reddi quod ablatum est, ille insuper capitis pœnam statuit. Dum enim iudices in alienos grassantur ipsius iuris pœnas excedunt, dum vero sententiam ferunt, in eos, qui ad se aliqua ratione spectant mitius agunt. Totam rem hanc optime meditatus est Chrysofostomus in Psal. 50. his verbis, *Quid ergo ira incensus Rex, existimabat enim se alienam litem disceptare. Ira inquam accensus est rex, & iuxta sententiam, admodum dare pronunciauit. Neque animi propensi erat, quæ iustitia labem ferret, gladio, inquit, morietur, atque ouem in quadruplum reddet, neque vero hoc,*

ex legis præscriptio imperauit. Lex quidem furem, id, quod surripuit in quadruplum reddere iubet, ipse autem legis terminos excessit, iubet enim, & ipsum morte affici, & damnum, illatum in quadruplum restitui.

13. Psal. 148. Chryf. **Psal. 148.** *Et exaltabit cornu populi sui.* Id est, populo Hebræorum vires addet, illustrémque reddet. Populum Hebræorum peculiariter suum vocat Deus, nam hunc peculiariter elegit, sibi in populum. Vero ob hoc aliarum nationum, verba, aut facta, ei displicere, quis crederet, quia hunc sibi peculiariter elegit, subdit: *Hymnus omnibus sanctis eius.* Non ea ratione, erga vnum aliquem populum afficior, vt tamen alios non amen, aut ita personas suscipio, vt earum actus non expendam. *Hymnus omnibus sanctis eius.* Quicumque pietatem fuerit sectatus, quicumque virtutem coluerit, is mihi carus erit. Hanc expositionem affert in hunc locum Chrysofostomus his verbis, *Ne eos enim, ideo socordiores, & supiniores redderet, quod eos populum eius diceret, & in hoc solum nomine fiduciam collocantes, animaque virtutem negligerent, postquam dixit hymnus omnibus. Non dixit absolute omnibus, sed sanctis eius. Et rursus postquam dixit filijs Israël, adiecit: Populo appropinquanti sibi.*

14. Luca 9. 23. Chryf. **Luca 9. 23.** *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum.* Chrysofostomus, Sermon. 1. de cruce argumentum pro nostra sententia ministrat ex verbo illo, *abneget.* Non ait, neget, sed abneget, quod negationem maximam significat. Qui sequitur Christum, ea ratione se negaturus est, vt neque de facie, neque de nomine, se ipsum noscat, neque propinquos, aut sanguine sibi iunctos, sed æque notos homines, atque ignotos; æque exteros, ac propinquos accipiat, neque ad se pertinere peculiariter aliquem putet, aut sanguine, aut amicitia iunctum. Quod sane præcipue ad iudices, & prælatos pertinet, qui quidem propinquorum amore deuincti, æquitatis terminos, limitesque transcendunt. *Neque dixit* (ait Chrysofostomus) *neget semetipsum, sed abneget, hac parua adiectione magnam declarans exuperantiam, quid ergo est negare alium? qui alium negat exempli causa filium, aut quemuis alium, siue eum flagris cadi videat, siue in vincula conijci, siue vincula perpeti, non præsto est, non fert auxilium, non vicem eius dolere se lacrymis testatur, nullum sensum doloris eius sentit; omnes enim alieno ab eo sunt animo, sic ergo nos vult Deus corpus nostrum negligere, vt si qui nos ipsius causa, vel verberent, vel supplicio afficiant, vel exagitent, vel quiduis aliud faciant negligamus. Hoc est enim negare, id est, nihil rei suam habere, sed se ipsis periculis obiciat, & certamini, atque eo modo affectus, quasi quis alius pateretur istud.*

15. Esaiæ 6. Chryf. **Esaiæ 6.** *In anno quo mortuus est Rex Ozias, vidit Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum, &c.* Qui historię fidem conquirat, Regibus aut principibus, qui eo tempore vixerunt, in medium adductis narrationem orditur, quod non insolens est etiam Prophetis. Vnus Esaias, contra communem morem tempus demortui Regis assignat quo narrationem atexit, nempe si fides Chrysofostomo Ho. 5. in cap. 6. Esaiæ, cessauerat propheta, tempore quo vixit Ozias, si causam quaras hanc ibidem reddit Chrysofostomus, Percussit Deus lepra Oziam, quia sacerdotale munus ausus est præripere, ille vero, qui lepra sædabatur, ex legis præscripto extra ciuitates pellebatur, & ab hominum consortio remouebatur, hoc præceptum Rex violauit coniuente populo, & sacerdotibus. Ergo quia personam Regis acceperunt, & contra ius, & fas intra ciuitatem, & arcem receperunt, iratus Dominus spiritum prophetiæ interrupit, donec mortuo, Rege prophetaret: iterum incipit Esaias. Vide quantum Deus oderit, eos qui

Chryf.

splendore dignitatis victi, contra ius, & fas fieri aliquid permittunt. *Quid autem est* (ait Chryostomus) *quod pridem ab initio querebamus, quamobrem in rebus externis inque prophetis, cum omnes soleant designare tempora, quibus reges vixerunt, hic eo prætermisso tempus sumat, quo mortuus est Ozias, ad hunc loquens modum: & factum est autem anno, quo mortuus est Rex Ozias. Et tamen poterat Regis tempus exprimere, quemadmodum omnibus Prophetis mos erat, verum id non fecit, quam ob causam id non fecit? Mos erat vetus leprosum è ciuitate expellere, ut & ij, qui in ciuitate vivebant melius haberet, & ipse leprosus non obijceretur promptis ad inferendam contumeliam scomatam, ac dissensionis occasio, sed extra ciuitatem commorans solitudinem veli loco haberet obtentam aduersus incuriam calamitatis. Hoc & Regem hunc perpeti oportuit ob lepram sed non perpeffus est, ijs, qui in ciuitate erant ob principatum renitentibus, verum manebat domi sua clanculum hoc ad iracundiam prouocauit Deum, hoc prophetiam inhibuit quod tempore Heli factum est, verbum preciosum erat, neque erat visio præcipiens.*

16.
Matt. 3. 9.

Matthæi, 3. 9. His verbis auditores suos Baptista percellit, *Et ne vellitis dicere intra vos: Patrem habemus Abraham, dico enim vobis, quia potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham.* Ac si diceret exponente Chryostomo Ho. 11. in Matt. Non est Deus acceptor personarum nec vllum ex dignitate, aut ex genere, absoluit, aut damnat, sed tantum ex merito. Vnde etiam si authorè generis vestri protèdatis Abraham, nulla ratione Dei iram subterfugietis, nisi penitentia fructus exhibeatis. Hoc pulchra similitudine ostendit Baptista, sumpta nimirum ab arboribus. Agricola enim sterili arbori non parcit etiam si illa sit ex præcipuo genere, vnde etiam si sit malus medica, quæ omnibus arboribus ante fertur, ea tamen si diutius culta nullum fructum ferat radicibus euellitur. Vnde Christus Dominus Lucæ 13. 6. *Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua, & venit quærens fructum in illa, & non inuenit. Dixit autem ad cultorum vinea: Ecce anni tres sunt, ex quo venio, quærens fructum, in ficulnea hac, & non inuenio: succide ergo illam: ut quid etiam terram occupat.* Alijs arboribus omiffis vnam ficum intulit paræmia, cui arbori præcipua laus est, apud Palæstinos, & cuius fructus mensis expetitur, vt toties in scriptura videre licet. Ergo idem est ac si dicat, etiam si inter omnes alios principatum teneatis vt ficus alias arbores excedit nihilominus euellimini, & in ignem projiciemini, nulla habita differentia, si noxam peccati contrahatis. Vnde subdit Baptista: *Iam enim securis ad radicem arboris posita est.* Hoc enim per securim optimè exposuit, quæ nullo discrimine præcidit arborem siue illa preciosa sit, siue vilis, siue suauè odorem ex se emitat, siue retrum. Hoc idem sumpta similitudine ab igne exponit, dum subdit: *Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur & in ignem mittetur.* Ignis enim omnia exurit, siue pretiosa sint siue nullo precio digna, siue pulchra sint siue fæda. Verba Chryostomi accipe. *Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur: cum autem dicit Dominus vniuersum honoris carnalis nobilitatem excludit. Etiam si inquit ipsius Abraham fuisse nepos, & mille a quibus ducas genus Patriarchas enumeres, duplicem penam subibis, si bonorum fructuum inanis steteris.*

17.
Lucæ 4. 38.

Luc. 4. 38. *Surgens autem Iesus de synagoga introuit in domum Simonis: focrus autem Simonis tenebatur magnis febribus, & rogauerunt illum pro ea. Et stans super illam imperauit febri, & dimisit illam.* Multa signa fecerat Christus Dominus, ab alijs multis languorem depulerat, & tamen charissimi discipuli focrus febribus æstuebat. Nec tamen Petrus Magistri aduentum matura-

uerat, vt citius iacentem anum curaret, sed expectauit, donec aliis omnibus expletis tandem in Petri domum diuerteret, vt iacentis necessitate permotus à morbo eriperet. Scilicet non inuertendus ordo est, propter eos, qui nobis sanguine iuncti sunt, sed expectandus donec naturali ordine familiaribus, & consanguineis adesse possimus. Vnde merito in totius ecclesiæ Pontificem deligitur Petrus, qui nouerat aliorum utilitates priuatis commodis anteferte. Accipe ex Chryostomo, Hom. 28. *Tu autem hic summam in Christum Petri reuerentiam considera, nam cum focrus sua domi iaceret, caloreque febris arderet, non traxit eum in domum, sed expectauit quo usque prædicationem solueret, ceterosque homines, qui ad Dominum confugerant curasset: Et tunc demum, cum intrasset Deum rogauit: sic etiam statim ab ipsis initijs aliorum commoda suis vt præponeret institutus est.*

Chryf.

Quærit Galenus lib. de fætuum formatione. cap. 34. quare dentes, non dentur pueris, statim ac nati sunt, sed post aliquod tempus? ibi causam assignat: nempe natura ab imperfectioribus incipit. Prius enim perficit opera animæ vegetatiuæ, postea ad ea accedit, quæ ad animam sensitiuam pertinent, tandem ea quæ ad intellectiuam attinent: huius autem instrumenta præcipue sunt in capite, quod adhuc in pueris infirmum, & inualidum est, quamobrem, nec dentes valet extrudere. *Postea autem* (ait Galenus) *Os capitis formatur, & dentes exoriuntur, caluaria capillatur, ut infantes, ut & corpore, & præstantissima anima parte, hoc est rationali, imperfecti nasci videantur.* Naturam ergo imitentur principes & prælati, ne scilicet a perfectioribus initium capiant, & illis magis consulant, qui in dignitate sunt constituti.

18.
Galenus

Adde etiam eundem Galenum lib. 16. de vsu partium. cap. 2. Vbi quærit, quare cum natura molli carne, & neruis circumdederit humani corporis ossa, dentes nudos produxerit? ideo autem factum dicit, quia horum munus est alimenta molere in reliquorum membrorum utilitatem. Insuper, vt cum lingua, & palato cibos gustarent. Hæc autem munera vix fieri poterant, si dentes membranibus obuoluerentur. Prælati optimè dentes refert ad quem spectat cibos in utilitatem totius corporis molere, & quinam sint vtilis prægustare. Hunc autem prælati totius carnis coniunctione vacuum esse oportet, ne ob amicos, familiares, ciues, consanguineos, iura inuertat. Porro (ait Galenus) *genus alterum nervorum molli ventriculo inest ligatis intestinis omnibus, quemadmodum, & ex ossibus omnibus solis dentibus. Tunc quia his, qui sibi occurrunt, nudi sint expositi, tunc quod sic, cum lingua sentire oportebat, ac saporis discernere, non aliter quam alias oris particulas. Demonstratum enim ante a nobis fuit naturam exactiorem sensum partibus illis tribuisse quæ assidua erant, ijs occurrere, quando incidunt, aut frangunt, aut rodunt, aut calcaciunt: vehementer vero refrigeret, aut aliquo modo alterant, ut animam à dolore terendi sibi ipsi opus admonitum, quod sese angit prius amoliat, quam partim calefiat.*

19.
Galenus

Lucæ 11. *Si autem ego in Beelzebub eicio Dæmonia: filij vestri in quo eiciunt?* His verbis euincit Dominus Iudæos acceptatores esse personarum teste Chryostomo Ho. 42. In Matthæum. Ac si dicat, cum ego & Apostoli eadem ratione dæmones pellamus quare eis dimissis, mihi imponitis tantum scelus, vt ex pacto cum dæmone inito homines à dæmone liberem? Si culpa est omnibus communis est. Tale ergo, (ait Chryost.) *est quod dicitur: si ego in Beelzebub eicio, Apostoli, & discipuli mei in quo eiciunt? Expulerunt iam discipuli dæmonia potestate illi à Christo data, neque ipsos criminabantur, non enim rem, sed personam persequabantur.*

20.
Lucæ 11

Chryf.

Non

Non pecces in multitudinem ciuitatis, nec te immittas in populum.

Neque alliges duplicia peccata : neque enim in vno eris immunis.

Deterret adhuc hominem ab ambiendo Magistratu. *Non pecces in multitudinem ciuitatis.* Ne populum lædas, dum sine meritis, ei præesse cupis. *Nec te immittas in populum.* Et caue ne dum populus publicis ardet odiis te in illum conicias, vt eius rixas, & contentiones, sedes, aut componas, *neque alliges duplicia peccata.* Neque grauissime pecces. Rectoris enim crimina duplicia sunt, id est, grauissima. *Nec enim in vno eris immunis.* Nam qui priuatus, vix pœnam euades, quam ratione personam gerens publicam pro criminibus vitabis supplicia:

Non pecces in multitudinem ciuitatis. Nonnulli latini codices habent, in multitudine ciuitatis, id est, coram multitudine ciuitatis. Sæpius enim in scriptura carpuntur, qui perfricata fronte publice peccare non verentur; non abnuo, verum non ad propositum, vt textenti sententias facile patebit. Melius ergo nos peccare in multitudinem ciuitatis exposuimus, populum lædere. Iniuriam enim proculdubio populo facit, qui meritis vacuus clauum reipublicæ arripit: nostræ lætioni fauent Græca, quæ plane habent, *in multitudinem ciuitatis.* Iansenius hanc partem exponit de damno quod sibi infert, qui ad regimen assurgit. Sed verba repugnant, quæ in multitudinem ciuitatis talem dicunt peccare non in seipsum. Alium sensum videtur innuere Tigurina, quæ hac ratione vertit. *Ne quid pecces in multitudine ciuitatis, nec te abiectione vulgo permittas.* Id est, neque multitudinem exasperes, neque ex aduerso te illi committas, ab vtroque ingens imminet periculum: si minimum quis se dimittat apud populum pessundabitur: si vero nimium se extollat publicam conflabit inuidiam. Hæc autem difficultas rectorem industriam requirit. Triplicem alium sensum huic sententiæ affixit Paulus de Palacio. *Ne pecces in multitudinem ciuitatis.* Ne fauore populi fretus pecces, qualiter peccauit Absalon 2. Regum 15. qui actus plausu populi à patre defecit, & sibi vltimam intulit perniciem. Secundus sensus est: ne in gratiâ populi pecces, qualiter deliquit Saul 2. Reg. 15. qui populo obsecundans contra Dei præceptionem, pepercit Amalec. Tertius est, ne contra populum pecces. Ne populo iusta petenti aures obtures, veluti Roboan 3. Reg. 12. sed longe à vero omnes hi sensus abeunt. Dionys. Carthul. aliis, atque aliis modis locum exponit, *Ne pecces in multitudine ciuitatis.* Vel seditionem excitando, vel ne propter multitudinem populi agas vel iudices iniuste, ne scilicet populum offendas, vel vt ei placeas. Ideo Exodi 23. scriptum est. *Non acquiescas in iudicio sententiæ plurimorum, neque acquiescas populi præcibus.* Hugo Card. in multitudinem, id est, exemplo multitudinis ne pecces, vnde Exod. 23. *Non sequeris turbam ad faciendum mala.* Vnde Glossa hic, *Nec se putet impune peccare, si plurimorum acquiescit voluntati.*

Nec te immittas in populum. En tibi aliud graue damnum, quod imminet eis, qui rempublicam gubernant, præcipue eis, qui ad regimen apti non sunt. Nempè populus non raro publicis dissidiis fluctuat, & publica ira ardet, quam sedare difficile, conari periculosum, sed necessarium ei qui præest. Alio modo exponit Dionys. Carthul. his verbis: *Ne te committas in populum, id est, voluntati populi, non consentias contra iustitiam.* Et sane si phrasim latinam

aspicias alicubi se committere est ei, in omnibus consentire.

Neque alliges duplicia peccata. Ego duplicia peccata, id est, grauia exposui, non insolenti phrasi tam sacris, quam profanis authoribus. Iansenius duplicia peccata existimat dicta peccata Rectoris, quia frequentius populi crimina præfecturam gerentibus imputantur. Græca alium sensum præferunt ita enim transferunt: *Neque alliges bis peccatum.* Ergo frequenter in peccando consuetudinem damnant. Peccata autem peccatis accumulare dicitur in scriptura, alligare peccata, id est, alia, aliis innectere sumpta metaphora ab eis, qui fila filis annectendo funes conficiunt. Iuxta illud Esaiæ. *Va qui trahitis iniquitatem in funiculo vanitatis: & quasi vinculum plaustri peccatum.* Id est, Vt vobis, qui veteribus peccatis noua addendo funem, quo obligemini attextis. Hugo Card. duplicia peccata, vt scilicet pecces in te, & peccantibus consentias, & peccato voluntatis peccatum operis addas.

Neque enim in vno eris immunis. In vno exposui in leui: vt duplex sit peccatum graue, vnum vero peccatum leue. Alij vnum horum, id est, peccata, quæ priuata persona committit; sicut duplicia, quæ persona publica: igitur si priuatorum peccatorum pœnam vix euades, quam ratione eorum supplicium sustinebis, quæ personam agens publicam commisit: Qui vero de improba consuetudine locum exponunt, sicut per duplicia peccata ex consuetudine facta intelligunt, ita vnum erit, quod primo commissum est, reliqua vero, quæ ex consuetudine committuntur. Dionys. Carthul. neque enim in vno, id est, est, nullum enim peccatum impune committis, quanto minus, quæ grauiora sunt.

ETHOLOGIA LXXXIX.

Prælatorum crimina grauissima.

Non pecces in multitudinem ciuitatis. His verbis monet Prælatos, ne suprema freti dignitate in crimina ruant quasi nullus sit, qui possit ab eis pœnas exigere. Imo vero hoc magis timere debent, quia eorum delicta grauitate longe superant, ea, quæ à subditis committuntur & grauiori pœna digni sunt, & nos de more sanctorum autoritate euincamus. Multa congeffit Petrus Chrysologus, pro præsentis argumento sermon. 16. in primis illud Sapient. 6. *Potentes potenter tormenta patientur.* Quæ verba adeo perspicua sunt vt expositore non egeant. Infert etiam illud Esaiæ 14. 11. *Quo in loco de diaboli lapsu sub similitudine Regis Babylonis, hæc verba scribit Propheta. Detracta est ad inferos superbia tua concidit cadauer tuum. Subter te sternetur tineæ, & opperimentum tuum erunt vermes: quomodo cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris.* Id est, si quis quærat tantæ ruinæ causam; & quam ratione Lucifer ad omnium locorum infimum detrusus sit, ex altissimo loco, quem conscenderat, capiet: ideo ad infimum vsque peruenit, qui ad supremum vsque conscenderat. Eo enim grauius, quis decidit, quo ab altiori loco ruit. Hoc idem confirmat verbis Apostoli 1. Timoth. 3. 6. vbi discipulo iniungit ne ad Ecclesiasticam dignitatem assumat in fide tyronem. Cuius præcepti rationem reddit his verbis. *Non Neophytum: ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli.* Id est, ne ad supremam dignitatem si assumatur, id, ei, contingat, quod quondam diabolo, qui eo depressus est magis, quo altius ascenderat. Insuper adducit, illud Leuit. 10. filij Aaron igne conflagrarunt, quia

4. Iansen.

Hugo.

5.

Dionys.

1.

Sap 6.7.

Esa. 14. 11.

1. Tim. 3. 6.

Leuit. 10. quia

VERS. 7.

VERS. 8.

1.

2.

Palacio.

2. Reg. 15.

2. Reg. 15.

3. Reg. 12.

Dionys.

Exod. 23.

Hugo.

Exod. 23.

20.

ucz 110

3.

Chryf.

quia profano igne in sacrificia vti sunt. Scilicet igne, & sacrificiis totius populi crimina abolebantur, eo igitur, sacerdotes perierunt inlustrantur, quo stragant, & necem, à populo auertebant. Nempe hi sacerdotes erant, vnde eorum peccatum grauius, nec igne, aut sacrificiis expiari poterat. Addit

1. The. 5. 19.

Chryfologus, illud 1. Thefal. 5. 19. *Spiritum nolite extinguere.* Hæc verba teste Chryfologo, non in omnes dicta sunt, sed in eos tantum, qui præfunt: quos admonet Apostolus, vt à peccatis se abtineant, his verbis. *Spiritum nolite extinguere*, ac si dicat, reliqui omnes, scilicet, qui priuatam vitam agunt, habent quidem animam, qua corpus regitur. Ast hi qui præfunt, Spiritum sanctum habent loco animæ, qui eorum actus dirigit; vnde sicut ille, qui quoquomodo mortem sibi accersit, & vitam dirumpit, ita etiam prælatus dum peccat Spiritum sanctum in se quodammodo enecat. Vnde prælatorum peccatum subditorum noxas longe superat, nam hi mortem sibi asciscunt, illi Spiritui sancto necem inferunt.

Quæ omnia concionatorie dicta accipe, alioquin, si presse loquaris, neque Spiritus sanctus alicui, vt anima insidet, neque eum quisquam extinguere valet. *Potentes* (ait Petrus Chryfologus) *potenter tormenta patiuntur: quanto altius ascendit homo lapsus, tanto altius cadit, quid altius celo? De celo cadit, in caelestibus, qui delinquit: desperatus incurrit, qui in ipsis dominantis oculis offendit, & excusatione caret, qui facinus ipso iudice teste committit. Aut quam defensionem sperat, quem testimonia cognitoris accusant? sic diabolus cum esset Angelus, & in celo & coram Deo semper clarissimus versatur, & fulgens, cum Dei tentat aures, dum in Dei superbit aspectu lapsus ad terram, & tartara deiectus, in tartara mutatur ex Angelo, & qui erat minister venie, factus est, dux pœnarum. Hinc est, quod Apostolus nostri ordinis hominem commonet, ne incidat in superbiam, & in laqueum diaboli. Dispensator ergo diuini verbi, & celestis doctrine prorogatur, qui ante Dominum stat iugiter, versatur inter altaria semper, neque à Dei oculis recedit vnquam, qui peccatorum causus dolores populi suscipit, fert, offert, ingerit preces accipit, offert, restituit in peccata ex homine totus in Angelum substitutus, non potest nisi in ipsa Dei facie inter sacrorum sancta peccare, vt inde sibi sumat crimen, vnde alijs veniam consueuerat reportare. Denique Nadab, & Abiud, sacerdotes filij Aaron sacerdotis, dum contaminare alieno igne altaria præsumunt ipsius altaris consumuntur incendio, vt sumerent de sacrificio pœnam, qui fecerant de propitiacione peccatum, quod peccatum illis suscitabat ebrietas: nam vini odor odorem fugarat incensi, & ebrietatis ignis flammam prouocarat altaris, vnde quia alienati vino alienum portauerint ignem, mox diuino igni referuntur extincti. Ebrietas in alio crimen est, in ipso sacerdote sacrilegium, quia alter animam suam necat vino, sacerdos Spiritum sanctitatis extinguunt. Dicente Apostolo Spiritum nolite extinguere. Merito inter alia, que in dispensatore malo arguit hodiernus sermo vini commendat insaniam, dicendo, quod si dicat seruus ille, &c. Iterum ad examen vocanda verba illa Chryfologi; qui in ipsis dominantis oculis offendit, &c. quibus pulchra similitudine euincit, quam longe superent peccata prælatorum crimina à subditis commissa. Grauius sane multo delinquit, qui coram Rege crimen aliquod committit, quam is, qui eo non vidente peccat. Ergo prælati præcipue sacri coram Deo semper stare dicuntur vt quantum eius delicta Deum offendant his verbis declaretur. Priuati homines; quasi Deo non vidente, prælati vero quasi coram Deo delinquant. Non quia Deum quidquam lateat, sed quoniam qui præest semper coram Deo astare dicitur,*

Petr. Chryf.

Potentes (ait Petrus Chryfologus) *potenter tormenta patiuntur: quanto altius ascendit homo lapsus, tanto altius cadit, quid altius celo? De celo cadit, in caelestibus, qui delinquit: desperatus incurrit, qui in ipsis dominantis oculis offendit, & excusatione caret, qui facinus ipso iudice teste committit. Aut quam defensionem sperat, quem testimonia cognitoris accusant? sic diabolus cum esset Angelus, & in celo & coram Deo semper clarissimus versatur, & fulgens, cum Dei tentat aures, dum in Dei superbit aspectu lapsus ad terram, & tartara deiectus, in tartara mutatur ex Angelo, & qui erat minister venie, factus est, dux pœnarum. Hinc est, quod Apostolus nostri ordinis hominem commonet, ne incidat in superbiam, & in laqueum diaboli. Dispensator ergo diuini verbi, & celestis doctrine prorogatur, qui ante Dominum stat iugiter, versatur inter altaria semper, neque à Dei oculis recedit vnquam, qui peccatorum causus dolores populi suscipit, fert, offert, ingerit preces accipit, offert, restituit in peccata ex homine totus in Angelum substitutus, non potest nisi in ipsa Dei facie inter sacrorum sancta peccare, vt inde sibi sumat crimen, vnde alijs veniam consueuerat reportare. Denique Nadab, & Abiud, sacerdotes filij Aaron sacerdotis, dum contaminare alieno igne altaria præsumunt ipsius altaris consumuntur incendio, vt sumerent de sacrificio pœnam, qui fecerant de propitiacione peccatum, quod peccatum illis suscitabat ebrietas: nam vini odor odorem fugarat incensi, & ebrietatis ignis flammam prouocarat altaris, vnde quia alienati vino alienum portauerint ignem, mox diuino igni referuntur extincti. Ebrietas in alio crimen est, in ipso sacerdote sacrilegium, quia alter animam suam necat vino, sacerdos Spiritum sanctitatis extinguunt. Dicente Apostolo Spiritum nolite extinguere. Merito inter alia, que in dispensatore malo arguit hodiernus sermo vini commendat insaniam, dicendo, quod si dicat seruus ille, &c. Iterum ad examen vocanda verba illa Chryfologi; qui in ipsis dominantis oculis offendit, &c. quibus pulchra similitudine euincit, quam longe superent peccata prælatorum crimina à subditis commissa. Grauius sane multo delinquit, qui coram Rege crimen aliquod committit, quam is, qui eo non vidente peccat. Ergo prælati præcipue sacri coram Deo semper stare dicuntur vt quantum eius delicta Deum offendant his verbis declaretur. Priuati homines; quasi Deo non vidente, prælati vero quasi coram Deo delinquant. Non quia Deum quidquam lateat, sed quoniam qui præest semper coram Deo astare dicitur,*

tur, vulgari scripturæ phrasi qua is dicitur Deo astare, qui in sacris ei ministrat. Numer. 3. 5. *Applicabuntur Leni, & fac astare in facie Aaron sacerdotis, vt ministrent ei.* Et sæpius Elias: *viuit Dominus in cuius conspectu sto.*

Num. 3. 5.

Hoc ipsum tradit Concilium Romanum sub Hilario Papa his verbis. *Reatu maiori delinquit, qui potiori honore perfruitur, & grauiora facit vitia peccatorum sublimitas dignitatum.* Id est, sicut ipse homo in dignitatem ascitus, nouum splendorem ex præfectura suscipit, ita & peccata ab eo commissa maiorem ex eadem hauriunt grauitatem.

2.

Genesis 3. 8. Cum peccasset Adam meridie ad eum Deus accedit. Factum pender Chryfostomus homil. 17. in Genesim sumpta metaphora à medicis. Hi mane, vel sub vesperum ægrotantes inuisunt. Tempus vero meridianum, in curando corpore, & capienda quiete ponunt. Si vero quis grauiori morbo repente corripitur æger sub meridiem, quietem abrumpunt, & periculose decumbentem adeunt, ne defauiens pestis ex mora viresumat. Vt ergo Deus ostendat, quam periculose decubuerit Adam per peccatum, quietis tempus interfecat, moras rumpit, meridie Adamum conuenit. Erat autem Adamus humani generis caput, & author, quapropter tantam contraxit pestem. Audi verba Chryfostomi, qui lectionem vulgati codicis non nihil inuertit. *Et audierunt vocem Domini deambulantis in horto ad meridiem, sed vt discas Domini misericordias, quod neque, vt solet differebat: sed mox vt vidit, quod factum fuerat & vlceris magnitudinem ad oppitulandum festinauit: vt ne vlcus grassando fieret immedicabile vulnus: idcirco vt prauentat accelerat, & velociter crescenti vlceri adest, & pro sua bonitate neque ad paruum tempus, illum sua cura destitutum relinquit.*

3. Gen. 3. 8.

Chryf.

Vide quanta ira Deus in Cainum exarsit parricidam. Calido adhuc sanguine fratris, eum ad tribunal vocat, conuincit, damnat sine mora. Hoc factum putat Chryfostomus Homil. 19. in Genesim, eo quod Cain maior esset natu, ille enim, qui quoquomodo aliis præest, si vel leuiter deliquerit grauius peccat, augetur enim criminis malitia ex delinquentis dignitate. Imo vero ipse Cain hac ratione peccatum suum imminuere conatus est. *Et ait Dominus, ad Cain: ubi est Abel frater tuus? Qui respondit, nescio: numquid custos fratris mei sum ego? Abiicit Cain à se fratris curam, ne si aliquomodo prælatus, ei videatur crementum iniquitatis criminii à se commisso asciscat. Numquid ego (verba sunt Chryfostomi) custos sum illius? tamen si grandiori ætate secundum naturæ leges custodem fraternæ salutis esse oportebat. Hoc enim natura decreuit, & propter eos, qui ex eodem ventre nati sunt, mutuo esse custodes, quod si nolebas, aut si noluiisti, custos esse fratris, quare ergo illius interfectores factus? Et eum, qui te nulla affectu iniuria perdidisti?*

Gen. 4.

Chryf.

Luca 13. 6. *Arborem ficus habebat plantatam in vinea sua, & venit querens fructum in illa, & non inuenit. Dixit autem ad cultorem vineæ, ecce anni tres sunt ex quo venio querens fructum, in ficulnea hac, & nō inuenio, succide ergo illam: vt quid etiam terram occupat.* Non tam ficus hæc iussa est præcidi, quia fructus non ferebat, quam quia nocumtum infererebat vmbra obiecta plantulis circū obstitentibus. Omnes enim arbores nocent fatis, dum ea obumbrant, nec solis radios excipere possint, aliquæ vero lædunt peculiari quadam nocendi vi, eis à natura insita. De nuce præclare Onidius.

5. Luc. 13. 6.

Luc. 13. 6.

Me, sata ne ledant quoniam sata ledere dicor

Imus in extrema in virgine fundus habet,

Dupliciter ergo deliquit ficus, scilicet quia nullum fructum

Onidius

fructum protulit, tum quia circum obſistentibus umbra obſuit. Duplex genus delicti prælatorum præ ſe fert hoc duplex ſici crimen. Nempe dum, & ſe ipſos omni virtutis fructu exuunt, & alijs officiunt prauo exemplo, fieri enim vix poteſt vt prælatus peccet, nec tamen in eandem foueam ſubditos ſecum trahat; quapropter etiam duplici pæna feritur. Hanc expoſitionem deſumpſi ex Gregorio, Hom. 3. in Euangelia: loquentem facio. *Sed in hoc ſeculo potens quilibet, ſi fructum non habet operationis bonæ, etiam impedimentum præſtat cæteris, quia quicumque ſub ipſo ſunt exemplo prauitatis illius, quaſi umbra peruerſitatis eius premuntur. Stat de ſuper arbor infructuoſa, & ſubter terra ſterilis jacet. Infructuoſa arboris de ſuper umbra denſatur, & ſolis radius ad terram deſcendere nequaquam permittitur: quia dum ſubditi quoque patroni peruerſi exempla peruerſa conſpiciunt, ipſi quoque infructuoſi remanentes veritatis lumine priuantur. Sed de hoc peruerſo quolibet pene iam requiſitio Dei non eſt. Poſtquam enim ſe perdidit querendum ſolummodo eſt, cur alios premar, vnde vinea eiſdem Dominus dicit: vt quid fruſtra terram occupat? terram enim occupat, qui mentes alienas grauatur.*

Duo filij Heli ſacrificia ritè perficere non ſinebant & ventitates religionis gratia mulieres opprimebant: quorum pater audaciam his verbis reſpreſſit. *Si peccauerit vir in virum placari ei poteſt Deus, ſi autem in Deum peccauerit vir, quis orabit pro eo? crimina, quæ filij commiſerant peccata in Deum appellat cordatus ſenex & ea diſtinguit ab alijs criminibus quæ in homines committuntur. Sanè, ſi loqueretur de malitia illa in Deum, quæ omnibus peccatis communis eſt, non eſſet cur hoc peccatum à reliquis diſcerneret, ergo ſermo eſt de peccatis, quæ peculiari quadam ratione contra Deum fiunt. Sunt autem hæc plurima, nempe illa, quæ contra Theologales virtutes fiunt: At verò crimen, quod filij Heli commiſerant, ex his non erat: quare ergo contra Deum peculiari ratione dicit factum? Gregorius in hæc verba peculiariſſime contra Deum dici autumat quia ſacerdotes erant, qui commiſerant, horum autem peccatum valde nocet ſubditis. Vnde peculiariſſime contra Deum factum dicit. *Vir in virum (ait Gregorius) peccare eſt de rebus labentibus, alterum ſibi homines necare, in Deum vero peccare eſt, ea, ei, quæ ad æternitatem contulit auferre. Quicumque igitur, aut ſuam, aut alterius fidelis hominis animam ad peccandum pertrahit, in Deum peccare conuincitur, quia ſua ei auferre propria molitur. Quod nimirum tanto grauius peccatum ex ſe oſtenditur, quanto, & qui pro eius abſolutione dignus interceſſor exiſtat rariuſ inuenitur. Quod tamen idcirco dictum poteſt intelligi, quia ſacerdotes arguuntur. Vir enim in virum peccat, cum ille delinquit, cuius culpa corrigenda ad hominis ſuperioris iudicium reſpicit. Quia igitur peccata ſubditi populi, quæ ad ſacerdotes reſpiciunt, ipſorum ſacerdotum precibus delentur, cum ſacerdos in culpam labitur ſuperior perſonarum eſt, cuius precibus expiatur. Quod, & ipſa veritas per ſe ipſam inſinuat, dicens: ſi ſal euauerit in quo ſalietur? dicat ergo quis orabit pro eo? quaſi dicat, quis ei interceſſor remaneat, qui ad intercedendum pro alijs ordinatus eſt? quæ profecto culpa magnitudo monſtratur, quia plerique eorum à Domino in impenitentis cordis caliginem proijciuntur, & nulla hominis adhortatione reſpiciunt. Quare apte ſubiungitur: non audierunt vocem patris ſui.**

Sapius in ſcriptura prælatorum peccata diſcutienda dicuntur reſeruati Deo. *Pal. 81. 1. Deus ſtetit in ſynagoga Deorum, in medio autem deos dyndicat. Subditorum quidem cauſe ad præfectos, & iudices deferuntur, ſi quæ verò hi peccauerint ab vno Deo diſcutitur. Hoc autem oſtendit fæda magis eſſe*

crimina prælatorum. Nempe vt in Republica cõttingit leuiora crimina ad inferiores iudices referuntur, ſi quid verò acciderit grauius ad Deum ſolū, penes quem eſt ſumma rerum. Ergo ſubditorum ſcelera, quæcunque illa ſint ex perſonarum humilitate leuia videntur; ſi quid verò præful contra fas admiferit illud graue omnino cenſetur, quæ cauſa, non niſi coram Deo agenda: hoc ex Gregorio deduxi ad illa verba, 1. Reg. 3. *Puer autem Samuel miniſtrabat Domino coram Heli (cuius verba dono) Sed quia Heli, non valde ſupra peccantes ſubditos honoraffe reprehenditur, ipſe ſacrorum ordinum dignitates penſanda ſunt. Nam rector peccantem ſubditum, niſi correptum honorare debet: ſubiectus autem, nec tunc prælatus deſpicere cum ſe iuſtum, & illum agnouere peccatorem: quia æternus iudex ſubditorum iudicium ſanctæ Eccleſiæ rectoribus tribuit, ſed eoſdem rectores ſuo examine diſcutientes reſeruauit. Hoc autem ipſum rectoribus valde timendum eſt, quod Dei ſeruantur examini, quia tanto ſubtiliores rationes vitæ, & doctrina ſua parare debent, quanto ſapientior eſt iudex, quem ſuſtinent.*

Cum deliquiſſet Saul. 1. Reg. 13. his verbis eum aggregitur Samuel. *Nequaquam regnum tuum ultra conſurget, quaſiuit Dominus ſibi virum iuxta cor ſuum, &c.* His verbis, quam grauiſſime apud Deum offendat Prælatus appertè patet exponente Gregorio ibidem. Saulis peccatum, non adeo graue videbatur, vt tanto ſupplicio puniretur, quia tamen Rex illud commiſerat, non conuiuet Deus non ſupplicium differt, ſed quaſi iam factum oſtendit, *quaſiuit Dominus, &c.* Herendum amplius illi verbo quaſiuit, quod quandam animæ indagatiõem ſignificat, & difficilem inquisitionem, ac ſi Deus in deligendo Rege labore: cauet enim Deus, ne Rex electus, aliquid contra cor ſuum molitur, vnde multa animi conſideratione ſeligit. *Sed quaſiuit virum Deus dicitur (ait Gregorius) vt eligendorum amiſſum forma hominibus præbeatur, quæ- rere enim ſolemus, quæ ad præſentiam non cognoſcimus, aut ad abſentiã non videmus, Deo autem nihil eſt abſens, nihil latens, non dicit quaſiuit virum, & abſentem, aut abſconditum; ſed quaſiuit dicitur, vt omnis, qui ad ſanctæ Eccleſiæ culmen erigitur diſcuiendus ab hominibus eſſe doceatur, ſed quaſi debet ſecundum cor Dei, vt videlicet non ſolum voluntatem diuinam intelligat, ſed bonis operibus oſtendat, & antè hæc verba ad rem præſentem expoſuerat Gregorius verba illa Samuelis ad Saulè, 1. Reg. 13. 13. *Quod ſi non feciſſes iam, nunc præparaiſſet Dominus regnum tuum ſuper Iſraël in ſempiternum: Quam ſententiam his verbis præmit. Ecce, quam magna perdidit, qui vt putabat, nulla contempſit, ecce ſeptem diebus prophetam ſuſtinuit, ſed dum præſolari eum in ſinem diei deſijt gloriam tanta dignitatis amiſit.**

Pal. 50. Clauum Reipublicæ Hebraicæ tenens Dauid peccauit, qui optimè eius criminis grauitatem ſentiens, quod princeps commiſerat his verbis à Domino lethalis noxæ indulgentiam eſſagitat: *Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam.* Non quamcunque Dei miſericordiam ad eſſe ſibi poſcit, ſed magnam, ac ſi ad abluendas maculas prælatorum eximia diuinæ miſericordiæ copia requiratur. Qui perſonam agunt priuatam, quacunque Dei miſericordia contenti ſunt: At cum hi delinquant, qui præſunt, ad eſſe ſibi totius miſericordiæ fontem exquirunt. Hoc idem inuunt verba eiſdem *Pal. tibi ſoli peccauit.* Difficultatem nobis inferunt prædicta verba Dauidis, peccauit enim in Beſabe, quam accerſiuit, & in Vriam, thorum violauit ac tandem interfecit, & tamen in ſolum Deum peccaſſe ſe dicit? ſcilicet Rex erat, qui deliquit, & ſuo exemplo in eadem crimina populum traxit, & ob hoc

Greg.
6.
1. Reg. 23. 5.
Greg.
7.
Pal. 81. 1.

Greg.
8.
1. Reg. 13. 13.
Greg.
1. Reg. 13. 13.
9.
Pal. 50. 1.

ob hoc dicit in Deum peccasse. Nam eorum, qui præfunt peccata, quodammodo ad ea referuntur, quibus in Deum immediate & ex directo peccatur, qualia sunt ea crimina, quæ contra tres virtutes Theologicas committuntur. His criminibus, quam simillima sunt prælatorum peccata. Vnde quodammodo contra Deum fieri dicuntur tantummodo. Huius expositionis author est Chrysofostomus ibidē, qui posteriorem etiam adhibet expositionem huius loci. *Tibi soli peccavi & malum coram te feci*, id est, reliqui dum peccant in iudices quidem, & prælatos peccant, vel in Rempublicam, quæ ab eis criminum pænas exigit. At verò, dum delinquit, qui præ est soli Deo peccat, quia solus Deus ab eo pænas reposcit delicti, vt supra dicebamus. *Tibi soli peccavi* (ait Chrysofostomus) & malum coram te feci, quid est, quod ait? *Rex eram, inquit, & propterea te vnum metuebam. Rex eram, ac propterea eum, quem iniuriā affeceram, non formidabam. Miles meus erat, nec de me supplicium sumere poterat.*

Chryf.

10.

Tum etiam soli Deo peccasse dicitur Rex, vt quāto grauius deliquerat ostendatur. Nam sicut Deus homines excedit, sic prælati delicta crimina subditorū; vnde hi in homines, illi vero in Deum dicuntur delinquere. Hanc item expositionē accipe ex Chrysofostomo, ibidem, his verbis, *Tibi soli peccavi, & malum coram te feci: multa, inquit, & ampla beneficia à te accepi, contrariis enim rebus tibi vicem rependi, nam ea, quæ lege tua interdicta sunt, patrare minime dubitavi. Nec verò hoc dicit quod Vriam non laeserit, nam eum, & eius uxorem laeserit: sed maxima iniquitas aduersum ipsummet duces, à quo electus, ac Rex effectus fueram in conspectu Domini.*

Chryf.

11.

Matt. 5.

Matt. 5. *Vos estis sal terra, quod si sal euauerit in quo salietur.* Chrysofostomus, Hom. 5. in Matthæum, e re nostra exponit, illud, *in quo salietur*: id est, non tam doleo, quod desit, quo cetera condiantur, illud egerimè fero, nempe deesse sal, quo ipsum sal infatuatum, conditi possit, & in pristinam salis naturam restitui. Hoc idem posterius, tantam difficultatem ingessisse Christo videtur, vt vix, quo id exequatur inueniat. Hanc vim habet iuxta Chrysofostomum interrogatio illa, *in quo salietur*? Ac si humano more dicat, hoc vnum me angit, me discutiatur, & magnum negocium faceffit. Si enim subditi peccauerint, & quodammodo fuerint infatuati, ad manum habeo saltem, quo ipsos condio: At vero si ipsi iudices, & prælati deliquerint vix quo expientur, habent, *si autem sal* (ait Chrysofostomus) *in quo salietur*: itaque quanto etiam maiorum vobis rerum cura committitur, tanto potiori indigetis, & studio. Et subdit, *si autem sal euauerit in quo salietur? ad nihilum valet ultra nisi, vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Alij enim, etiam si sape delinquant, possunt tamen ad veniam peruenire, si vero in hoc magister ipse peccat, omni excusatione priuabitur, & supplicia extrema persoluet.*

Chryf.

12.

Matt. 23. 3.

Matthæi 23. 3. *Omnia ergo quacunque dixerint vobis seruate, & facite: secundum opera eorum nolite facere: dicunt enim & non faciunt.* Exponens hæc verba Chrysofostomus Hom. 63. in Matthæum, ex triplici capite auget grauitatem criminum prælatorum. Primo quia prælatus totius Reipublicæ gerit personam, vnde dum peccat in eadem ruinam reliquos omnes demergit. Secundo, quia reprehensionis vires admittit: qua enim ratione peccantes poterit carpere, qui eodem cæno fœdatur? Ac tandem, quia crimina honestat, quis enim peccans pudore afficietur dum sibi prælatum imitatur? Audi Chrysofostomum, *dicunt enim, inquit, & non faciunt, criminandi namque omnes sunt, inquit, qui legem transgrediuntur, sed maximè om-*

Chryf.

nium, qui doctoris funguntur autoritate. Dupliciter namque & tripliciter iure condēnantur, primum, quia transgrediuntur, deinde cum in corrigēdis alijs ipse claudicat. Tertio quia cum ceu doctor præsideat, nequitia sua facile ceteros corrumpat.

Matthæi 23. 3. Iniquos præfectos his verbis adoriatur Christus, *Alligant enim onera grauiora, & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere*, Chrysofostomus Hom. 73. in Matthæum optimè ex his verbis deducit, grauitatem eorum criminum, quæ hi committunt, qui alijs præficiuntur. Non enim, ait, non possunt ea mouere, sed nolunt ea mouere, & cum nullo negotio possent iussa implere. Hoc enim significat illud, digito autem suo, id est, facile possent quidem legem implere, nolunt tamen. Forte homines abiectæ conditionis onera non portant, non quia implere renuant, sed quia vires non suppetant, quibus impositum onus portent, vnde impositum onus facile importent, vnde minus peccant si non implent. Vos autem, quibus cura ceterorum mandata est, & facile implere potestis multo grauius peccatis. *Tu autem* (ait Chrysofostomus, *expende quomodo, id auget, non enim dicit, non possunt, sed nolunt: neque portare, aut ferre, sed digito mouere, neque tangere nolunt: sed diligentes, atque solliciti in improbitate sunt.*

I. 3.
Mat. 23. 3.

Chryf.

Matthæi 7. 3. *Quid autem vides festucam in oculo fratris tui; & trabem in oculo tuo non vides: aut quomodo dicis fratri tuo: sine eijcam festucam de oculo tuo, & ecce trabs est in oculo tuo. Hypocrita eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui.* Iuxta authorem operis imperfecti in Matthæum Hom. 17. duplicem distinguit Christus personam, alteram eius, qui festucam in oculo habet, alteram verò illius ad quem pertinet, hanc festucam de oculo fratris extrahere. Prior ille priuatos homines significat dum peccant. Hic verò prælatos adumbrat, verum hi non festucam sicut priores in oculo habere dicuntur, sed trabem. Quanto enim trabs magnitudine festucam superat, tantum præfecti peccata subditorum noxas excellunt. Tum etiam illud expendit, *sine eijcam festucam, &c.* Ac si dicat: nisi prius, qui præest, se criminibus exuerit alienæ conscientia noxas eluere non valet: sicut fieri non potest, vt is, qui trabem in oculo haberet, festucam ab alienis oculis posset extrahere. Huius authoris verba subiungo. *Videre festucam in oculo fratris omnium est: eijcere eam posse, non est omnium, sed tantum doctorum, qui per doctrinam, vel increpationem secundum Deum eijcere possunt, de mente fratris sui peccatum, vel magnum, vel modicum, sicut, & illud quod dicitur: Nolite sanctum dare canibus, neque projiciatis margaritas vestras ante porcos. Habere enim vel sancta, vel margaritas, & posse dispensare, vel bona, vel mala, & discernere qui homines sint, qui canes, qui porci, non est omnium hominum sed sanctorum. Vult ergo Dominus doctores Christianorum sicut in omni iustitia, sic, & hoc primum facere, deinde docere, vt doctrinam suam bonam meliori cum vita commendent.*

I. 4.
Mat. 7. 3.

Impet.

Multa ad hanc rem infert Chrysofostomus Ho. 5. de pœnitentia, imprimis illud Psal. 88. *Magnus, & terribilis super omnes, qui in circuitu eius sunt.* Magnum, & terribilem, se Deus ostendit, sed non erga omnes homines, sed super illos, qui in circuitu eius sunt, id est, erga illos, qui ei, se assimilāt potestate, & magnitudine. Hos præcipue terret, his timorem incutit, terribilemque se ostendit, cum tamen erga abiectiores homines, se facilem præbeat, & eis nullo negotio commissorum criminum indulgentiam largiatur. *Propterea fratres* (ait Chrysofostomus) *peccatoribus, quidē miseretur, & eis blanditur, iustum vero terret, terribilis,*

I. 5.
Psal. 88. 3.

Chryf.

bilis,

bilis est super omnes, qui in circuitu eius sunt, & quinam sunt y? Sancti. Deus enim, inquit David, glorificatur in Concilio sanctorum magnus, & terribilis, qui in circuitu eius sunt.

16. Chrysofomus homil. 5. de poenitentia ostendit, quam se Deus seuerum gerat erga potentiores viros, quam vero facilem erga pauperes, quam facile horum crimina deleat, quam grauius illorum peccata puniat. Quod deducit ex Psalmo 2.10. *Et nunc Reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram, seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus & pereatis de via iusta. Cum exarserit in breui ira eius.* Vide quanta verborum grauitate, quanta austeritate, cum Regibus agit. At vero erga pauperes, erga humiles no se gerit tanquam Regem, sed tanquam viduarum patronum, & orborum patrem. Addit etiam illud Apocalypsis 9.6. *Et habebat in femore, & in vestimento scriptum: Rex Regum, & Dominus dominantium.* Rex quidem dicitur, & Dominus, verum, non pupillorum, aut viduarum, sed Regum, & dominantium. *Et sicut peccatorem* (ait Chrysofomus) *per clementiam excitat, iustum vero terret austeritate: sic mundi in negotijs sua dispensatione vitur, cum enim viderit in dignitate potentes, & insignes, Reges Principes, quotquot diuitijs nitent. Hos terrore eloquitur, & doctrina timorem humiliter miscet. Et nunc Reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram, seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Quoniam Rex est Regum, & dominorum Dominus. Cernis quanta cum clementia vbertatem, cernis vtilem metum religionis, & potentiam? Vbi enim potentiam vidit ad solamen sufficere, ibi metum ad vtilitatem imponit: vbi vero ad orphanorum paupertatem, quo vtilitatem viduitatis, imbecillitatisque discretam vidit, ibi potentiam ad consolationem induxit. Ergo pater orphanorum duo facit, & clementiam ostendit, & potentiam punit. Sese patrem fatetur orphanorum, quo calamitosos se l ur, potentesque deterreat, ne orphanis, viduisque molesti sint.*

17. Leuitici 4.3. *Si sacerdos, qui inunctus est peccauerit, delinquere faciens populum, offeret pro peccato suo vitulum immaculatum Domino.* Hac sane hostia pro sacerdotis delicto decernitur. Addit autem numer. 13. *Quod si omnis turba Israel ignorauerit, &c. Offeret pro peccato suo vitulum.* En tibi qua ratione eadem omnino hostia pro peccato totius populi, & pro peccato vnus tantum sacerdotis offerri mandatur. Huius praecipui causam assigno ex illis verbis, *delinquere faciens populum.* Nimirum vnum tantum sacerdotis peccatum tantum pondus pertrahit ex dignitate personae, ac si vniuersum vulgus deliquisset, tum etiam quia exemplo suo vniuersum populum trahit in ruinam. Hac ratione exponit hunc locu Augustinus lib. 5. in Leuiticum q. 36. his verbis. *Sed si hoc intellexerimus, quare pro peccato synagoga hircus oblatu est, cum de sacrificijs, qua pro peccatis offerenda essent ab initio Dominus loquens, vitulum offerri iusserit pro peccato sacerdotis, sicut pro peccato synagoga.*

18. Matthæi 18.23. *Ideo assimilatum est Regnum celorum homini Regi, qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Et cum capisset rationem ponere oblatu est ei vnus, qui debebat, ei decem millia talenta.* Vix credibile videtur tantam pecuniarum vim vni homini creditam, imo multo minus surripuisse. Nam decem millia talenta si ad nostram monetam reducuntur incredibile plane summam conficiunt. Adeo, vt incredibile sit, quemquam hominem tantum debitum contraxisse. Dices fortasse in parabolis non requiri veritatem sicut in historiis. Sane ita est, requiritur autem verisimilitudo sine qua non parabola, sed

fabula dicenda foret. Quae autem intercedere potest verisimilitudo, in hac paræmia, vbi imenso plane debito seruus inducitur obstrictus. Ad rem moralem confugit Origenes tract. 7. in Matthæum. Nempe hic seruus, qui primus oblatu est Domino, is est, qui alijs prælatus est. Ideo, & vxorem, & filios & familiam habere dicitur. Nulli ergo mirum, si tantum debitum contraxit is, qui aliorum curam gerit, nam præsulum peccata immensum plane pondus habent. Vnde subdit. *Egressus autem seruus ille inuenit vnum de seruis suis, qui debebat ei centum denarios.* En tibi debitor alius, sed vide quantum illius debitum hoc excedat. Prælatus debet decem millia talenta, at vero subditus centum denarios, vt vel hinc noscere possis, quantum præfectorum crimina subditoru noxas grauitate superent. Tum etiam prior ille debitor Regi sistitur, posterior vero seruo. Nam, vt supra dicebam peccata subditorum prælatis, prælatorum vero Deo discutienda referuntur, coguntur enim, qui præsumt coram Deo causam dicere ad quem grauius causa referuntur, & quae grauiori sunt dignæ supplicio. Tandem nota Regem positurum rationem venisse cum seruis, scilicet cum omnibus his, qui apud se regiam pecuniam detinebant, & tamen non à multis, sed ab vno tantum acerrime Deus discernit, aliorum vero quali non curat. Sicut iste (ait Origenes) *nihil modicum Domino sed omnia magna, & pessima peccauit, qui oblatu est Regi: qui forsitam tot talenta perdidit, quantos perdidit homines, qui receperunt eum in se talia operantem peccata. Vnusquisque ergo habentium, secundum quod diximus vxorem, vel sponsam, vel filios, daturus est rationem, cum venerit Rex ponere rationem, & sic initio ponenda rationis oblatu est.*

Noli esse pusillanimis in animo tuo. VERS. 9.
Exorare, & facere eleemosynam ne despicias. VERS. 10.

Occasione eius, quod in calce præcedentis præmisit, hos duos versus subdit. Scilicet præmiserat: *Nec enim in vno eris immunis.* Id est, nullum proflus peccatum etiam minimum immune committas. Ne vero auditor hoc dicto nimio timore percelleretur addit quid faciendum si forte quis deliquerit, nempe exorare Deum & facere eleemosynam. Ergo. *Noli esse pusillanimis in animo tuo. Quasi dicat: ne animum despondeas etiam si pecces. Exorare. Sed ora. Et facere eleemosynam ne despicias.* Et stipem emendicantibus porrige. His enim duobus, scilicet eleemosyna, & oratione fultus facile è peccatorum caeno emerges.

2. *Noli esse pusillanimis.* Latinorum aliqui ad iudicem sententiam detorquent de quo supra, hac ratione. Caue, ô, iudex pusillo animo fias, teque & amisso, & abiecto geras, ac si animum despondeas, & nihil boni tibi pollicearis. Sed dum fluctibus opprimeris ad orationem, & eleemosynam confuge, sic enim fiet vt facile contra tempestates insurgentes reipublicæ clauum tenere possis. Sed melius nos nouam hinc sententiam auspicamur inductam occasione eius, quod præmiserat. Cornelius Iansenius, aliter dispungit versus, quam noster vulgatus, vt aliam sententiam efficiat iuxta exemplaria Græca. Vulgatus enim noster ita dispungit: *Noli esse pusillanimis in animo tuo.* Postquam sententiam sequitur in cassum, subinde posteriorem sententiæ partem effert hoc modo: *exorare, & dare eleemosynam ne despicias.*

spicias. At Ianfenius verbum illud exorare ad priorem partem sententiæ refert hoc modo. Noli esse pusillanimitas in animo tuo exorare. Et postea duobus punctis interpositis subdit: & dare eleemosynam ne despicias, & sententia sit bimbembris, & hunc sensum efficiat. Dum oras non sis pusillanimitas: oportet enim eum, qui ad orationem accedit multa cum fiducia preces fundere. Neque parum tibi prodesse putes eleemosynarum largitiones. Fauent Græca, quæ habent, ne sis pusillanimitas in oratione tua. Verum contra omnes latinos codices, hanc sententiam disringere non auferim: hac enim ratione aditus patebit facilis, vt tota scriptura possit inuerti: Hugo. Card. Noli esse pusillanimitas in animo tuo, quin audacter, aut potenter nequitias reprehendas, & pro tuo grege libere te exponas. Ergo pusillanimitatem carpit in prælatro, vel dum non resistit subditorum criminibus, vel dum non se exponit periculis pro eorū salute. Secundam addit expositionem his verbis. Noli esse pusillanimitas in animo tuo, quin tribuas abundanter pauperibus. Id est, ne præ animi pusillanimitate durus sis erga pauperes, & miseros homines. Lyra: Noli esse pusillanimitas in animo tuo. Quasi dicat: non sis tam sollicitus, de populi regimine, quod negligas salutem animæ tuæ facere per orationes, & opera misericordie. Contra quod peccant nonnulli, qui ea ratione publicis rebus inieruiunt, vt à spiritualibus omnino se subducant.

Et facere eleemosynam ne despicias. Hac ratione exponit hanc partem Hugo Cardinalis. Mirum est, quod dicit, ne despicias, sed credo, quod superbiam quorundam suggillat, qui dare eleemosynā propria manu pauperi dedignantur, nec ad petendam veniam peccatorum se submittere volunt. Contra primos dicitur: pro ultimo de muliere forti: Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem. Contra secundos dicitur Lucæ 11. Cum oratis dicite, Pater noster. Aptā quidem hæc ad morales sensus, sed cum historico nihil habent commune, simpliciter enim significant, non despiciendam eleemosynam, sed porrigendam pauperibus.

ETHOLOGIA XC.

Ad Deum preces fundere, quam sit vtile.

Noli esse pusillanimitas in animo tuo. Exorare, & facere eleemosynam ne despicias. Metum incusserat peccatori illis verbis: Nec enim in vno eris immunis, id est, caue à peccatis, nam nullius non pœnas dabis. Verum quia ea est humana conditio, vt dum periculum vnum vitamus sæpe in oppositum incidamus. Ne dum præsumptionem subterfugere cupimus efficiamur pusillanimes, nobis animos hic versus facit. Sed quid est, quod hanc animi deiectionem abigere valebit? Exorare, & facere eleemosynam, ne despicias. Oratione, & eleemosyna demissum animum fulci. Verum quia supra satis superque de eleemosyna diximus, restat vt aliquid de vtilitate precum subiungamus. Ioseph princeps Ægypti morituro patri Ephraim, & Manassem filios benedicendos obulit. Cum vero pater minorem natu maiori prætulisset, & diuaticis brachiis dexteram super Ephraim, sinistram super Manassem imposuisset grauitur tulit filius Ioseph: nec tamen senex à sententia se dimoueri passus est. Ex impositione nominum vtriusque pueri huius facti rationem offert Philo Iudæus lib. 1. Allegoriarum legis. Nā Ephraim idem est, ac memoria, Manasses vero obliuio dicitur. Iure ergo Ephraim Manassæ præfertur, nam ille qui cælestia meditatur, & illa assidue memoria ver-

fat aliis omnibus antefertur, & licet Manasses maior sit natu minori tamen cedit, quia licet multis aliis virtutibus præfulgeat aliquis, Dei tamē calculo ei antefertur, qui frequenter preces fundit, & oratio aliis virtutibus vtilior prædicatur. *Figurate autem (verba sunt Philonis) Ephraim dicitur memoria, fertilitas enim interpretatur, quia tunc anima discendi cupide contingit sua portio, quando in memoria confirmantur eius contemplationes. At Manasses reminiscencia dicitur quasi translatus ex obliuione.*

Domine in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem. Basilius in hunc versum Psalmi 29. per decorem intelligit rationalem naturam à Deo conditam plane decoram, floridam, & amānam multarūque rerum contemplatione potentem. Verum pulchritudo hæc naturalis infirma satis erat, & fragilis facileque in crimina ruere poterat. Quid ergo: Præstitisti decori meo virtutem, id est, naturam multiplici virtute ornasti ex qua vires sumpsi, & robur. Sed quam ratione hoc factum est, o, Dauid: In voluntate tua, id est, dum te, tuāque voluntatem animo verso. Oratio enim est, quæ virtutes in animum inducit, & animam armat, contra irruentes animi motus. Rem planam facit historia, quam habes Exodi 34. 29. Cumque descenderet Moyses de Monte Sinai, tenebat duas tabulas testimonij, & ignorabat, quod cornuta erat facies sua ex consortio sermonis Domini. Hauserat Moyses ex consortio Domini nimium splendorem, qui instar cornuum, ex eius facie emicabat, & hoc Scriptura appellat cornutam faciem. Splendor significat virtutem, cornua vero fortitudinem. Vulgari satis scripturæ phrasi. Ergo splendorem, & fortitudinem induit Moyses in oratione, quia, qui orat naturam ornāt in super, & illi vires addit. Sic nunc Basilius demum (ait Basilius) gratias exultat, dicens: in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem. Pulchre quidem etiam secundum naturam: debilis autem factus hoc peccato per insidias serpentis admissi perij: pulchritudini ergo meæ, quam ex prima creatione accepi addidisti virtutem eorum qua me adducent effectiuam. Pulchra namque omnis est anima, quæ in symetria propriorum virtutum conficitur. Pulchritudo autem vera, ac proinde amabilissima, quam sola mens omni contagione expurgata possit contemplari circa diuinam, ac beatam consistit naturam. Sane qui in eius micantissimum fulgorem, & inexhaustam gratiam mentem prius intenderit, non nihil hinc beneficij in se deriuat, & transumit: quasi si à quapiam tinctura florulentum splendorem illuminade faciei suæ desumpserit: vnde Moyses simul atque particeps factus est eximia illius pulchritudinis ex familiari cum Deo congressu glorificatam habuit faciem.

Psal. 48. 6. Cur timebo in die mala? Securus hæc verba profert Dauid, quasi nihil sit quod ipse time- re possit. Vnde tibi tanta fiducia, vt nihil timeas in die mortis, vel iudicij, quando & iusti homines multo timore solentur? Audi, quod præmiserat, audi quod illi metum soluit. Inclino aurem meam in parabolam: aperiam in Psalterio propositionem meam. Id est, aures meas Deo loquenti præbebo, & cum ipso miscebo sermones. Quod sane fit dum oramus, eo enim tempore, & Deum loquentem excipimus, & cum eo loquimur. Ergo ideo securus mortem expecto, sine metu me obicio iudicandum, quia orationi incubui. Nempe ad Deum fusæ preces in morte, & in iudicio hominem securum reddunt. Me igitur (ait Basilius) peccatorum vestigia, haud circundabunt quoniam inclinavi in parabolam aurem meam: calcaneum in sacris voluminibus in malam partem promente contaminata, ac vitiosa capi solet.

Apparuit Esaiæ Dominus sedens super thronum cui

Hugo.

Lyra.

3.
Hugo.

Lucæ 11.

1.

Philo

Exodi

Basil.

3.
Psal.

4.

cui seraphim mutuo accinebant, quem cum vidisset Propheta, exclamauit. *Ua mihi quia tacui, quia vir pollutus labijs ego sum: & in medio populi polluta labia habentis ego habito.* Non modo se, sed insuper vniuersum populum immunda labia habere dolet Propheta. Verum reliqua audi, Efsaiæ 6.6. *Et volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum, & dixit: ecce tetigit hoc labia tua & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur.* Tam Propheta, quam populus immunda labia habuisse præmisit Efsaias: & tamen solius Prophetae labia mundantur, populi autem non item. Hoc precibus attribuit Basilius: nempe Propheta mundari sibi labia petiuit. At verò populus nihil tale dixit. Vnde tantummodo Prophetae mundantur labia; ea enim est vis orationis, vt quicquid à Deo petierit sine mora consequatur. Hanc expositionem affert Basilius ad hunc locum his verbis, *Et per hoc declaratur diuini iudicij æquitas: cum enim dixisset Efsaias immunda se habere labia, simulque de populo atexuisset, quia in medio populi habito immunda labia habentis, Propheta quidem indulta est gratia indulgentia. Perque vnum ex seraphim labiorum expurgatio; populo autem nihil simile concessum est, neque enim consimilis affectus tangebatur vtrosque Prophetam, & populum.*

Exodi 17. *Cumque leuaret Moyses manus suas vincebat Israël: sin autem paululum remisisset superabat Amalec. Manus autem Moysis erant graues: sumentes igitur lapidem posuerunt subter eum in quo sedit: Aaron autem & Hur sustentabant manus.* Ad hoc factum referenda verba Psalmi 17. *qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum,* teste Dauid ibidem. Ac si dicat: Hebræorum phalanges contra Amalechitas manus exercebant: insuper, & Moyses contra eosdem manus in oratione tendebat: sed longe amplius Moyses manibus suis perfecit, quam populus. Nam cum Moyses manus ad cælum tēderet superabat Iosue: sin verò paululum remisisset, fugabatur. Ergo ait Dauid, nouum bellandi genus docuisti, dum non pugnando, sed orando palma reportatur. Non modo preces à Moysæ fusæ eam vim habuerunt, vt amicis robur adderent, inimicos verò delerent, verum, & à quocunque fusæ fuerint, hanc vim fortientur. *Qui docuit manus* (ait Basilius) *meas ad prælium, dum enim illas ad precandum in tentationibus extendo inimicos vinco.*

Psalm. 149.6. *Exaltationes Dei in gutture eorum: & gladij ancipites in manibus eorum.* Præposterus sanè ordo præfigi videtur; vt scilicet prius milites doceat victoriã canere, ac tãdem eos ad bellũ armer. Prius enim, ait: *exaltationes Dei in gutture eorum,* id est, pœana canere docebit, & instruet victoriam hymnum concinere, ac tandem. *Et gladij ancipites in manibus eorum,* id est, aptissimis armis munies, vt stragem edere possint, & inimicos ad vnum omnes delere. Basilius in scholijs ad hunc locum docet de oratione verum exponendum, quæ adeo certam de inimicis reportat victoriam, vt vel antè initium bellum victoriam liceat præcinere. Hac enim ratione Psalmista exorsus est, *Cantate Domino canticum nouum: laus eius in Ecclesia sanctorum,* quæ verba simul cum subsequenti ad preces effundendas pertinere non dubium est. Expendit etiam illud, *Et gladij ancipites in manibus eorum,* Nempè præmiserat, *exaltationes Dei in gutture eorum,* id est, ad Deum preces fundent. Et subdit, *& gladij ancipites,* &c. id est, & preces istæ ad Deum fusæ instar erunt armorum, quibus munitus is, qui orat, facillè inimicos quoque dare terga coget. *Exaltationes Dei* (ait Basilius) *in gutture eorum, Bellum hic cum tripudio su-*

perandum sic se ostendit, quod videlicet canentes, & laudantes, hostium sint victores euasuri, exaltationem hic hymmodias, & Psalmodias vocat, ad alligandos Reges in compedibus: vide excellentiam victoriam, non enim pepulerunt, & abegerunt hostes sed victis regibus eorum potentiam Dei omnibus demonstrantes redierunt.

Apocal. 5.5. *Et vnus de senioribus dixit mihi, ne fletueris, ecce vicit leo de tribu Iuda, & infra, Agnum stantem tanquam occisum, & infra, Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam & fortitudinem.* Bernardus sermone 1. in die Paschæ duo argumenta nobis ministrat ex his verbis, imprimis ille qui prius leo dicitur tãdem agnus nuncupatur, quænam ratio esse potuit tam subitæ mutationis, quid leone terribilius, quid agno mansuetius? librum aperire, & signacula soluere, nihil aliud est iuxta anagogem, quam ad Deum preces fundere, ei enim, qui orat arcana panduntur mysteria, qui ergo Deum contemplatur, etiam si exteriori specie agnum referat leonis tamen in animo induit fortitudinem, omnes inimicos, siue corporeos, siue incorporeos facillè fugat. *Dignus est agnus, qui occisus est accipere virtutem, &c.* Aptius diceretur: dignus est agnus accipere mansuetudinem, & humilitatem. Quid enim agno cum fortitudine, virtuteque commune, verum tamen teste Bernardo etiam si agnus sis hoc est inbellis, si tamen signacula solueris, id est, diuina mysteria fueris rimatus omnem virtutem, fortitudinemque indues, *Pro suis* (ait Bernardus) *leo rugit non in suos, pauca alieni: tribus Iuda magis exultat. & infra: leone Ioannes audierat, & agnum viderat. Agnus occisus est, agnus accepit librum, agnus aperuit, & apparuit leo, denique dignus est* (aiunt seniores) *agnus, qui occisus est, accipere fortitudinem, non mansuetudinem amittere, sed accipere fortitudinem, vt agnus maneat, & leo sit.*

Matthæi 9. *Si tetigero tantum simbriam vestimenti tui salua ero,* verba sunt illius mulieris, quæ sanguinis fluxum patiebatur, quæ expendit Bernardus serm. de quatuor modis orandi, qui ex 22. ex varijs, non ait: si hoc vel illud fecero, hac, vel illa oratione ad conferendum beneficium Christum impulero, sed tantum: si tetigero simbriam vestimenti, eius. Iuxta anagogem huius vestimenti contactus contemplationem adumbrat diuinorum mysteriorum in qua quodammodo mente, & intellectu Deum tangimus. Ergo ait: si tetigero tantum simbriam vestimenti eius, id est, si quacunque ratione in Dei contemplatione me exercuero, ad pristinam sanitatem reducar, morbum sine mora abijciam. *At verò* (ait Bernardus, iam continendi virtute accepta securus accedit, qui sibi conscius fuerit pro delictis præteritis veniam quærens & oratione vtens, quæ nostri oris est ratio: quando iam Deo suo loquitur ore suo. Prius quam hinc abeo, expendenda mihi sunt verba illa Bernardi: & oratione vtens quæ nostri oris est ratio, dicitur autem oratio oris nostri ratio sumpta similitudine ab eis, qui alium in suam sententiam trahere conantur. Hi enim elaborata oratione, & conquisitis vndique rationibus animum flectere satagunt. At verò illi, qui orat, vt Deum flectat non opus est locos topicos discutere, & ex illis rationes effingere, & multo artificio concinnare sermonem. Sola enim oratio, quacunque ratione fiat per se ipsam Deum trahit.

Componit Bernardus orationem cum suffitu, Sermon. 7. in Cantica, suffitu enim Deum placabant antiqui. In quem sensum adducit, verba illa Cant. cor. 3. 6. *Qua est ista, quæ ascendit per desertum sicut virgula funi ex aromatibus myrrha, & thuris, & vni-*

7. Apoc. 5. 5.

Bernard.

8. Matt. 9. 21.

Bernard.

9. Cant. 3. 6.

uersi pulueris pigmentarij. Cum suffitu componitur, qui orat, quia suaueolentia caelestem patriam replet. Eius verba addo. *Hic delectabitur in crassitudine anima tua, hic holocaustum tuum pingue fiet, hic placabis regem, hic placebis principibus, hic denique totam curiam beneuolam reddes, & odorato odore suauitatis in caelestibus de te quoque dicetur, quæ est ista, quæ ascendit per deferrum sicut virgula fumi, &c.*

Bern.

10.

Psal. 67. 28.

Quam sit oratio omnibus necessaria probat Bernardus, Serm. 7. in Cantica ex illo Psalm. 67. *Principes Iuda duces eorum, Principes Zabulon, & Principes Nephtalim, Hæ tres tribus, tria genera hominum adumbrant: nempe agentes pænitentiam peccatorum. Iuda enim agnoscens dicitur, & pertinet ad viam purgatiuam. Item Principes Zabulon quod sonat habitaculum fortitudinis, & eos adumbrat, qui in virtute profecerunt, & pertinent ad viam, quam illuminatiuam vocant. Tandem Principes Nephtalim, id est, ceruus emissus, quod dicitur de persectis, qui viam vnitati sunt ingressi. Ergo siue primum pedem in viam virtutis intuleris, siue aliquantulum fueris progressus siue viam confeceris omnino tibi oratio necessaria est. Audi Bernardum, Principes, inquit, Iuda, Principes Zabulon, & Principes Nephtalim. Hoc est confitentium, continentium, contemplantium. Norit quippe Principes nostri Regi suo acceptam esse psallentium confessionem, continentium fortitudinem contemplantium puritatem, & solliciti sunt exigere à nobis eiusmodi primitias spiritus, quæ profecto non aliud sunt, quam primi, & purissimi fructus sapientie, quod enim non ignoratis, Iudas laudans vel confitens, & Zabulon habitaculum fortitudinis, Nephtalim ceruus emissus interpretatur, quia nimirum agilitatis suæ salibus exprimitur specularis excessus.*

Bcr.

11.

Redijt Abraham victor & prædam, quam inimici ab egerant, reduxit. Lot, & eius ciues, in libertatem asseruit, Genesis 14. 21. *dixit autem Rex Sodomorum ad Abraham: da mihi animas, cetera tolle tibi, qui respondit ei: leuo manum meam ad Dominum Deum excelsum possessorem, cæli & terra, quod à filo subregminis, usque ad corrigiam caligæ non accipiam ex omnibus, quæ tua sunt, ne dicas, ego ditavi Abraham. Dum nihil se accepturum iurat Abraham manus ad cælum leuat, quid enim sibi vult leuare manus, & qua ratione præsentis instituti accommodari possit? leuare manus tam apud sacros, quam apud profanos idem est, ac orare. Hoc suadet factum illud Moyses Exod. 17. 10. hoc & verba Pauli, *leuantes puras manus, &c.* & apud profanos sæpe, *tendens ad sycera palmas.* Ergo sensus est, nihil prorsus ex his, quæ tua sunt excipiam. Nam satis mihi est vna pro omnibus oratio, vt exinde omnia mihi abunde suppeditent, ergo iure optimo vitio mihi dabitur, si aliquid à te accepero, cum tantulo negotio habere possim, quod libuerit.*

Exod. 17. 10.

12.

Iob 5. 26.

Ingredieris in abundantia sepulchrum, Iob 5: iuxta sensum mysticum caelestium rerum contemplatio, sepulchrum dicitur, quia in oratione vitia omnia sepeliuntur, cum quis in sepulchro iacet, omnem sensum amittit, neque se loco mouere, nec oculis intueri aut auribus sonos excipere potest. Imò verò sine mora consumitur, ita etiam, qui Deum assidue contemplatur, omnes carnales motus, & sensus deponit, voluptatesque recedunt. Hanc expositionem adducit Rupertus lib. 7. in Genesis cap. 31. his verbis, & in Iob, *ingredieris in abundantia sepulchrum, id est, cum ditatus fueris actiue vitæ reditibus, tum demum non defecturus, quiescere poteris intra contemplationis latibulum.*

Rup.

13.

Gen. 32. 1.

Genesis 32. 1. *Iacob inuit itinere, quod ceperat, fue-*

runtque, ei obuiam Angeli Dei, quos cum vidisset, ait: castra Dei sunt hæc, & appellauit nomen loci illius Manahabim. Castra hunc locum vocat, quia ibi orationem habuit ad Deum bene longam, quam recenset Moyses n. 9. ibidem, *dixitque Iacob, &c.* Ergo locum orationis castra vocat Iacob, quia oratio instar est exercitus, quæ facile inimicos preternere valet, castra inquam Dei, quia in ea pro nobis Deus certamen aggreditur, in ea Angelos tutelares, & auxiliatores habemus. Illud tadem expendendum mihi hoc loco: *fueruntque ei obuiam Angeli Dei*, non eum subsequuntur neque eius latu tutantur, sed eum antecedunt, scilicet victorem acclamantes, & victoriam hymnum accinentes, & tamen Iacob fratrem non viderat, non vicerat & tanquam victorem hymnis & plausu excipiunt Iacobum, ea enim est vis precum, vt ei, qui orat ante victoriam triumphus decernatur, hæc est mens Ruperti lib. 8. in Genesis cap. 2. loquentem excipe, *non dictum est, quia apparuit Angelus, vel apparuerunt Angeli ei, quod & multis accidit, sed dictum est, quia fuerunt obuiam ei Angeli Dei, quod insigne sonat victoris, & emeriti, cui pro gloria triumphi pompa caelestis obuiam præcedens festina exceptione letum obsequium præberit: neque paucos vidit, qui dixit, castra Dei sunt hæc, & ob hoc appellauit nomen loci illius, Manahabim, id est, castra, multiplicia namque castra sunt Angelorum.*

Genes. 32. & ecce vir luctabatur cum eo usque mane, lucta hæc oratione facta est, & precibus pro laceratis vsus est Iacob, in ea autem nomen nouum adipiscitur, & Israël vocatur. Huius autem nominis ratio, iuxta Rupertum lib. 8. in Genesis cap. 5. est, Princeps cum Deo, id est, eiusdem dignitatis, & eiusdem roboris eris, ac Deus est. Etenim oratio quadam ratione reddit hominem omnipotentem & diuinum. Rupertum audi, *sensus hic est, non appellabitur nomen tuum supplantator, hoc est, Iacob: sed appellabitur nomen tuum: Princeps cum Deo, hoc est, Israël. Quomodo enim Princeps ego sum, sic & tu, qui mecum luctari potuisti Princeps vocaberis.*

14.
Gen. 32. 1.

Rup.

Sapientie 18. 24. *in veste enim poderis quam habebat totuserat orbis terrarum, &c.* Quæ enim ratione in hac sacerdotis veste totus orbis terrarum fuerit figuratus, latè prosequitur Philo Iudæus, quæ nos suo loco referemus, & Rupertus lib. 4. in Exodum ca. 22. qui causam quærit quare sacerdos preces facturus ante Deum, ea veste induatur, quæ totum orbem terrarum referat? cui dubio his verbis respondet Rupertus loco citato: *Instum ergo erat, sicut ex parte supra diximus, vt pontifex Dei creaturarum omnium rypum portans in vestibus suis, indicaret cuncta indigere misericordia Dei, & cum sacrificaret ei expiaretur vniuersalis conditio vt non pro liberis, & propinquis, & parentibus, sed pro cuncta creatura, & voce, & habitu precaretur, hæc ille. Multiplicem rationem assignat his verbis Rupertus, has autem nos paucis expendamus: in primis illa verba, *indicaret cuncta indigere misericordia Dei*, ac si dicat: vestes, quas sacerdos sacrificaturus induit vniuersas creaturas referunt, quo significetur omnes homines Dei misericordia indigere, siue illi sint, qui celorum instar suo splendore cuncta illustrant, & superiorem locum obtinent: siue igne diuino ardeant, & animarum lucris inuigilent: siue aëris instar facilem prospectum omnibus præbeant: & cunctos doceant, siue in modum aquæ Ecclesiam reddant facundam, siue tandem terra sint, quæ se omnibus obijcit calcandam: omnes inquam, & singuli oratione & precibus quibus expiuntur indigent, & multa bona consequantur, ideo, & vestis sacerdoti induenda decernitur, quando*

15.
Sap. 18. 4.

Rup.

quando ad orationem accedit, vt patet Exodi 49. 31. Aliam rationem addit Rupertus illis verbis : vt non pro liberis, &c. Ac si dicat, vt ostendat, quanta sit orationis vis, vt scilicet vnica tantum oratio pro omnibus creaturis possit offerri, & cunctis impetrari, quod singulis est necesse. Tandem expendo verba illa : & voce, & habitu. Preces fundere nequaquam possunt alia omnia præter hominem, qui scilicet rationis est capax & voces in verba formare nouit: verumtamen tantum Deus orationes amat, vt velit creaturam omnem pro modulo suo orare, & ea ratione qua valent orationem fundere. Atque adeo, quæ loqui non possunt saltem sacerdotem comitentur sub diuersis symbolis expresse, vt omnes ea ratione, qua possunt orent.

Exodi 17. 11. Cumque eleuaret Moyses manus vincebat Israël, &c. Per eleuationem manuum Moysis, & eius orationem victoria parabatur Israël. Quod factum est teste Ruperto lib. 3. in Exodum cap. 20. vt omne effugium præcluderet Deus his, qui suam imbecillitatem causantur ad spirituales conflictus. Igitur hæc pugna omnino facilis est, nullò negotio comparatur, victoriæ vocibus inimicus abigitur, & eleuatione manuum fugatur. Quid ergo imbecillitatem prætendis. Nec quisquam (ait Rupertus) poterit excusari, qui hostem vincere nolit, dum orando cessarit, & tamen in Moysæ corpus deficiebat, non voluntas aliquando cessabat. Si ergo fragilitatis causa in Moysæ excusare non potuit, quemadmodum in nobis voluntas poterit excusari.

Exodi 33. Dum Moyses Deum oraret vniuersus populus stabat ad ostium tabernaculorum suorum. Stabantque ipsi & adorabant per fores tabernaculorum suorum. Rupertus lib. 4. in Exodum cap. 34. iuxta communem intellectum per tabernacula corpora nostra intelligit. Ergo dum orat Moyses, non se continent Hebræi intra papilionem. Sed ad ostia tabernaculorum egrediuntur, quia quodammodo oratio, à corpore, & terrena concreione homines extrahit, & spirituales reddit & ad beatitudinis ianuam perducit. Iuxta historiam (ait Rupertus) moralem sensum legentibus, hæc ipsa res adificat. Quid est enim populum columnam nubis aspiciere, & in tabernaculi sui foribus stare, atque adorare, nisi quod humana mens, cum superiora illa, atque celestia, vt cumque in enigmate conspiciunt, iam claustra habitationis corporeæ, per subleuatam cogitationem exiit. Atque illum humiliter adorat cuius, etsi videre substantiam non habet, iam tamen eius potentiam per illuminationem spiritus miratur.

Numer. 22. 4. Videns autem Balac filius Sephor omnia, que fecerat Israël Amorrhæo, & quod pertimuisse cum Moabitis, & impetum eius ferre non possent, dixit ad maiores natu Madian: ita delebit hic populus omnes, qui in vniuersis finibus commorantur, quomodo solet bos herbas vsque ad radices carpere. Ducta similitudine à bobus vim orationis ostendit, iuxta Origenem homil. 16. boues enim lingua, & ore herbas depascuntur: & nos oratione inimicos nostros facile debellare possumus, nec aliis armis præter preces indigemus. Ita namque (ait Origenes) etiam quendam de senioribus Magistris audiui dicentem, in eo loco in quo scriptum est in Numeris: quia ablinget synagoga illa, hanc synagoga, sicut ablingit vitulus herbam viridem de campo. Dicebat enim: quare eiusmodi similitudo assumpta est, nisi quia hoc est, quod intelligendum est, in hoc loco, quod synagoga Domini, que nos præcessit in sanctis, ore, & lingua consumit aduersariam synagoga, id est, orationibus, & precibus aduersarios nostros absomit. Non ergo armis nobis pugnandum aduersus nostros hostes inuisibiles sed orationibus, & verbi Dei meditationibus, &

operibus, & sensibus rectis. Sic ergo armabantur Patres fide, & operibus.

Quærenti ad virtutem, & perfectionem viam hæc insonat Christus Dominus Matthæi 19. Si vis perfectus esse vade, vende, quæ habes, & da pauperibus. In vnam eleemosynam conferre videtur Christus Dominus, omnia, quæ ad consecutionem virtutis pertinent: cum tamen præter eleemosynam plura alia exigantur, vt puta ieiunium castigatio corporis, &c. vt dubio facit satis Origenes tractatu 8. in Matthæum his verbis. Qui pauperibus tradidit bona sua, ipsorum orationibus adiunatur, accipiens ad suam spiritualem inopiam, eorum, qui patiuntur inopiam carnalem, sicut ait Apostolus ad Corinthios scribens, & sic hoc modo perfectus, quamuis aliquas (quod humanum est) habuerit passiones, & si quis alius, hanc inopiam passus fuerit, & magno adiutorio fuerit adiunatus Deo exaudiente sanctorum pauperum refrigeratorum preces, qui tamen similes sunt Apostolis aut paulo inferiores: pauperes quidem in corporalibus, sicut diuites illi in spiritualibus. Hæc Origenes. Ergo ideo in vnam eleemosynam omnia necessaria transfert, quia data pauperibus eleemosyna eorum preces, & orationes extorquet, oratio tamen eam habet vim, vt facile homines omni virtutum genere ornet.

Ne dicas: in multitudine munerum meorum respiciet Deus, & offerente me Deo altissimo, munera mea suscipiet.

Vitia mediam virtutem amplectuntur, & frequenter extremum vitium fugientes homines in contrarium incidunt. Amouit versu præcedenti pusillanimitatem, cui opposita est præsumptio, quam hoc versu carpit. Ergo. Ne dicas in multitudine munerum meorum respiciet Deus. Quasi dicat: ne despicias preces, & eleemosynam, dicens: Deo mactabo victimas, & offeram sacrificia, quibus ei placebo. Et offerente me altissimo munera suscipiet. Et cum eiusmodi dona altissimo Deo obtulerim ipse benignus accipiet, acceperitque.

Docet legalium sacrificiorum ritus Deo ingratos fuisse cum absque pietate, & misericordia Deo offerebantur. Hoc enim docet quando addit: Ne dicas in multitudine munerum meorum respiciet Deus. Vel his verbis docet, illa antiquæ legis sacrificia vim non habuisse ad iustificationem, sicut sacramenta nouæ legis. Aliqui latinorum tantum ad iudices referunt hæc verba, quibus docentur non tantum tribuere sacrificiis, & litationibus, vt opera misericordiæ, & religionis negligant: sed communis est sententia, & ad omnes referenda. Ergo omnibus præcipitur, vt opera charitatis aliis præferant iuxta illud 1. Corinth. 13. Charitatem autem non habet, nihil mihi prodest. Illud verbum respiciet idem est, ac approbare, & gratum habere, iuxta illud Genesis: Respexit ad Abel, & ad munera eius. Id est, acceptauit. Similia verba habes apud Ieremiam 11. Num. Ierem. 11. quid carnes sanctæ auferent à te malitiam tuam? Et Matthæi 9. Misericordiam volo & non sacrificium. Lyra. Lyra. hunc versum cum superiori coniungit, & hunc sensum videtur eruere. Ne tantum muneribus tuis, id est, orationi, & eleemosynæ tribuas, vt internam sanctitatem, ex qua externa hæc vires sumunt, contempnas. Verum hic sensus filo orationis non coheret.

Non irideas hominem in amaritudine animæ: est enim qui humiliat, & exaltat, circumspexit Deus.

19. Mat. 19. 21.

Orig.

VERS. 11.

1.

2.

1. Cor. 13.

Ierem. 11.

Matth. 9.

Lyra.

VERS. 12.

1. *Non irrideas hominem in amaritudine animæ suæ, id est, hominem ærumnosum, & malis obrutum, ne irrideas, aut de eius calamitate læteris. Est enim, qui humiliat & exaltat circumspēctor Deus.* Id enim, despicit Deus cuius est humiliare, & exaltare, vnde vereri debes, ne tua offensus improbitate, te exaltatum deprimat, deiectum vero erigat.

2. *Ne irrideas hominem in amaritudine animæ eius.* Græca expressius: ne irrideas hominem existentem, in amaritudine animæ eius. Dionysius, illud verbum in amaritudine animæ eius, ad irrisorem conuertit, id est, ne amare quemquam irrideas. Secundum hunc sensum relatiuum eius, ad irrisorem referendum est, & ponitur pro tuæ. Ne irrideas hominem in amaritudine, animæ tuæ. Sed extorta est expostio.

3. *Est enim, qui humiliat, & exaltat circumspēctor Deus.* Id est, time rerum vicissitudinem, & Deum, qui rerum vices conuertere solet. Vel, ô, irrisor paupertatis proximi time, nam Deus hanc irrisorem, ea ratione punire solet, vt irrisorem superbum, ad solum vsque deiciat, & irrisum pauperem erigat. Fauet Tigurina, quæ legit, *Deus animaduersor*, vbi nos, *circumspēctor Deus.* Vnde David Psal. 68. *appone iniquitatem super iniquitatem eorum.* Et rationem reddit, *quia quem tu percussisti, persecuti sunt: & super dolorem vulnerum meorum addiderunt.* Verba illa: *circumspēctor Deus*, in Græcis codicibus non habentur, ad dita vero iure sunt ab interprete, quibus ostendat immutata rerum vicissitudinem.

Psal. 68.

VERS. 13.

Noli arare mendacium aduersus fratrem tuum: neque in amicum similiter facias.

1. *Noli arare mendacium.* Ne machineris mendacium contra fratrem tuum: neque simile flagitium contra amicum moliaris.

2. *Arare mendacium.* Hebraica phrasi dictum est, id est, ne mente voluas. Osee 11. *Arasti impietatem.* Psal. 129. *supra dorsum meum fabricauerunt peccatores.* Hebraicè. *Arauerunt.* Metaphoram exposuit vulgatus, ad illa verba Prouerb. 3. *Ne moliaris amico tuo malum.* Hebraicè, *Ne ares.* Plures latini Hebraicam phrasim non tenentes, pro arare, amare posuerunt. Sed repugnant Græca, quæ habent, ne ares. Paulus de Palacio, duplicem distinguit campum, quem arare possumus linguæ vomere, nempe campum veritatis, qui est Deus, item campum mendacem, qui est diabolus. Ergo noli hunc sed illum campum arare, id est, noli dicere mendacium. Iuxta hanc expositionem loqui est arare, est enim lingua instar aratri, quo terram proscindimus, & verba sunt veluti semina, quæ solo mandata fructum cum fænore reddunt.

Prou. 3.

Palacio.

VERS. 14.

Noli velle mentiri omne mendacium: assiduitas enim illius non est bona.

1. *Noli velle mentiri omne mendacium.* Id est, caue, ne proferas aliquod mendacium. *Assiduitas enim illius non est bona.* Assuescere enim mendaciis malum, noxiūque est. Græci codices hac ratione habent: *Ne velis mentiri omne mendacium.* Nos simpliciter exposuimus, ne mentiaris. Hoc enim Græcè, Latine & Hispanè satis conuenit. Hunc locum multis tractat Augustinus lib. de mendacio contra Consensuum cap. 16. & 17. tam enim Consensuum, quam Augustinus suam opinionem ex hoc loco deducebant. Consensuum enim, qui aliquod mendacium licitum esse existimabat duplicem sensum præsentis senten-

tia affigebat. Prior est. *Noli velle mentiri omne mendacium:* Ne vltro, & ex voluntate mendacium proferas; si vero quandoque, velut inuitus proferas, scilicet, vt imminens aliquod malum vites, vitio tibi dandum ne verearis. Vnde non ait: noli mentiri, sed noli velle mentiri, id est, ne volens, & lubens mentiaris sponte, & nullo cogente. Posterior sensus est. *Noli velle mentiri omne mendacium.* Quasi aliquod mendacium sit licitum, non vero omne, quodcūque, & quodcūque. Vnde non ait, nullum peccatum mentiaris, sed: noli velle mentiri omne mendacium. Contra vero Augustinus contendebat, (vt vere res habet) adeo ex interna natura hominem dedecere mentiri, vt nulla prorsus ratione mendacium dicere fas sit. *Quam veritatem ex hoc item loco confirmabat.* Noli velle mentiri omne mendacium, id est, adeo malum est mendacium, vt & ipsa voluntas mendacium dicendi hoc loco prohibeatur. Iansenius: hoc loco tantum prohiberi credit mendacium affectatum. Ego vero vt dixi germanum sensum, & facilem huius loci existimo eum: noli velle mentiri, id est, ne mentiaris; etenim, illud noli, & velle sæpius ponuntur in oratione ornata causa, & ad sensum nihil conferunt, sed redundant. *Omne mendacium,* id est, nullum mendacium, caute omnino vobis à mendacio.

Assiduitas enim illius non est bona. Græcè, *assiduitas enim illius non ad bonum,* id est, nociua, & perniciofa est. Phrasi Hebræis non insolenti. Prouerb. 24. *Cognoscere per se in iudicio non est bonum.* 1. Reg. 2. 24. *Nolite filij mei: non est enim bona fama, quam ego audio.* Et sexcenta alia. *Assiduitas enim illius.* Id est, omne quidem mendacium malum est, si tamen in illud quandoque lapsus fueris saltem ne repete.

Noli verbosus esse in multitudine presbyterorum, & non iteres verbum in oratione tua.

Insequitur linguæ vitia præcipue vbi silentio, reuereri aliquem oportet, vt puta seniores, & Deū. *Noli verbosus esse in multitudine presbyterorum,* id est, ne multum coram senibus loquaris; & *non iteres verbum in oratione tua.* Et cum ad Deum preces fuderis, mentem tuam illi apperi pressis verbis. Ergo prior pars ad senes referenda. Posterior vero ad Deum.

Noli verbosus esse in multitudine presbyterorum, id est, ne multum loquaris. Græca non tam longiorem sermonem prohibent, quam intempestiuum, est enim illis verbum *δδονεονε*, quod est nugari, garrere inepte & nulla habita ratione rerum, personarum, loci, temporis verba fundere. similia habes postea cap. 32. *In medio magnatorum loqui non presumas & vbi sunt senes ne multum loquaris.* Glossa *noli verbosus esse,* id est, noli sensum tuum docere.

Et non iteres verbum in oratione tua. Nonnulli de sermone quouis, seu concione locum exponunt, quasi his inanis repetitio à priuata, & publica oratione arceatur. Sed verbum Græcum plane ostendit agi hic de precatione ad Deum sua. Repetitionem hanc seu multiloquium improbavit Christus Dominus illis verbis Matthæi 6. *Orantes nolite multum loqui, sicut Ethnici, putant enim, quod in multiloquio suo exaudiantur.* Ex ratione quam adhibet Christus Dominus constat, non quancūque prolixam orationem damnari, sed qualem ab Ethnicis fiebat. Putabant enim, quod fucata orationis vis volentes nolentes auditores flecebat. Vel etiam prohibet in oratione irreuerentiam. Paucis enim verbis, & simpliciore sermone in oratione vti ad

Dei

Dei reuerentiam spectat. Hanc partem huius sententiae non tam sensu historico, quam morali exponit Gregorius lib. 10. Moral. cap. 16. his verbis. *Ne iteres verbum in oratione tua. Verbum namque in oratione iterare est, post fletum committere quod rursus necesse sit flere.* Alij non iterandum verbum in precibus docent, ne quis credat Deum multis verbis egere, quibus excitetur, vt nobis praesto sit, vel vt porrigat, quod exoramus. Dionysius, orationem attentam commendari existimat: ne si per oscitantiam preces fundamus cogamur iterum dicta repetere, dubij scilicet an ea protulerimus. Hugo Car. ita distincte, plene, & plane ora Deum, vt non sit necesse praecedentia verba alijs additis exponere, *vel sic*, addit Hugo, *non iteres verbum in oratione tua, id est, sic panitere, & confiteri ita distincte, vt non sit necesse iterare confessionem, quod dicitur contra quosdam, qui confitendo peccata palliant, alia inuoluendo, vel excusant, vel attenuant, vel aliquid retinunt inconfessum, vel confessionem diuidunt pluribus confitentes, vt minus peccatores appareant, vnde postea urgente conscientia oportet eos redire ad confessionem, & iterare, quod minus vel maledixerunt vel aliter, non iteres verbum in oratione tua, id est, coram sapientibus non repetas, saepe idem.*

ETHOLOGIA XCI.

Silentij laus.

NOli verbosus esse in multitudine presbyterorum. Parcendum verbis docet Ecclesiasticus praecipue adoloscenscentes, si forte ad concessum seniorum venerint: ego vero latius rem tractabo, & quam vtile sit silentium omnibus, & vbique euinco. Lucæ 8. 42. *& contigit dum iret, à turbis comprimebatur, & mulier quadam erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim, & c. accessit retro, & tetigit simbriam vestimenti eius: & stetit fluxus sanguinis eius.* Vide quam facile sanata est mulier ab in medicabili planè motbo, & qui diutius eam obsederat, nimis, vt vel ipse Christus ignorasse videatur, quisnam esset curatus, subdit enim Lucas, *quis est qui me tetigit, & c.* è contra verò mulier illa Chananea cuius filia à damoniq; vexabatur, non tam facile filiae sanitatem impetrauit, sed postquam cucurrit multis precibus filiae salutem extorsit, sic enim habes apud Matthæum, 11. 12. *& ecce mulier Chananea à snibus illis egressa clamauit, dicens ei: Miserere mei Domine fili David & c.* & multa alia, quæ ibidem subdit Matthæus, quæ satis ostendunt, quam difficile hæc mulier Dominum flexerit, cum tamè illa prior facile extorsisset, quod volebat. Huius rei causam innuit Matthæus, cap. 9. 20. *& ecce mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur, & c. se tetigero tantum simbriam vestimenti eius.* Expende verba illa Matthæi, *dicebat enim intra se, id est, non verbis animi sensa promebat, sed secum tacita mente versabat, ergo quia silentio indulsit, ideo facile naeta est, quod optabat: at verò mulier illa Chananea perstrepsens & omnia clamore replens, multa cum difficultate, & vix tandem obrinuit, est enim ornamentum omnium quidem, sed precipuè feminarum silentium, vnde facilius inuenit, quæ tacita requirit. Hanc expositionem mente concepit Petrus Chrysoiogos sermon. 33. quam his verbis promit. *Dicebat enim intra se, solam salutis viam mulier curam, vt furaretur inuenit, vt raperet tacita, quod petere non valebat, & pro sua verecundia praestatur, vt quem non merebatur corpore corde perueniret ad medicum. Mulier inter cõprimentes, vt nesciretur, accedit: & praesumpsit furari se coram fide sola vt habitu lateret, & corpore retro**

accessit, & ad videndum se indicabat indignam annis duodecim, curauit fides intra ictum temporis, quod duodecim annis ars humana curare non potuit.

Matthæi 15. 11. *Non quod intrat per os coinquinat hominem: sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem.* Difficilem sensum habent hæc verba, dicta enim videntur quasi intemperantia in cibo, & potu pietati non officiat. Origenes in hæc verba Matthæi, id quod intrat per os non coinquinat hominem, quod verò ex ore prodit inficit, quia licet quandoque etiam intemperantia erga æsculenta, & poculenta crimen sit: nihilominus, si eiusmodi peccata, cum illis compares, quæ per verba perficiuntur, minora, paucioraque esse conperies, nam ferè omnia crimina ex verbis manant, aut per verba perficiuntur, verbi gratia: furta, homicidia, & reliqua, quæ ibi Christus commemorat: ergo qui silet ab omnibus ferme peccatis immunis est. *Deinceps, (ait Origenes) videamus quomodo, quæ egrediuntur, & pollunt hominem, non ob id, quod ex ore progrediuntur: sed causam progrediendi habent in corde, cum egrediantur ex corde ante illa, quæ progrediuntur per os, cogitationes male, quarum species sunt caedes, adulteria, sortationes, furta, falsa testimonia, blasphemia, nam hæc sunt quæ pollunt hominem, cum egrediuntur ex corde, & hinc egressa proficiuntur per os, vt si non prodissent, foras à corde, sed inibi circa fuissent prohibita, nec permissum fuisset illis per os loqui, celerrime fuissent absoluta, nec amplius pollueretur homo.*

Eripuit Zachariae vocem Angelus, Zachariae Lucæ 1. 62. at postquam Dei mandata peregit, *Zacharius pater eius repletus est Spiritu sancto: & prophetauit dicens: benedictus Dominus Deus Israël, & c.* Lucæ 1. 67. cum prius fuit Zachariae loquendi facultas humana diserebat, non aliter, ac reliqui homines: at verò postquam siluit, ipso silentio didicit loqui diuina, & taciturnitate meruit prophetare, & Spiritu Sancto repleti, qui colentibus silentium illabatur. Huius sententiae est Origenes Hom. 9. in Lucam, his verbis: *statimque, vt stylus impressus est cere lingua, quæ prius fuerat vineta, laxata est, recepit eloquium, non humanum, quoniam ligata à lingua eius, humana tamen non fuit, vincerat enim eam incredulitas statim, vt locuta est, humana esse desijt, & loquebatur benedicens Deum, & prophetauit.* Ad examen reuocanda verba illa Origenis, *humana esse desijt*, tantum enim silentium valet, vt quam humanam linguam reperit diuinam reddat, quod si hoc euenit, eis, qui silentium patiuntur inuiti, quod merebuntur illi, qui vltro silentio incumbunt: ergo nulla alia ratione ad diuina eloquia aptiorem se reddit quisquam quam dum silet. Vnde Ieremias cap. 1. nu. 6. *Et dixit: a, a, a, Domine Deus: Ecce nescio loqui, quia puer ego sum.* Silentio se excusat, ne diuina perferat mandata, & Dominus illi, *noli dicere: puer sum: quoniam ad omnia, quæ mittam te, ibis & vniuersa, quæ tibi mandauero loqueris.* Ac si dicat, ob hoc vel maximè ad prædicandum te mitto, quia puer es, quia loqui nescis, qui enim silere discunt, hi profecto digni sunt quibus arcana mysteria pandantur.

Nonnulla congeffit Ambrosius pro hac re 1. officiorum cap. 3. imprimis Susannam miratur, quæ cù ad mortè raperetur, nihil tamen pro se respõdit. Audi quid dicat scriptura, Danielis 13. 44. *exaudiuit autem Dominus vocem eius, itaque nulla prorsus verba dolor extraxit, vni Deo causam suam tacitam commendabat, est enim (ait Ambrosius) magnum, & negotiosum silentium, vt erat Susanna, quæ plus egit tacendo, quam si esset locuta: tacendo enim apud homines locuta est Deo, nec vllum maius indicium quam silentium*

Dionys.

Hugo.

2.

Matth. 15. 11.

Orig.

3.

Luc. 1. 62.

1.

Lucæ 8. 42.

Matth. 11. 12.

Matth. 9. 20.

Petr. Chryf.

4.

Dan 13. 44.

conscientia loquebatur, non audiebatur, nec querebat pro se hominum iudicium, quæ habebat Domini testimonium: ipse Dominus in Evangelio tacens operabatur salutem hominum. Expendenda mihi imprimis verba illa Ambrosij: est enim magnū, & negotiosum silentium. Non est facile verba compescere, imo verò multo difficilius est linguam frænare, quam verba facere, vel negotiosum dicitur silentium, id est, efficax erga Deum & homines. Plus enim Susanna silentio à Deo extorsit, quam si multa in suam defensionem adduceret. Addit Ambrosius: nec ullum maius iudicium sua castitatis inuenit, quam silentium, ac si dicat: de adulterio accusata damnataque fuerat Susanna, quæ si multa, apud iudices dixisset, si argumenta vndique pro sua defensione congeisset, eundem tamen non posset lasciuorum senum sententiam: at verò tacens longe melius causam suam tutata est. Adeo enim manifestum argumentum pudicitia est silentium, ut hoc non modo valeat apud prudentes viros sed etiam apud pueros, non enim excitauit Dominus senem aliquem, vel perfectæ ætatis virū, qui falso crimine senes argueret, sed excitauit Dominus spiritū pueri iunioris. Tãdem ad examen accedant verba illa, ipse Dominus in Evangelio tacens operabatur salutem hominum, quod habes apud Matthæum 27. & non respondit ei ad vllum verbum, ita ut miraretur preses vehementer. Sanè homo prudens, & multarum rerum exercitatione calens, vehementer miratus est, hominem tot impetuum insidiis sibi imperare, potuisse, ideo eum non alienum à diuinitate credidit. Cum enim accusaretur à principibus sacerdotum, quod Christum filium Dei se venditasset, quod illi blasphemiam in Deum putabant: Pilatus veræ religionis expers, & multorum Deorum cultui deditus suspicatus est Christum esse filium Dei, & conabatur eum de manibus inimicorum eripere. Plus apud iudicem sensatum valuit vnus viri silentium, quam totius populi accusatio, & strepitus, sciebat enim, quod per inuidiam tradidissent eum.

Matt. 27. 14.

Ambrosius lib. 1. de officiis capite 3. idem enunciat ex verbis Esaiæ 6. 5. *va mihi quia tacui, quia vir pollutus labijs ego sum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito.* Accinètes Seraphinos viderat, & se indignum, qui verba promeret, iudicauit, imo verò omnem populum immunda labia habere subiūxit. Nempe nullus est, qui locutione non delinquat, ideo oportet cohibere sermonem, & non nisi multo præmissò examine edere verba. Id multiplici adducta similitudine probat Ambrosius, cuius verba subscribo. *Si immunda labia habebat Esaias, qui dixit: ô miser ego, quoniam compunctus sum, quia cum sim homo, & immunda labia habeam: si Propheta Dei immunda habet labia, quomodo nos munda habebimus? alliga sermonem ne luxuriat, ne lasciuat, & multiloquio peccata colligat, si districtior, & ripis suis coercetur, cito lutum colligit, & amnis exundans, alliga sensum tuum ne sit remissus, ac diffusus, ne dicatur de te, non est malagma apponere neque oleum, neque ligaturam: habet suas habenas, mentis sobrietas, quibus regitur, & gubernatur.* Expono paucis, his verbis conclusas similitudines. Imprimis: *Alliga sermonem ne luxuriat.* Ductam similitudinem continent verba à vitibus, quas quidem ars agricolarum falce compescit ne luxuriantes syluescant. Puta verba, & immisso silentio tanquam false refeca palmitēs, ne verbis diffusas: *Et multiloquio peccata colligat.* Quæ verba metaphora ducta explico ab eis, qui vestes gestant longiores, & ad talos vsque demissas: hi enim si per cœnum, & lutum gradientur multa cura vestimenta diffluentia manibus cohibent, ne

5.
Esa. 6. 5.

Amb.

lutum ex via contrahant: & ille, qui longam orditur orationem fieri non potest quin in verbis peccet. Addit Ambrosius: *Cito lutum colligit amnis exundans*, id est, dum fluuius alueo suo continetur limpidas aquas continet, & utilis omnibus est, si verò imbribus vndique collectis exundet, non parum nocenti aruis, & satis, agricolis, colonis, & pastoribus infert. Si multiloquium compesceres vtilēs erunt sermones tui, si verò verbis effluas multas officient, & instar amnis exundantis cœnum contrahet prolixa oratio. Inducit etiã illud Esaiæ. *Non est malagma apponere, neque oleum, neque ligaturam.* Ac si dicat: dum Chirurgus medicamenta vulnere adhibet, ligat vulnera ne diffluant, sed circa vulnus consistant, & serpenti malo obuiam eant; quam enim efficaciam habere possent præsentissima etiã remedia, si diffluerent statim, ac vulnere apponuntur: Sunt virtutes contra vitii remedia præstantissima has autem oportet silentio ligare circa vulnera animæ ne decendant. Inducit in hunc sensum Ambrosius, verba Ecclesiastici 28. 29. *aurum tuum, & argentum tuum conserua, & verbis tuis facito stateram, & frenos ori tuo rectos: & attende ne forte labaris in lingua tua, & cadas in conspectu inimicorum insidiatum tibi, & sit castus tuus insaniabilis in mortem.* Duplici similitudine rem nobis commendat Ecclesiasticus. Prior sumpta est à ponderibus: habent apud se aurifices exiguas bilances quibus vel minima auri, & argenti grana, examinant, qui verò res minoris precij ponderant non tam districto examine pensant: Bilances aurificis habeat qui loquitur, ne vel minimum verbū absque districto examine labatur. Posterior similitudine adducta est ab equis, quos iniecto freno, & lupatis ad nutum dirigimus: est homo equus effrenis, quem oportet habenis regere, ne verba diffluant. Adducit etiam Ambrosius verba illa Pf. 4. *Ira scimini, & nolite peccare*, id est, etiam si irascimini, ne tamen peccetis, sed qua ratione id fieri potest? *Qua dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris contumeliam, id est, caute, ne proferatis verba, quæ vobis eo tempore furor, & rabies ministrat, irascimini: quandoque ira, vel nolentibus nobis animum subit, & ideo crimini danda non est: peccatum vero esset maximum, si ori habenas remittamus, & quicquid in buccam venerit permittamus fundere.* Ambrosij verba subijcio: *sit ori tuo ostium, ut claudatur tibi oportet, & obseruet diligentius, ne quis in iracundiam excitet vocem tuam, & contumeliam rependas contumelia. Audisti hodie lectum: irascimini, & nolite peccare: Ergo si irascimur, quia affectus natura est non potestatis malum, sermonem non proferamus de ore nostro, ne in culpam ruamus: sed iugum sit verbis tuis, & statera, hoc est humilitatis atque mensura, ut lingua tua mentis subdita sit, restringatur habena vinculis, frenos habeat suos, quibus reuocari posset, ad mensuram, sermones proferat libra examinatos iustitiæ, ut sit grauitas in sensu, in sermone pondus, atque in verbis modus.*

Ecc. 28. 29.

Psal. 4. 1.

Amb.

Quoniam ipse liberabit me de laqueo venantium Pf. 90. id est, Deus liberum me abire faciet, de laqueo, quem mihi dæmones parauerunt, verum quisnam est iste laqueus, quem dæmones parauerunt? *Et à verbo aspero, ipsa, quæ ego fundo verba sunt laquei, quibus me diabolus implicare conatur. Tolle verba, & omnes diaboli laqueos confregisti. Accipe leci expositione ex Ambrosio lib. 1. officiorū c. 4. his verbis. Quoniam ipse liberabit me de laqueo venantium. & à verbo aspero: laqueus aduersarij est sermo noster, sed etiã ipse non minus aduersarius est nobis, loquimur plerūque, quod excipiat inimicus, & quasi nostro gladio nos vulneret, quanto tolerabilis alieno gladio, quæ nostro perire.* Psal. 90.

6.
Psal. 90. 1.

7. Pfalm. 38. 3. *Dixi custodiam vias meas*, id est, me contra inimicos irruentes defendam, & peccatis, reliquisque inimicis aditum occludam, sed qua ratione, id perficies? *ut non deliquam in lingua mea.* A verbis abstinebo, & hac ratione qua me inimicus oppugnet, non habebit. *Posui ori meo custodiam, cum consisteret aduersum me peccator.* Id est, cum multis me impeteret inimicus & multa contra me obiiceret ego tutissimam defensionem obtuli, nempe silentium. *Obmutui, & humiliatus sum, & silui à bonis.* Nihil omnino respondi, & hac ratione me liberum ostendi ab his omnibus, quæ contra me obiiciebat. Hanc expositionem tradit Ambrosius lib. 1. officiorum cap. 5. his verbis. *Ergo illius (id est, viri nequam) ut irriter, ut similia illi loquar, similia agam, iusti autem est dissimulare, nihil loqui, tenere bonum fructum conscientia, plus committere bonorum iudicio, quam criminantis insolentia, contentum esse grauitate morum suorum. Hoc enim est silere à bonis, quia bene tibi conscientis factis non debes mouere, nec existimare plus esse ponderis in alieno conuicio, quam in proprio testimonio. Hæc sunt arma iusti, ut cedendo vincat, sicut periti iaculandi cadentes solent vincere, & fugientes grauioribus sequentes vulnerare ictibus.* Ergo verba illa Psalms. *Silui à bonis*, hac ratione exponit Ambrosius: contentus testimonio bonæ conscientia nihil meditabar, quo me defenderem, defensionem non parabam imo despicebam.

8. Cant. 5. *Aperi mihi soror mea, &c. dilectus meus misit manum suam per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius, & infra. Pessulum ostij mei aperui.* Vide quantis vterque sponsus, scilicet, & sponsa domum bene fuisse obsecratam testentur. Eo autem temporis articulo, quo sponsa domum obsecrauit adstitit sponsus, ad ianuam. Ianuam claudere iuxta Ambrosium 3. de virginibus est, ora obsecrare silentio, quo tempore sponsus adest. Tunc enim Christus accedit, cum studemus silentio. Imo vero, ait Ambrosius, non statim pulsanti sponso, sponsa ianuam reseat, sed sapius rogata. Nec enim quacumque ex causa, loqui decet, etiam si iusta videatur. Sed oportet tacere, & nisi sapius requisiti, non hiscere. Ad hanc rem confirmandam inducit Ambrosius illud Cant. 4. 2. *hortus conclusus soror mea sponsa hortus conclusus fons signatus.* Quibus verbis iubet sponsus sponsæ vt parce verbis agat: & nisi graui vrgente causa, fileat. Subdit autem, *emissiones tue paradysus.* Id est, si filueris cælestem referes beatitudinem. Vel si filueris ipso silentio loqui discas, & verba tua post silentium effusa inlart paradysi suauolentiam reddent. Ambrosium loquentem accipe. *Ianuam quoque tuam discite temporibus obsecrare nocturnis, non facile quisque patentem reperiat. Sponsus ipse vult clausam esse cum pulsat. Ianna nostra os nostrum est. Christo propemodum solum debet apperiri, nec apperiat, nisi ante pulsauerit verbum Dei: denique ideo scriptum est: hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus fons signatus, nec facile apperiat os suum, nec facile designet eloquio. Neque de ipsi diuinis decet, nisi verbo Dei interpellata respondeas.*

9. Cant. 4. 1. *Oculi tui columbarum absque eo, quod intrinsecus laet.* Ambrosius oratione funebri de obitu Valentiniani ex septuaginta, *extra taciturnitatem tuam.* Piorum mens ad columbarum oculos refertur, quia perfectissime arcana mysteria contemplantur. Columba enim oculorum acies multum viget: addit, *extra taciturnitatem tuam*, quia ea, quæ mente tenent silentio premere coguntur. Pius enim vir, etsi, multa de diuinis comprehendat, si tamen hæc voce prodat columbinos oculos perdit,

& quæ mente fuerat complexus diffluunt. *Plorat Ecclesia (ait Ambrosius) in sapientibus suis, qui velut caput Ecclesie sunt, oculi enim sapientis in capite eius. Plorat in oculis, hoc est, in fidelibus suis, quia scriptum est: oculi tui sicut columba extra taciturnitatem tuam, eo quod, & videant spiritualiter, & nouerint ea, quæ viderint tacere mysteria.*

10. Exod. 30. 13. *Hoc autem dabit omnis, qui transit ad nomen, dimidium sicti iuxta mensuram templi.* Dimidium sicti non integrum offerunt Hebræi, nam teste Ambrosio annotatione, in caput 30. Exodi ad Iustum eos significant, qui parum in virtute profecerunt. At vero populus Christianus, qui summam virtutem colit integrum sictum offerre tenetur. Ob hoc enim Matthæi 27. iniungitur Petro vt staterem ex ore piscis extractum offerat. En tibi qua ratione Christus Dominus, non dimidium staterem, sed integrum persoluit, quia omnes, qui Christianæ fidei nomen dedimus, non modo crimen vitare tenemur, sed opus est, vt ad virtutis apicem contendamus. Quod iuxta Theologorum Canones dictum accipe, nec enim omnes Christianos simile præceptum vrget, vt ad perfectionem contendant. Illud autem, hac in re pro nostro instituto notat Ambrosius. Nempe staterem non in ventre piscis sed in ore fuisse inuentum. *Et aperto ore eius inuenies staterem.* Nempe, qui perfectioni studet ori suo imperet, eo enim loco inuentus est stater, qui iuxta perfectionem indicat, qui enim silere didicit perfectam pietatem inuenisse ostendit. Hoc idem significat piscis, in quo inuenitur stater. Sunt enim omnes pisces silentij solum, quia fere nullus ex illis vocem edere valet, in quo differunt ab animantibus, & a iuis. Ergo in vno silentio perfecta virtus inuenitur. *Ego autem (ait Ambrosius) nihil debeo Casari, quia nihil mundi huius habeo: venit Princeps huius mundi & in me inuenit nihil. Totum igitur didracma Deo soluit, qui saculo nihil reseat, Deo enim iustitia soluitur, quæ est mentis sobrietas, Deo soluitur sermonis custodia, quæ est sermonis sobrietas.*

11. Ambrosius in Psalmum 36. silentium laudat his verbis. *Timor enim disciplina sapientia est, loquacitas inuolentia, virtutisque naufragium, atque incenium prolapsionis, & culpa.* Expende verba illa Ambrosij: *Timor enim disciplina sapientia est.* Id est, dum homines silent sapientiam imbibunt, & loqui discunt. Reliquæ omnes artes ipsarum exercitio addiscuntur, vt puta pictor, sapius pingendo mentem acuit, & penicillum exercet. At vero recte loqui, non discitur loquendo, sed tacendo. Hæc est vna ars, à qua cessando addiscitur. E contra vero loquacitatem appellat innocentia, virtutisque naufragium, quia dum verba promuntur sapius pietas, virtutisque naufragium facit.

12. Thren. 4. 17. *Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Sedebit solitarius, & tacebit.* Id est, ideo iugum facile subire poterit, quia tacebit: nihil enim æque diuinæ legis iugum facile, & suauè reddit, quam silentium. Hanc sententiam tradit Ambrosius ad illa verba Psalms 118. *in quo corrigit adolescentior vias suas.* Item, ibidem Ambrosius silentium mereri diuinorum mysteriorum reuelationem ex eisdem verbis docet. Nam iuxta scripturam phrasim, ille sedere solitarius dicitur, qui à negotiis remotus diuinarum rerum vacat contemplationi. Ergo sedebit solitarius, id est, multam de diuinis rebus hauriet cognitionem, nimirum quia tacebit. Expendit etiam illud ab adolescentia sua, quia etsi omnes deceat silentium, maxime vero adolescentens. *Et silebit (ait Ambrosius) quietus, & feriat, ab omni interpellata*

interpellatione mundana sollicitudinis, aut voluptatis, & diuinis vacabit oraculis, qua solent singulariter sedentibus reuelari, solus non solum secretus à turbis, sed à merito plurimorum. Examinanda hæc vltima verba Ambrosij: singulariter federe dicitur, qui tacet, quia nullus ei meritis æquabitur. Euehit enim silentium ad tantum virtutis, & meriti culmen, vt reliquos omnes longe superet.

13.
Isa. 40. 6.

Silentij vtilitatem, & quanto examine, circa verba vti debeamus ostendit nobis Isaias cap. 40. iussus est loqui Propheta, illis verbis. *Vox dicentis clama, nec tamen iniunctum est ei, quid diceret, quapropter à sermone abstinuit, nec temere quicquam locutus est, donec à Deo didicit quid ad homines deferret. Et dixit; quid clamabo? Quo ostendit multa cautela opus esse, dum loquimur, & nisi prius recte verba expendis, animoque pertractaueris, omnino à verbis abstinendum. Hunc sensum addit his verbis Ambrosius in Psalmum 118. dum exponit illud Thren. 4. 27. Bonum est viro, &c. loquentem audi: vnde, & puto Pythagoram illum Philosophum imitatorem iuuenis huius prophetici instituisse sectam, vt discipuli sui quinquennio non loquentes tanto silentio loqui discerent. Cum præsertim, & David superioris ætatis quam Pythagoram fuisse non dubium sit: dixi custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea: posui ori meo custodiam, & quia forte aliquando, aliquid locutus est incautus: ideo postea à Deo poni ori suo custodiam postulauit. Esaiâ quoque Pythagoricis anteriorem esse quis nesciat? Qui cum audisset: clama. Non prius clamauit, quam audierit, quid clamare deberet. Respondit enim, quid clamabo? & dictum est ei: omnis caro fenum, verbum autem Domini manet in æternum.*

Ambros.

14.
Psal. 37. 14.

Psal. 37. Ego autem tanquam surdus non audiebam: & sicut mutus non aperiens os suum. Non ait potuisse quidem, & noluisse verba facere, sed omnino verba promere non potuisse: tam enim debet esse vir pius silentij amator, vt omnino videretur nec licere sibi verba facere. Similem sensum habere possent verba Esaiâ 53. 7. *Oblatus est, quia ipse voluit, & non aperuit os suum.* Sed rogo Propheta quam ob causam siluit: An volens cohibuit verba? An mutus erat, & loqui non potuit? Sicut ovis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tendente se obmutescet & non aperiet os suum. Instar mutæ pecudis ad aram mactandæ siluit. Vim addit verbis Propheta Lucas

Isa. 53. 7.

Act. 8. 32.

Act. 8. 32. *Locus autem scripturæ quam legebat, erat hic: tanquam ovis ad occisionem ductus est: & sicut agnus coram tendente se, sine voce, sic non aperuit os suum. Quod Esaiâ dixit obmutescet, Lucas transtulit sine voce, vt silentium illud non ad voluntatem referret, sed vt eum vocis expertem faceret. Itaque Christus Dominus de quo vtrique locus est adeo tacitus inimicorum accusationes sustinuit, vt non verbis parcere videretur, sed omnino elinguis. Hac ratione interpretatur locum Psalmi Ambrosius ibidem his verbis: Non dixit, quia simulabam me non audire, quæ dicerent, sed non audiebam, dixit: quod intentione mentis vocem loquentis excluderet: nec aperuit os suum sicut mutus.*

Ambros.

15.

Accipe encomium ex Ambrosio in proemio ad Psalmum 38. *O validum scutum circumspecta munitio- nis silentium. O, fidiſſimum stabilitatis fundamentum, in quo si quis poterit stare lubricum verbi timere non potest.* Imprimis vocat silentium mentis munitio- nem petita similitudine à ciuitatibus, quæ muro, fossa, vallo, aggereque muniuntur. Horum loco succedit in anima silentium. Multa quidem sunt, quæ ad munitio- nem ciuitatis requiruntur. Anima vero vno silentio contra irruentes inimicos satis tuta satis

munita est: addit etiam esse firmissimum fundamen- tum, nisi enim silentio virtus innitatur facile ruit. Videtur respexisse Ambrosius illud Christi Mat- thæi 7. 24. quo loco de viro sapiente dicitur. *Edifi- cauit domum suam supra petram. Qui enim super si- lentij firmitatem ædificat irruentes ventos imbrès- que despiciet.* Item rerulisse videtur verba ad illud 1. Ioannis 5. 19. *Omnis mundus in maligno positus est.* Id est, in lubrico. Omnia quidem ruunt lubrica sunt præcipites nos agunt præter vnum silentium.

Psal. 38. *Obmutui, & humiliatus sum, & silui à bonis.* Quæ verba hac ratione exponit Ambrosius ibidem. *Silui à bonis.* Id est, contentus bona conscientia des- pexi inimicorum accusationes, neque in eas depel- lendo laboraui. Quo carpuntur qui nihil non faciunt, vt calumniam depellant. Quid opus est verba congerere, vbi bona conscientia testis est? Ino vero melius silentio, quam verbis se tutari potest. Quem sensum habent iuxta eundem ibidem verba Esaiâ 50. 8. *Iuxta est, qui iustificat me, quis contradicet mihi.* Et 1. Corinth. 4. 3. *Mihi autem pro minimo est vt à vobis iudicer, aut ab humano die.* Id est, omnino me defendere despicio securitate conscientie conten- tus. *Obmutui* (ait Ambrosius) *& humiliatus sum, & silui à bonis.* *Silui à bonis, quia bona conscientia non eger defensione verborum. Qua suo innixa est testimonio, ipsa sui index.* Ideoque iustus dicit: *quis contradicet? Quis contra- dicat, aut quis resstat mihi.* Et Paulus dicit: *mibi autem pro minimo est vt à vobis iudicer, aut ab humano die. Aduersus calūniantes, & peccatores iustus suo iudicio conten- tus est, meritorum autem suorum iudicium Christo referuat, ideoque addidit, qui iudicat me Dominus est. Ad omnia igitur vile silentium.*

Psal. 118. *Dormitauit anima mea præ radio confirma- me in verbis tuis; vel ex septuaginta: stillauit anima mea præ radio: sumpta metaphora à domibus, quarum facta tecta refarcire oportet, ne imbres defluant, & trabes humectant, totamque subinde domum à fundamentis perdant. Optime enim iuxta Ambrosium ibidem verba prolata cum stillicidiis componit, quæ sensim domum perdunt: sicut enim imbres de- cidentes in fata multam vtilitatem frugibus infe- runt, si autem in domum defluant, eam obruunt: non aliter verba si animi consideratione proferant virtutem alunt, sin vero temere quis loquatur omnem profus pietatem pessundat. In quem sen- sum componit prædicta verba Psalmi Ambrosius ibidem, in quem etiam sensum infert illud Prou. 19. 13. *Tecta perstillantia in die frigoris comparantur cū muliere litigiosa.* Addit etiam illud Cant. 1. 11. *Lectulus noster floridus tigna domorum cedrina, laquea- ria nostra cypressina.* Vel vt legit Ambrosius ex 70. *Ecce est formosus consobrinus meus, & quidem pulcher, acclinatio nostra opaca trabes donorum nostrorum cedri, lacunaria nostra cypressi.* Lectulum suum vel acclina- tionem suam opacam dicit sponsus, quia scilicet Deus quiescit libenter in his, qui silent. Addit etiam laquearia ex his constare lignis, quæ putredinem non patiuntur, quia vbi est taciturnitas, peccati vermes corrodere non valent. Vnde addit Ambrosius. *Verbum enim Dei repulserium tediorum est, quod somnus anima, sopor mentis excluditur. Stillauit, eo quod perfecti anima, quasi bene composita, & confirmata non stillat, vt fastigia culminum, quæ bene tecta, atque munita sunt: ceterum incomposita cito stillant. Inde vsurpatum est: stillicidia eijciunt hominem in die hyemali, in qua fi- goris asperitate, & aeris mutatione tentamur: ceterum sic, quicumque est facilis in verbis, velut plenus rimarum, hac, & illac effluent interiora, euacuatur, & exterioribus pas- sionibus inundatur regere se nesciens, nec tenere verbum quod**

Mat. 7. 24.

1. Ioan. 5. 19.

16.
Psal. 38. 3.

Esa. 50. 8.
1. Cor. 4. 3.

17.
Psal. 118. 3.

Prou. 19. 13.

Cant. 1. 11.

Ambros.

quod accepit, sicut Sancta Maria, quæ conseruabat omnia verba in corde suo, ne quid ex eius ore diffunderet. Tali se munitam dote virtutum Ecclesia loquitur in cuius inuifens sponfus succedat hospitiis, imprimis se præsument esse placituram si bene rectam & fidei seruantem silentia Christus experiatur. Ecce, inquit, est formosus consobrinus meus, & quidem pulcher acclinatio nostra opaca trabes domorum nostrarum cedrina, lacunaria nostra cupressi. Laudat sponfi decorem Ecclesia, quem plus vnus quisque tacito laudat affectu, & fidus mysterium interpretando plus predicat, nam qui arcana diuulgat minuit Christi decorem. Lacunaria nostra cupressi, genus hoc arboris nunquam amittit viriditatem suam, hyeme iuxta verè, atque æstate comam pascit, nec diuerso colore mutatur. Solam hanc arborem ventus suo onere non disfoliat, sola nunquam veteri exuitur amictu, aut nouo flore vestitur. Anima ergo corrumpi nescit, quæ florentibus meritis vigens, semper iustitia, cæterarumque virtutum culmina patienti magnanimitatem sustentat. Ad examen iterum reduco Ambrosiana verba. Tali se munitam dote Ecclesia loquitur. Ergo silentium ex mente Ambrosij Ecclesia & piæ animæ pro dote est, hæc autè datur à parentibus filiabus dum nuptui traduntur, pro sustentandis oneribus matrimonij. Hæc expetitur ab illis supra pulchritudinem, generisque nobilitatem. Hanc si fœminæ habeant, etiam si reliqua absint honestis viris nubunt. Est silentium animæ dos, quam, quæ habet, tam diues est, vt ipsum Christum in amplexus percèllat. Imò verò, etiam si in alijs virtutibus non multum excellat anima, si tamen silentij dote ditescat Christo nubit.

Præcipue in fæminis laudat silentium Ambrosius ad verba illa Lucæ quæ iam refero. Ergo pulchre notat vt runcque Baptistæ parentem Spiritu sancto repletum prophetasse: verum eo discrimine, quod Elizabeth paucis prophetiam absoluit, vt fæminam decebat. At verò Zacharias pluribus verbis vsus est. Inducit ad hoc probandum illud 1. Corint. 14. 34. *Mulieres in Ecclesia taceant, non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse sicut lex dicit.* Vide qua ratione fæminei sexus ornamentum silentium esse definit Apostolus. Hoc itè in Cantico Moyses, & Mariæ notat ibidem Ambrosius, cum enim ægyptiorum exercitus marinis fluctibus obrutus perijisset, benè longum hynnum cecinit Moyses, quæ habes Exodi 15. At verò Maria paucis laudationem Dei absoluit, eodem capite nu. 20. *cantemus Domino, gloriose enim magnificatus est equum, & ascensorem deiecit in mare.* Tandem addit Ambrosius illud Num. 12. 1. quo loco tam Aaron, quam Maria fratri Moyfi detraxisse dicuntur, & longius sermonem protraxisse, huius autem criminis tantum Maria pænas dedit, quæ effracto silentij repagulo multo magis quam frater peccauerat. Silentium enim magis ad fæminas spectat, Simul aduerte (ait Ambrosius, quam paucis Elizabeth, quam multis Zacharias Prophetat, & uterque Sancto repletus Spiritu loquebatur sed disciplina seruat, vt mulier discere magis, quæ diuina sunt studeat, quam docere. Nec facile vllam prophetasse vberius quàm mater Domini reperiemus. Prophetissa Maria Sator Aaron, quam cito Cænici verba conclusit? eademque vbi prolixus est locuta cum fratre, nequaquam sui penam sermonis euasit.

His verbis Discipulos Christus instruit ad prædicationem, Lucæ 10. 4. *Nolite portare sacculum, neque peram, neque calcamenta, & neminem per viam saluaueritis.* Hanc vltimam sententiæ partem vtget Ambrosius, lib. 7. in Lucam his verbis, *fortasse quibusdam hoc durum, & superbum, nec mansueri, & humilis Domini præcepto conuenire videatur, quod ille, qui*

etiam accubationis loco, præcipit esse cedendum, hoc loco mandat discipulis, neminem saluaueritis in via, cum isti communis sit vsus gratia. Huic dubio respondet Ambrosius, ideo vetuisse salutationem Christum, vt quanta sit silentij dignitas, & vtilitas ostenderet. Cum enim multa virtute præditos esse oporteat, eos, qui Euangelium euulgant, iungitur illis silentium, quod hominem ad veram pietatem inducit, & sine quo, vix aliquod genus pietatis nanciscimur. Ergo prædicatores veritatis à custodia linguæ incipit armare, quam tam exacte obseruare debent vt neque resalutandæ gratia silentium soluat. Hoc idem Elisæus Giezi famulu iniunxit 4. Reg. 4. 6. Giezi qui mittitur ad suscitandum puerum vita functû concionator est Evangelicus, cui mandatur, vt demortuos peccato homines ad virtutis auras reducat. Hic autem nisi à silentio negotium exordiat vix quidquam efficiat. Vnde dictum est, neminem saluaueritis in via, id est, dum Euangelij disseminandi causa viam agitis. A silentio enim auspicari debetis prædicationem. Sed considera, verba sunt Ambrosij. *non hoc esse solum neminem saluaueritis: sed non frustra additum in via.* Denique Elisæus, cum mitteret seruum suum, vt baculum eius poneret supra corpus defuncti mandauit ei, ne per viam aliquem saluaret. Fcstinato enim iubeat eum contendere, & celebranda resurrectionis celebratur officium, ne confabulatione alicuius obui, mandato desisteretur à munere. Ergo, & hic non salutationis officium auferitur, sed obstaculum impediendæ deuotionis aboletur, vt quando diuina mandatur, paulisper sequestrentur humana.

Pfal. 5. 10. *Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant.* Ambrosius lib. 10. in Lucam, per hoc sepulchrum exponit monumentum illud in petra excisum in quo conditum est Christi corpus, nempe reliqui viuentem Christum excipiunt, loquaces verò, vel illum mystice occidunt, vel iam vitæ functum occultant. Notat etiam optimè sepulto Christo admotum esse ingentem lapidem ad ostium monumenti, vt aditus obseruaretur, quia non adest Christus vbi os non est clausum, & contra nimiam loquacitatem munitur. *Mystice verò, quid possimus intelligere, nisi fortè, quia legimus, sepulchrum patens, est guttur eorum? Ergo sepulchrum patens est guttur hominis, in quo perfidia latialis, & mortua verba cõduntur, quod per vetustatem, & incurfionem aliquam, bestiarum fatiscit, & soluitur, quod ergo contrarium monumentum in secretis hominum, quod sibi in pectoribus, duritia gentilis penetrabili verbo iustitia excidit, fidei, atque doctrina operibus expolitum, vt prætenderetur in nationibus virtus Christi, cui pulcherrime lapis admotus est ne pateret. Quicumque enim in se benè humauerit Christum, diligenter custodiat, eum ne perdat, neque perfidia sit ingressus.*

ETHOLOGIA XCII.

Pressis verbis ad Deum preces fundendæ.

ET non iteres verbum in oratione tua. A superflua locutione abstinendum præcipit meus Ecclesiasticus præcipue in oratione ad Deum: oratio enim breui verborum formula absoluta, facilius à Deo impetrat, quæ verò multis verborum ambagibus diluit vel non exorat, vel multa cum difficultate. Lucæ 8. 42. *Et contigit, dum iret à turbis comprimebatur. Et mulier quadam erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos erogauerat omnem substantiam*

4. Reg. 4. 6.

Ambros.

20.

Pfal. 5. 10.

21.

Lucæ 8. 42.

18.

1. Cor. 14.

1. Cor. 14.

19.

Lucæ 10. 4.

substantiam suam, nec ab illo potuit curari: accessit retro, & tetigit fimbriam vestimenti eius: & confestim stetit fluxus sanguinis eius. Turbæ quæ Christum comprimunt, nec tamen sanitatem consequuntur illi sunt qui prolixiori oratione Deum in suam sententiam pertrahere conantur, nec tamen assequuntur. Mulier verò, quæ ex contactu fimbriæ curatur, eos refert, qui breui orationem absolunt, hi enim facile à Deo extorquent, quod petunt. Innuit hanc expositionem Petrus Chrysológus sermone 33. his verbis. Solam salutis viam mulier curam, ut furaretur, inuenit, ut raperet tacita quod petere non valebat, & pro sua verecundia præstaturi, ut quem non merebatur corpore, corde perueniret ad medicum. Mulier inter comprimentes, ut nesciretur accedit, & præsumpsit furari, se coram fide sola, ut habitu lateret, & corpore retro accessit: & ad videndum se indicabat indigna, annis duodecim. Curauit fides intra iectum temporis, quod ars humana curare, non potuit. Vel si mauius iuxta Christologum, hæc mulier dum annis duodecim frustra salutem requirit à medicis, illos adumbrat qui longiori oratione vtentes Deum exorant in cassum. Hæc verò eadem dum Christi fimbriam contingit eorum personam gerit qui breui oratione vtentes Deum in suam sententiam pertrahunt.

2. Huius rei curam refert Chrysológus Sermon. 67. in eximiam Dei liberalitatem. Nempe, id agit Deus vt semper à Deo noua dona quæras, nec habitis contētus subinde noua exposcas. Ergo cum in vna eademque re petenda multum temporis infumis, dolet, eo quod in vna petenda re illud tempus conteris, quod posset multis extorquēdis sufficere. Vnde ait Christus Dominus: *Orantes nolite multum loqui.* Quæ verba exponens Chrysológus loco citato, ait: *Christus breuiter orare docuit, qui cito vult postulata præstare.*

Matt. 6.7.

Pet. Chryl.

3. Ecclesiast. 29. *Fanere proximo tuo in tempore necessitatis illius, & iterum redde proximo in tempore tuo, confirma verbum, & fideliter age cum illo.* Ambrosius lib. de Tobia cap. 19. hac ratione legit. *Redde proximo in tempore, coangusta verbum, & fideliter age cum illo, & in tempore inuenies, quid tibi necessarium sit.* Ergo quod vulgatus translulit. *Confirma verbum, iuxta Ambrosium est, coangusta verbum.* Quod de verbo in oratione emissio exponit ibidē Ambrosius. Oratio enim quæ paucis verbis absoluitur, cōfirmatur, stabilitur, roboratur. Si verò verbis abundet infirma satis est. Hoc probat Ambrosius ex Daniele ca. 13. n. 34. Multis Presbyteri contra Susannam exorant: illa verò paucis verbis ad Deum fufis rem totam absoluit. Nempe illis verbis n. 42. *Deus, æterne qui absconditorum es cognitor, qui nosti omnia antequam fiant, tu scis quoniam falsum testimonium tulerunt contra me: & ecce morior cum nihil horum fecerim, quæ isti maliciose composuerunt aduersum me.* Hæc paucula verba imminens periculum & præsens infamia extorsit. Quid inde? *exaudiuit autem Dominus vocem eius.* Nempe breuem orationem Deus semper exaudit. Audi Ambrosium. *Redde, inquit, proximo in tempore, coangusta verbum, & fideliter age cum illo, & in tempore inuenies, quod tibi necessarium est, non amat tempore innocētia se defendere. Susanna vocis accessio non eguit, verbum coangustauit ad Dominum, & statim adipisci valuit castitatis propria testimonium. Plurimum presbyteri loquebantur, qui laborant fūco verborū obducere veritatem, sed tunc filia Iuda tacuit apud homines, locuta est Deo.*

Dan. 13. 42.

Amb.

4.

Ps. 76. 1.

Voce mea ad Dominum clamaui, Psal. 76. 1. Quid magnum verba protendunt? quis aliena voce clamat? Et vide huius propriæ vocis efficaciam: Et in-

*tēdit mihi. Vix voce mea clamaui, cum fufas preces Deus excepit. Sed quamnam hæc vox est, quam suam dicit Dauid, cui tanta vis inest, vt qui ea locutus fuerit sine mora exaudiatur à Deo? Ambrosius exponens hunc locum: vox propria, vox humana est, cum quis pressio sermone vtitur, si quis vero verbosus sit, si garriat, & multa verba iactare non desinat, hæc vox non humana, sed canina dicenda est. Nam canes latrare solent etiam nullo cogente, vel potius vox est volucrum, quæ totum tempus cantādo infumunt. Ergo tu voce tua Deum ora voce humana, breui oratione, & facilē Deus petitis acquiescet. Duo itē alia inducit Ambrosius pro eadē re. Imprimis illud, 1. Reg. 1. 12. *Factum est autem cum illa multiplicaret preces coram Domino, vt Heli obseruaret os eius.* Porro Anna loquebatur in corde suo, tantumque labia illius mouebantur, & vox penitus, non audiebatur. Sæpius Anna preces fuderat, sed frustra, cum vero vocem suppressit, & mente tantum orauit sine mora exaudita est. Tandem affert illud Matt. 6. 6. *Tu autem cum oraueris intra cubiculum tuum* &c. ostium claudere, os obserare est. Eo tempore Deus exaudit potissime cum clauso ostio preces funduntur, quia vim orationi addis dum verba premis. *Voce mea ad Dominum clamaui* (ait Ambrosius) *vox mea ad Deum, & intendit mihi: Quid est mea? Potuit enim dicere, clamaui ad Dominum. Sed qua vox est nisi ista, qua melior est, qua nescit errare, nam ex multiloquio peccatum incurrimus, & vitare non possumus, illa vox Propheta est, qua ad Dominum percutit, qua tacente Moysē clamaui ad Dominum. Qua etiam in orationibus suis Anna clamabat, cum oris sui labia non moueret: & impetrauit filiam, quam ante diu non impetrauerat, cum corporis sui voce clamasset. De hac voce dixit Dominus: Tu autem cum oras intra cubiculū tuum, quod est in abscondito. Expende verba illa Ambrosij, cum corporis sui voce clamasset, quibus nouum sensum assignat relatæ sententiæ ex Psalms, *Voce mea ad Dominum clamaui.* Voce sua ad Deum clamat, qui mente Deum alloquitur, voce vero aliena, qui ore corporeo verba fundit, est enim mens, & anima homini propria, corpus verò quasi alienum, & cum reliquis animantibus commune.**

1. Reg. 1. 12.

Matt. 6. 6.

Gregorius lib. 2. mor. c. 6. idē ait: non multum curandum de verbis, quia in precibus ad Deum fufis, plus desideria valent quæ verba. Imò verò Deus non tam exaudit corporis voces, quam desideria mentis. Vnde addit illud Apocalypsis 6. 9. *Et cum aperuisset sigillum quintum vidi subtus altare animas interfectorum propter verbum Dei, & propter testimonium quod habebant voce magna dicentes: vsquequo Domine, &c.* Si animæ sunt omni corporea mole exute, quoniam organo voces edere possunt? Gregorius, clamant desiderio, quod vocis instar apud Deum obtinent. Addit etiam illud ex Psal. 9. *Desiderium pauperum exaudiuit auris tua.* Habet vnusquisque sensus proprium subiectum, & materiam, quam translire non valet, vt puta visus, colores intendit, auditus sonos excipit, olfaciendi vis odores discernit &c. Hæc quidem apud homines: Apud Deum verò longe aliter res se habet, nam auris, non tani voces exterius prolatas, quam animi vota excipit. Vnde & in Ioannis Apocalypsi (ait Gregorius) *rursum dicitur: vidi sub altare animas interfectorum, propter verbum Dei: & propter testimonium, quod habebant, & clamabant voce magna dicentes: vsquequo Dominus sanctus, & verus, non indicas, & vindicas sanguinem nostrum de his, qui habitant in terra? Et dictum est illis: Ut requiescerent tempus adhuc modicum, donec impleatur numerus conseruorum, & fratrum eorum. Quid est enim*

Apo. 6. 9.

Greg.

animarum

animarum vindicta petitionem dicere, nisi diem extremi iudicii, & resurrectionem extinctorum corporum desiderare? Magnus quippe earum clamor magnum est desiderium. Tanto enim quis minus clamat, quanto minus desiderat, & tanto maiorem vocem in aurem incircumscripti spiritus exprimit, quanto se in eius desiderium plenius fundit. Animarum ergo verba ipsa sunt desideria, nam si desiderium verba non essent, non dixisset Propheta: desiderium pauperum exaudiuit auris tua.

1. Reg. 8. 21. *Et audiuit Samuel omnia verba populi, & audiuit ea in auribus Domini.* Verba illa in auribus Domini exponit ibidem Gregorius. Ac si dicat, sine strepitu ad aures Domini immisso, non cum clamore, & vociferatione, sed in auribus Domini: id est, dixit ad aurem, in aurem mussitavit, vel dixit ad aurem Domini: hac enim ratione Deus vult ad se verba fieri, ut scilicet ad eum mussitando potius, quam vociferando loquamur. Hoc idem dixit Christus Dominus discipulis Matth. 7. Quo loco cauet, ne quis ostentandæ pietatis causa in loco publico preces fundat, sed submissa voce, & in secreto domus orationem ad Deum dirigat. Circa, quæ verba Matthæi notat etiam Gregorius illud: *& Pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi.* In abscondito dicitur Deus videre, non quod in luce non videat sed quia eam orationem facilius exaudiat, quæ pressis verbis & submissa voce fit, illam vero despiciat, quæ cum verborum strepitu funditur. *Sed fortasse (ait Gregorius) in auribus populi loqui dicitur, quia dum sancti viri pro peccatoribus obsecrant: preces, quas pro eo offerunt hominibus non reuelant. Vnde & in Evangelio Dominus prohibet discipulis dicens: cum oratis, nolite fieri sicut hypocrita tristes, qui amant in synagogis, & in angulis platearum stantes orare, ut videantur ab hominibus. Verba ergo sue opera populi loquuntur, cum delicta locutionis, & operis orationibus delenda Domino exponunt. Ea vero in auribus populi loquuntur, ut dum hominum testimonia orantes fugiunt, ab eo, qui occulte respicit, celerius audiantur.*

Actorum 10. *Orationes tuæ, & eleemosyne ascenderunt in memoriam in conspectu Dei.* Chrysostomus homil. 24. in Acta legit. *Orationes tuæ, & eleemosyne tuæ ascenderunt in memoriale coram Deo.* Memoriale patrio sermone vocamus Hispani paruum libellum capita eorum quæ apud iudicem, vel principem virum dicturi sumus, vel diximus summam continentem. Hunc obicere solemus postquam rem fusius exposuimus, ne memoria excidat. Ergo Cornelij orationes memoriale vocabantur, quia breuiores erant, & vix capita continebant eorum, quæ à Deo efflagitabat. Quapropter optime ad Deum ascenderunt, & optata extorserunt.

Matthæi 6. 7. *Orantes nolite multum loqui, sicut Ethnici faciunt: putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergo assimilari eis, scit enim Pater vester, quid opus sit vobis, antequam pietatis ab eo.* Docet nos his verbis Christus pressis verbis preces absolvere. Quorum verborum hæc est sententia. Qui hominem deprecans, longam textit orationem, & apte concinnat, ideo facit, ut vel id, quod ille alius ignorabat doceat, vel, ut illum in suam sententiam pertrahat. Hoc Ethnicorum exemplo probat, qui ideo multis verbis vtuntur ad Deos suos, ut eos doceant, nec enim credunt omnia scire, tum etiam, ut eos inflectant. At vero hæc duæ rationes à Christianorum rationibus longe exulant, cum & Deus omnia noverit antequam fiant, & natura sua ad dandum satis sit proclivis. Vtrumque enim indicat Christus illis verbis, *scit enim Pater vester, quid opus sit vobis antequam petatis.* Ergo non opus est, ut eum quis do-

ceat, tum etiam patris amore vrgetur ad dandum. Vtramque rationem animo concepit Augustinus sermone 48. de diuersis, & his verbis expressit. *Domini ergo amputauit multiloquium, ne multa verba efferas apud eum, quasi velis multis verbis docere Deum: quando ergo rogas pietate opus est non verbositate. Scit enim Pater vester celestis quid opus est antequam petatis ab eo, nolite ergo multum loqui, quia scit Deus, quid vobis necessarium sit.*

Non oderis laboriosa opera, & rusticationem creatam ab altissimo. VERS. 16.

Non oderis laboriosa opera, id est, ne oderis arationem, seminationem, & occasionem terræ opera laboriosa, & quæ multo sudore constant. *Et rusticationem creatam ab altissimo.* Et agriculturam, quam instituit altissimus.

Non oderis laboriosa opera. Iansenius putat, hanc priorem partem arcere hominem ab otio, & torpore, sed melius nos de illis operibus, quæ sunt veluti partes agriculturæ locum fumus interpretati. Græca habent. *Ne oderis laboriosum opus.* Posterior vero pars, quodnam sit hoc laboriosum opus exponit; *& rusticationem creatam ab altissimo.* Id est, culturam terræ, quæ per antonomasiam laboriosum opus dicitur. Ego vero crediderim Græcæ pro plurali singulare posuisse: nostrum vero interpretem, verbo illo de plurali, omnes partes agricolationis comprehendisse, hæc ergo opera ne oderis. Oderunt enim illi qui ea, vel subire detrectant, vel agricolas despiciunt, aut qui multis tributis onerant. Per laboriosum opus exponit Dionysius sensu morali penitentiam corporalem vel corporis afflictionem, quæ durissimum opus inter opera virtutis est.

Et rusticationem creatam ab altissimo. Cornelius Iansenius ideo ab altissimo creatam rusticationem putat, quia conditum Adamum in Paradiso collocavit, ut illum coleret. Cum tamen reliquas artes hominum inuenerit industria, ut puta de musica, & aliis Genes. 4. Ego vero creatam existimo, quia per eam omnem victum homini suppeditare voluit Deus, vel quia hæc vna maximè hominem deceat, item quod omnes alias mechanicas artes, longe superet. Hunc vitæ laborem multis laudat Lyricus aliisque omnibus præfert lib. 4. Odæ. 2.

*Beatus ille, qui procul negotijs,
Ut prisca gens mortalium,
Paterna rura bobus exercet,
Solutus omni sænore.*

Multa de laudibus agriculturæ habes apud Plinium lib. 18. cap. 5. & Albertum Lolium, & Æneam sylvium epistola 91. & epistola 5. quæ inserere piget, Vel creatam dicit ab altissimo, ut sensui hominum se accommodet, qui Deos suos agricolas finxerunt. Accipe carmina Olympi Nemeesij.

*Forsthan indignum ducis, quod rusticus Alcon.
Te cupiam, qui mane boves in pascua ducam.
Dij pecorum pauere greges, formosus Apollo,
Pan doctus, Fauni, Vates, & pulcher Adonis.*

Non te reputes in multitudinem indisciplinatorum. VERS. 17.

Memento iræ, quoniam non tardabit. VERS. 18.

Non te reputes in multitudinem indisciplinatorum. Ne inter peccatores te annumerare patiaris. *Memento iræ quoniam non tardabit.* Memineris suppliciorum, quæ eis iam iam imminet.

2. *Non te reputes in multitudine indisciplinatorum.* Id est, ne in eorum numero te haberi sinas. Alij ne eos comiteris, eorumque societate magni facias, vel ne publice eorum amicitiam profitearis. Græcè expressus. *Ne te computes in multitudine peccatorum.* Id est, ne te inter peccatores computari sinas. Tigurina, *ne te adiungas multitudini scelerosorum*, id est, ne in eorum societatem te des. Paulus de Palacio. Indisciplinatorum, id est, eorum, qui disciplina carent. *No andes en compañía de necios noscas uno dellos.* Sed obstant, quæ sequuntur: *Memento ira*, &c. Non enim quis supplicio dignus est, ob hoc solum quod minus sapientiæ incumbat. Glossa indisciplinatorum, inobedientium, sunt enim plures, qui dedecus existimant prælatis parere, seque libenter, in eorum societatem dant, qui iugum detrectant.

Palacio.

3. *Memento ira quoniam non tardabit.* Id est, etiam si impij putent longius abesse supplicium memineris tamen esse in limine, ergo iniquos fuge ne eorum malis inuoluaris. Illud, quoniam, non causalis est dictio sed coniunctiua. Ac si dicat: memineris quod non tardabit ira.

ETHOLOGIA XCIII.

Graviter Deus desævit in impios.

1. **N**E reputes te, &c. Recordatione diuinæ iræ Ecclesiasticus conatur discipulos suos à peccatis auellere: certe nihil est, quod magis hominem à peccatis deterreat, quam mente voluere imminens supplicium. Hoc de more testimoniis adductis nonnullis euincant. Matthæi 21. de Domino Ierusalem ascendente in die Palmarum. *Dicite filia Sion: ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, & pullum filium subiugalis.* Hoc testimonium congescit Euagelista ex Esaia 62. 11. & Zachariæ 9. 9. Inducitur Dominus mansuetus asino infidens, nemini inferens malum: & tamen eo temporis articulo, quo mansuetudinem ostentat zelo vendentes de templo depulit ficu maledicit multa dure in scribas, & Pharisæos iaculator, omnes terret in medium adductis paræmiis; scilicet, vt ex mansuetudine eius iram venari possis. Nam si tanta ira exardet, cum mansuetudinis specimen præbere conatur, qua ira exardebit, cum inferendorum suppliciorum tempus accesserit. Hoc cum Origene dixerim tractatu 14. in Matthæum cuius verba subscribo. *In his omnibus conueniebat gaudere & extendere gaudium Spiritus sancti filiam de Sion, & filiam eius de Ierusalem predicare. Veniebat ei iustus, & saluus: & non simpliciter saluus, sed iustus, & saluus, id est, cum iudicio, & iustitia saluus.*

2. Lucæ 3. *Venerunt autem & publicani, &c.* Id est, illi qui tributa exigebant. Origenes homil. 23. in Lucam, iuxta sensum morale per publicanos dæmones intelligit, qui nobis ex hoc mundo exeuntibus obuiam fiunt, vt si quod crimen deferamus explorent, vt enim, in confinio regnorum accidere solet, nequid contra legem aut extrahatur, aut importetur. Publicani adstant hi, qui transeuntes scrutantur, non aliter dæmones nihil inexamatum relinquunt, hominem expectorant, vt si quod crimen inuenerint damnent. Adducit etiam illud Ioan. 14.

Ioan. 14. 13. *Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam.* Id est, mihi ex hoc mundo egredienti diabolus occurrit, vt exploraret, sed frustra, nonnihil contra fas inuenire potuit. Ergo si diabolus aggredi Christum non est veritus quis eius calumnias vitare poterit? Hoc significat iuxta Origenem illud Ge-

Gen. 31. 31.

nesis 31. Inscio focero Iacobus fugam molitus est, qui vi armatus fugienti occurrit: cui grauius conquerenti de genere, hæc Iacobus. *Quod inscio te profectus sum timui ne violenter auferres filias tuas.* Quod autem furti me arguis, apud quoscunque inueneris Deos tuos necetur coram fratribus, scrutare quidquid tuorum apud me inueneris, & aufer. Vide quanta securitate se examini obiciebat Iacob inscius facti: & tamen Rachel quam ipse maxime adamabat Deos surripuerat: vnde subdit. *Hæc dicens ignorabat, quod Rachel furata esset idola.* etiam si tibi nihil conscius sis mali nescis tamen an idola Labani apud te delitescat, ob quod dignus sis morte. *Cum exierimus* (ait Origenes) *à saculo, & hæc vita nostra fuerit commutata, erunt quidem in finibus mundi sedentes, velut publicanorum officia diligentissime perscrutantes, nequid sui in nobis inueniant.* Videur enim princeps mundi huius, quasi publicanus esse: vnde de eo scriptum est: *venit enim princeps mundi huius, & in me habet nihil.* Illud quoque, quod in Apostolo legimus. *Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum, cui veltigal, veltigal, cui honorem, honorem.* Nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis: sacrate intelligendum est, quamobrem consideremus ne forte cum non habuerimus, quod pro veltigali queamus reddere, ipsi trahamur pro debito, sicut solet apud sæculi quoque fieri veltigales: quando quis pro debito ipse Reipublica seruiurus includitur, complures ex nobis, ab istiusmodi publicanis tenendi sunt, quos Iacob ille vir sanctus, non magnopere formidabat, nec verebatur, vt de publicanorum veltigalibus aliquid in eo reperiretur, vnde audacter ad publicanum illum loquebatur Laban: *cognosce, si quid tuorum rerum est apud me.* Super quod agit testimonium scriptura dicens: *& non cognouit Laban apud Iacob quicquam.*

His verbis sententiam nostram euincit Eliphaz apud Iobum 4. 8. *Quin potius vidi eos, qui operantur iniquitatem, & seminant dolores, & metunt eos fiante Deo perisse, & spiritu oris eius esse consumptos.* Optimè componit Eliphaz Dei iram cum flatu, vt late prosequitur Gregorius 5. Moral. cap. 15. ex quo nos nonnulla transcribimus. Imprimis inspirado, aërem ad præcordia demittimus, respirando vero, quem hauseramus spiritum refflamus. Non aliter Deus, vnde puniat non habet, nisi prius peccata nostra hauserit: cum vero in ima pectoris, crimina nostra cognoscendo demiserit, pœnam decernit, & decretam; tanquam reffans infligit. Ergo id quod inspiramus, respiramus, & Deus iuxta peccatorum mensuram pœnam infert. Insuper non diu aërem circa cor detinemus, sed subinde refflamus nec Deum diu iram conceptam decoquit, sed sine mora pœnas sumit. Illū quidem, qui peccat seminanti similem inducit Eliphaz, quia non statim pœnas se daturum existimat, sed post longum tempus. Quis enim post iactum semen statim fructus querit? fallitur tamen nam Deus castigans reffanti homini similis est, qui diu conceptum aërem in præcordiis continere non potest, sed necesse est, vt statim emittat conceptum aërem. Vim addunt huic sententiæ verba Pauli Roman. 9. 22. *Quod si Deus volens ostendere iram & notam facere potentiam suam sustinuit in multa patientia vasa iræ.* Expende illud, *in multa patientia.* Cum Deus peccatores sustinet similis est ei, qui longa via decursa crebris respirationibus vrgetur. Ne putes Deū diu dissimulare peccata. Vrgetur enim ad inferendum supplicium & vix iram continere valet. Ac tandem inspirando homini vitam Deus indidit, à quo etiam rationes exigit inspirando, quia nihil est in vita humana, quod attenda discussione non indigeat, & vix aliquid quod pœnam non mereatur. *Sed*

Orig.

3.

Iob 4.

Rom. 9.

Sed

Sed hoc (ait Gregorius) quod flare Deus dicitur, urget, ut subtilius decernatur, nos quippe cum flamus aërem ab exterioribus introrsum trahimus, & introrsum tractum hinc exterius reddimus. Flare ergo Deus in vindicta retributione dicitur, quia ab exterioribus causis introrsum iudicis consilium concipit, & ab interno consilio extrorsum sententiam emittit. Quasi flante Deo ab exterioribus aliquid introrsum trahitur, quando foris mala nostra conspiciunt, & intus iudicium disponit. Et rursus quasi flante Deo, ab interioribus spiritus extrorsum extrahitur, quando ab interno conceptu consilij exterius iudicium damnationis infertur. Bene autem dicitur, quod qui dolores seminant flante Deo perent, quia unde foris peruersa faciunt inde ab intimis recte feriuntur. Vel certe cum flare Deus dicitur, quia & statim ira eius spiritus, subinfertur appellatione status illius, potest ipsa eius animaduersio designari, nos quidem, cum irascimur, statu furoris inflamnamur: ut ergo vindictam cogitans Dominus demonstraretur flare irascendo dicitur, non quod ipse in natura sua mutabilitatis vicissitudinem recipiat, sed quod post longam patientiam, quandoque vindictam peccatoris exequitur is qui in semetipso tranquillus est, percutitur turbulentus videtur. Flans Deus vitam homini indidit, reflans rationem exigit, & penam inducit, ut quam cito pœna sequatur ostendat.

Iob 29. 20. Gloria mea semper innouabitur, & arcus meus in manu mea semper instaurabitur. Exponens hunc locum Gregorius lib. 19. Mor. c. vltimo nonnulla offert nostræ sententiæ argumenta, imprimis illud Psalmi 59. 6. Dediisti metuentibus te significationem, ut fugiant à facie arcus. Sumpta metaphora ab eo, qui jaculatur quanta futura sint supplicia peccatorum ostendit, eo enim maiori vi sagittam intorquet, quo chordam retraxit. Ergo si iram Dei metiri desideras, vide quanto tempore conceptam tenuerit. Quantam vim viæ re flabit, qui tot sæculis crimina absorbet? Expende item nomen illud, significationem. Omnia enim mala, quæ Deus viuientibus hominibus immitit, non pœna, aut pars pœnæ dicuntur à Propheta, sed futurorum suppliciorum significatio, figura, vmbra. Vel potius significationem pro terrimento posuit. Non inimicis malis punit Deus mortales sed territat ne in futura supplicia incidant: non aliter, ac ille qui non vult ferire sagitta, sed strepitu arcus metum incutere. Contemplare quæso quot difficultatibus urgemur mortales: Hyems defæuit, æstus adurit, annonæ caritas premit, hostes ingruunt, & reliqua. Hæc nihil aliud sunt quam vmbra, vanaque territamenta, vnum est, quod supplicij nomen mereatur, nempe impijs inflictæ pœnæ. Similem sensum habent verba Psalmi 59. 5. Ostendisti populo tuo dura: Potasti nos vino compunctionis. Hoc vinum iræ Dei nunc quasi linguæ cuspide prælibamus, tunc autem plenos crateres & coronata pocula exhauriunt impij. Vnde cum Christo Domino cruci affixo vinum felle mixtum offerretur, libauit quidem non autem ebibit. Nimirum hoc tempore ira Dei non est exhaurienda, adeo ut ipse Christus Dominus, qui supra omnes mortales passus est eam tantum degustauerit: illi tantummodo ebibent, qui peccatorum dant pœnas. Arcus meus (ait Gregorius) in manu mea semper instaurabitur. Ostendisti populo tuo dura, potasti nos vino compunctionis, dedisti metuentibus te significationem, ut fugiant à facie arcus. In arcu enim quanto longius trahitur chorda tanto de eo districtior exit sagitta. Sic nimirum, sic extremi iudicij dies, quanto longe differtur, ut veniat, tanto cum venerit de illo districtior sententia procedet. Idcirco autem diuersis nunc cladibus percutimur, ut his correpti paratiores, tunc inueniri valeamus.

Unde illic premissum est. Ostendisti populo tuo dura flagella videlicet sæculi, quæ securum grauius iudicij diem percurrent. Potasti nos vino compunctionis, ut terrena gaudia in lacrymas verterentur. Hoc tempus misericordia illud tempus iudicij erit. Per ista ergo huius temporis flagella, significas quomodo tunc percussurus es, quando non parcens iudicas, qui sic districtè, modo percussis, quando parcis?

Pfal. 7. Deus Index iustus fortis, & patiens nunquid irascetur per singulos dies? Fortis, & patiens dicitur, quia patientia fortitudinem, & illam recte mensurat, id est, si quis noscere voluerit, quam sit Deus terribilis iniquis, per patientiam, qua eos tolerat, expendat.

Pfal. 7. Nisi conuersi fueritis gladium suum vibrabit, arcum suum tetendit. Quærit Chrysostronus exponens hunc locum, quare dentur sagittæ pro armis Christo iudicanti. Nempè sagittæ eminus feriunt gladium verò cominus vulnerat. Ergo nequis putet longius abesse vindictam, aut difficile posse ad fontes peruenire, ideo non modo gladio, sed sagittis armatur. Deinde interpretans (ait Chrysostronus) que sint instrumenta mortis subiunxit sagittas suas, ostendens celeritatem supplicij quando voluerit.

Luca 4. Quid nobis, & tibi Iesu Nazarene? venisti perdere nos? scio te, qui sis sanctus Dei. Et increpauit illum Iesus, dicens: obmutescit, & exit ab eo. Quærit Chrysostronus, Hom. 5. in Marcum, quam de causa Christus Dominus loquentem dæmonem represserit, cum nihil absurdum dixerit, nihil contra ius, & fas egerit. Respondet Chrysostronus ideo increpasse, ne putaret dæmon multam Christo laudem accrescere ex eius dictis, sed potius ex eorum supplicio. Itaque laudem sibi quærit Deus ex supplicio illato dæmoni, impijsque hominibus, non ex eorum laudibus. Hæc enim maxima laus Christi Domini fontes damnare, tanta enim est vis suppliciorum, ut maximam laudem, ei afferre possit. Non est pulchra laudatio (ait Chrysostronus) in ore peccatoris, non indigeo eius testimonio, cuius tormenta desidero obmutescit, laus mea sit silentium tuum, nolo me laudet vox tua, sed tormenta tua, pœna tua laus mea est.

Eph. 3. 19. Scire etiam super eminentem scientia caritatem Christi, id est, noueritis Christi erga homines, caritatem, quæ tanta est ut captum nostrum longe excedat. Quam ob causam Christi ad homines amor mentem nostram superat? Chrysostronus. Hom. 4. de laudibus Pauli: tanta sunt à Deo, totque hominibus collata beneficia, ut neque ipse homo ea noscere vel dinumerare possit. Quorundam enim beneficia intolerabilia sunt, & vix sustineri possunt, neque retributioni aditum relinquunt. Ex hoc loco deducit Chrysostronus ibidem quanta futura sit Dei ira aduersus impios, siquidem tanta est erga pios beneficentia, & amor. Sanè licet etiam dicere, scire etiam super eminentem scientia iram Dei, quam nullus tamen consequi potest, nam in Deo omnia æqualia, neque vnum attributum alium exsuperat. Propterea igitur, (ait Chrysostronus) furorem eius indomitum, prius comprimit, concitatos, & præcipites, illius iracundiæ status, cæcitatatis beneficium redigit in quietem, & tum demum, cælesti cum domat affatu, ostendens propria inaccessibilem sapientia, & supereminentem omnibus diuina scientia bonitatem, ut diceret, cui iam aduersario repugnaret, quam certe non modo punientem ferre non posset, sed beneficia conferentem, non enim ille obscuritate tenebrarum, sed lumine micanti cæcatus est. Ergo notat Chrysostronus in prima conuersione Paulum immisso cælitus lumine cæcatum fuisse, non obiectis tenebris, quia non modo Dei ira, quæ instat tenebrarum

5. Pfal. 7. 12.

6. Pfal. 7. 17.

Chryf.

7. Luca 4. 34.

Chryf.

8. Eph. 3. 19.

brarum est, sed eius misericordia visum eripit. Si beneficentem Deum ferre non potes, quam ratione supplicia inferentem sustinebis.

9.

A. Cor. 6. 9.

1. Corinth. 6. 9. *An nescitis, quia iniqui regnum Dei non possidebunt? nolite errare: neque fornicarij, neque idolis seruientes, &c. regnum Dei possidebunt.* Eos qui Dei iustitiæ detrahunt, aut eam tanquam remissam incusant nescientes, & errantes appellat Paulus. Cum quis peccat contra aliam Dei virtutem, aut attributum, iniquus, irreligiosus, aut impius dicitur, cum verò contra Dei iustitiam delinquit segnem & remissam eam vocitando nescius, & errans dicitur. Imprimis vocia adeo perspicua est ira Dei vt qui hoc ignorat, planè cæcus merito dicatur. Non tam perspicui sunt, alij diuinarum virtutum effectus, ac propterea, qui eos ignorat alijs nominibus appellatur, cum vero qui Dei iustitiam incusat nescire, cæcutire, desipere, ignorare, merito dicitur. Tum etiam dicitur inscius, & errans, quia maximam infert iniuriam, & notam inurit. Adducit Chrysofostomus in huius rei confirmationem illud Psalmi 49. *existimasti inique, quod ero tui similis?* id est, putasti me tuam impietatem imitari? sed vnde hæc tam insana cogitatio mentem impij subire poterit? *Arguam te, & statuam contra faciem tuam;* id est, quia tacui, quia tuis improbe factis conuiuere visus sum ideò hanc notam mihi impigisti. Ergo hanc labem diluam, teque merito supplicio afficiam, quo ostendam quam longè à te distem, quanto odio aduersus iniquitatem ardeam. Sane isti, qui conuiuenter Dei iustitiam fingunt peius de Deo sentiunt, quam de viro quopiam pio, & honesto. Quis enim est, qui subditi sibi impia facta dissimulet, qui lubens ferat? vnde contra hos sententiam illam iaculari possumus: *Sentite de Domino in bonitate. Insuper de Dios si qui era como de vn hombre horrrado.* Hæc omnia ex Chrysofostomo tranfero Homil. 16. in cap. 6. 1. ad Corinthios. *Nolite errare, neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque molles, neque masculorum concubitores, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei possidebunt. Horum gratia, inquit, nolite errare, erroris nauquo, & fraudis vltima est, vt qui optima speret contraria consequatur, & talem de Deo habeat opinionem, qualem neque de homine, quispiã arbitretur. Quare ex illius persona Propheta inquit: existimasti inique quod ero tui similis, arguam te, & ponam contra faciem tuam iniquitates tuas: & Paulus hoc loco: nolite errare, neque fornicarij, &c.*

Pl. 49. 21.

Chryf.

10.

1. Co. 10. 10.

Verum dicat aliquis hæc eadem ad populum dicta esse, & exornatoriè: solent enim concionatores, dum pro suggestu orationem habent multa de futuris pœnis dicere, inferorum pœnas extollere, cū tamen futurum iudicium, non tam sit futurum sæuerum. Horum amentiam percello verbis Pauli 2. Corinth. 10. *Quoniam quidem Epistola inquit, graues sunt, & fortes, presentia autem corporis infirma, & sermo contemptibilis.* Hæc verba quæ Paulo inmutat Chrysofostomus Hom. 21. In hanc epistolam per ironiam exponit, id est, pulchre sanè ò bella capita Pseudo Propheta, est, qui vobis dicunt, vt metum ex meis epistolis incussum excutiatis, licet stylus Pauli vehemens sit, dum tamen coram loquitur, non tam est acris, & vel aspectu ipso est contemptibilis. Ac si vernaculo adagione diceremus. *Que no es tan brauo el Leon como le pintan.* Ac si fieri possit, vt quis alius sit absens, & alius præfens, neque se ipsum, suumque ingenium per epistolas depingat. Vnde (ait Apostolus) *Hoc autem cogitet, qui eiusmodi est, quia quales sumus verbo per epistolas absentes, tales, & presentes in facto.* Hoc idem potiorique iure de Deo &

Christo iudice vsurpare fas est. Desipit planè qui ea supplicia, quæ passim inferri videmus, scripturæ oracula, sanctorum dicta, concionatorum voces, ad territandum solum inuenta credit, dum de ira Dei & futuro supplicio insonat. Imo vero hæc omnia pluraque alia, quæ congeri possunt vix Dei iram, neque ex parte adumbrare possunt: scripta sunt autem, vt ex his huius rei grauitatem tãquam ex vngue leonis venari possimus. *Vel ergo* (ait Chrysofostomus) *per ironiam inquit magnam declarans grauitatem ac dicens: Ego humilis sum, ego vilis, quando adsum, sic, & ipsi dicunt, & absens sublimis.*

Chryf.

II.

Pl. 24. 10.

Psal. 24. 10. *Vniuersa via Domini misericordia, & veritas,* id est, omnia Dei opera, vel ex misericordia originem ducunt vel ex veritate, id est, ex iustitia. Illud hoc loco mihi expendendum est, quare hoc loco multisque alijs Dei iustitiam, veritatem appellet? scilicet veritas vel fidelitas, proprie circa impletionem promissorum, vel dictorum versatur. Iustitia verò, ad æqualitatè reducitur. Augustinus ad illud Psalmi 119. *Prope es tu Domine, & tua via veritas,* ait ideo Dei iustitiam veritatem appellari, ne quis putet ea, quæ Deus de supplicijs impiorum reuelauit iam pridem declamatorie dicta, aut potius ad terrendum homines, vt metu eos in officio contineat. Imò vero omnia verissima esse, & vix minimam partem futura iræ adumbrare posse. Vel potius dicta est iustitiæ veritas, quia tanta est vis suppliciorum, vt cum Deus de eis dixerit, necesse habeat de sua veritate commonere. Ac si dicat: fidem adhibete homines, his, quæ de futuris pœnis à me dicuntur, ego sum, qui hæc assero, ego inquam qui mentiri non possum qui neque à quoquam falli nec alium fallere queo. *Ergo omnes autem* (ait Augustinus) *Et quos liberat, & quos damnat omnes via Domini misericordia & veritas, quia vbi non miseretur vindicta veritas exhibetur.*

Aug.

II.

Pl. 114.

Psal. 118. *Septies in die laudes dixi tibi super iudicia iustitiæ tuæ.* Hæc verba, hac ratione exponit Augustinus, ibidem, *Septies,* id est, sæpius, aut semper, laudem dixi tibi, id est, gratias tibi egi super iudicia iustitiæ tuæ, Quia cum ego dignus sim, qui semper à te puniar, & peccatorum pœnas luam, non tamen semper me castigas, non semper me supplicio afficis. Et ob hanc eandem causam instituit Ecclesia, vt septem diei temporibus laus deo dicatur, & conceptas preces recitent, qui sacris inseruiunt, quas septem horas canonicas appellari decreuit, quia etiam viri iusti qualibus semper Ecclesia abudat, sæpius delinquant, & passim se offendere putant, & ob id subinde sine intermissione feriendos ira Dei se credunt, agunt verò semper gratias, quod quandoque à supplicijs cesset, iramque cohibeat. Ergo vide districtum Dei examen, & peccatorum grauitatè, quæ tanta est, vt vel viri pij putent se dignos esse, qui sine intermissione feriantur ob leuia peccata, quæ committunt. *Super iudicia iustitiæ tuæ* (ait Augustinus) *septies in die, quod ait, significat semper, solet quippe ipse, iste numerus vniuersitatis indicium, propter quod sex diebus diuine operationis septimus adiectus est quietis, & per septem dies currentes, & remorantes tempora vniuersa voluuntur. Nec ob aliud dictum est, septies in die cadit iustus, & resurgit, id est, non perit iustus modis omnibus humiliatus, sed non prauaricatus, alioquin non erit iustus. Nam pro omni genere tribulationis, qua in cõspectu hominum deicitur, positum est, septies cadit, & pro eo, quod ex omnibus tribulationibus proficit positum est, resurgit, satis illustrat in eo libro cõsequens sententia præcedentem: ibi enim sequitur: impij autè infirmabuntur in malis. Hoc est ergo iusto septies cadere,*

Aug.

& resurgere, in omnibus malis non infirmari. Merito ergo septies in die laudavit Ecclesia Deum, super iudicia iustitiae ipsius, quia cum tempus esset, ut iudicium inciperet à domo Dei in omnibus tribulationibus suis non infirmata, sed coronis martyrum glorificata est.

Matthæi 14. Navicula autem in medio mari iactabatur fluctibus, erat enim contrarius ventus. Quarta autem vigilia noctis, venit ad eos ambulans super mare, & videntes eum super mare ambulantem, turbati sunt dicentes: quia Phantasma est. Hæc Apostolis oborta procella supplicium diuinum adumbrat. Tunc autem cum eum ambulantem super mare vident, Phantasma esse putant. Nempe, vt habet Augustinus serm. 22. de diuersis qui à Deo incutienda supplicia non timent, aut putant de his per exaggerationem, & excessum scripturam, sanctosque patres fuisse locutos Deum Phantasma faciunt. Phantasma enim quodammodo videtur, quodammodo autem aspectum fugit, & cum nihil corporeum subsistat, metum incutit, ac si vere corpus haberet. Agit Augustinus ibidem aduersus hæreticos quosdam, qui ea, quæ de diuina misericordia traduntur, vera esse putabant, ea vero quæ de Dei iustitia, ad incutiendum metum inuenta asseriebant, quos imitantur hi, ad quos sermo nobis est. Non solum autem (ait Augustinus) illos solos designant, qui humanam carnem Dominum habuisse negant, & aliquando eos qui in nauis cæca præuitate perturbant: sed etiam illos, qui putant in aliquo Dominum fuisse mentium, & ea, quæ minatus est impijs, euentura esse non credunt, quasi in parte sit verax & in parte sit mædax. Veluti Phantasma apparet in verbis, quasi id, quod est, & non est, sed qui bene intelligunt vocem dicentis: ego sum nolite timere, iam credunt verba Domini omnia, & quemadmodum sperant premia, quæ promittit: ita pœnas timent, quas minatur.

Leuitici 10. 1. Arreptisque Nadab, & Abiu, filij Aaron thuribus posuerunt ignem, & incensum de super offerentes Domino ignem alienum. Quod eis præceptum non erat. Egressusque ignis à Domino deuorauit eos. Et mortui sunt coram Domino. Dixitque Moyses, ad Aaron. Hoc est, quod locutus est Dominus: sanctificabor in his, qui appropinquant mihi, & in conspectu omnis populi glorificabor. Quod audiens tacuit Aaron. Hæc verba, quibus Moyses fratrem solatur, non satis apta præsentis instituto videntur. Augustinus quæst. 71. ex lib. 9. in Leuiticum ideo sanctificati dicit Dominum in morte horum sacerdotum quia illata illis incendio mors populum deterruit, ne quando à diuinis præceptionibus, vel latum vnguem discederent. Nam si tantum ira Dei grassatur aduersus sacerdotes leuem ceremoniam transgressos, vt eos igne deleuerit: qua ratione defæuit in eos qui grauiora præcepta vili pendunt? Hæc tanta Dei gloria sufficiens solamen parenti afferre poterat de morte filiorum. Mortuis ergo illis (verba sunt Augustini) ait Moyses, hoc est quod dixit Dominus, dicens: in his, qui mihi appropinquant sanctificabor, & in omni synagoga glorificabor, eos appropinquare Domino volens intelligi, qui in tabernaculo sacerdotum fangebantur, sanctificari etiam in eis vindicando sicut factum est. Vtrum, vt hinc sciretur, quam minus alijs parcat, si illis non parcat. Quo sensu dictum est: si iustus vix saluabitur, peccator, & impijs vbi parebunt.

Psal. 49. Existimasti inique, quod ero tui similis? arguam te, & statuam contra faciem tuam. Deum dissimulare peccata tacere dicitur, ea vero punire, arguere. Quasi Deus solo verbo supplicia inferat. Tam enim est Deus seuerus in puniendo, tam dure cum peccatoribus agit, vt si nutu vel voce, eos impetaret, satis senere in eos grassetur. Quid ergo di-

endum erit de reliquis supplicijs, quibus fontes afficit, si sola verba pro pœna sufficerent? Hæc tradit Augustinus libro de Ombus his verbis. Ignoras, quod patientia Dei, ad penitentiam te adducit. Et vide si semper tacebit, qui modo tacet. Tu autem secundum duritiam cordis tui, & cor impœnitens thesaurizas tibi iram in die ira, & reuelatione iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuique secundum opera sua. Ergo tacet, numquid semper tacebit? Item post quedam innumerata peccata, hæc fecisti, & non vindicauit, suspicatus es iniquitatem, quod ero tui similis.

Exodi 20. 18. Dum Deus legem daret per strepente buccina, & lampade longius lucem diffundente timorè excepit populus. Et perterriti ac pauore concussi steterunt procul dicentes Moysi. Loquere tu nobis, & audiemus, non loquatur nobis Dominus ne forte moriamur. Ex quo loco optimè deducit Philo lib. de somnijs vim iræ Dei. Nam si quando Deus amice loquitur, & salubria dat præcepta, tam sublime intonat, vt eius voces sustinere non possimus. Quid, dum nobis minas intendet, aut supplicio afficiat. Verba Philonis inscribo. Quo magis reuerentiam rerum omnium præsidem, & eius maximam potentiam, quam reputantes olim rogauimus quendam mediatorem, loquere tu nobis, Deus non loquatur ad nos, ne moriamur, adeo enim, cum non possumus ferre castigantem, vt ne mera quidem eius beneficia queamus capere, si ea per se ipsum sine alijs ministris porrigat.

Psal. 104. 31. Dixit & venit canomyia, & ciniphes, in omnibus finibus eorum. Historiam habes Exodi 8. 9. est autem canomyia, idem quod musca canina ficto nomine ex cane, & musca. Quo nomine, ait Philo lib. 1. de vita Moysi optimè significari Dei iram aduersus impios, ex volucris enim, nulla impudentior musca quam etiam si abigas sapius pateris tamen. Item animantium impudentissimus est canis. Ergo per hæc duo animalia rectè pœna fontibus à Deo illata significatur; nimirum nullum veretur hominem, nullum timet, ad nullius conspectum pudefit. Sicut ille, qui peccat homuncio sit de face plebis, siue Princeps multo splendore illustris, æque in omnes defæuit. Musca, item sapius abacta redit, nec vllus est, qui à Deo inflicta supplicia vitare possit: imo vero acrius contra se diuinam iram armat. Ob quod diuinam iram, cum apibus componit illud Psalmi. Circumdederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis. Apes enim eo acrius infiliunt quo magis abiguntur. Super sunt (ait Philo) tria genera inflicta ab ipso Deo, sine vlllo humano ministerio, quæ singula indicabo quantum potero. Primum per animal omnium audacissimum, canomyiam, cui veram appellationem imposuerunt periti nostri, vt erant sapientissimi, compositum è duobus impudentissimis animalibus, musca, & cane, altera vincente omnes volucres temeritate, altero omnes terrestres quadrupedes. Accurrunt enim intrepide & si quis arceat, non cedunt, peruicacia, donec satientur sanguine, & carne. At canomyia particeps amborum audacia mordax, & insidiosum est animal, nam è longinquo cum stridore in reli morem magno impetu aduolat infæxæque cui, edet pertinaciter.

Exodi 20. Non habebis Deos alienos coram me. Non assumes nomen Domini tui in vanum. Et in hunc modum reliqua præcepta percurrunt. Hanc præcipiendi formulam contemplatus Philo lib. de Decalogo, quærit quare simul cum præceptis non adiunxit simul & pœnam, eis qui non paruerint. Solemne enim est legislatoribus, vt postquam vitium aliquod lege cauerint statim pœnam transgressoribus inscribant: vt si quos vitiorum fæditas non deterret saltem pœna coërceat. At vero Deus nuda prohibi-

13. Mat. 14. 26.

August.

14. Leuit. 10. 1.

August.

15. Psal. 49. 21.

August.

16. Exod. 20. 18.

Philo.

17. Psal. 104. 31.

Philo.

18. Exod. 20. 3.

tione contentus omnino de pœna subtrahit. Nempe, ait Philo, tanto supplicio digni sunt, qui Dei leges transgrediuntur, vt illud vix scribi vix litteris mandari possit, idèoque Legislator, ab scribendis pœnis abstinuit. *Ne quis puet (ait Philo) de pœnis silere oracula, vt qui peccant impunitatem sibi polliceantur: sed magis cogitet assidere Deo iustitia, inspectarèque quidquid agunt homines, nec dissimulare, vt naturam insensam fontibus, & ex officio plectentem iuris violatores.*

Philo.

19.
Psal. 7.3.

Nisi conuersi fueritis gladium suum vibrabit. Psal. 7. de hoc loco supra diximus. Quia vero Basilius, nouam expositionem addit eidem ad rem præsentem aptam, iterum eundem versus ad examen adduco. Illud vibrare, positum putat pro polire. Cum enim milites gladios acuumt, & arma poliunt, ostendunt multo se teneri desiderio incundæ pugnae, bellòque inhiare: ergo Deus, non inuitus, non dolens fontes aggreditur, & impetit, sed iubilans ad inferendum supplicium accedit. *Quemadmodum enim (ait Basilius) qui arma abstergunt, ac poliunt, pugnae mox ineunde acrem affectum, & alacritatem per hoc significant: sic & sermo hic, motum Dei ad vltionem ostendere volens, gladium illum vibrare dixit.*

Basil.

20.
Psal. 57.

Non est pax ossibus meis à facie iræ tuæ. Psal. 57. expende illud à facie iræ tuæ, non modo te supplicia inferentem ferre non possum, verum si te iratum videro, metu dissoluor totisque artibus contremisco: Hanc expositionem habet Basilius hic, qui meminit etiam lectionem Aquilæ, *non est pax ossibus meis à fremitu tuo.* Id est, non modo te manus inferentem sustinere non valeo, verum neque voces dantem, si fremueris animo cado. Sumpta est metaphora à feris præcipuè à leone cuius voci tanta vis inest, vt si hanc reliquæ bestiae exceperint metu statim dissoluantur, vox omnis, ex metu excidat, & certissimæ prædæ pateant. Agit præcipuè de Nathan Propheta, qui Dei Iussu Dauidem adiit. Adeo me terruit Nathan cum ad me tua verba retulit vt hic timor pro supplicio suffecerit. Expende etiam illud *ossibus meis.* Non modo pauet caro infirmior humani corporis portio, sed & ossa ipsa ad vocem tuam atteruntur. *Non est sanitas (ait Basilius) ossibus meis, à facie peccatorum meorum. Non est sanitas in carne mea, à facie iræ tuæ. Pro ira autem Aquila, & Symachus, concorditer interpretati sunt à facie fremitus tui: sufficiebat, inquit, mihi is fremitus, qui editur per Prophetas, & quidem augustissimas Scripturas, & per Prophetam Nathan comminatio.*

Basil.

VERS. 19.

Humilia valde spiritum tuum: quoniam vindicta carnis impij, ignis & vermis.

1.

Dixerat in superiori sententia non tardaturam iram, id est, diuinum supplicium. Iam vero quodnam illud futurum sit per ignem, & vermem ostendit. Ignis enim ad exteriorè pœnam significandam ponitur: vermis vero ad internum dolorem, & conscientia remorsum. Quæ pati necesse est eum, qui se in sceleratorum hominum societatem dat, & iugum Dei excutit. Ergo, ait: *Humilia valde spiritum tuum.* Deprime spiritum tuum exultantem, & per scelera sine modo currentem humilia valde, *quoniam vindicta carnis impij ignis, & vermis.* Quoniam carnis impij supplicium manet grauissimum in futuro sæculo, scilicet ignis, & conscientia aculeus.

2.

Humilia valde spiritum tuum. Te vero valde subiice. Est enim Bernardo teste periculum ingens, ei qui vel parum superbiat. Hugo. *Humilia valde spiritum tuum.* Non voces non oculos, non vocè tantum.

Hugo.

Ergo valde iuxta Hugonè, idem est, ac interius non modo specie tenus te humilia, sed intus in animo te subijce, vel valde, id est, vsque ad vltimum humilitatis gradum. Hæc item ex Hugone expositionem accipe conceptis verbis. *Valde dicitur quia tres sunt humilitatis gradus, vt communiter dicitur. Primus est subdere se maiori. Secundus subdere se equali: Tertius subdere se minori.* Item Bonaventura tredecim gradus humilitatis distinguit, quos recensere non vacat. Ergo valde, id est, omnino te humilem exhibe.

Hugo.

3.

Quoniam vindicta carnis impij, ignis, & vermis. Græcis non est genitiuus ille, *carnis*, sed tantum: *quoniam vindicta impij ignis & vermis*, id est, impius igni vermeque mulctabitur. Sunt nonnulli, qui hæc verba ad pœnam in præsentis sæculo infligendam trahant: iuxta illud Iudic. 16. 20. *Va genti insurgenti super genus meum: Dominus enim omnipotens, vindicabit in eis, in die iudicij visitabit illos, dabit ignes, & vermes in carnes eorum,* id est, alij immisso cælitus igne conflagrabit: alij verò gladio cadent, quorum inhumata cadauera vermibus scatebunt. Ego verò ad infernas pœnas locum inferendum puto, quæ his duobus maximè constabunt, nimirum igne, & verme, id est, conscientia remorsu, iuxta illud Esaia 66. cuius sententiam retulisse (videtur Christus) Dominus Mar. 9. *Vermis eorum non morietur & ignis eorum non exstinguetur.* Quæ verba proculdubio ad inferorum pœnam referenda sunt. Vnde malè nonnulli Esaia verba, ad temporale supplicium Hebræorum hostibus inflictum detorquent. Non abnuo futuros etiam vermes apud inferos, sicut verum ignem, sed hoc loco per vermes internum dolorem cum Haymone intelligo, vt tam internam, quam externam pœnam damnatorum hæc sententia coniungat.

Iud. 16. 20.

Isa 66.

Mar. 9.

VERS. 20.

Noli præuaricari in amicum pecunia differentem, neque amicum charissimum auro spreueris.

Qu. dic. caue amicum propterea quod debita pecunia solutionem differt deseras: caue etiam, fratrem charissimum, eo quod aurum, quod tibi debet, non soluat, spreueris.

1.

Noli præuaricari, &c. Locus difficilis in quo neque Græci cum Latinis, neque Latini inter se, Græciue concordant. Nos vulgatam editionem in paraphrasi exposuimus, & vt par est prætulimus, oportet tamen aliorum placita in medium adducere. Græca sic habent. *Neque permutes amicum, propter rem aliquam eximiam, neque fratrem germanum in auro Ophir.* Significant autem veros amicos reliquos omnibus præferēdos. Dicitio Græca *διαφορῆς* significat quamcunque rem preciosam. Ergo ne amico verò rem quacunque preciosam præferas: neque ei, qui præ amicitia instar germani fratris est vel purissimum aurum, qualis ex Ophir adduci solet, anteferas. Ad hunc sensum adduci possunt nostra Latina verba: *Noli præuaricari in amicum pecunia differentem*, id est, propter pecuniam differentem. Est autem pecunia differens, seu indifferens, idem, quod multiplex, varia, excellens. Ergo sensus erit. Etiam si multiplici pecunia abundes, nec tamen propterea fratrem in tenuiore fortuna despicias, vel etiam si multam pecuniam amicus tuus debeat, non tamen ob hoc despice, similem duplicem sensum habere potest posterior pars sententia, scilicet *neque fratrem charissimum auro spreueris.* Quædam exemplaria Græca habent *ἀδιαφορῆς* indifferentia. Ex sententia Stoicorum nominis significationem pete. Hi enim vocabant

2.

vocabant

vocabant bona fortunæ indifferentia, quia neque bona neque mala dici possunt. Vnde optime noster interpretres transtulit pecuniam differentem, id est, pecuniam, quæ inter res indifferentes à Stoicis computatur. Verbum illud, differentem, iuxta hanc interpretationem non refertur ad amicum, sed ad pecuniam, quæ indifferens dicitur modo exposito, & iuxta hunc modum interpretandi facilè nostra lectio ad Græca refertur, id est, nõ propter multiplicem pecuniam amicitia tesseram infringas, vel ne deseras amicum etiam si multo auro sit tibi obnoxius. Nonnulli latini codices habent, *pecunia differenti*. Quam lectionem nostræ vulgatæ præfert Iansenius. Ergo sensus est. Etiam si multa abundes rerum copia, hanc tamen posthabendam veræ amicitia noueris. Tigurina hoc modo transtulit, *ne permutes unquam amicum re vulgari: Nec amicum sincere auro Ophir*. Cuius sensus est, ne parui emolumentum gratia, veræ amicitia iura violes, verum, ne propter eximiam aliquam rem. Ergo hæc expositio nomen Græcum *διαφορος*, rem eximiam exponit, sicut à *διαφορος*, rem vilem, & utroque modo habere exemplaria Græca fatetur Vatablus. Hugo Card. utramque versionem latinorum amplectitur, imò tertiam addit, quas omnes multis exponit. Imprimis legit, *noli præuaricari in amicum pecunia differenti*: ita ut illud *differenti*, sit ablatiuus, & cohæreat cum pecunia: quam lectionem ita exponit. Noli amicitiam deserere propter pecuniam quæ multum ab illa superatur iuxta illud capituli præcedentis. *Amico fideli nulla est comparatio*. Secundo legit, *noli præuaricari in amicum pecunia differenti*, id est, noli discernere inter amicos propter pecuniæ am, scilicet ditiorum eliges paupere neglecto. Tertio, noli præuaricari in amicū pecunia differenti, scilicet contemnendo, vel abijciendo eum, quia à te differt pecunia, hoc est, quem diuitijs & re familiari excedis. Item exponit, *Noli præuaricari in amicum pecunia differenti*, id est, noli surripere pecuniam ab amico, etiam si ille te sit ditior. Tandem deflectit verba ad prælatos Ecclesiasticos, qui per vicarios rem administrant, hi enim in Christum peccant, qui Ecclesiam sanguine suo redemit, & longè nobis est ditior. Addit autè idem author. *Aliqui libri habent pecuniam differentem, & tunc plana est litera. Alij habent, pecunia differenti, id est, pro qua defertur habenti, sicut dicitur infra cap. 13. dines locutus est, & omnes tacerunt*. Hæc ille, ergo hæc expositio tertia à prima differt, eo quod dictionem illam differentem in dandi casu effert, id est, noli nocere amico differenti pecunia, id est, propter pecuniam. Id enim diuitiæ faciunt, ut multum deferatur illas habentibus.

Noli discedere à muliere sensata, & bona, quam sortitus es, in timore Domini: gratia enim verecundia illius super aurum.

1. Licebat antiquis dimittere vxores nonnullas ob causas. Ergo monet hoc versu sapiens, ne prudentem, & sensatam vxorem domo pellas, cum, & impium sit, & ei noceat. Ergo sensus est, ne dimittas vxorem prudentem, & bonam, quam duxisti iuxta canones à Deo præscriptos. Gratiola enim, & amabilis eius verecundia pluris æstimari debet quam aurum.

Sensata, id est, prudenti, & bona. Dionysius, *Sapiente, & virtuosa*. Hugo Card. *habente sensum Dei in familia regenda. Et bona, id est, casta, & quæta*.

Quam sortitus es in timore Domini. Hæc pars in

Græcis desideratur. Addita autem merito est ab interprete, ut ostendat connubij fœdera ineunda esse iuxta Domini præcepta, vel ob Domini timorem, ut scilicet aditus luxuriæ occludatur. Vtrumque enim sensum habere possunt prædicta verba: priori fauet Tigurina, quæ hoc modo legit: *si quæ secundum religionem Domini nactus es*. Et hoc quidem si dictiones illæ referantur ad virum, nempe, *in timore Domini*. Possunt etiam ad virum referri hoc modo: *quam sortitus es habentem timorem Domini*. Dionysius *in timore Domini*, quam Dei timore accepisti, ne laberis, vel ut ea cum timore Dei vtaris ad sobolem procreandam: Paulus de Palacio, quam non ex libidine sed ob timorem Dei accepisti.

Gratia enim verecundia eius super aurum. Græca, *gratia eius super aurum*. Latinus interpretres, addidit verecundia. Significat vxorem se gerere debere circa alienos viros caste, circa proprium demisse, & verecunde. Item significat, nullam mulierem esse pulchram, nisi fuerit pudica. Ita exponit Hug. *Gratia enim verecundia illius, id est, gratiosa verecundia illius*. Per gratiam pulchritudinem intelligit Tigurina hac ratione transferens. *Nam venustas eius preciosior auro est*. Damnantur aliqui, qui dotem, & censum potius attendunt in nuptiis, quam vxoris venustatem.

Non lædas seruum in veritate operantem, neque mercenarium dantem animam suam.

Ne lædas seruum in veritate operantem. Ne iniuria afficias seruum, qui non ad oculum, sed ex animo seruit. *Neque mercenarium dantem animam suam*. Neque eum quem mercede conduxisti, dum impensa opera, & studio labori incumbit.

Ne lædas &c. utrumque enim scilicet seruum, aut mercenarium; qui verbis pungunt, cessatores, aut desides appellando, aut mercedem subtrahendo, minuendoue, aut onus supra vires imponendo, aut castigando, hi sanè lædere dicuntur. Græca ne affligas, aut malè tractes. Dionysius, ne nimium graues. Vulgatus, nõ lædas. More suo Ecclesiasticus maius aliquid iniungit, quam verba præferunt, non modo ne lædas, sed foue, gratum te illi præbe, *ex animo*. Vere, non ad speciem. Alij, iuxta debitum sui muneris.

Neque mercenarium dantem animam suam, id est, se totum operi impendentem, nam se totum labori tradere, & incessanter totum diem laborando transigere, vere est animam dare, vel efflare, scilicet ob eximium laborem. Dionys. Cart. *Vitum suam animalem in obsequio tuo exponentem. Que gasta su salutem isu vida seruando te*.

Seruus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua, non defraudes illum libertate, neque inopem derelinquas illum.

Seruus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua. Id est, seruum prudentem dilige sicut teipsum. *Non defraudes illum libertate*. Id est, ne priues eum ob commodum tuum libertate. Quam scilicet lex illi concedit septimo anno postquam seruire cepit. *Neque inopem derelinquas illum*. Neque vacuum abire patiaris, quod lex similiter vetat.

Seruus sensatus sit tibi quasi anima tua. Id est, seruum prudentem dilige, nec quemcunque amorem erga eum impendas, sed valde intensum. Ergo hic esse



fermonem de seruis Hebræis existimo, instruit enim hic author gentem suam, & paucis monet, qualiter erga seruos se exhibere debeant, docet. Duo enim præcipit lex super hac re. Alterum Exod. 21. *Si emeris seruum Hebræum sex annis seruiet tibi, in septimo egredietur liber.* Ad huius legis obseruationem inducit author illis verbis *non fraudes illum libertate*, id est, ne differas, aut impediās, vt septimo anno liber egredietur iuxta legis decretum. Alterum præcipit lex Deutero. 15. his verbis: *Quem libertate donaueris, nequaquam vacuum abire permittes: sed dabis viaticum.* Hoc præcipit noster author his verbis: *neque inopem derelinquas.*

3. *Seruus sensatus.* Qui locum absolute, de quouis seruo exponunt aliter incedunt. *Seruus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua.* Id est, ne serui prudentia & solertia illi in malum vergat, sed si solerti, & prudenti seruo occasio libertatis affulserit, ne illi libertatem neget, ob priuatum commodum, ne scilicet vtili seruo careas: vnde non ait: dona eum libertate, vel manu mitte, sed non defraudes eum libertate; vel etiam consulo tibi, vt ob operam tibi præclare præstitam eum liberum dimittas. Notandum est consulere authorem, vt serui prudentes manu mittantur: imprudentibus vero fatius est seruitio comprimi, & compesci.

4. *Seruus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua.* Monuit ne seruum operantem iniuria afficiamus, nunc vero monet, vt prudentem, & sensatum libertate donemus. Aliqui hoc modo verba exponunt, ex animo, & ex corde seruum prudentem dilige. Fauet Tigurina. *Famulum cordatum carum habeas animum.* Hugo Cardinal. quasi anima tua. *Tantum dilige, quantum debes, & nihil ei facias, nisi quod velles anima tua fieri.* Non fraudes eum libertate, id est, iuxta legis præscripta, eum septimo anno dimitte, vel ne impediās eum libertate, vel eum libertate dona iuxta prius dicta. Hugo Card. non defraudes illum libertate bene operandi, quod faciunt illi, qui seruos baptizare non permittunt, & ad frugem melioris vitæ transire, & qui præcipiunt facere illicitum: contra quos dicitur Col. 4. *Domini, quod iustum est, & æquum seruis præstate*, vel sic; non defraudes illum libertate, id est, noli eum opprimere: sed libere permittite seruire, in his, quæ oportet & decet.

5. *Neque inopem derelinquas eum.* Hanc partem latinus edidit interpres, vt vtranque partem legis coniungeret de his, quæ præstanda sunt seruis.

VERS. 24. *Pecora tibi sunt? attende illis: & si sint vitilia perseuerent apud te.*

1. Si fides Iosepho Hebræi maxime pastoritiam vitam elegerunt, vt satis innuit sacra scriptura in Abrahamo Isaacho, & Iacobo, reliquisque Patriarchis. Ergo maxime eos instruere aggreditur, qui in ea arte se exercent. *Pecora tibi sunt?* Habes pecora? *attende illis.* Curam illorum ipse gere. Proprijs oculis an ritè curentur cernè, & si sint vitilia perseuerent apud te. Et si vitilia tibi esse senseris, ne alijs diuidas, sed apud te maneat.

2. *Pecora tibi sunt?* Per interrogationem legenda sunt verba, id est, si pecora nutris. Inter linearis: *simpliciter, qui sicut pecora per omnia seruiunt.* Hos autem, quia facile dictis audiunt multis onerare non oportet: imò potius hoc discolis iniunge, & eorum audaciam refringe.

3. *Attende.* Græca expressius inspice, visita, oculis iustra. Præcipitur quod est, in veteri patèmia, *oculus*

domini saginat equum, & quod habetur Prouerb. 27. Diligenter agnosce vultum pecoris tui, id est, oportet pecuarium dominum sapius greges inuisere, & pecudes, & qualiter à pastoribus, & à seruis tractentur oculis iustrare. Dionys. Carth. *Attende illis qualiter sint tractanda, scilicet an venundanda, an reseruanda*, id est, ne alijs iudicium remittas, an oporteat, eam reseruare, eam distrahere & vendere. Cui expositioni maximè conueniunt, quæ sequuntur. *Et si vitilia sunt tibi perseuerent apud te.* Id est, si postquam oculis iustraueris gregem inueneris aliquod tibi emolumentum accrescere, reserua: sin verò nihil emungas, vende.

Et si sint vitilia perseuerent apud te. Id est, ne distrahās, ne diuidas, vt tibi non alijs commodū pariant. Locum mystice interpretatur Hugo de Prælato, quem oportet adesse regimini, nec vicariis curam relinquere. Si autem superior locus illi vel subditis vitilis est, vltierius progredietur: si verò inueniat, nec alijs prodesse, nec sibi nocumentum inferre, se omnino à Prælatura subtrahat.

ETHOLOGIA XCIV.

Qui præest commissio sibi gregi inuigilet, & consulat.

P*Ecora tibi sunt, &c.* Circa res domesticas nos instruit, hæc sententia, scilicet, vt si quis habeat greges, vel armenta, non omnino pastoribus, & magistris curam committat, sed quam sapissime ea adeat, & qua ratione circa illa agatur inquirat, oculisque iustret. Hoc idem, si præsertim corticem teneas, si verum nucleum eruas, ad eos sententia pertinet, qui alijs præsumunt: *Qui per se debent omnia iustrare, nec alienæ curæ committere & per vicarios tractare.* Vitale sanè præceptum, & nonnullis de more firmandum. Cantic. 1. 5. *Nolite me considerare, quod suscita sum, quia decolorauit me sol: filij matris meæ pugnaverunt contra me, &c.* id est, non peperci laboribus, sed nocte, dieque custodiendis vineis mihi commissis inuigilauit. Et quantos labores, hæc in re subierim, ore præfero, nec enim alienæ curæ commisi, sed omnia perfecit per me ipsam. Hanc expositionem accipe ex Origene Hom. 1. ex duabus in Câtica his verbis. *Ego Ecclesia, ego sponsa, ego sine macula plurimarum posita custos vinearum à filijs matris meæ, qui contra me aliquando pugnaverunt. Qua sollicitudine, curaque distracta, dum plures custodio vineas, vineam meam non seruauit, Intellige hoc de Paulo, & de alio quocunque sanctorum, qui pro omnium su salute sollicitus, & videbis quomodo vineam suam non custodiens, aliorum vinea custodiet, quomodo, vt alios lucrifaciat, ipse in quibusdam damna sustineat.* Ergo verba illa, *vineam meam non custodiui:* hac ratione exponit Origenes: labori non peperci, sed ad omnem me exposui, vt iniuncto mihi muneri satis facerem. Fieri enim non potest, vt qui sibi nimium indulget alijs præesse valeat.

Ezechielis 54. 1. *Et conuertere me ad viam porte sanctuarij exterioris, quæ respiciebat ad Orientem, & erat clausa. Et dixit Dominus ad me: Porta hac clausa erit, non aperietur, & vir non intrabit per eam.* Obseratam hanc portam mali aliquid protendere putat Origenes, Hom. 14. in Ezechielem. Quid enim peius, quàm aditum ad templum esse occlusum, & abactos homines à loco orationis, & ab scola pietatis? Sed quæ tanti mali causa? Subdit Propheta: *Princeps enim sedebit in ea, vt comedat panem.* Scilicet quando principes

Exod. 21.

Deut. 15.

Hugo.

Col. 4.

VERS. 24.

Dionys.

4.

1.

Cantic. 1.

2.

Ezech. 54.

principes viri, & praelati priuatis commodis consulentes, curare sibi subditos despiciunt omnis aditus ad virtutem occluditur: & dum principes gulæ, ventrique indulgent, omnis pietas perit. *Qua est ergo illa ratio (ait Origenes) ut clausa permaneat? supra dicens: dux ibi sedet, ut nemo eum videat edentem panem in conspectu Domini. Qui hac obseruare legit, nône quodammodo scripturam audit dicentem: surge qui dormis, non stimularis, ut exurgat à mortuis, & ea qua clausa sunt querat? Ego audenter dicam secretiora, quaque clausa esse, & manifesta referata, & non esse clausa, aperientes, ea qua clausa sunt. Hac nos non dicimus, sed scriptura testatur: va vobis Scriba, & Pharisei hypocrita & vobis legislatoribus va, qui tulistis clamum scientia, & ipsi non intrastis, & ingredientes prohibuistis.*

Origenes homil. 6. in illud Esaia 6. *Quem mittam, &c.* Plurima tela intorquet in Prælatos genio indulgentes, posthabita publicarum rerum cura, ex quibus nonnulla colligam. Luca 22. Discipulis de prælatura contententibus hæc Christus: *Reges gentium dominantur eorum: & qui potestatem habent inter eos benefici vocantur: vos autem non sic.* Discipulos de prælacione contententes similes facit non Regibus Hebræorum, sed Ethnicis principibus veræ religionis expertibus. Etenim illi, qui dignitates præstant eo tantum fine, ut aliis imperitent, & inde censum, laudem, commodum importent, quam simillimi sunt his, qui falsa numina colunt, nec inter Christianos numerari debent. Addit etiam verba Christi Domini Ioannis 13. *Si ergo ego Dominus, & Magister laui vobis pedes, &c.* Nullibi Magistri, & Domini, nomen Christus præripuit, præterquam, dum serui munus obiuit; scilicet cum discipulorum pedes lauit, quo profecto ostendit Prælati nomen non mereri, qui subditis non inseruit. Bonum est ad dignitates non proflire: sed imitari Moysen, & cum eo dicere, prouide alium quem mittas. Qui enim suo cominodo proprio inuigilare desiderat ad præfecturas præcipuè Ecclesiasticas non veniet. *Bonum est (ait Origenes) non proflire ad eas, quæ à Deo sunt dignitates, & principatus, & ministeria, Ecclesia, sed imitari Moysen, & dicere cum eo, prouide alium, quem mittas, nec enim ad principatum Ecclesia venit, qui saluari vult, etsi præst, sed ad seruitutem Ecclesia. Si oportet dicere de Euangelio: Principes quidem gentium dominantur eis, & qui potestatem habent in illos magistratus vocantur, qui vocatur ergo ad Episcopatum, non ad Principem vocatur, sed ad seruitutem totius Ecclesia: si vis credere de scripturis, quia in Ecclesia seruus sit omnium, qui præst, suadet tibi ipse saluator, & Dominus, qui talis, tantisque factus est in medio discipulorum, non quasi discubens, sed quasi ministrans. Accipiens enim linteam, postquam exutus est vestimentis, præcinxit se, & mittens aquam in peluim cepit lauare pedes discipulorum, & detergere linteo, quo erat præcinctus. Et docens quales debent esse principes, tanquam seruos, ait: vos vocatis me Magistram, & Dominum, & benedicitis: sum etenim, si ergo Dominus, & Magister laui vobis pedes, & vos debetis alterutrum lauare pedes. In seruitutem ergo vocatus Ecclesia Princeps, ut possit ex seruitute ista ire ad solium caeleste, sicut scriptum est, sedebitis super sedes, duodecim, indicantes duodecim tribus Israël.*

Moriturus Dauid morte damnat Ioab 3. Reg. 5. & filio Salomoni mandat ut hominem deleat. Incurrit ob hoc factum apud aliquos Dauid crudelitatis infamiam. Passus est tamen homo morti proximus crudelis, ingratusque videri, ne inultam pateret innocentum ruinam. Scilicet, qui præest, non debet consulere propriæ famæ & honori, & ut muneri suo satisfaciat omnia posthabere. Hanc sen-

tentiam secutus est Ambrosius lib. 2. officiorum cap. 6. qui addit, ideo distulisse supplicium Ioab vsque ad vltimum spiritum, & in mandatis dedisse Salomoni filio, ut inauguratus denuo Rex hanc mentem inderet. Imprimis enim, qui præest bono priuato consulere non debet. Laudat etiam Ambrosius ad rem præsentem factum illud Dauidis, qui importatam aquam ex cisterna effudit. Nec enim fas est Principi cum dispendio subditorum priuatum commodum querere. *Abner ducem (ait Ambrosius) & inferentem pralia miratus est, & orantem pacis gratia non aspernatus honorauit conuiuio interemptum insidijs doluit, & fleuit, persecutus exequias honestauit, mortem vltus conscientia fidem præstitit, quam filio inter hereditaria iura transcripsit, magis sollicitus, ne innocenti vitam inultam relinqueret, quam, quo suam mortem doleret. Non mediocriter præsertim istud in Rege, sic obire humilitatis munia, ut communem sese exhiberet etiam infimis, alieno periculo cibum non querere, cibum recusare, peccatum fateri, seque ipsum pro populo offerre morti.*

Item Ambrosius sermon. 68. de Natali Apostolorum, non abs re factum putat. Ut ex Pauli abscisso capite non fluxerit sanguis, sed lac. Ei enim, qui præest nutricis in morem lac dealbecere debet ut in filiorum, id est, in subditorum alimentum cedat, eo tamen discrimine, quod nutrix partem tantum sanguinis præcordiorum calore decoquit. At vero prælatus totum sanguinem in subditorum alimenta conuertere tenetur, ut nihil sit in eo, qui præfecturam querit, quod subditorum bonum non respiciat. *De Pauli vero vertice (ait Ambrosius) cum eum persecutor gladio percussisset, dicitur fluxisse lactis magis vnda, quam sanguinis, & mirum in modum baptismi gratia sanctum Apostolum in ipsa cade steterisse splendidum, potius quàm cruentum, quæ quidem res in sancto Paulo stupenda non est, quid enim mirum si abundat lacte nutritior Ecclesia. Sicut ipse ad Corinthios ait: lac vobis dedi potum non escam.*

Genesis 18. *Descendam, & videbo, &c.* Deus quem nihil occultum latet ad terras descendit, ut quid pessimi Sodomitæ faciant oculis iustret. Hoc exemplo Prælatos docet fomnum excutere, & commissio sibi gregi inuigilare. Quod ex ambrosio lib. 1. de Abraham cap. 6. his verbis. *Descendam, inquit, ut videam. Hoc est etiam tu descendere cura. Descende indaginis studio, ne quid sit, quod fallat, aut lateat absentem, ut oculis facinus deprehendas. Eminus positi multa nescire possunt.*

2. Reg. 23. importatur Dauid aqua ardentem concupita ex cisterna Bethleem. *At ille noluit eam bibere, sed libauit, eam Domino.* Expendo cum Ambrosio Apologia priori pro Dauid verbum illud, *libauit.* Multa offerri sibi in sacrificia mandauit Deus, nec tamen vnquam alicui fuit fas in sacrificium aquam offerre. Nec tamen si aquam offerre liceret iure, id posset Dauid qui sacerdos non erat. Habent Prælati proprias hostias, quas Deo offerant, est illis suaue sacrificium, quo numen litent videlicet, ne sibi consulant, vel suæ voluptati indulgeant, cum damno subditorum. Hoc quidem sacrificium gratissimum est, & extra leges Leuiticas, quod non per sacerdotes, sed per prælatos offertur. *Rex noluit bibere (ait Ambrosius) & libauit eam Domino. Dignum etenim tanto munere fuit, ut quæ erat viuide salutis insigne fieret pietatis sacrificium. Et infra. Prospexisse etiam, ne cui Regum bibendi vsus alienis periculis quaeretur. Postremo pia vulnus conscientia deprecatur, eo quod aqua tot virorum quaesita sanguine suauitatem bibendi habere non possit, quæ proposita mortis horrore constaret. Ac si dicat Ambrosius: grata quondam fuerat Dauidi aqua de cisterna*

Orig.

3.

Luca 22. 25.

Ioan. 13. 14.

Orig.

4.

Amb.

5.

Ambros.

6. Gen. 18.

Ambros.

7. 2. Reg. 23. 16.

Ambros.

cum iustitia, ut neque zelum rectitudinis in mansuetudinis pondere mitteret, nec rursus pondus mansuetudinis zelo rectitudinis perturbaret.

Iob 2. 1. *Hæc Satan ad Deum Iobi pietatem laudantem, pellem, pro pelle, & cuncta, qua habet homo dabit pro anima sua.* Hæc verba nostræ sententiæ favere putat Gregorius lib. 3. Mor. c. 12. Prælati enim dant pro anima sua cuncta, quæ habent quando ut genio indulgeant, omnem prorsus subditorum curam abijciunt. Hi etiam pellem pro pelle dant, id est, ut cutem curent, subditorum curam negligunt. *Descuidam de suis subditos por cuidar de supelleto.* Hoc vitium tam frequens est inter eos, qui præsumunt, ut sibi certò persuaserint diabolus fieri non posse, quin & Iobus illo laboraret, unde confidenter dixit, *pellem pro pelle dabit homo.* Rari admodum inveniuntur Prælati, qui utilitatem publicam propriis commodis anteponant. *Pellem pro pelle* (ait Gregorius) *dabit homo.* Multos autem sub Sacerdotis specie in pastoralis positos loco didicerat, qui alieni valde a visceribus caritatis pro minimo aliena damna pensabant. Hunc ergo quasi ex alijs colligens, quia subtractis multis superare non vidit usque ad eius carnem, per carnis passiones exarsit.

Iob 3. 13. *Nunc enim dormiens silerem, & somno meo requiescerem; cum Regibus, & consulibus terræ, qui edificant sibi solitudines.* Eos, qui præsumunt simul Reges, & consules appellat, quia utrumque munus debent explere, ut iniuncto muneri faciant satis. Reges sunt, dum se regere norunt, & corpus suum, & animum iniuncto rationis fræno moderari: consules autem dum subditorum utilitati consulunt, dum verò utrumque perfecterint: *Edificant sibi solitudines.* Id est, Rem publicam, cui præsumunt subinde novis incrementis ornant. *Reges quippe sunt* (ait ibidem Gregorius) *sancti prædicatores Ecclesiæ, qui, & commissæ sibi recte disponere, & sua bene regere corpora sciunt, quia dum desideriorum motus in se temperant super subiectas cogitationes lege virtutis regnant, qui bene etiam consules terræ vocantur, quia terrenorum mentes per exhortationis consilium, ad cælestia pertrahunt.*

Iob 3. 21. *Qui expectant mortem, & non venit quasi effodientes thesaurum. Gaudentque vehementer, cum inveniunt sepulchrum.* Sepulchrum invenire est, se abdere, & occultare. Ergo gaudent viri sancti, cum illis licet se abdere, & aliorum aspectum fugere, tamen eis pro voto non succedit, nam inuiti ad prælaturam rapiuntur: unde dolent quod sibi sepulchrum non inveniunt, in quo occultentur, verum tamen eo tempore thesaurum effodiunt, quia ex cura animarum imensum penè, virtutum, & meritorum, cumulum sibi conquirunt. *Non nunquam enim* (ait Gregorius) *veri sancti, unde desideriorum suorum detrimenta tolerant, unde maiora lucra conuersis alijs reportant, quia dum eis vacare, ut appetunt, non licet, rapere secum alios, quibus admiscerentur, libet. Fit ergo mira dispensatione pietatis, ut unde se destructiores estimat inde locupletiores ad cælestis patriæ constructionem surgant.* Hæc Gregorius in hunc locum.

Iob 29. 14. *Iustitia induit sum: & vestiui me sicut vestimento, & diademate iudicio meo.* Hæc quæ Iobus de se ipso infert ad cunctos prælatos trahit Gregorius lib. 19. Mor. c. 18. Optima iudicij cum diademate compositio, id est, tanto studio & diligentia agebam erga mihi subditos, & in sententijs ferendis, ac si ex vnaquaque integrum mihi regnum cõpararem, & nouo diademate caput meum cingere. *Iustorum iudicia* (ait Gregorius) *rectè diademati comparantur, quia per magni operis gloriam, ad retributionis ducunt coronam.*

Iob 31. 38. *Si aduersum me terra clamat, & cum ipsa*

sulci eius deflent. Iuxta mentem Gregorij 22. Mor. c. 22. terra hoc loco significat terram desertam, & squalem ieiunaque glaream sterilem: E contra verò sulci felicem glebam, & subactam terram. Iuxta Anagogem terra clamat, id est, impetiti, vel impij homines. Sulci verò, qui in virtute profecerunt. Vtrique ergo coram Deo clamant, scilicet tam impij, quam pij aduersus Prælatos, cum se illorum cura destitutos conspiciunt. Nempè impij homines ad pietatem reducerentur si eorum curam Prælati ageret, & pij in virtute proficerent. Unde merito vtrique de prælato conqueruntur. In quem etiam sensum adducit Gregorius, verba eiusdem Iob n. 39. *Si fructus eius comedi absque pecunia, & animam agriculturalum eius afflixi.* Fructus terræ absque pecunia comedit ille qui cum præsit alijs, & ob hanc causam honorem accipiat, & annuos redditus, ipse quidem omnino iniuncti muneris curam abiicit. Oves quidem tondet, non tamen ad pascua reducit, neque lupos arcet. *Præfelli namque* (ait Gregorius) *cum semper de spiritualibus mouentur, tanto sciunt de alienis damnis ingemiscere, quanto iam edocti sunt non dolere de suis.* Omnis ergo quippe est si peruersa in subditis exercet, contra hunc terra clamat, & sulci deflent, quia contra eius iniustitiam rudes quidem populi in murmurationis vocibus erumpunt, & infra. *Fructus enim terra absque pecunia comedere est ex Ecclesia quidem sumptus accipere, sed eidem Ecclesiæ prædicationis præconium non præbere, exigimus, quod nostro debetur corpori, & non impedimus quod subditorum debetur cordi.*

Ezechielis 8. 8. *Et dixit ad me fili hominis fode parietem &c.* Iuxta expositionem Gregorij lib. 26. Mor. c. 4. Ezechiel hoc loco Prælatum significat, huic autem dicitur fode parietem, ingredi, & vide. Oportet enim, ut ipse per se parietem demoliat, nec hanc curam alteri mandet, ut latentes abominations haurire possit. Utinam Prælati murum foderent, multas proculdubio latentes abominations inspicerent, verum quia per vicarios omnia gerunt, eos latent peccata. *Etiã sancti viri* (ait Gregorius) *doctores sæpe exaggerare soleant delinquendum vitia, & ex quibusdam signis publicis occulta rimari, ut possint ex minimis maiora cognoscere.* Unde ad Ezechielem dicitur: *fili hominis fode parietem: unde mox subditur, & cum fodissem parietem apparuit ostium vnum, & dixit ad me: ingredi, & vide abominations pessimas, quas isti faciunt hic. Et ingressus vidi, & ecce omnis similitudo reptilium, & animalium abominatio & vniuersa idola Domus Israel depicta erant in pariete.* Per Ezechielem quippe præpositorum persona signatur, per parietem duritia subditorum, & quid est parietem fodere, nisi asperis correptionibus duritiam cordis increpare? *Quem cum fodissem apparuit ostium, quia cum cordis duritia, asperis correptionibus aperitur, quasi quadam ianua ostenditur, ex qua omnia in eo, qui corripitur cogitationum videantur.* Unde illic bene sequitur, & dixit ad me ingredi, & vide abominations pessimas, quas isti faciunt hic. *Quasi ingreditur, ut abominations aspiciat, qui discussis quibusdam signis exterius apparentibus ita corda subditorum penetrat, ut cuncta ei qua illicitè cogitarunt innotescant.*

Ezechielis 4. 1. *Et tu fili hominis sume tibi laterem, & pones eum coram te & describes in eo ciuitatem Ierusalem, & ordinabis aduersus eam obsidionem, & edificabis munitiones, & computabis aggerem, & dabis contra eam castra, & pones arietes in gyro.* Vniuersa, quæ hic mandantur Prophetæ curam prælati erga subditos ostendunt, iuxta Gregorij lib. 26. Mor. c. 5. Quæ suis ipsius verbis referre placuit. *Cuius enim* (ait Gregorius) *Ezechiel, nisi magistrorum speciem continet? cui dicitur:*

13.

Iob 2. 1.

Greg.

14.

Iob 3. 13.

Greg.

15.

Iob 3. 21.

Greg.

16.

Iob 29. 14.

Gregorius.

17.

Iob 31. 38.

Iob 31. 39.

Greg.

18.

Ezech. 88.

Greg.

19.

Ezech. 4. 1.

Greg.

citur:

citur: *sume tibi laterem, & pones eum coram te, & describes in eo ciuitatem Ierusalem. Doctores quippe sancti, sibi laterem sumunt, quando terrenum cor auditorum, ut doceatur apprehendunt. Quem laterem coram se ponunt, quia tota illud sollicitudinis intentione custodiunt. In eo ciuitatem Ierusalem iubentur describere, quia predicando terrenis cordibus curant summo opere, quanta sit supernae pacis visio demonstrare. Et ordinabis aduersus eam obsidionem. Et edificabis munitiones. Sancti quippe predicatorum obsidionem contra laterem, in quo Ierusalem ciuitas descripta est, ordinant, quando terrenam mentem, sed iam supernam patriam requirenti, quanta eam in huius uita tempore uitiorum impugnet aduersitas, demonstrant. Munitiones enim quippe sanctus predicator edificat quando, quae uirtutes, quibus uitijs obuiant, insinuare non cessat, & quia uirtutibus crescentibus plerumque bella tentationis augentur, recte adhuc additur, & comportabis aggerem, & dabis contra eam castra & pones arietes in gyro. Aggerem quippe comportat, quando predicator quifque molem tentationis indicat.*

20.
Ezech. 4. 3.

Ezechielis 4. 3. *Et sume tibi sartagine ferream & pones eam in murum ferreum inter te, & ciuitatem. In iunctum fuerat Prophetæ Ierusalem in laterem depingere, & obsidionem per gyrum ducere, quod ut latè ex Gregorio n. præcedenti prætulimus in iunctam curam prælatis erga subditos significat. Subinde uerò sartago ferrea interponitur inter Prophetam, & ciuitatem. Quæ sartago murus ferreus dicitur. Nempè dum is, qui præfecturam gerit commissio sibi gregi inuigilauerit, quasi quodam muro ferreo circumdat seipsum, & se aduersus Dei iustitiã tutatur. Etenim prælatus, qui abiecta desidia, & torpentis otio per seipsum rebus publicis incubuit, maxime tutus est à diuina iustitia, nec habet quo capi possit. Huius expositionis author est Magnus Gregorius post uerba præcedenti numero relata. Sartago ergo ferrea, (ait Gregorius) murus ferreus inter ciuitatem, & Prophetam ponitur, quia cum nunc fortem zelum doctores exhibent eundem zelum postmodum inter se, & auditores suos fortem munitionem ferunt. Ne tunc: ad uindictam desitui sint, si nunc ad corruptionem fuerint dissoluti.*

Greg.

VERS. 25.

Filij tibi sunt? erudi illos, & curua illos à pueritia illorum.

1. *Filij tibi sunt? Habes filios? Erudi illos. Sapientia excole eorum animos, & curua illos à pueritia illorum: minisque, & uerberibus, vrge.*

2. *Filij tibi sunt? Duo filij debentur à parentibus scilicet institutio, & supplicium, ut si minus honestate, & uirtute à malis arceantur, dolore saltem, & metu ad bonum uel inuitos, & reluctantes trahant. Primum docet illis uerbis, Erudi illos. Secundum illis, & curua illos à pueritia illorum.*

3. *Et curua illos. Græce, Et curua collum illorum, id est, uerberibus, & minis flecte. Vnde Tigurina transtulit: Et ceruicem eorum domes à iuuentute. Sumpta nimirum Metaphora à iuencis dum imposito iugo ad terram inuertendam domantur.*

4.
Dionys.

A pueritia illorum. Dionys. Carth. In qua sunt facilius domabiles, dociles, & quod tunc capiunt, retinent, sicut ramusculus recens facilius flectitur, quam ramus, qui creuit in solidum.

ETHOLOGIA XCV.

Cura parentum in educatione filiorum.

1. **F**ilij tibi sunt? &c. Primum & maximum inter moralia præcepta præ manibus nobis est. Hinc to-

tius Reipublica bonum, hoc caput totius pietatis, scilicet si parètes filios suos ad pietatem effingant, quod & nos adductis testimonijs elucidemus Mat. 13. 24. *Simile factum est regnum cœlorum homini qui seminauit bonum semen in agro suo, dum autem dormirent homines uenit inimicus eius & super seminauit zizania in medio tritici, & abijt. Cum autem creuisset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerunt & zizania. Accedentes autè serui patris familias dixerunt ei, nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Inimicus homo zizania super seminat, statim ac pater familias bonum semen iniecerat. Nam præcipue in iuuentute statim ac rationis lumen affulsit conatur diabolus herbescentem adhuc uirtutem lædere. Qui statim, & zizania iniecit abscedit, scilicet quasi perfunctus sit munere. Si enim teneram ætatem uitijs semel infecerit, discedit securus non fore ad meliorem frugem reducendum iuuenem. Vix enim dediscimus ea, quæ iuuentute hausimus, nec tamen statim ac iniecta sunt zizania malum innotuit, sed postquam creuit tunc apparuerunt & zizania. Nam teste Petro Chryologo sermon. 27. Mores pessimi, quos pueruli ebiberunt, non statim sese ostendunt, sed postquam ad maiorem ætatem peruenerint, tunc quidem sensibus sese ingerunt. Cum autem (ait Petrus Chrylogus) creuisset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerunt, & zizania, quod latet in herba, manifestatur in spica, & quod latet in gramine, aperitur in fructu.*

Mat. 13. 24.

Pet. Chryl.

Genes. 24. *Hæc Abraham ad seruum: Pone manum tuam subter femur meum, ut adiurem te per Dominum cœli & terræ, ut non accipias uxorem filio meo, de filiabus Chananæorum. Multæ circum erant gentium nationes, ex quibus feminam posset deligere seruus, quam duceret Isaac: alijs uerò ommissis, cauet ne, ex Chananæis uxorem accipiat Isaac. Chananæi enim originem ducebant à Chanaan nepote Noë, qui propter patris inuerecundiam, & impudentiam ab auo maledictus est. Ergo cauet Patriarcha, ne ex his uxorem ducat Isaacus, ne auitos mores induat, & in filium, nepotesque malum grafferet, qui enim à malo patre male fuerant educati iniquitatem, & impietatem tam firmiter hauserant, ut difficile eam possent excutere. Ita Ambrosius lib. 1. de Abraham c. ultimo. Constrinxit autem eum, ut non de semine Chananæorum uxorem acciperet Domino suo, quorum generis author patrem non honorauit. Et ideo maledictionis hereditatem transiit in suos, ut cognoscamus fidem, & quandam hereditatem de authoris profapia in his requirendam, quos nobis nolumus adiungere.*

2.
Gen 24. 1.

Ambros.

Iob 1. *Cumque in orbem transissent dies conuiuij, mittebat ad eos Iob, & sanctificabat illos, confurgensque diluculo offerebat holocausta pro singulis. Vide iusti uiri, erga filios eximiam curam. Sanctificabat illos confurgens diluculo, non distrahebat sanctificationem, sed albescente adhuc die filios adesse faciebat sacrificijs pro illis oblatis: ut pudeat quosdam, qui cum totum diem insumperint in congerendis pecunijs, nihil cum filiis pium conferunt adhuc sub noctem. Addit: Ne forte peccauerint filij mei. Non modo delere satagebat crimina, si qua filiis adhæsisent, uerum illa quæ committi poterant. Addit: & benedixerint Deo in cordibus suis. Non modo sollicitus est si forte filij re, & locutione, deliquerint, uerum etiam ne peccent corde, & animo, ne quid mente uoluant contra ius & fas. Hæc omnia cum Gregorio notauerim lib. 1. Mor. c. 4. his uerbis. O inestimabile paterne institutionis laudem. Et pater diues dicitur, & filij concordēs afferuntur, & mittebat ad eos Iob &c. cum dicitur mittebat, & sanctificabat illos aperte demonstratur, quid distractionis erga illos præsens ageret, quibus absens*

3.
Iob 1. 5.

Greg.

absens sollicitudini non deesset. Et paulo inferius. Sed quia sancti Iob tanta fuerat disciplina sancta institutionis, ut neque per facta in conuiujs, neque per verba deliquerint, aperte monstratur, cum subditur: dicebat enim, ne forte peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus suis. Perfectos quippe esse in opere, & sermone docuerat, pro quibus pater de sola cogitatione metuebat.

Enigilans autem Noë ex vino, cum didicisset, quæ fecerat ei filius iniurior, ait: Maledictus Chanaan seruus seruorum erit fratribus suis. Genesis 9. 24. Chan pater peccat, & Chanaan filius punitur. Nonnulli hoc peccatum, non Chan, sed Chanaan filio adscribunt. Hunc enim dicunt impudice hui virilia despectasse, & patri retulisse, quos filium à crimine non deterruit, nec correxit. Innuit hoc Theodoretus in hunc locum his verbis. Primo dicendum aduersus Chami socordiam, qui, quod puerum non acriter obiurgarit causa stitit autem maledictionis.

Psal. 21. 9. Sperauit in Domino, eripiat eum: Saluum faciat eum, quoniam uult eum. Sed unde hæc tam certa spes, unde tantus amor? Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre: spes mea ab uerbis matris meæ, &c. Id est, optimè à puero sum educatus, & iuxta præceptorum tuorum normam à prima ætate sum institutus, unde certo, auxilium tuum mihi adhæret, nec à me discedis unquam. Tradit hanc expositionem Ambrosius lib. de Cain, & Abel cap. 1. his verbis. Tantum ualeat institutio, ut vincat naturam, in te confirmatus sum ex uero, de ventre matris meæ tu es protector meus.

Plurimi parentum Dauidem imitantur, qui cum multa præsentiret loco, & tempore distita, quæ domi suæ erant mala, neque vidit neque præcauit. Multo tempore filius Amon fororis amore arsit infcio patre; vindictam de fratre distulit Absalon patre nescio: in super defectionem meditatus est, nec tamen Dauid tenuit rem. Huius exemplo eiusmodi parentes excitat Ambrosius in Psalmum 118. his verbis. Qui alijs profetabat domus sua mala providere non potuit.

Psal. 16. Custodi me Domine, ut pupillam oculi. De filiorum educatione præsentem verum exponit Ambrosius lib. 6. Exameron. cap. 9. qui custodiendi sunt instar pupillæ, id est, exacta custodia, & multa cura, facili enim oculus læditur. Unde à natura munitus est supercilijs, & palpebris, ne vel leuissimus puluis officiat. Ad hunc ergo modum (ait Ambrosius) parentes debent custodire filios, & ab omni labe impudicitia mundos tueri, præsertim, cum teneriorem ætatem prætergressi adoleſcentia latiore campum egredientur.

1. Reg. 2. 12. Porro filij Heli, filij Belial, nescientes Dominum, neque officium sacerdotum ad populum. Cum alijs in locis, hi duo filij Heli nominibus proprijs appellentur, nempe Ophni, & Phinees, hoc tamen loco proprijs nominibus suppressis, filij Heli appellantur, simul, & filij Belial. Quasi rationem indicans, quare fuerint filij Belial, id est, diaboli. Nempe quia fuerunt filij Heli, id est, patris, nimium indulgentis, qui horum vitia non repressit, neque eos ad pietatem effinxit.

Genesis 4. 26. Sed & Seth natus est filius, quem uocauit Enos: iste capit inuocare nomen Domini. Exponens hunc locum Chrysoſtomus homil. 21. in Genesim merito obseruat nascens mundi exordio non temere, aut casu imposta fuisse filiis nomina sed magno cum delectu, ac si hæc nomina magna continerent sacramenta. Ut videre est in nomine Adam, Eua, Cain, Abel, & reliquis. Imo procedente tempore, id etiam obseruatum est à sanctissimis Pa-

triarchis, Abrahamo, Isaacho, & Iacobo. Quod factum autumat Chrysoſtomus, ut moneamur tantam habendam esse curam filiorum ab ipsa prima ætate, ut neque nomen eis imponatur temere. Vidisti (ait Chrysoſtomus) appellationem diademate pulchriorem, purpura nobiliorem? Quid fuerit illis beatus, qui inuocatione Dei ordiatur, id quod pro nomine possidet? Non solum hic parentum monstratur pietas sed & magna erga pueros diligentia, & quomodo statim ab initio erudiebant pueros, & qui ipsis nascebantur admonentes appellationibus, quasi illis imponebant, ut virtutem exerceant.

Genesis 18. 17. Dixitque Dominus: num celare poterit Abraham, quæ gesturus sum? Sed quæ causa est, o Deus ut nihil celare possis Abrahamo? Numquid vitæ sanctitas? Numquid erga te pietas? Num quia patriam deseruit, ut te unum inſequeretur? Scio enim quod præceptorum sit filijs suis, & domui suæ post se, ut custodiant viam Domini, &c. Hoc unum virtutis genus reliquis antefertur, quod scilicet educaturus sit filios iuxta legem Domini. Hoc maxime apud Deum ualet, hoc Deum expectat. Hanc sententiam tradit Chrysoſtomus homil. 42. in Genesim, cuius verba transcribo. Nouit enim quod constituit filios suos, & custodient vias Domini. Non solum de ipso prædicat, quod constituet sed de filijs eius, quod custodient vias Domini Dei Isaac, & Iacob insinuans, vias Domini hoc est mandata, & præcepta, ut faciant, inquit, iudicium, & iustitiam, nihil inquam præferendo iustitiæ, & viuendo citra omnem iniustitiam.

Missus de valle Hebron, venit in Sichen. Hæc de Iosepho habes fratres requirente Genesis 37. num satis apte puerulus deligitur huic muneri & tantæ peragenda viæ: Præcipue in prediuiti familia, & copiosa, in qua tot erant seruuli quibus posset hoc munus mandari. Hanc dubitationem cum præmississet Philo lib. quod deterius potiori insidietur, soluit recurrens ad Anagogem. Vallis idem est, ac corpus, mittitur ergo Iosephus à patre suo de valle Hebron, id est, de corpore, quia pater curare debet, ut filius omnes corporeos affectus deponat, & fratres suos quærat, id est, spirituales animi affectiones sequatur. Sed vides (ait Philo) quod locus unde missus sit curiosè proditur in sacris litteris tantum, non retrahens nos certissimis notis à victo intellectu. E valle Hebron, inquit, quæ figurate corpus nostrum significat, quod quasi comparatum ex amicitia, societateque coniunctum est cum anima.

Exodi 13. Omne autem primogenitum hominis de filijs tuis pretio redimes. Non modo sibi offerri præcipit Deus frugum, & animalium primitias, sed etiam primogenitos filios sub nomine etiam primitiarum. Neque non minus filij Deo debentur, quam reliqua omnia. Nec minor gratia Deo referenda est ob proles, quam ob frugum, & brutorum incrementum, imo vero multo maior. Insuper, non minus sedulo se debet præbere pater in filiorum cultura quam in agricolatione, aut in reliquis, quæ ad rei familiaris augmētum pertinent, sunt enim plures, qui cum magna cura, & labore terram subigant, & congerendis pecunijs infudent, in educatione tamen filiorum torpent. Audi Philonem huius expositionis authorem libro de præmijs, &c. Hæc lex (ait Philo) non contenta primitijs omnium prouentuum, alias in super exigit animarum, atque corporum, nam liberi sunt parentum partes separabiles. Imo (si verum fateamur) inseparabiles, propter communem sanguinem, & latentem quandam rationem generis, demanantem à maioribus natiua beneuolentia, coniungente affectus mutuos. Pulchre Philo appellat filios parentum partes separabiles, vel inseparabiles. Nam tanta cura debet

agere parens in filiis educandis, ac in sui ipsius, corporis, & animæ motibus componendis.

13. *Sed & Seth natus est filius, quem vocavit Enos: iste capit invocare nomen Domini, hic est liber generationis Adam.* Philo lib. quod deterius potiori insidietur, legit, *hic est liber generationis hominum.* Quasi vero antequam Seth vir pius religiose educasset Enos filium homines non essent. Certè qui educationis filiorum curam abiiciunt inter homines censendi non sunt. Dicitur autem Enos iuxta Philonem spes, quia in recta filiorum educatione omnis spes Christianæ religionis sita est. Alij verò interpretantur nomen Enos, vt idem sit ac homo, vel vir, nam illi tantum qui rectè educantur hominis appellationem merentur reliquis inter animantia computatis. Ergo quoniam quantum potuimus (ait Philo) declarauimus veracissimo Moysi testimonio sapientis proprium esse gaudium, ostendens spem quoque maximè in hunc competere teste eodem: sic enim loquitur de Seth filio cui nomen Enos, quod interpretatur spes. Hic primus sperauit invocare nomen Domini. Recto vero homini, quid magis potest esse proprium, quam spes, & expectatio bonorum accipiendorum à solo Deo munificentissimo. Quod genus, si vera fieri volumus, proprie hominum est, tanquam hi, qui non sperant in Deo extra naturam rationalem esse censeantur. Ideo, cum dixisset de Enos hic sperauit invocare nomen domini Dei: diserte infert: hic est liber generationis hominum proborum.

14. *Genesis 6. Postquam enim ingressi sunt filij Dei ad filias hominum, illaque genuerunt, isti sunt potentes à seculo viri famosi.* Philo lib. *Quod Deus sit immutabilis paulo aliter legit, nempe. Illaque genuerunt sibi.* Nempe filia hominum non Deo sed sibi genuerunt, non Deo, sed sibi pariunt, non Deo, sed sibi educant. Hæ filia hominum eos parentes adumbrant, qui filios suos ad virtutis normam non effingunt. Id enim tantummodo desiderant, vt longam ex illis sobolem numerent, multis diuitiis, & honoribus augeant, quod vero pij sint, & iusti omnino non curant. *Quæ hic vocantur* (ait Philo) *congressu gignunt sibi, non Deo, quod enim proprie Deo gignitur virtutes sunt integre. Nec minus abominandi sunt omnes, qui sibi ipsis generant, id est, qui propriam tantum utilitatem captant contempniti cæteris, tanquam sibi solis nati, non item innumeris, patri matri uxori, liberis, humano generi, & hoc amplius, si dicere fas est, cælo, terra, vniuerso mundo.*

15. *Genesis 22. Benedicam tibi, & multiplicabo seminum, sicut stellæ cæli, & veluti arenam, quæ est in litore maris.* Iuxta Philonem lib. de somniis optimè iustorum soboles, cum arena maris componitur. Procelloso mari terris excidium minanti arenam littoralem Deus obiecit, qua velut carcere continetur, ne terras inundet. Attollit quandoque vitium ad cælum vsque fluctus & quasi conetur integram Christi Ecclesiam obruere voluit fluctus ad littora, sed quem quæso obicem furenti pelago obiiciemus? quibus repagulis ferocientem vndam tenere valebimus? Arenam littoralem obicere, id est, rectam puerorum educationem. Desèuit hæresis, grassatur perditorum morum pestis, inanium Deorum cultus, multorum hominum mentes adhuc detinet. Vnum restat, quo serpenti malo obuiam ire possimus, nempe pia puerorum educatio. Hac enim adhibita malum vltèrius serpere non potest. *Progenies autem sapientia* (verba sunt Philonis) *cum arena confertur, tum propter multitudinem incomprehensibilem, tum quia marinas vndas littoralis arena obiecta repercutit, sicut peccatorum fluctus recta per verbum diuinum institutio.*

16. *Psal. 105. 37. Et immolauerunt filios suos, & filias*

suas demonijs. Et effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum, & filiarum suarum, quas sacrificauerunt sculprilibus Chanaan. Et infecta est terra in sanguinibus, & contaminata est in operibus eorum. Vide quæta verborum varietate hoc scelus attollat Propheta. Nec tamen vnquam pro dignitate contra hoc malum scuitum est. His persimiles facit Philo lib. de offerentium victimis, parentes, qui negligunt curam filiorum educationis. Et sane æqua est infania, imo vero hæc multo maior, nam illa filiorum corpuscula in honorem idolorum cremabant, at vero illi, non modo corpus exurendum obiiciunt, verum, & animas mactant. Quanto ergo animus corpus excedit, tantum hos illi immanitate superant. Illi soli (ait Philo) *adhæreamus supplices, ac ne deuicti quidem ab hostibus emulantur impias eorum ceremonias, in honorem deorum exturtes filios, ac filias, non quod hic mos sit omnibus Hebræis, nec enim tam fero sunt ingenio, vt iniustitiam quam in bello, ab insensissimis hostibus, in pace charissimis pignoribus inferre sustineant, sed quia reuera concremant, corruptuntque animas ex se prognatorum, dum ab incunabulis in teneras etiam, tum non incultum veritatis dogmata. Unde vnum verum Deum discere valent.*

Ex natura etiam rapacium volucrum, hoc idem euincit Basilius homil. 18. in Exameron. Aues illæ, quæ ex raptu viuunt cum pullos suos ad iustam atatem aluerint, eos rostro vnguibusque ex nido pellunt, vrgentque, vt sibi victum quærent, ne defides efficiantur, si paternis alantur sumptibus. Tum quia oportet vt qui vitam ex rapina transfacturi sunt à tenera atate venationi assuescant. Quo factò optimè carpuntur parentes, qui filios multis diuitiis ditant, & tamen eos remissos, & defides effingunt, neque victum parare docèt, quo fit, vt ad miseram fortunam deuolare patrimonij dilapident. Vel etiam hi aues imitantur immites, qui pullos suos nido pellunt, neque eorum curam gerunt postquam tantisper aluerint. *Huiusmodi parentes* (ait Basilius) *hic sunt in liberos perduri, & inclementes, quia prætextu à paupertate quasitos suos infantes exponunt, aut certè iniquissimos se declarant patrimonio in filios partiendo. Iustum enim, vt quemadmodum cuique, vt deest tribuere, sic ad viuendum pleræque dispartiantur facultates. Imitari nolint crudelitatem earum auium quibus vngues adunci sunt, & incurui, quia cum suos senserint fetus volandi iam potestatem consecutos esse alis eos impingentes nidis depellunt, nullamque deinceps erga illos extrusos curam deinde, ac diligentiam adhibent: laudandus sanè coruinus erga suam prolem amor laudanda est diligentia, hæc enim suos pullos volantes comitatur, suppeditatque alimoni am.*

Psal. 118. Retribue seruo tuo viuifica me, & custodiam sermones tuos. Verbum illud retribue expendit Basilius in Psalmum 7. quod non rectè in Deum cadere videtur. Nam ille tribuit qui prior largitur, qui vero tribuenti vicem rependit, hic retribuere dicitur. Ergo cui Deus retribuere potest? Quis enim prior dedit ei, vt retribuatur ipse? Basilius, non ideo dictum putat retribuere, quasi nos Deo prius retribuimus, sed quia Deus prius dando priori sua largitione ad dandum in posterum quodammodo se reddiderit obnoxium, quod enim in hominibus est recipere, quod recipientem reddit etiam ad obligatum, hoc idem in Deo est dare, & hoc reddidit eum ad retribuendum obnoxium. Hac similitudine vrget Basilius parentes, vt filijs consulant, non quia ab illis aliquid acceperint, sed quia eis prius aliquid dederint, nempe naturam, quapropter tenentur, eandem naturam ornare quam dederunt iuxta leges pietatis &

& humanitatis, & ad omnem virtutem efformare. Ergo pater qui prius naturam dedit ex vi prioris donationis tenetur, eandem naturam instruere. *Arbitror autem* (ait Basilus) *quando pro petitione, quasi repetitionem ponens oratio retributionis requirit, quod tale demonstret sensu providentia, ac iure deditum, quod ex natura parentis necessario debent liberis, hoc mihi exhibeas peto. Debetur autem liberis à parentibus secundum naturalem affectum sustentanda vita providentia, seu proventus. Parentum enim, inquit, est colligere, sine thesaurum recondere liberis, ut propter hoc, quod ad vitam illos genuerunt, etiam viuendi subsidia subministrarent. Ad hunc modum in scripturis in primariis actionibus nostris reditionis, seu vicaria retributionis dictio vsurpari solet.*

Esaiæ 10. 13. sub persona Regis Asur hac verba iactat diabolus. *Dixit enim in fortitudine manus meæ feci, & in sapientia mea intellexi, & abstuli terminos populorum, & Principes eorum depradatus sum, & detraxi quasi potens in sublimi residentes.* Vide quanta se gloriatur diabolus effecisse, & totum ferme orbem debellasse. Sed quam ratione rem tantam conficere valuit? & inuenit quasi nidum manus meæ fortitudinem populorum, id est, ego quidem ait dæmon, quasi in nido auium oua collegi. Vide dæmonis artem & qua ratione tatum in homines valuit, nempe insidiando ouis, & ea furripens, dum in nido fouentur & excluduntur. Scilicet dum dæmon à pueritia homines inficit, & negligens facit parentes erga illorum culturam, ad omnia peccata eos pertrahit. Hæc est mens Basilij Hom. 5. in Martyrem Iulitam agentis de dæmone his verbis. *Quippe, qui consueuerit magnificas illas voces exprimere impotentis superbia insolecens, se scilicet concussurum vniuersum terrarum orbem, & quasi nidum comprehensurum, & veluti oua derelicta in medio sublaturum vrbesque adducturum in solitudinem.*

Basilus Hom. 20. quæ est de quadraginta martyribus qui apud Sebastem passi sunt matrem laudat, cuiusdam martyris ex illo numero: quæ filium ad passionem verbis armavit, à carnificibus seminecem derelictum humeris portauit, ac tandem eius corpus in eundem rogam iniecit in quo aliorum corpora conflagrabant, his verbis virtutem mulieris attollit. *O Matrem felicem, & bonæ radicis bonum germen. Ostendit generosa parens, quemadmodum pietatis studijs eum magis, quam lacte educauerat. Et hic quidem, sicut nutritus, sic elatus à pia matre.*

Basilus Hom. 21. apta similitudine rem exponit: dum nobis occurrunt viperæ, aut scorpiones admodum exigui, qui adhuc nocere non possunt, conamur tamen interficere, quia eorum futuram vim nocendi ex paterno veneno facile colligimus: ita etiam cum videris malorum parentum filios, etiam si nõdum eos videris quicquam mali facientes; nihilominus, quam sint futuri mali ex pessima eorum institutione facile venari poteris. *Quemadmodum enim* (ait Basilus) *scorpij filium quicumque aspexerit, metuit: ne vbi per atatem licuerit patris venenum imitetur, sic etiam, & ex te discentes liberos, et paterno iniquitatis heredes futuros, priusquam ad atatem veniant, oranes cauebunt, illisque insidiabuntur.*

Filiæ tibi sunt? serua corpus illarum, & non ostendas hilarem faciem ad illas.

Filia tibi sunt? serua corpus illarum. Habesne filias? serua corpus illarum, curando ne in publicum prodeat, ne uispectaculis interfuit, aut viris aliquomodo pateat aditus, in conclauis eas conijce, & ianuas, fenestrasque diligenter obserua, feminarum enim

sexus adeo lubricus est & simplex, vt multis pateat insidijs, & si earum pudori consulere velis hæc cautiones tibi adhibendæ sint. *Et ne ostendas hilarem faciem tuam ad illas.* Seuerumque & grauem erga illas semper te exhibe, ne ex humanitate tua ad lapsum occasionem arripiant, fæminæ enim potius timore ducuntur, & ex patris autoritate nouerint filios esse seueros, ne eorum amore facile flectantur.

Trade filiam, & grande opus feceris, & homini sensato da illam.

Trade filiam, id est, loca eam in matrimonio. *Et grande opus feceris, & rem eximiam feceris.* Nam, & illam periculo incontinentiæ, & te grauissimo onere liberabis, & homini sensato da illam, & viro non dico nobili, aut locupleti, sed prudenti eam in matrimonio iunge. Sat erit nobilis & diues, si prudens sit. Lege Theophrastum lib. de nuptiis cuius hoc est argumentum.

Et grande opus feceris. Nos, rem magnam præstabis. Hug. Card. Et grande opus feceris, id est, utile vel grande, quia magnæ rei sacramentum est matrimonium, sicut dicitur Ephesorum 5. Vel forte grande opus dicitur, quia inter domesticas curas nulla maior.

ETHOLOGIA XCVI.

Cura parentum erga filias.

Filia tibi sunt? &c. Peculiariter monet filiarum Educationem, qua in re & periculum maius est, & maior exigitur cura, infirmior enim sexus nullo negotio in malum flectitur, nec difficile etiam ad bonum effingitur. De quo Psal. 101. 37. *Et immolauerunt, filios suos, & filias suas demonijs. Et effuderunt sanguinem innocentem: sanguinem filiorum suorum, & filiarum suarum, quas sacrificauerunt sculprilibus Chanaan.* Satis videbatur dixisse: immolauerunt filios, suos, ibi enim sub principaliori sexu etiam fæminæ intelligi poterant. Et tamen addidit: & filias suas demonijs, & iterum: & filiarum suarum, quas sacrificauerunt sculprilibus Chanaan. Hæc filiarum oblatio, vt refert Petrus Simon tractatu de Epiphania cap. 14. Veneri fiebat. Ergo iuxta mysticum sensum Veneri filias offert, qui earum pudorem non multum curat; de his merito conqueritur Deus prædictis verbis, quia peculiariter apud Deum offendunt, qui filiarum curam negligunt.

Hieronymus Epistola ad Metriadem hoc præceptum matribus iniungit erga filias. *Nunquam sola, nunquam sine matre prodeant.* Videtur Hieronymus naturam accipitris respexisse. Hic enim difficile capit columbam dum gregatim volat, quapropter vnâ aliquam ex aliarum consortio conatur seducere, quam facile capit, rostro vnguibusque discerpit. Ergo procus filiam non solam inueniat, nec longius à matre agentem, ne facile eam seducat. Quo etiam respexit Oseas cap. 7. n. 11. *Ephraim quasi columba seducta non habens cor.* Seducta columba dicitur, id est, ab aliorum consortio segregata quam facile accipiter discerpit.

Cant. 1. 10. *Collum tuum sicut monilia.* Cum instar seruæ filia collum nexibus ferreis inferuerit; tunc quidem pulcherrima incedit, & omnium oculis spectanda. Ergo filiæ multo metu instituendæ sunt, & instar ancillarum tractandæ. Hac enim ratione non audebunt, aliquid cõtra propriam pudicitiam, aut contra parentum honorem moliri.

4. Ecclesiastici 42. 12. *Filia patris abscondita est vigilia*, id est, filia etiam si abscondita sit, & virorum aspectus fugere nouerit vigilia tamen est patris, id est, multam vigiliam parentibus inducit, neque eos capere somnos quietos finit. Ergo si filia honestis imbute moribus tantæ curæ est parentibus, quantum negotium faceffet illa, quæ vltro in publicum se dat, & nutibus oculorum procos accerfit. Alij verò hac ratione exponunt. *Filia patris abscondita est vigilia*, id est, videtur, quidem pater nihil de filia curare, & omnem de illa honeste collocanda curam abiicisse, sed tacitus secum nihil aliud voluit. Et dum alij in vtramque dormiunt aurem ipse hac cura stimulatus, vigilat. Ego autem aliter locum exposuerim, nec tamen longius à re nostra, filia abscondita, id est, filia innupta, & virgo, vigilia est patris, id est, præ inducã sollicitudine somnũ à parentibus abigit; dum inter se tractant, cuiam honesto viro eam despondeat. Hebræa enim phrasi puella innupta abscondita dicitur, quia omnium oculos latere debet. Vnde subdit nu. 13. *Ne cum viro suo adultera fiat*, id est, ne si cum in paterna domo est, viros alloqui assuecat, dum nupterit mariti torum violet. Ego vero hoc loco, aliter legendum existimo, nempe: *Ne adultera fiat*, id est, ne minus habilis sit ad matrimonium, si grandior sit ætate.

5. Cum se iam in matrimonio locatã videret sponsa honestissimo, ac potentissimo viro, angebatur cura erga sororem paruulam, sed iam nuptui habilem. Vnde eum sponso hæc verba miscebat Cant. 8.8. *Soror nostra paruula est, & vbera non habet, quid faciemus sorori nostræ in die quando alloquenda est?* id est, est mihi soror, ô sponse, quæ præ ætate locari non potest in matrimonio. Nam nondum ei vbera turgent, quod inditium est adultæ ætatis, qua ergo ratione apto tempore eam in matrimonio collocabimus? vel quam dotem ei assignabimus? cui sponsus; *Si murus est, adificemus super eum propugnacula argentea*, id est, arctissima custodia intra murorum, & parietum ambitum occludatur: *Qui si præ vetustate rimas fecerint, refarciantur sine mora*, ne cuiusquam aspectui pateat: Hoc autem efficiatur etiam si argento foramina sint obturata, vel etiam si multa pecunia sit infumenda in refarciendo sarta tecta, *si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis*. Si verò aliquod sit ostium per quod à procis videri possit, quod rimas fecerit, compingamus illud tabulis, quæ si ex alio ligno non suppetant, ex cedro vel precioso aliquo ligno excidantur, vel ex cedro, quæ nulla temporis iniuria læditur. Hac enim ratione facile honestissimus quisque vir in matrimonio sibi dari exoptabit si nouerit eam ab omnium oculis remotam degisse. Hæc arcta custodia illi pro dote danda est, annuit sponsi dictis sponsa. *Ego murus, & vbera mea quasi turris*, id est, ideo me tantus Rex in matrimonio sibi iunxit, quia intra altissimos muros, & arctissima claustra sui educata.

VERS. 28. *Mulier si est tibi secundum animam tuam, non proicias illam: & odibili non credas te.*

1. *Mulier si est tibi secundum animam tuam*. Si natus es vxorem ingenio, & moribus tibi similem: *Non proicias illam*. Facto repudio, ne è domo expellas, & odibili non te credas: eam verò, quæ ingratiss est moribus, ne ducas.

2. *Secundum animam tuam*. Nos exposuimus, tibi moribus, & ingenio similem. Alij secundum animam tuam, id est, secundum desiderium tuum, quam

optasti, quam desiderasti. Non longe Tigurina, quæ transtulit, ex sententia. Sunt nonnulli, qui hunc locum hac ratione exponunt. Si vxorem qualem optabas, vel tibi similem nactus es, ne eam thoro pellass, & pellicis odiosæ, & importunæ, ne te tradas. Itaque iuxta hos his verbis carpitur adulterium, contra quosdã qui nobilibus & pulcherrimis vxoribus relictis færentia scorta, & fornices maleolentes amat. Ego vero in paraphrasi veriore sententiam secutus sum: mulier si est tibi secundum, animam tuam, si tibi simile moribus & ingenio vxorem duxisti: similitudo enim in moribus multum iuuat ad matrimonium. Hugo hac ratione exponit, *secundum animam tuam, id est, ad salutem animæ tuæ, qua scilicet non scandalizat te. Ne proicias eam à domo tua, & à corde tuo.*

Et odibili non te credas. Nos, mulierem ingratis moribus ne ducas. Alij, si verò tibi iã matrimonio mulierem conduxisti difficilè, & morosam, ne eam expellas, verum tamen ne ei te fidas. Fauent huic expositioni pleraque exemplaria latina, quæ verba illa, *in toto corde tuo*, à qua codex vulgatus initium subsequenti sententiæ auspicatur, huic sententiæ subiungunt hac ratione, & odibili non credas te in toto corde tuo, id est, si nactus es vxorem ingenio difficilem ne eam secretorum tuorum participem facias. Verum constat ex Græcis illud, in toto corde tuo, subsequenti sententiæ fore coniungendum. Tantum enim habent in posteriori parte sententiæ, & odibili non des te ipsum. Quæ verba cum nostra lectione coherent, & nostræ expositioni, id est, ne improbis moribus præditam feminam ducas. Qui modus exponendi optimè posteriorè partem priori opponit. Fauet item Tigurina, quæ integrum locum hac ratione reddit. *Vxorem ex sententia nactus ne repudies, nec te permittas odiosæ*. Tandem tertio alij, vt diximus, per mulierem odibilem scortum intelligunt cui non adhærentum docet pulsa vxore, & odibili. Diony. Carth. Mulieri instabili, & peruersæ, aut astutæ, ac blandæ, non cõfidas sine tui custodia.

In toto corde tuo honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliuiscaris. VERS. 29.

Memento quod nisi propter illos natus non fuisses, & retribue illis, quomodo, & illi tibi. VERS. 30.

In toto corde tuo honora patrem tuum. Sero, & ex animo cole, & omnibus officiis prosequere patrè tuũ. *Et gemitus matris tuæ ne obliuiscaris*, & dolores quos mater tua, cũ te in vtero gestaret, cum peperit, cum educauit passa est, ne obliuioni tradas. *Memento quod nisi per illos natus non fuisses*. Memineris, quod nisi per illos vitam non haberes, & in communes auras non produisses. *Et retribue illis quomodo, & illi tibi*: & refer gratiam, si non parem, & similem. Et quomodo illi vitam tribuerunt, tu illis etiam confer, victum, & ad vitam necessaria suppeditando.

Et gemitus matris tuæ, &c. Quos in nixu, vel in educatione edidit, forte, & gemitus, quos illa edidit, dum à te opem exposceret, vel de inhumanitate tua conqueritur, vel dum te peruersa sequentem deplorat.

Memento, quod nisi per eos natus non fuisses. Græca maiori cum aculeo. *Memento quod per eos natus es, & quid reddes illis sicut, & illi tibi?* Memineris per eos aditum tibi patuisse in hanc vitam, ergo nihil illis par reddere potes, nam diis, parentibus & magistris parem gratiam referre non possumus. Nonnulla exemplaria Græca non habent dictionem illam

lam, natus. Sed parum ad sensum refert nisi quod illa ablata maiori cum gratia sententia effertur.

Deum ex tota anima tua. Nihil desiderando nisi ipsum, nihil ipsi proponendo vel aequiparando, sed ipsum omnibus.

Et honorifica sacerdotes eius. Et præbe sacerdotibus ad victum necessaria. Tum reddendo partes, quæ ex Dei præscripto, eis in vsum cedunt. Tum datis elemofynis, ad eorum sustentationem necessariis. Simile est illud apud Paulum. *Qui bene præsumt presbyteri duplici honore habeantur digni.*

Et propurga te cum brachijs. Hæc pars, quæ in Græcis desideratur, varie in latinis effertur codicibus, & multiplicem habet expositionem. Imprimis codex vulgatus, *propurga te, vel purga te cum brachijs.* Nos exposuimus, oblati sacrificiis purgare animam tuam cura. Nam ex sacrificiis pro peccatis armus dexter, vel brachium dextrum in vsum cedebat sacerdotum legis præscripto. Ita enim esse faciendum in hostiis pacificis, & pro peccato lex iubet Leuit. 9. Alij commemoratione armorum dextrorum dicunt significari hostias pingues esse offerendas, quas dextras appellare solemus. Illud enim quod pulchrum, quod bonum, quod pingue, dextrum dicimus. Ergo ne offeras macram hostiam, sed pinguem. Iuxta illud Malachia 1.8. *Si offeratis cacum ad immolandum nonne malum est? Et si offeratis claudum, & languidum, nonne malum est?* Alij habent *propugnato cum brachijs.* Quo significatur sacerdotes totis viribus & brachiorum lacertis fore defendendos, non vero maledictis proscindendos, aut vituperandos. Paulus de Palatio. *Propurga te cum brachijs, id est, non solum ore, sed opere, non tantum confessione peccatorum, sed etiam pro eo muneribus oblati.* Item idem infra: *Forisam allusio est ad id quod mandatur Leuitici 7. Qui offert victimam pacificorum tenebit manibus adipem hostia, & petusculum.* Hæc brachijs eleuabas offerens ideo appellabatur petusculum eleuationis, ut in eodem capite dicitur: *ita enim habes: Petusculum eleuationis, & armum separationis tui à filiis Israël de hostijs eorum pacificis.* Et dedit Aaron sacerdoti, & filiis eorum lege perpetua ab omni populo Israël. Cum igitur, hac esset lex, ut populus daret petusculum sacerdotibus, quod (ex sacra ceremonia) brachijs eleuabat, ideo, inquit, propurga te brachijs eleuando oblationem, quam pro purgatione oblaturus es. Dionysius: *propurga te cum brachijs, id est, cum bonis operibus, vel elemofynas faciendo, de brachiorum tuorum laboribus: seu per oblationes tuo labore acquisitas.*

Malac. 1.8.

Palatio.

Leuit 7.

Dionys.

Da illis partem sicut mandatum est tibi VERS. 34.

primitiarum, & purgationis: & de negligentia tua purga te cum paucis.

Datum brachiorum tuorum, & sacrificium sanctificationis offeres Domino, & initia sanctorum. VERS. 35.

Da illis partem sicut mandatum est tibi. Da sacerdotibus partem, quæ ex legis præscripto debetur, primitiarum, scilicet primitias frugum, & purgationis: & sacrificium quod pro purgatione perpetuarum, vel leproforum offerebatur. Et de negligentia purga te cum paucis. Insuper offer etiam hostiam quæ ob peccatum, vel negligentiam ex lege debetur. Et hoc quidem feceris, etiam si pauci sint, qui hoc præceptum adimpleant. Datum brachiorum tuorum, & sacrificium sanctificationis offeres Domino. Offer etiam sacrificia pacifica ex quibus armus dexter cum petusculo cedunt sacerdotibus in vsu. Insu-

per

VERS. 31. In tota anima tua time Dominum, & sacerdotes illius sanctifica.

VERS. 32. In omni virtute tua dilige eum, qui te fecit: & ministros eius ne derelinquas.

VERS. 33. Honora Deum ex tota anima tua, & honorifica sacerdotes, & propurga te cum brachijs.

1. Hi tres versus eandem sententiam continent; ideo simul exponendi. *In tota anima tua time Dominum.* Id est, ex animo reuerere, & cole Deum. *Et sacerdotes illius sanctifica.* Et sacerdotes illius vt sanctos & Deo consecratos venerare. *In omni virtute tua dilige eum, qui te fecit.* Pro viribus creatorem tuum dilige. *Et ministros eius ne derelinquas.* Et eos amore prosequere, qui ei in sacris inserviunt. *Honora Deum ex tota anima tua.* Pro viribus honorem Deo exhibe, & honorifica sacerdotes, & propurga te cum brachijs. Et tribue sacerdotibus quæ eis ex lege debentur, dum immolant, & te palam purga per sacrificia.

2. *In tota anima tua time Dominum.* Cole, venerare, hoc enim est timere, vt supra multis exposuimus, & hoc proprie significat verbum Græcum, quod hic habetur. Hugo Card. vt nihil audeas contra illum. *In tota anima time Deum, qui nihil timet nisi Deum, & propter Deum.*

3. *Et sacerdotes illius sanctifica, id est, homines Deo sacros venerare.* Etenim verbum Græcum, quod noster transtulit est, idem, ac venerare. Huc referendum verbum sanctifica, id est, tanquam viros Deo consecratos venerare. Dionysius: reuerenter honora saltem ratione officij per quod ad diuinum cultum sunt ordinati.

4. *In omni virtute tua dilige eum qui te fecit.* Est enim Deus totius viribus animæ diligendus. Hug. Card. id est, in tota fortitudine tua, quæ est in sustinendo gratia: & aggrediendo ardua propter Deum.

5. *Et ministros eius non derelinquas.* Verbum Græcum, quod noster transtulit ministros, non quocumque ministros significat, sed eos, qui seruiunt in sacris, & illis addicti sunt. Sapius enim in lege iubetur, vt Leuitis, & sacerdotibus opem feramus. Deuteron. 12. *Caue ne derelinquas Leuitam in omni tempore* Glossa. Timorem Dei & amorem se habere ostendit, qui honorat, & timet ministros eius; vnde qui vos spernit, me spernit. Hugo Card. *Cum eis conuersare, vel non derelinquas, id est, non contempnas. Sicut illi, qui prelati suis, nolunt suas conscientias aperire per confessionem, sed alios eligunt, vt minus erubescant: Similes Iudæ de quo legitur Matthæi 27. Videns Iudas, qui eum tradidit, quod damnatus esset penitentia ductus retulit triginta argenteos principibus sacerdotum, dicens: peccauit tradens sanguinem iusti. At illi dixerunt: quid ad nos, tu videris. Quasi dicat: nos non habemus potestatem absoluedi te: intellige de mortali.*

6. *Honora Deum ex tota anima tua.* Aggreditur dicere de muneribus Deo deferendis, per quæ exterius reuerentiam, & cultum testemur. Honora Deum, cultum internum, quem tibi in prima sententia iniunxi iubeo vt exterius prodas, præcipue per decimarum, & sacrificiorum oblationem. Iuxta illud Prouerb. 3. honora Dominum de tua substantia & de primitiis frugum tuarum. Græcis est time Deum, quia ob reuerentiam, & Dei cultum subueniendum est sacerdotibus. Hugo Cardinal. *Honora*

Dionys.

Hugo.

5.

Matth. 27.

6.

Hugo.

per sacrificia ad expiandas irregularitates. *Et initia sanctorum offeres Domino.* Et primitias primitiarum offeres Deo.

2. *Da illis partem.* Relatium illis proculdubio ad sacerdotes referendum est, vt plane ex Græco codice constat.

3. *Sicut mandatum est tibi.* Quia iuxta legem sacerdotes, & Leuitæ publicis sumptibus & oblati donis alebantur, vt iam exponit.

4. *Primitiarum.* Primitia autem debebantur ex omnibus fructibus, & seminibus.

5. *Et purgationis, & de negligentia tua purga te cū paucis.* Græca tantum habent, & pro negligentia. Quam partem duabus dictionibus optime expressit latinus interpres, scilicet, & de negligentia, & purgationes. Nam sacrificium illud, ad quod allicit author duplex est. Aliud quod pro puerpera, vel leproso fiebat, quod optime exposuit per nomen purgationis; purgabatur autem per illud, tam leprosi, quam puerperæ. Aliud est, quod pro peccato, vel negligentia fiebat, quod sacrificium, pro peccato appellabatur. Hoc autem exponit per nomen negligentia. Lyra, & purgationis. *Id est, decima, quæ debebantur Leuitis, sed abs re.*

Lyra.

6. *Datum brachiorum tuorum.* Meminit sacrificiorum pacificorum, in quibus armi dextri, cum petusculo ad sacerdotes pertinebant. Armus enim, vt constat ex Græcis pro brachio sumitur: nam saepe in Leuitico vbi mentio fit de armo dextro in Græcis est brachium dextrum. Non insolenti etiam latinis locutione. Vnde male quidam per datum brachiorum exponunt dona, & eleemosynas, quas ex proprio labore porrigimus. Paulus de Palacio: *Datum brachiorum, id est, decimas, ex omnibus, quæ brachiorum tuorum opere tibi conquisiisti.* Nec melius.

Palacio.

7. *Purga te cum paucis.* Hæc in Græcis non extat. Quam partem nos sic exposuimus: vt scilicet pauci sint, qui velint de commissis peccatis veniam petere, & ab illis se expiare sacrificiis, & donis. Iansenius de sacrificiis pauperum locum exponit, id est, quod si præ paupertate, non possis offerre ea, quæ diuitibus lex iubet offerri saltem paucis te expia, id est, minutulis illis donis, & sacrificiis, quæ pauperibus lex offerri iubet. Et sane de pauperibus, quorum hic author meminit habetur Leuitici 12.8. *Quod si non inuenerit manus eius, nec potuerit offerre agnum, sumet duos turtures, vel duos pullos columbarum, vnum in holocaustum, & alterum pro peccato, orabitque pro ea sacerdos, & sic mundabitur.* Dionys. Carthul. id est, paucis hominibus presentibus, ne culpa tua euulgetur.

Iansen.

Leuit. 12.8.

Dionys.

Hugo.

Hugo Card. *Cum paucis, id est, per pauca, quia pauca sufficiunt ad deletionem talium peccatorum, respectu eorum, quæ sunt ex certa scientia.*

8. *Et sacrificium sanctificationis offeres Domino.* His verbis monet author offerre sacrificium illud, quod à Nazareis fiebat pro obtinenda sanctificatione de quo Numer. 6. Tigurina. *Lustraria sacrificia.* Dionysius, id est, holocaustum, ad diuinam maiestatis reuerentiam totaliter comburendum. Vel pacificam hostiam pro pace obtinenda. Paulus de Palacio, id est, omnes hostias pacificas, sine pro peccato, quibus Iudæi sanctificari solebant.

Num. 6.

Palacio.

9. Num. 19.

Et initia sanctorum. Super hac re consule Numer. 19. cum enim præcepisset Deus, vt Leuitis darentur decimæ omnium frugum terræ. Tum demum addit vt decima pars ex his decimis, seu decima decimarum daretur sacerdotibus his verbis: *Locutus est Dominus ad Moysen, præcipe Leuitis atque denuntia: cum acceperitis à filiis Israël decimas, quas dedi vobis primitias earum offerre Domino, id est, decimam*

partem decimæ, vt reputetur vobis in oblatione primitiarum, tam de arcibus, quam de torcularibus, & vniuersi, quorum accepistis primitias, offerre Domino, & date Aaron sacerdoti. Dionys. *Carth. initia sanctorum, id est, præcipua eorum, quæ Deo sunt consecrata, vel deputata.* Hugo Card. *Initia sanctorum, id est, initiationes sanctificationis sunt hæc, scilicet decimæ, primitiæ, datum, sacrificium & cetera quæ dicta sunt, & dicitur initia, quia eiusmodi munera, non faciunt sanctificationem, sed initiati.*

Dionys.

Hugo.

VERS. 36.

Et pauperi porrige manum tuam, vt perficiatur propitiatio, & benedictio tua.

Et pauperi porrige manum tuam. Persistit in commendatione eorum, qui sacris inseruiunt, quibus non solum vult præberi, ea quæ iuxta legis præcepta debentur, verum etiam illis multa ex benigntate, & eleemosyna dari. Quin & sacerdoti, præcipuè egenti præter ea, quæ iuxta legem debentur eleemosynas tribue. *Vt perficiatur propitiatio, & benedictio tua.* Vt hac ratione in danda eleemosyna, iuxta humanitatis leges procedas. Hæc enim statuit, vt eleemosyna tribuatur, eis qui sacris inseruiunt ante alios omnes pauperes.

I.

Et pauperi porrige manum. Et hoc de pauperibus sacerdotibus esse intelligendum, tum antecedentia tum subsequenta docent, & præcipitur Deut. 11.

2.

Deut. 11.

Vt perficiatur, & c. Iansenius exponit, vt perfectam peccatorum remissionem, quæ per eleemosynam præmittitur consequaris. Iuxta illud: *Dare eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.* Secundo intelligit aliam partem alio modo. Stypem indigentibus porrige, vt hac ratione diuinam benedictionem consequaris, quam perfecte nascitur, qui eleemosynam portigit, iuxta illud pauli, *qui autem administrat semen feminanti, & panem ad manducandum præstabit, & multiplicabit semen vestrum, & auget incrementa frugum iustitiæ vestræ.* Latinorum aliqui: perficiatur, id est, vt gratia Deo sit sacrificium, quod propitiatio gratia obtulisti, magisque placent voluntaria bona (hæc enim benedictionem appellat) quæ gratitudinis, expressius dico: sacrificiis vires addit eleemosyna illaque perficit. Huic expositioni arridet Tigurina, quæ hac ratione transfert: *Vt plena sit munificentia.* Paulus de Palacio per hanc eleemosynam intelligit eam, quam in templo dabant timorati Iudæi pro alendis pauperibus & peregrinis, & pro tectis templi reficiendis. At ego longe aliter locum exposui, id est, vt eleemosyna tua perficiatur. Hoc est iuxta leges humanitatis, & misericordix detur. Hæc enim lex est humanitatis, & eleemosynæ, vt prius elargiamur sacerdotibus, & hominibus Deo sacris, quam aliis pauperibus.

3.

Iansen.

Palacio.

Propitiatio. Hanc partem Græca non habent. Et mea quidem sententia, per propiciationem, eadem eleemosyna intelligitur, per quam acquiritur propiciatio peccatorum.

4.

Et benedictio. Græce benedictiones. Item per benedictionem eandem eleemosynam intelligo: Hæc enim prædicto nomine sapius in scriptura appellatur iuxta Paulinam phrasim, *qui seminat in benedictionibus de benedictionibus, & metet.* Ergo sensus est egenti sacerdoti eleemosynam porrige. Hoc enim modo eleemosynam perficies, id est, iuxta Canones misericordix dabis, scilicet, prius tribuendo his, qui sacris sunt initiati.

5.

ETHOLOGIA XCVII.

Multus honor defferendus, his qui sacris præfunt.

I.
Nam. 16. 46.

Per plures versus docet meus Ecclesiasticus multum honorem deferendum his, qui præfunt sacris, scilicet versu 31. 32. 33. 34. 35. & 36. Res est perutilis, quam nos de more nonnullis roborabimus. Conflagrabat populus Num. 16. & dixit Moyses ad Aaron: *Tolle thuribulum, & hausto igne de altari mitte incensum de super, pergens cito ad populum, ut roges pro eis.* Moyses, qui multa familiaritate apud Deum utebatur non accurrat extincturus incendium, sed veritus pontificis sanctitatem & maiestatem primas illi detulit. Quem venientem suspexit vastator Angelus, siue ille vnus ex cœlestibus spiritibus fuerit, siue dæmon certè veritus est, venientem pontificem, & ab vltione cessauit. Dæmone peiores illi, qui altiores ordines sacerdotis non reuerētur: Hoc Moyses factum laudat Origenes Hom. 9. in Numeros his verbis. *Post hæc Pontificem (supple intucere) indutum veste pontificali procedere, & portantem batillum, atque ignem cum in censo tendere ad illum locum, quo per Angelum vastantem mors illata peruenerat, & stantem in eo loco ubi mors dederat primis, & erat vicina postremis: intucere stantem Pontificem, & obiectione quadam sui viuentes à mortuis dirimentem: virtutem verò repropiciationis eius, & incensi mysterium erubuisse Angelum vastatorem.*

Orig.

2.
Iosue 3. 13.

Iosue 3. 13. *Et cum posuerint vestigia pedum suorum sacerdotes, qui portant arcam Domini Dei vniuersa terra, in aquis Iordanis, aqua qua inferiores sunt, decurrent, atque deficient: qua autem de super veniunt in vna mole cõsistent.* Hæc verba indicant, non tantum reueritum fuisse Iordanem arcam Domini, sed præcipuè sacerdotes, qui eam humeris portabant. Et aperte tradit Origenes Hom. 4. in Iosue his verbis. *Veruntamen per sacerdotes deducitur populus, & iter agit ad terram promissionis magisterio sacerdotum, & quis hodie in sacerdotibus talis ac tantus est, qui in illo ordine mereatur adscribi, si enim sit aliquis talis cedent ei fluentia Iordanis & elementa verebuntur.*

Origenes.

3.
I Reg. 8. 3.

1. Reg. 8. de filiis Samuel populi iudicibus, & non ambulauerunt filij eius in vijs eius: sed declinauerunt post auaritiam. *Acceperuntque munera, & peruerterunt iudicia.* Vide horum iudicium impios mores, & perfriecatam frontem, & tamen dum populus his malis permotus præponi sibi Regem à Samuele petiuisset indoluit Propheta, & ægre tulit Deus. Et tamen hi iudices populū depilabant, & contra ius & fas sententias ferebant. Scilicet, ait Gregorius exponens hunc locum, etiam si prælati, iudices, aut sacerdotes iniqui sint, & multa contra ius, & fas moliantur, non licet plebi, eorum crimina euulgare, eos non reuereri aut eorum dictis non obtemperare, *Sed libet* (ait Gregorius) *in his valde mirari iudicia omnipotentis. Nam filij Samuelis dum post auaritiam declinat, dum causâ peruertendi iudicij munera suscipiunt, populo, cui præfunt, exempla prauitatis impendant, ipse autem populus dum regem petit de culmine potestatis Propheta filios abijcit. Deus verò omnipotens, & regem petentium voces suscipit, & irascitur quod petatur. Quibus profecto rebus turbari possumus, si eorum rationem, non subtiliter videamus. Quid enim iustius est, quam ut populi iudicio corruat, qui reprobo mentis sue iudicio, sic studuit, ut sequeus populus periret: sed tamen dum sacerdotes male viuunt a laicis iudicandi non sunt. Digne ergo indignationem recipiunt, qui indignum, indigne eycere præsumunt.*

Gregorius.

Nam de filijs Samuelis dicitur: acceperunt munera, & peruerterunt iudicia.

Offendit Eutropius quidam apud Imperatorem, qui missis militibus rapi iubet ex Ecclesia ad quam confugerat: *Tutatus est eum Magnus Chryso- stomus super qua re populi Homeliam habuit ex qua hæc verba transcribo. Qui enim huc confugerat querebatur, sed & ipsi adstitimus nihil veriti illorum furori. Quid ita tandem? Habemus tutelarem, ac firmum arrhabonem. Nimirum hunc: tu es Petrus & super hanc petram adificabo Ecclesiam meam.* Hæc verba Christi ad Petrum Matthæi. 16. ad nostram sententiam tradit Chrysostomus. Iuxta quæ sacerdotalem auctoritatem appellat arrhabonem, quapropter qui illam infringere audet Christo proculdubio iniuriam irrogat.

4.

Matt. 16. 18.

2. Paralipom. 26. Sibi arroganti munus sacerdotale Regi Ozia, hæc Azarias sacerdos: *Non est tui officij Ozia, ut adolescas incensum Domino, sed sacerdotum.* Ex hoc loco deducit Chrysostomus Hom. 4. in caput 6. Eisaï, sacerdotalem dignitatem Regiæ lōge excellere. Quam rem multis prosequitur, nos pauca seligemus. *Et quid dicit Ozias? (ait Chryso- stomus) ingressus est sancta sanctorum adolere incensum, Rex cum esset sacerdos dignitatem vsurpat, volo, inquit, adolere incensum, quia iustus sum. Sed mane intra tuos terminos. Alij sunt termini regni, alij sunt termini sacerdotij. Caterum sacerdotij ius à supernis descendit, quæcumque ligaueritis super terram erunt ligata, & in cœlis. Regi ea, quæ hic sunt, commissa sunt, mihi cœlestia, mihi cum dico, sacerdoti intellige: itaque cum videris sacerdotem indignum, ne traducas sacerdotium. Non enim oportet dænare rem, sed eum, qui re bona male vititur. Quemadmodum Iudas proditor fuit, non tamen ob id accusatur ordo Apostolorum, sed illius animus, neque crimen est sacerdotij, sed malum animi. Alioquin, quot medici facti sunt carnifices, ac venena pro pharmanis dederunt. Non vero artē vitupero, sed male vtentes arte. Quot nauæ male reuerūt nauigia? verum non ars nauigandi mala est, sed illorum animus. Regi corpora commissi sunt, anima sacerdoti. Rex maculas corporis remittit, sacerdos peccatorum. Ille cogit, hic exhortatur, illi necessitate, hic consilio, ille habet arma sensibilia, hic spiritualia, ille bellum gerit cum barbaris, mihi bellum est aduersus demones. Maior est, hic principatus: propterea Rex caput submittit manui sacerdotis, & ubique in veteri scriptura sacerdotes inungebant Reges.*

5.

2. Par. 26. 18.

Chryl.

Matthæi 5. *Non potest ciuitas abscondi supra montem posita.* Hæc verba talem sensum habent exponente authore operis imperfecti Hom. 10. in Matthæum. Sicut ciuitas, quæ in montis vertice sita est latere non potest, nam locus editus, eam omnium aspectibus obijcit visendam: Non aliter sacerdotalis dignitas etiam si sacerdos se velit deprimere, aut alius, eius aspectum conetur eripere, omnino latere nõ potest, quia supra Christum editissimum montem fundata est. *Quamuis enim* (ait hic author) *Imp. ipsa voluerit esse vallata, mons ipse qui portat eam, facit eam omnibus manifestam. Sic & Apostoli, & sacerdotes, qui fundati sunt in Christo monte excelso, non possunt esse absconditi, & si voluerint se abscondere Christus manifestat eos, qui hauriunt eos.*

6.

Matt. 5. 14.

Matthæi 8. 5. *Cum autem intrasset Capharnaum, accessit ad eum Centurio, &c.* Hæc verba longe aliter refert Lucas c. 7. *Et cum audisset de Iesu misit ad eum seniores Iudaorum.* Matthæus per se ipsum ait venisse Centurionem, Lucas verò misisse Presbyteros Iudaorum. Vtriusque Euangelistæ dicta in concordia redigit author operis imperfecti Hom. 2.2. in Matthæum. Satis è re nostra. Venit centurio ad præci-

7.

Matt. 8. 5. Lucæ 7. 3.

puos Iudæorum, rogat, eos ut rem cum Christo tradent. Hoc autem iuxta phrasim Matthæi est ipsum Christum conuenisse. Nam seniores, & presbyteros, non aliter ac ipsum Christum suspicere debemus, atque adeo cum illos adimus Christum conuenire dicimus. *Sciendum autem est* (ait hic author) quod Lucas per sacerdotes ponit Christum à Centurione rogatum. Matthæus vero ab ipso Centurione. Diverse quidem species expositionum: unus autem expositionis est sensus. Ille enim per sacerdotes exponens mysterium demonstrauit, quoniam omnis petitio populi, per sacerdotes debet transmitti ad Christum. Iste autem rem exposuit, quoniam, qui sacerdotem rogat, recte Christum rogare dicitur.

Imp.

8.
Mat. 21. 42.

Matthæi 21. *Nunquam legistis, lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli?* Locum exponit author operis imperfecti Hom. 40. in Matthæum sumpta metaphora ab ædificiis. Qui domum aliquam ex lapidibus politis ab imis erigit meliores, & preciosiores lapides in ipsa facie ædificij locat, ut uenientibus è regione occurrat, & multam ostendent pulchritudinem. Non aliter Deus in Ecclesiæ ædificio faciem ipsam uoluit tenere sacerdotes, ut animi uirtute, & pietate pulchritudinem eximiam ostendent, & omnium oculos ad se trahat, & uenientium prospectibus sese ingerant, sanctitatem, & iustitiam prodant. *Et sicut omnis artifex* (ait hic author, ex omnibus lapidibus eligit meliores & ponit a foris in facie ædificij, ceteros autem lapides qualescumque mittit intus; sic Ecclesia meliores Christianos, eligit, & ponit in facie Ecclesia, id est, alios facit sacerdotes, alios facit diaconos, ceterosque ministros Ecclesia. Sicut ergo foris lapides nullum debent habere nodum, aut angulum, neque debent esse alter lapis intus, alter foris, quia si sic fuerint totum ædificium deturpant, sic & clerici senes, & uidua continentes uirgines nullam debent habere maculam, neque in uerbo neque in cogitatione, neque in facto neque in opinione, quia ipsi sunt pulchritudo Ecclesiæ, & uirtus, & si mali sint totam deturpant Ecclesiam. Sicut enim lapides qui sunt intus in ædificatione nemo aspiciat, sed eos, qui foris sunt considerant omnes, sic secularium hominum uitia, neque sic considerantur, neque nocent Ecclesia. Nam quamuis populus secularis fuerit indisciplinatus, tamen si isti boni fuerint, tota Ecclesia speciosa uidetur.

Imp.

9.
Mat. 23. 2.

Matthæi 23. 2. *Super cathedram Moysi sederunt scribæ, & Pharisei: omnia ergo quæ dixerint uobis, seruate, & facite, secundum opera eorum nolite facere.* Hanc sententiam, ad rem presentem tradidit author operis imperfecti Hom. 43. in Matthæum. Qui in sacerdote duo iure distinguit nempe naturam, & dignitatem; naturam quidem dedit Deus propter ipsum hominem, dignitatem uero gratia subditorum. Ergo nulla sit cura eis, qui subsunt, quid prælatus, uel sacerdos mereatur, sed quam habeat dignitatem, & quamuis uitiis inuoluatur generis nobilitate, aut sapientia non sit insignis, uel ad res gerendas non satis aptus, uel quouis alio uitio laboret, non tamen ob hoc despiciendus est à subditis. Harum enim rerum iudicium ad eos non spectat, unum ante oculos habere debent, qua dignitate sit ornatus. Aptam similitudinem rem euincit: solū, quod aurum generat, sterile frequentius est, neque ullis frugibus aut arboribus apta gleba: at uero ob hoc non despicitur imò multo cum labore queritur. Ergo prælatus, non honestis moribus glarea quidem infelix est, at aurifodinas continet, scilicet supremam dignitatem ad quam si accesseris diuitias multas tibi comparabis. Et sicut illi, qui metalla excoquant aurum quidem reseruant, terram uero cui

erat admittum abiiciunt, non aliter tu in prælato dignitatem reuerere, perditos uero mores abiice: & uelut apes, quæ flores quidem ore legunt infelices uero herbas contemunt, non aliter nos supremam quidem sacerdotum dignitatem suspiciamus, uita uero, si qua fuerint caueamus. *Homines, quidē ab initio* (ait hic author) *creati sunt propter se, postea autem ordinati sunt propter uos. Propterea ergo natura ipsorum, eorum est, ordinatio autem uestra, si bene uixerint eorum est lucrum. Accipite ergo quod nostrum est, & nolite discutere, quod alienum est. Sicut etiam sacerdotes infideles docent, propter fideles, melius iudicantes, propter bonos etiam malos facere, quam propter malos etiam bonos negligere. Sic & uos propter bonos sacerdotes, etiam malos honorate. Ne propter malos bonos etiam contemnat; frequenter enim & de homine malo bona doctrina procedit. Ecce enim, & uilis terra preciosum aurum producit. Numquid propter uilem terram preciosum aurum contemnitur? non, sed aurum eligitur & terra contemnitur, sic & uos doctrinam accipite, & mores relinquit. Nam ut apibus herba non sunt necessaria sed flores herbarum, flores enim illa colligunt, herbas relinquit: sic & uos flores doctrina eligite, & conuersationem relinquit, ut quasi inutilis herba arefcant.*

Imp.

10.
Mat. 23.

Matthæi 23. 5. *Omnia enim opera sua faciunt, ut uideantur ab hominibus; dilatant enim phylacteria sua, & magnificant sabbatas. Amant autem primos recubitus in cænis, & primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & uocari ab hominibus Rabbi.* His uerbis carpit Christus Dominus Scribas, & Phariseos, non quod præsent, non quod doceant, nõ quod saluentur, sed quia id ab hominibus exigebant. Itaque captatores auræ popularis taxantur non doctores & magistri. Non qui primas sedes occupant, sed qui captant. Hanc item expositionem accipe ex auctore operis imperfecti in relata uerba Matthæi. *Non uituperat eos,* (ait hic author) *qui in primo loco recumbunt, sed eos qui amant primos recubitus, ad uoluntatem uituperationem referens non ad factum. Et uocari ab hominibus Rabbi, id est, uocari uolunt, non esse.*

Imp.

11.
Mat. 23.

Matthæi 23. *Super cathedram Moysi sederunt scribæ, & Pharisei. Omnia ergo quæcunque dixerint uobis seruate & facite.* Dicendum uidebatur super cathedram Moysi sederunt scribæ, & Pharisei, quia uero longe ab ipsius pietate absunt eos de cathedra deturbo, & pessundandos obicio. Christus uero nihil tale dixit, sed: summum eis honorem, & reuerentiam exhibere, eis inorem gerite neque eorum iugum detrectetis. Vnum mando, ut ab eorum moribus longe sitis. Vult ergo Christus Dominus etiam improbis prælatis multam reuerentiam exhiberi. Hæc est mens Chrysostomi Hom. in illud ad Romanos. *Salutate Priscam.* Qui ibidē ex facto Dauid 2. Reg. 24. id ipsum euincit; hic enim Saulem impium Regem, neque uerbis lædere ausus est. *Attamen* (ait Chrysostomus) *neque sic eos deposuit, neque subditos contemptibiles fecit: Quod si semel hanc dignitatem corripuerint, subditi statim hi, qui alios ordinant à gradu, & dignitate deturbare uidebantur. Propterea Dauid cum Saulem apprehendisset prauaricatore, & spirantem homicidium, & multis penis dignum, non solum eius uitæ pepercit, sed neque uerbum asperum in eum iactare, sustinuit.*

Chryf.

12.
2. Reg. 6.

2. Reg. 6. *Extendit Oza munus, ad arcam Dei & tenuit eam, quoniam calcitrabant boues, & declinauerant eam. Iratusque est Dominus indignatione contra Ozam, & percussit eum super temeritate, qui mortuus est iuxta arcam Domini.* Non satis liquet, quam ob causam intulerit Deus mortem Ozæ, qui adeo non peccasse uidetur, ut etiam se religiosum erga Deum præstiterit.

ftiterit. Chrysoftomus homil. in illud ad Romanos. *Salutate Priscam*, rei præfenti huius facti rationem accommodat. Ruere videbatur arca Dei, & è plastro concidere, accurrit Oza, & ruenti arcæ se fulcrum obiicit. Quod ægrè tulit Dominus, & ob hoc illum occidit, & merito, quia tantum sibi arrogavit, vt collabètes res diuinas fulcire se posse sperauerit. Ergo quis es tu, qui res diuinas sustentare, fulcire, & dirigere pergis? Siste gradum nec te in tantam amentiam periculumve conicias. Ozæ huic similis est, qui si quid fuerit in prælato distortum sanare molitur, & sui curam abiiciens totus est, in prælatorum moribus carpendis, corrigendis, componendis. Si sapias nihil in prælato mordeas, & etiam si arca Dei concidere videatur, te subduc, alioquin temeritatis tuæ pœnas dabis. Nam cum aliquando (ait Chrysoftomus) arca duceretur, & subditorum aliqui ad lapsum declinantem videntes erigerent, eo ipso in loco pœnas dederunt, & à Domino percussi mortui manserunt, tametsi nihil agerent absurdum. Non enim subuertebant, sed lapsuram erigebant. Quod si malos haberetis parentes, & molestos Magistros, neque sic eis maledicere securum, neque absque graui periculo: de corporalibus parentibus namque dicit: si sensu deficiant, veniam da. Quid enim illis dabis, quale ipsi tibi? Multo magis in spiritalibus hæc vox obseruanda. Propterea vnusquisque officium est, vt suam vnusquisque vitam consideret.

13. Quantum sit malum prælatis detrahere, & eorum vitam inflectere, apta similitudine exponit Chrysoftomus Homil. ad illa verba epistolæ ad Romanos. *Salutate Priscam*. Quæcunque corporis pars ægrotet dolorem affert, & periculum infert: si vero nerui prauo humore inficiantur periculum longe maius est. Sunt enim nerui ligamina quibus ossa coniunguntur, insuper instrumenta ad motum, his enim veluti quibusdam funibus distendens, aut colligens, se homo ad motum inflectit. Insuper nerui per tubos quosdam, & meatus, spiritus, quos animales vocant à cerebro venientes sensibus subministrant, itaque his tribus officiis adeo præcipuis nerui inseruiunt. Vnde si male se habeant, & noxium humorem contrahant in magnum periculum hominem inducunt. Hinc paralysis, apoplexis & stupor membrorum trahit originem, quæ difficile, vel nullo modo curari possunt. Reliquis detrahere morbus quidem est; principes autem viros carpere, seu sacerdotes Reipublicæ Christianæ, aut paralyticum, aut apoplexim, aut stuporem immedicabiles plane morbos infert. Quare nihil (ait Chrysoftomus) nihil plane, sic offendit Ecclesias, atque morbus ille, & sicut corpus, neruorum debita habitudine carens, multas gignit agriudines, & vitam facit non diuturnam, ita Ecclesia non circumdata fortiter vehementer urgente catena plurima parturit bella, iram Dei auget, & multarum contentionum, est occasio. Ne igitur hæc contingant, ne vt Deum exacerbemus, nostram ad bene loquendum linguam assuefaciamus. Nostram ipsorum vitam diligenter scrutemur. Aliorum autem vitam ei, qui etiam abscondita nouit indicandam relinquamus. Si quis vero velit neruorum naturam ad rem præsentem deducere, ne huic desimus, nonnulla ex Plinio, Galenôque transcribo. Plinius lib. 9. cap. 37. De neruis hæc habet. Nerui orsi à corde, bubuloque etiam circumuolui, similem naturam, & causam habent in omnibus lubricis applicati ossibus, nodosque corporum, qui vocantur articuli, alicubi interuentu, alicubi ambitu, alicubi transitu ligantes, hic teretes, illic lati, vt in vnoquoque possit figuratio, neque hi solidantur incissi, mirumque vulneratis summus dolor, præfectis nullus, sine neruis sunt quadam animalia, vt pisces, arterijs non constant, sed neque hæc moli piscium genere

ubi sunt membri interiores, condunt membra, superiores reuocant. Inter hos latent arteria, id est, spiritus semita. Ex his quæ Plinius de neruis habet nonnulla ad rem præsentem apta sunt: imprimis illud. Neque hi solidantur incissi. Vix enim potest refarciri damnum, quod prælatis infertur, dum eorum vita criminationibus deturpatur. At etiam illud quod subdit. Vulneratis summus dolor. Summus enim dolor infertur his, qui præfecturas gerunt, dum eorum mores carpuntur. Tum vero tota respublica dolet. Addo, quæ Galenus lib. de anotomia viuorum, de neruorum natura his verbis tradit. Neruus est membrum, mediocre in duritia, dilatabile, & extensibile solutionem continuitatis, non de facili recipiens sustentaculum motus, & sensus ad vniuersa corporis membra. Et infra, item lenes sunt nerui, & flexuosi, lenes, vt suscipiant spiritus vari, vt præstarent ei facilem motum, & directum, & velocem. Flexuosi, vt deseruiant membris ad regendum se faciliter versus quamlibet partem. Item cerebrum in anteriori sui parte est mollius, & humidius propter neruos sensibiles inde orientes, qui duriores habent esse, quam nerui sensibiles.

Chrysoftomus homil. 3. contra Iudæos multis probat, quam grauitèr Deus defæuiat in illos, qui sacerdotibus detrahunt, vel aliqua ex parte lædunt, cuius verba lætore, non expositore egent: ideo transcribo. Proinde cum aduersus Aaron seditionem commouissent homines quidam, perditique conantes eum à principatu depellere, & de honore cum illo disceptarent, mansuetissimus Moyses, cupiens illis ipsis rebus facere fidem, quod non vt fratrem, aut cognatum, aut familiarem sed ei parens edicto illi crediderit sacerdotium illud, iussit vt vnaquaque tribus virgam afferret, idem præcepit Aaron; cum accepissent ergo omnes, accepit & intus reposiuit, eo facto iussit expectare iudicium diuinum, quod per virgas illas esset præferendum. Deinde cum simul omnium reliquorum virga manerent in eodem habitu sola virga Aaron germinauit, frondisque produxit, ac fructus, vt intelligerent quod natura Dominus illum delegisset denuo litterarum vice folijs vtens. Etenim, qui initio dicebat: germinet terra herbam graminis sui, cuiusque vim ad germinandum excitasset, & illud lignum, quod erat aridum, & infructiferum fecit vt absque terra sine radice germi-naret. At nunquid illam virgam simul, & illorum malitiam, & Dei iudicium declarat, non onitens vocem, sed ipso aspectu quavis tuba clarius, exhortans, nequid talium facinorum in posterum aggredierentur. Neque hoc modo tantum, sed alio quodam argumento Deus declarauit eum sacerdotem. Etenim cum multi mota aduersus eum seditione, appetent ipsius honorem, principatus enim res est pro qua depugnare solent, & eo quod expectetur à multis, iussit vt illatis thuribus, & imposito Thymiamate calidius expectaret sententiam atque illis adolescentibus terra dehiscentes omnes absorbuit, & eos, qui ipsis consenserant, foculosque consumpserant ignis de cælo missus exclusit. Merito teste Chrysoftomo turgescens, frondescensque virga ratam sacerdotis electionem probat, vt idem Deus, qui rerum naturam condidit sacerdotem eligere constat; nec minus hanc electionem illi negotium faceffere, quam huius terrenæ molis creationem. Imo vero, omnium rerum virtutes, quas in creaturas omnes sparfit in vnus sacerdotis dignitate coniunxisse.

4. Reg. 2. 24. Ascendit autem inde in Bethel, cumque ascenderet per viam pueri parui egressi sunt de ciuitate, & illudebant ei dicentes: ascende calue, ascende calue. Qui cum respexisset vidit eos & maledixit in nomine Domini: egressique sunt duo ursi de saltu, & lacerauerunt ex eis quadraginta duos. Vide quanto supplicio Deus afficiat puerorum diçteria, nec multi momenti quia

14.

Chrysoft.

15.

4. Reg. 2. 24.

in

Chryf.

13.

Chrysoft.

Naius.

2.

g. 6.

in Prophetam iactata sunt. Hoc notauit Chryso-
stomus lib. de virginitate cap. 22. qui etiam pro ea-
dem re inducit illud 4. Reg. 1. 9. *Misit quendam quin-
quagenarium Principem, & quinquaginta qui erant sub
eo. Qui ascendit ad eum sedentique in vertice montis, ait.
Homo Dei rex praecepit vt descendas. Respondensque Elias
dixit quinquagenario: si homo Dei sum descendat ignis
de caelo, & deuoret te & quinquaginta tuos. Descenditque
ignis de caelo, & deuorauit eum & quinquaginta viros.
Quod non semel sed iterum factum est. Nihil sane
peccasse videntur viri isti, qui tam comiter Prophe-
tam allocuti sunt. Et tamen durissimum subierunt
supplicium. Caeterum, vt habet Chrysostomus loco
citato verba illa, vir Dei, vel homo Dei per ironiam
dicta sunt. Vnde licet praese ferre comitatem videantur,
quia tamen eo animo dicta sunt, vt Prophe-
tae illuderent, tantam poenam meruerunt. Vide
quam grauitur Deus puniat, non modo contumeliam,
sacris viris irrogatam, verum & animum il-
ludendi. Ad Bethel (ait Chrysostomus) pueri luden-
tes, quod tantum Eliseo dixerunt. Ascende calue, vsque
adeo Deum irritauerint, vt is in ipso sermone in eam
multitudinem (erant enim duo & quadraginta) vsos im-
mitteret, a quibus omnes discerpti sunt: itaque neque etas
neque multitudo, neque omnino illud quod ioco dixisset,
ioco tueri potuit, & iure id optimo; nam si qui tantos
sustinent labores, & pueris, & viris, ludibrio sunt, quis ex
numero infirmorum, eos labores subire volet: qui ludo &
irrisione hominum excipiantur. Aut quis virtutem colet,
qui ita ridiculam esse videant. Verum tamen mihi ista
commemoranti in mentem venit, qua praeterea in Eliam
commissa sunt, quod enim pueri propter Eliseum, ab vsis passi
sunt supplicium idem propter eius Magistrum centum
viri cum suis ducibus igne de superiore loco disfluente per-
tulerunt. Nam quod & illi ad Eliam accedentes & per
suam dissimulationem virum iustum appellantes ad se
insserunt descendere, eius loco descendens ignis omnes ab-
sumpsit, non secus atque illos antea fere deuorauerunt.*

16.

Iterum rem confirmet supplicium pueris immis-
sum, propter illata dicta in Eliseum 4. Reg. 2. 24.
quod licet puerile videbatur, & venia dignum, in-
tulit tamen tantam poenam, quia teste Augustino
sermon. 264. de tempore Dei Propheetae, & ministri,
viles apud illam gentem habebantur illa tempesta-
te. Vnde cum pueri ex habitu Eliseum esse Pro-
phetam, & Dei ministrum comperissent, probris
eum onerare aggressi sunt. Quam infamiam vt
auerteteret Deus, & simul eos doceret, quanto hono-
re digni sint Dei ministri, miserandam plane edidit
stragem. Illo tempore (ait Augustinus) quo Beatus Eli-
saeus in Iudaea fuit, tam illi, quam reliqui Propheetae, non
solum non honorabantur ex maxima parte populi, sed
etiam irrisui, & opprobrio habebantur, & veluti insani,
atque abrepti habebantur, in tantum, vt eo tempore
Beatus Eliseus vnum de filijs Propheetarum mitteret, vt
Ieu vngeret in Regem, Principes qui sedebant cum Ieu
dixerunt: quid venit ad te insanus iste? Propheeta Domini
videbant, & eum esse insanum blasphemabant. Nam
in illo tempore sancti Propheetae in grandi contemptu, &
opprobrio habebantur, vt etiam Beato Eliseo, qui tanta
miracula faciebat, sicut supra diximus pueri indisdisci-
plinati clamarent. Ascende calue, ascende calue.

August.

17.
Leuit. 17. 10.

Leuitici 17. 10. praecipit lex nequis sanguinem
in cibum adhibeat, cuius praecipit rationem subdit,
quia anima carnis in sanguine est, & ego dedi illam vo-
bis, vt super altare, in eo expietis pro animabus vestris, &
sanguis pro anima populi sit. Ideo a sanguine, tot minis
abstinendum praecipit legislator, quia sanguis com-
munis est pro omnibus expiatio. Ergo sanguis, qui
omnium peccata expiat non debet dari, & dentibus

dilacerari, atteri, & comminui, sed multo honore
affici, si quidem & pro nobis exorat. Ergo potiori
iure ab inferenda iniuria sacerdotis abstinere debe-
mus, quia illi nobis Deum placant. Hanc rationem
inuuit Augustinus quaest. 75. in Genesim his verbis.
Propterea dixi filijs Israel omnis anima ex vobis non
edet sanguinem, & profelytus, quia positus est in vobis
non edet sanguinem. Itaque vita ista temporalis maxime
anima continetur in corpore, sed quid est quod ait: dedi
illud vobis ad altare Dei, vt exoret pro anima vestra
tanquam anima pro animo exoret.

August.

Iob 30. 1. Nunc autem derident me iuniores, quorum
non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei.
Iob 31. 1. Augustinus in annotationibus ad Iob aliter etiam
legit: Nunc autem monent me iuniores. Quia optime
notat, quod eis, qui iuniores appellantur docendi
munus adscribitur. Hi scilicet sunt Dei ministri, &
sacerdotes, quorum munus est docere, qui quando-
que moribus iuniores sunt, & pueruli. Ergo idem
est ac si dicat. Quamuis Dei ministri inhonestis sint
moribus, & impudicis, maximus tamen eis deferen-
dus est honor, nec despiciendi ob crimina, si qua
commiserint. Nunc autem (ait Augustinus) derident
me infirmi: nunc monent me tales, quia, & postea nati
sunt in Ecclesia tales & non proficiunt plurimum, monent
me autem dixit, quia per honores Ecclesiasticos accipiunt
potestatem predicandi populo, qua ipsi non faciunt.

18.

Iob 31. 1.

August.

Exodi 28. Cidari vt iubentur sacerdotes, & idem
Leuitici 8. 9. Cidari quoque texit caput. His locis praeci-
pit Deus, vt sacerdotes cidari vtantur. Cidarum
autem genus erat diadematis teste Philone lib. 3. de
vita Mosis quo Orientales Reges vtiebantur. Quo
ornatu optime Deus protendit sacerdotes Regiam
plane habere dignitatem. Cidarum autem (ait Philo)
pro diademate imponitur capiti, quia quantisper sacerdos
honore suo fungitur & ministerio, non solum priuatis
hominibus est eminentior, verum etiam cunctis Re-
gibus.

19.

Leuit. 8. 9.

Philo.

Electo Aaron in sacerdotem multorum orta est
seditio, quos duobus praecipue modis Deus puni-
uit, nam quosdam eorum dehiscens terra absorbit
Numeror. 16. 31. quosdam ignis absumpsit, eodem
capite 34. His duobus praecipue mundi elementis
totus mundus significatur exponente Philone lib. 3.
de vita Mosis, iuxta scripturam phrasim, ergo illi, qui
aduersus sacerdotes murmurant partim terra sub-
tus dehiscente, partim igne de caelo venienti in-
tereunt: quia vniuersa rerum natura in eorum ar-
matu pernitium qui sacerdotibus detrahunt. Tum
de caelo venit ignis, quia tanta est huius criminis
malicia, vt ipsam caeli absidem contingere videatur,
& ab ipso ethere supplicium accersere. Vbi opere praeci-
pium est considerare (ait Philo) quomodo caelum, terraque
paenas exegerunt ab impijs hominibus, cum diuersis munis
inter primas mundi partes vnde caetera sumpserunt origi-
nem: nimirum quia scelesti malitiam suam radicatam in
terra in tantam altitudinem extulerunt, extenderuntque
vt caelum attingerent, ideo terra simul & aether in eos se-
niit. Altera diducens se, vt absorberet inuilia pondera.
Alter exurens eos fulminibus, imbris in morem densis &
crebro micantibus. Ideo ergo absorbetur terra notan-
te Philone, quia ingens eorum crimen totam inter-
capedinem, qua est inter caelum, & terram opple-
uerat, & tamen maius spaciun exigitur. Vnde ne-
cesse fuit vsque ad tartara peruenire. Vel etiam hiat
terra tantum pondus sustinere non valens, & qua
montium, & ciuitatum moles sustinet nullo nego-
tio, eorum pondus sub ire detrectat qui iniuriam
sacerdotibus irrogant.

20.

Numeror. 35. 13. vrbes refugij designantur, ad
quas

21.

quas tanquam ad asylum tuti confugere possent, qui homicidia commisissent. Hæ vrbes ad sacerdotes pertinebant. Rationem huius reddente Philone lib. de specialibus legibus, scilicet vt quantus sit honor deferendus hominibus in sacris constitutis pateat. Quorum domus sacræ sunt, & tutum præsidium fontibus offerunt, vt apud nos templa, & legatorum domus, seu principum virorum. Ideo datur (ait Philo) eiusmodi homini refugium non in templū vt pote nondum expiato, neque in obscurum aliquem neglectumque angulum, ne contemptus dederetur facile sed in urbem sacerdotalem, qua est intermedium, sacrum profanumque, qua est, quasi quoddam templum secundarium. Nam sacrificiorum oppida religiosiora sunt cæteris, sicut, & augustiores incola. Proinde ob receptaculorum priuilegium certa securitas contingit eo confugientibus.

Ei, qui factio homicidio ad urbem refugij confugisset, non datur redeundi in patriam facultas, vsque ad mortem summi sacerdotis. Numer. 35. *Manebitque ibi donec sacerdos magnus qui oleo sancto unctus est moriatur.* Quod ideo factum autumat Philo, lib. de specialibus legibus, quia tanto maiore afficietur populus dum summus sacerdos vitam agat, tantoque eiulatu communis parentis mortem dolebit, vt priuata iniuriæ, & facti homicidij memoriam aboleat. Ideo enim exulare cogitur ille, qui nolens alterum occidit, ne occisi hominis consanguinei necem vindicent: at vero luctus de morte sacerdotis, ita omnium animos occupabat, vt nullum locum relinqueret priuatarum iniuriarum vindictæ. *Terminum autem, reditus (ait Philo) præfinit lex vt dixi mortem summi pontificis, ob hanc causam.* Et infra. *Cum igitur lex dicit, non reuertetur exul in patriam suam donec moriatur summus Pontifex perinde valet ac si dicat, donec moriatur cognatus omnium publicus, qui solus habet ius in viuos, pariter & mortuos.*

Exod. 22. 10. *Omnis alienigena non comedit de sanctificatis, inquilinus sacerdotis, & mercenarius non vescitur, ex eis: Quem autē sacerdos emerit, & qui vernaculas domus eius intrauerit hi comedent ex eis.* Vide quāto honore Deus afficiat sacerdotes, vt non modo eis liceat vesci rebus sacris, verum etiam eorū seruis, & mercenariis quod sanè neque regibus licebat. Sacerdotis verò serui, & mercenarij iuxta sensum moralem eos significant, qui sacerdotes colūt, & quoquo modo iuuant, qui quodammodo ad sacerdotalis dignitatis apicem euehuntur, ob hoc factum. Hoc deducit ex prædictis verbis Philo lib. de monarchia, cuius verba transcribo. *Quapropter neminem alienigenam lex admittit in societatem sacratorum fructuum, etiam si ex indigenarum nobilitate, paterno, maternoque genere sit laudatissimus, vt hi honores incorrupti permaneant penes sacerdotalem ordinem, inconueniens enim fuerit, vicinias sacrificia, cæterasque altaris ceremonias committi sacerdotibus, præterea vero nemini; honores vero eorum communicare quibuslibet: quasi liceat eos diuexari nocturnis diuinisque laboribus, præmia vero otiosis promiscue contingere? Verne autem inquit, & emptio, Dominus suus sacerdos impertiat cibum potumque de primitiis.*

Gratia dati in conspectu omnis viuentis, & mortuo non prohibeas gratiam.

Gratia dati in conspectu omnis viuentis. Largitio donorum grata est omnibus viuentibus, & mortuo non prohibeas gratiam. Sed caue ne ob hoc mortuis, non elargiaris, quia videntur gratiam referre non posse: referunt gratiam, illamque cumulatissimam, dum illis bonum aliquod impenditur.

Gratia dati. Gratia nominandi casus est, id est, gratia, quæ propter humanitatem refertur coram omnibus est. Dionysius, in auferendi casu effert, iungitque cum versu præcedenti hac ratione: *Vt perficiatur propitiatio tua, & benedictio tua: gratia dati in conspectu omnis viuentis, id est, quatenus Deus publice, & perfecte misereatur, ignoscatque tibi, & dona gratia, ac gloria, copiose conferat tibi in die iudicij.* Gratia dati, id est, merito elemosyna, quam dedisti ex fide pietate, & caritate. Sed fallitur, nam perspicue patet ex Græcis esse casum vocandi non auferendi.

Dati, genitiui casus est, id est, doni. Aliqui legunt datus, similiter per genitiuum quartæ declinationis, quod non ita frequens est Latinis. Alij legunt gratia datur, ita Lyra, & exponit per futurū, id est, elemosyna remunerabitur, in iudicio coram omnibus viuētibus. Nonnulli gratia data: sed similiter ex Græcis patet efferendum esse nomen per gignendi casum.

In conspectu omnis viuentis. Nos, grata est omnibus, Alij alias expositiones passim offerūt, quas in gratiam lectoris subiiciam etiam suminus ad rem præsentem faciant. Prima, omnis quicumque largitur gratus est. Secunda, quicumque largitur, hilariter largiatur, iuxta præceptum Pauli 2. Corinth. 9. Tertia, elemosyna tua ad omnes perueniat iuxta Dominicum præceptum Lucæ 6. *omni petenti tribue.*

Et mortuo ne prohibeas gratiam. Nec solum largus sis erga viuentes, qui tibi vicem referre possunt, sed ad mortuos etiam humanitas tua perueniat: eos scilicet sepeliendo orationibus, sacrificiis, & aliis piis operibus adiuuando vt Iudas Machabæus fecisse traditur, & Tobias 4. Et licet nomen gratia significet quicquid pro mortuis impenditur, præcipue tamen oblationem panis, & vini, quam Tobias cap. 4. iubet sepulchris mortuorum inferri, non ob superstitionem aliquam vel in cibum mortuorum, vt antiqui cænam Hecatis parabant, sed vt hæc elemosyna pauperibus data animabus proficit defunctorum.

Non desis plorantibus in consolatione, & cum lugentibus ambula.

Non desis plorantibus in consolatione. Mærentes, & afflictos consolare, & cum lugentibus ambula. Et eis, qui mærore conficiuntur socium, & comitem te præbe.

Ne desis plorantibus in consolatione (Ablatius ille) in cōsolatione, in Græcis exemplaribus non extat, sed iure additum est, ab interprete latino, vt ostenderet, qua in re adesse oporteat plorantibus, nempe eos consolando. Hunc versum cum præcedenti coniungit Paulus de Palatio hac ratione, & mortuo non prohibeas gratiam, non desis plorantibus in consolatione, &c. Docet solitos Hebræos conuiuia celebrare super mortuorum sepulchra, quibus ne desint auditores suos monet Ecclesiasticus, & vt hac ratione consolentur mærentes defuncti cōsanguineos. Dionysius. Non desis plorantibus in consolatione, id est, pie plorantes consolare, ac releua: & si irrationabiliter plorent admone vt talem inordinatum mærorem deponant.

Et cum lugentibus ambula. Græca, & cum lugentibus luge. Hoc idem noster vulgatus significat scripturæ vsitata phrasi, secundum aliquem, vel cum aliquo ambulare est, similem se ipsi præbere, rem eandem facere. Ergo monemur lugentes lacrymis comitari iuxta illud, Romanorum 12. *Gaudente cum gauden*

2.
Dionys.
3.
4.
2. Cor. 9.
Lucæ 6.
5.
Tobias 4.
VERS. 38.
1.
2.
Palatio.
3.
Rom. 12.

Philo.
22.
Exod. 22. 10.
Numer. 35.
Philo.
23.
Exod. 22. 10.
VERS. 37.
1.

Iob 30. Palatio. *gaudentibus, flere cum stentibus. Et Iob. 30. Flebam quōdam, super eo, qui afflictus erat. Paulus de Palatio: comitare lugentes, esto eis præsidio.*

VERS. 39. Non te pigeat visitare infirmum: ex his enim in dilectione firmaberis.

1. *Non te pigeat visitare infirmum. Ne te à visitandis egrotis pigritia retrahat. Ex his enim in dilectione firmaberis, ob hoc enim, si rite præstetur magis magisque diligeris.*

2. *Non te pigeat &c. Retrahimur enim ab hoc opere misericordiae pigritia quadam, tanquam à re parum læta, quam lubet discutiamus.*

3. *Ex his enim in dilectione firmaberis. Græca habent, ex his enim diligeris. Nos de dilectione passiva locū exposuimus, id est, si infirmos visitaueris Dei & hominum amicitiam conciliabis. Sunt qui actiue locum exponant, id est, si hanc naturalem pigritiam excusseris, & in re adeo difficili, te ipsum viceris mirum in modū in te caritas radicabitur, & vires assumet. Retrahimur enim naturali quodam horrore, ab eis qui ægrotant, at hi qui xenodochiis inferuunt eximiam de se victoriam reportant: vtranque expositionem amplectitur his verbis Carthusianus, in dilectione firmaberis, id est, in caritate Dei, & proximorum proficies & tam charior Deo quam hominibus eris: Caritas enim, per aliarum actus virtutum nutritur augetur, & stabilitur. Glossa interlinearis, ut supra dicta plenius, & attentius impleas. Qui enim infirmum visitauerit facile legem implebit. Nonnulli hanc extremam partem scilicet, ex his enim in dilectione firmaberis, non modo referunt ad visitationem infirmorum, de qua proxime sermonem habuerat, verum ad alia opera misericordiae, de quibus egerat in hoc capite videlicet. Non desis plorantibus in consolatione, &c. Hæc enim qui implet, omnium sibi beneuolentiam maximè conciliat: non abnuo. Paulus de Palatio. Nō facile à demone vincetur qui infirmos visitare contēdit. Infirmi infirmitas, infirmā firmat caritatem. Hug. Card. visitare infirmum mente, vel corpore, Iacobi 1. Religio munda, & immaculata apud Deum patrem hæc est visitare pupillos, & viduas, in tribulatione eorum. Iacobi 5. visitans speciem tuam non peccabis, Q. D. nisi visitaueris peccabis. Unde Matthæi 25. infirmus fui, & non visitasti me.*

Palatio.

Hugo.

Iacob. 5.

VERS. 40. In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.

1. *In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua. Occasione sumpta à morte, de qua paulo ante egerat monet author, vt nouissimorum nostrorum meminerimus, quo maxime peccata præcauere poterimus. Ergo in omnibus operibus, quæ vt præstes iussi, te moriturum, & iudicio Dei sistendum, vt pro meritis recipias, memineris. Et in æternum non peccabis. Quo fiet vt nunquam aliquid, quod contra officium sit, commiseris.*

2. *In omnibus operibus tuis. Noster interpretes legit, ἐργῶν, id est, operibus, quanquam nonnulla exemplaria Græca habeant ἰσχυρίων, sermonibus. Fortè docuit, vt non solum opere, quod grauius est, verum neque verbo peccemus. Si nouissimorum meminerimus, cum in iudicio, non solum opera Deus disquirat, sed leuissima etiam verba. Ergo, ô discipule ne vel verbo delinquas, cum etiam leuissimi redditurus sis rationem.*

3. *Memorare nouissima. Quatuor nouissima apte numerantur, videlicet mors, iudicium extremum, bea-*

torum gloria, damnatorum supplicium, licet ad duo priora respexisse videatur præcipuè Ecclesiasticus. Tigurina hac ratione transtulit. In omnibus factis tuis memorare extremorum, & in extremum non peccabis. Ergo nomen illud extremorum, quod vulgatus interpres nouissime transtulit, & ad eum, qui meminit, retulit, hi ad ipsa opera retulerunt. Ac si dicat, negocium quodcumque aggressurus, memineris, quos exitus, & fines habitura sit res ipsa, quæ moliris, hac enim ratione ad optatum finem rem perduces, hoc enim est, non peccabis, vel fortè non delinques; verum lectio vulgatæ editionis præferenda, tanquam verior, & magis pia.

Et in æternum non peccabis. Præcipuè referenda sunt hæc verba, ad ea de quibus superius egit. Ac si dicat: si quæ superius iniuncti facili negotio obseruari cordi est, memoria recollige nouissima tua, verum ad omnia peccata præcauenda, quantum hæc meditatio valeat, nulli ignotum est. De hac nouissimorum meditatione audi verba Dionysij Carthusiani. Propter quod Plato in Phadone testatur præcipuam Philosophorum meditationem iugiter circum mortem versari, & qui ista non pensat, recte inspiciens nuncupatur. Idcirco dicitur de iniquis, gens absque concilio est, & sine prudentia, vtinam saperent, & intelligerent ac nouissima prouiderent. Dicit autem fore, vt non peccet in æternum, quia licet hæc cogitans delinquat, at raro, repagulis enim & fræno, huius meditationis cohibetur. Accipe Hugonem Cardinalem: in æternum non peccabis, id est, nunquam peccabis, similiter Ioannis 13. Non lauabis mihi pedes in æternum, id est, nunquam lauabis, vel non peccabis in æternum, id est, peccatum dignum morte æterna non facies. De hoc dicit Beatus Bernardus: quid horribilius morte, quid terribilius iudicio: quid intolerabilius gehenna potest cogitari? quid ultra metuis, qui ad ista securus est? & ita valdius est ad resistendum peccato timor, quam pudor, & dolor. Vnde Gregorius: Nihil adeo valet ad domanda carnis desideria, sicut cogitare, qualis ipsa erit mortua. Pulchra similitudine rem appetit Lyra his verbis. In omnibus operibus tuis, &c. id est, mors sicut naua sedet in ultima parte nauis, vt dirigat eam. Sedit ergo naua in puppi, extrema scilicet parte nauis, ad temonem quo faciliè onerariam dirigit: & tu si per meditationem in morte federis extrema scilicet vitæ parte, ad optatum beatitudinis portum peruenies.

Diony.

Hug.

Ioan. 13.

Lyra.

ETHOLOGIA XCVIII.

Mortis meditatio ad pietatem utilis.

1. *IN omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Quatuor esse nouissima supra præmisimus, nempe mortem, extremum iudicium, piorum beatitudinem, damnatorum supplicia. Horum tractationem quatuor Ethologiis absoluemus. Præsens de vtilitate meditationis mortis agit. Imprimis adduco verba Matthæi 28. Vbi cum mulieres Christum in sepulchro iacentem quærerent his verbis eas affatur Angelus: Venite, & videte locum ubi positus erat Dominus. Vide qua ratione Angelus mulieres inuitet, vt sepulchrum oculis lustrēt. Nihil enim vtilius hominibus, quam mortem mente, & oculis versare. Petrus Chrysologus sermone 77. hunc locum componit, cum illo Genesis 3. 6. vidit igitur mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile. En tibi origo malorum: mulier suggestu mali Angeli arborem oculis lustrat, ex qua futuram sibi immortalitatem sperauit. Ergo vt dāna, quæ ex mali Angeli*

1.

Mat. 28. 6.

Genes. 3. 6.

Angeli

Angeli verbis genus humanum contraxerat bonus Angelus curaret, non iubet inspicere id ex quo sibi longiorem vitam promittat, & cuius expectatione tumescant, sed sepulturae locum, ex quo mortis memoria irrepat, & ex cuius consideratione veram & felicem vitam nullo negotio consequantur. Subdit Euāgelista. *Et exierunt cito de monumento, cū timore, & gaudio magno, currentes nuntiare discipulis eius. Et ecce Iesus occurrit illis, dicens: aucte.* Non immerito notat Euāgelista Christū occurrisse mulieribus exeūtibus de monumento, nam illi spiritualia gaudia merentur, qui mortem mente lustrant. Addit insuper, statim Christum agnouisse: non vt discipuli illi quorum oculi tenebantur ne illum agnoscerent, nam hi corpora curaturi ibant, illa vero mortuorum busta lustrauerant, mortis autem meditatio aciem mentis, & oculorum acuit. Insuper vermes, & mortuorum cineres, & fatentia corpora animum purgant, & maculas eluunt. *Videte locum* (ait Chrysologus) *vbi positus erat Dominus, mulieres vocat Angelus, ad videndum, vt sacri corporis loculus mundaret oculos, quos diabolo claudente vetita arboris macularat aspectus.*

2. *Gen. 1. 11.* Genesis 1. 11. *Germinet terra herbam virentem, die tertia, condidit Deus herbas, olera, fanū, frondentes, & florentes arbores, quæ omnia protendunt nostram mortalitatem, & mortis nos commonent. Facta sunt autem hæc die tertia, & ante hominis formationem, vt homo denuo creatus haberet, qui eum commoneret suæ mortalitatis, & quæ sua morte obitum ante oculos ponerent. Decidentes enim flores, & herbæ de futura hominis morte commonebant. Huius expositionis author est Ambrosius lib. 9. Exameron. cap. 7. his verbis. *In hac ergo germinum specie, & in illo virentis herba munere imago est vita humana, & naturæ, conditionisque nostræ insigne, quoddam spectatur, & speculum elucet, illa herba, & flos fanī signa est carnis humana: sicut bonus diuinitatis interpret organo suæ vocis expressit, dicens: clama: quid clamabo? Omnis caro fanum & omnis gloria eius quasi flos fanī.**

3. *Psal. 118. 17.* Hæc nostra vita præfens subinde futurae mortis nos admonet, imo vero si quid boni habet, illud est, quod nos ad mortis meditationem adducit. *Psal. 118. 17. Retribue seruo tuo, viuifica me: & custodiam sermones tuos.* Vel vt legit Ambrosius ibidem: *Retribue seruo tuo, vinam, & custodiam verba tua.* Expendit Ambrosius ibidem verbum illud, *vinam*, quod futuri temporis est. Ergo nunc non dicit se viuere, sed illam expectat vitam loco beneficij, & mercedis, quam beati habituri sunt. Ac si dicat: largire mihi illam beatorum vitam. Sed ob quod meritum id petis: quia modo non viuo, nunquam vitæ memoria me subit, sed semper mortis meditatio me detinet, vnde nihil aliud mente voluere possum. Adducit etiam illud Pauli Romanor. 7. 24. *Infelix homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Id est, de hac vita, quæ semper mortem refert; potius enim hæc vita, morti quam vitæ similis est. Ergo id Deus egit, vt semper nobis ante oculos, mors se obiceret, & hanc nobis referrent, non modo reliqua omnia, quæ minorem cum morte oppositionem videntur habere, verum & ipsa vita, quamdam mortis imaginem nobis obtenderet, vt quodam versus oculos obuertamus mors occurrat. In quem sensum infert etiam verba Ieremiæ 9. *Ascendit mors per fenestras, ingressa est domos nostras.* Id est, vndique mors inuolat oculis nostris, vel nolentibus nobis se ingerit, quidquid oculus haurit, quicquid auribus insonat, &c. omnia plena mortis, & vndique imago

mortis obuersatur. Non ait: mortem ingressam esse per ostium, sed per fenestras. Similitudine sumpta ab eis, qui per violentiam alienas domos inuadunt quibus si ianuam obferes, per fenestras in domum se demittunt. Ergo idem est ac si dicat: etiam si memoriam mortis abigas semper tamen animum pulsat, & volentibus sese ingerit. *Retribue* (ait Ambrosius) *seruo tuo, vinam, & custodiam verba tua. Sed quare dixit vinam, & non dixit vino? quia hæc vita, non est loco præmij, quæ in loco mortis est. Dolet Propheta in puluerem mortis se esse deductum. Apostolus cupit, ex hac corporis morte liberari; & putamus quod de hac vita blandiatur Propheta? Omnia hæc plena mortis sunt, intrat mors per fenestram, intrat per ostium.* Verba illa: *Dolet Propheta in puluerem mortis esse deductum*, sumpsit ex Psalmo 21. 17. *Et in puluerem mortis deduxisti me*, id est, quicquid oculis haurio puluerem & cadauera mortuorum redolet, adeo vt terrarum ambitus, nihil aliud mihi videatur, quam vnum, & commune sepulchrum.

4. *Iob 2. 8.* Hoc idem ex facto Iobi suadet nobis Gregorius lib. 3. Moral. cap. 4. hic enim filiis orbatus, & in vltimam redactus paupertatem, tandem vlceribus scatebat, *qui testa sanicem radebat, sedens in sterquilinio* Iob 2. in sterquilinio sedet, vt locus ille immundus futurae mortis vitum sanctum admoneret. Sed quare testa diffluentem sanicem radit? Cum enim vlceris nisi molli aliqua re contingatur exulceretur statim, quare vir pius, testa sanicem abrādīt, quæ duritia multum illi dolorem inferre posset, nec satis erat apta vlceribus mundandis? Quis enim credat molliorem rem aliquam non habuisse, quæ ad id munus vteretur? Verum exponente Gregorio testæ frustum adhibet, quod ex terra conficitur, vt in memoriam reuocaret pio viro futuram mortem, & materiam ex qua conditus fuerat. Insuper testa sanicem radit. Sanies autem peccata designat. Ergo qui peccatorum noxas ablueret intendit memoriã mortis sæpè refricet. Hoc item ex Gregorio habes lib. 3. Moral. cap. 22. Vtrūque locum subiungo. *Beatus Iob, vt considerationem suæ fragilitatis, etiam ex circumstantibus traheret, & ante oculos suos, rem suæ defectiōnis auget, non qualibet in terra quæ parte munda ubique reperitur, sed in sterquilinio sedisse perhibetur. In sterquilinio ponebat corpus, vt ex terra assumpta, quæ esset carnis substantia bene proficiens perpenderet animus, in sterquilinio ponebat corpus, vt etiam ex loci fetore caperet, quod festine corpus ad fetorem rediret. Et infra. Potest etiam testa fragilitas mortalitatis intelligi. Testa ergo sanicem mundare est, mortalitatis cursum, fragilitatisque pensare, & putredinem delectationis abstergere.*

5. *Iob 3. 22.* *Qui expectant mortem, & non venit, quasi effodientes thesaurum: gaudentque vehementer, cum inuenerint sepulchrū.* Thesauri, & sepulchri simul mentionem fecit; si historicum sensum spectes ad manum ratio est, nam scilicet quondam multis diuitiis refertos mortuos terræ mandabant: vnde sepulchrorum effosores magnam vim auri, argenti que extrahebant; si vero iuxta anagogem cum Gregorio locum exponas 5. Moral. cap. 3. præfens institutum probatur: ex mortis enim meditatione virtutum diuitias congerimus, neque ex alio loco nobis vberior copia affluit. Vnde thesaurus dicitur, quod non nisi multo auro argentoque constat. *Si vero* (ait Gregorius) *ad hoc quod thesaurus effodi dicitur etiam sepulchri inuentio sub infertur, hoc necesse est, vt intentio nostra concupiscat, quod antiqui suos mortuos, cum diuitijs obruebant, qui igitur thesaurum quarit, gaudet cum sepulchrum inuenerit, quia sapientiam perquirentes, cum sacra Scriptura paginas voluimus, cum exempla præcedentium*

dentium patrum perferuntur, quasi ex sepulchro gaudium sumimus, & mentis diuitias apud mortuos inuenimus, quia sicut mundo perfecti extincti sunt, in occulto cum diuitijs requiescunt.

6.
Iob 4. 19.

Quanto magis qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, consumuntur, velut à tinea? De mane usque ad vesperam succidentur, & quia nullus intelligit, in aeternum peribunt. Verba sunt Eliphacis Temanitis ad Iobum capite 4. 19. sed vide mali causam, quare pessimi eunt & omnino sunt atterendi: & quia nullus intelligit, in aeternum peribunt. Id est, quia nullus eorum, finem, id est, mortem mente versat, ideo omnes ad vnum debentur. Apta similitudine rem exponit: consumuntur velut à tinea. Sumpta videlicet metaphora à tinea, quæ nimirum pannum corrodit sine vlllo strepitu, sed tacito morfu perdit. Vermes enim ligna quidem rodunt, & atterunt, verum magno cum fragore, id efficiunt. Tinea vero omnino silens. Ergo, consumuntur velut à tinea. Hoc est, non excipient memoriam malorum, nec mente recolent, quæ ipsis minantur damna, & ideo in tantam calamitatem perueniunt. Putant enim præclare secum factum esse, si nullus eis memoriam mortis obiiciat, sed dum strepitum huius cogitationis abigunt magno cum silentio pereunt, morte instat tinea eos consumente. Hanc expositionem accipe ex Gregorio lib. 5. Moral. cap. 28. his verbis. Consumuntur (ait Gregorius) velut à tinea. Tinea quidem damnum facit, sed sonitum non facit. Ita iniquorum mentes quia damna sua considerare negligunt, integritatem, quasi nescientes perdunt. Amittunt namque a corde innocentiam, ab ore veritatem, a corde continentiam, & per accessum temporis ab ætate vitam. Hæc se indefinenter amittere, nequaquam conspiciunt, dum toto desiderio curis temporalibus occupantur. Quasi ergo à tinea consumuntur, quia sine sonitu culpa morsum tolerant, dum quanta desideria vite & innocentia patiantur, ignorant.

Gregor.

7.
Iob 17. 1.

Iob 17. 1. Spiritus meus attenuabitur. Hæc verba pro nobis exponit Gregorius lib. 13. Moral. cap. 15. Hoc loco spiritus superbiam designat: ergo spiritus meus attenuabitur, idem est ac si dicat: insolentes & tumidos spiritus, qui homines in superbiam erigere solent, nullo negotio deponam. Sed quam ratione rem tantam, tamque difficilem facili negotio exequi valebis? Dies mei breuiabuntur, & solum mihi superest sepulchrum. Id est, mente voluam, quam proximè mihi instet dies mortis, & hac ratione inflantes spiritus retundam. Vel potius attenuari spiritus iuxta eundem Gregorium est, minutissimas etiam sordes, quæ animo insederint, discutere. Sunt enim aliqui, qui maiora crimina cauent, minora, non curant. At vero mortis memoria, id efficit, vt non solum maiora peccata, doceat vitare, sed & minora præcauere. Addit etiam Gregorius, aliam expositionem illis verbis Iob, spiritus meus attenuabitur, id est, tam fixe animo meo hæret mortis memoria, vt iam iam mihi videar animam agere, & desperatæ esse prorsus valetudinis, & spiritum extenuari. Attenuatur spiritus (ait Gregorius) timore iudicij, quia electorum mentes, quo amplius extremo iudicio propinquare se sentiunt, eo ad discutiendas semetipsas terribilibus contremiscunt. Vnde fit, vt propinquum sibi semper exitum suspiciunt. Nam reproborum mentes idcirco multa nequiter agunt, quia sic se viuere diutius arbitrantur. Iustorum ergo attenuabitur spiritus, sed crescet iniquorum. Et infra. Perfecta enim vita est mortis imitatio, quando iusti sollicitè peragunt, & qui parant laqueos enadunt. Vnde scriptum est: memorare nouissima tua & in aeternum non peccabis.

Gregor.

Iob 34. 5. Deficiet omnis caro simul, homo in cinerem reuertetur. Hæc verba Eliphaz ad nostram sententiam inflectit Gregorius lib. 24. Mor. c. 16. Deficiet omnis caro simul, id est, omnes affectus carnales peribunt, & homo quodammodo in spiritu conuertetur. Sed hoc qua ratione perficitur? & homo in cinerem reuertetur: id est, si sapius voluas animo mortem, & finem tuum perspicias, nequitiam omnino depones, & quodammodo Angelorum indues naturam. Eandem sententiam continent teste ibidem Gregorio verba Abrahami ad Deum Genes. 18. 27. quia semel capi loquar ad Dominum meum, cum sim puluis, & cinis; id est, quia perfectum habeo, quod sim puluis, & cinis, ideo fidenter, ad Deum loquar. Nam ille, qui memoriam mortis mente versat, inter Angelicas mentes deputandus est, & dignus profecto efficitur, cui Deus pandat secreta. Item addit Gregorius, illud Psalmi 103. Auferes spiritum eorum, & deficient: & in puluerem suum reuertentur, id est, si ipsi in puluerem reuersi fuerint, hoc est, mente voluant, quod cinis sint, facile tumentes spiritus deponent. Gregorij verba transcribo. Bene autem Eliu hoc loco subdidit. & homo in cinerem reuertetur, in peccato enim positus, mortalitatis sua obliuiscitur, & terram se esse non meminit, dum adhuc per superbiam inflatur, post conuersionis vero suæ gratiam cum humilitatis spiritu tangitur, quid esse se aliud, quam puluerem recordatur, iam in cinerem reuersus fuerat, qui dicebat: memento Domine, quod puluis sumus. Abraham in cinerem reuersus fuerat, dicens: loquar ad Dominum meum cum sim puluis, & cinis. Et si viuentem carnem, nondum in terram voluerat mors, hoc tamen apud se erant, quod se futuros absque dubitatione prævidebant. Hinc alias dicitur: auferes spiritum eorum, & deficient: & in puluerem suum reuertentur. Quis autem eorum spiritus, nisi spiritus superbie nominatur: tollatur ergo spiritus eorum, & deficient, id est, subdueto superbia spiritu, nihil se esse cognoscant.

8.
Iob 34. 5.

Gen. 18. 27.

Psal. 103. 11.

Gregor.

9.
Iob 34. 10.

Iob 34. 20. His verbis Eliu nostræ sententiæ stipulatur exponente Gregorio lib. 25. Mor. c. 2. subito morientur, & in media nocte turbabuntur populi, & pertransibunt, & auferent violentum absque manu. Subito morientur impij, quia, etsi extremam senectutem attigerint subito decidit, quos mors occupat nihil minus cogitantes: subito igitur illud dicitur accidere, quod præter vel contra opinionem, euenit. At vero cum iusti subinde mortem animo voluant præmeditata mors accidit, non præuenit. Subito mortuus est diues ille, Lucæ 12. qui cum longam vitam sibi promitteret, audiuit: stulte hac nocte repetent à te animam tuam: insuper nocte decidit, quia nihil videns rapitur, & nihil minus cogitans hanc lucem deserere cogitur. Item stultus dicitur quia totum animi intentionem occupauit in rebus istis corporalibus congerendis, & nihil illi in mentem venit de futura vita, & de morte quæ illi instabat. Addit etiam illud Lucæ 16. Mortuus est autem diues, & sepultus est in inferno. Scilicet dum adhuc epularetur, cum fercula, & pocula conquireret, cum ad longiorem viam subsidia pararet metam contigit. Quid plura? omnes impij, tunc vitam peragunt cum vix pedem intulisse in vitam putabant. Moriuntur in nocte, & tenebris obstiti, quia mortem imminentem non videbant. Vnde iuxta Paulum 1. ad Thesalonicenses 5. Omnes quotquot Christianæ fidei nomina dedimus oportet esse filios lucis non tenebrarum, hoc est semper voluere mente hunc finem. Subito morientur (ait Gregorius) & in media nocte turbabuntur populi, & pertransibunt, quamlibet sero de hac vita tollantur iniqui, subito, & repente tolluntur, quia finem suum cogitando prævidere nesciunt, subitum est homini,

Lucæ 12. 11.

Lucæ 16. 11.

Gregor.

homini, quod ante cogitare non potuit. Subito diues ille rapus est; qui horrea, qua praepraeprabat, deseruit, & inferni locum, quem non cogitabat inuenit. Ad aliud exercebat animam per cogitationem, sed ad aliud misit per sententiam. Reliquit enim diu tractata temporalia, & inopinata inuenit aeterna: unde, & propter hanc ignorantiam cecitatis suae bene per diuinam sententiam dicitur: hac nocte repetent à te animam tuam. In nocte quippe ablata est, qua in obscuritate est cordis amissa: in nocte ablata est, qua considerationis locum habere noluit, ut quod poterat pati praeuideret. Unde bene discipulis suura cogitantibus Paulus Apostolus dicit: vos autem fratres estis in tenebris, ut vos dies illa tanquam fur comprehendat. Omnes enim vos filij lucis estis, & filij diei, non sumus noctis, neque tenebrarum.

10. Matthæi 24. 43. illud autem scitote, quoniam si sciret Paterfamilias, qua hora fur venturus esset, vigilaret uigilare, & non sineret perfodi domum suam. Mortem ad furem refert Christus Dominus his uerbis apta similitudine & nostro instituto accommodata. Eo tempore fur in domum irruit, quando domum inhabitantes, quieti degunt, si uero futurum furem praeuiderint fugit ille. Mors illi nocet, illos impetit, quos à sui consideratione alienos praeuidet: si uero de eius aduentu sepius nobiscum agamus, tanquam præsentiata refugit nec accedere audet. Hæc est mēs Gregorij Hom. 3. in Euangelia his uerbis. *Vigilate itaque quia nescitis qua hora, Dominus uester uenturus est, sic enim sic mors ipsa cum uenerit, vincetur, si priusquam ueniat, semper timeatur.* Eundem sensum habet iuxta Gregorij 1. Mor. c. 2. uerba Pauli 1. ad Thesalonicensis 5. 5. *Omnes enim vos filij lucis estis, & filij diei: non sumus noctis, neque tenebrarum. Igitur non dormiamus, sicut ceteri, sed uigilemus, & sobrijsimus.* Omnes pios uiros filios lucis appellat, impios uero filios tenebrarum. Nepe uiri sancti semper mortis memoriam versant, quapropter ad eos propius accedere non audet, sicut fur non audet domum effodere per diem. At uero impij homines tenebrarum sunt filij quia instar lapidis stertunt, nihil de morte cogitantes. Unde ei locum præbent, ut in domos irruat, & omnia diripiat. *Omnes enim, (ait Gregorius) Vos filij lucis estis, & filij diei, non sumus noctis, neque tenebrarum, diei autem exitus tanquam fur in nocte, ita comprehendit, quando stultorum animas fur non præsidentes eicit.*

11. Infiecta est mors in pœnam peccati homini, Genes. 3. *Puluis es & in puluere reuerteris.* Quærit Gregorius lib. 25. Mor. c. 5. quam habeat analogiam illata pœna cum peccato commisso. Eam autem hac ratione signat. Homo factus est ad imaginem, & similitudinē Dei: scilicet, ut meminerit tantum esse imaginem, & similitudinem, non uero, ut quomodo in animum induceret ipsam deitatem ad eum quoquomodo pertinere, homo uero à serpente deceptus præripere gestiuit ipsam diuinitatem ob quod & illam similitudinem, & imaginem quam habebat, perdidit. Ergo ut perditam imaginem refarciret, hominem morti addixit, ut scilicet finem suum memoria uolens superbos spiritus, quos hauserat, deponeret, & hac ratione purgata superbia ad eam dignitatē rediret, quam amiserat. Nec alia ratione, homo superbiam melius exiit, quam mortis recordatione. Quem sensum habent iuxta eundem Gregorium, uerba Iob 38. 14. *Restituetur, ut lutum signaculum, id est, ipse homo signaculum erat Dei, quia impressam eius similitudinem, & imaginem habebat. Hanc similitudinem perdidit dum peccauit. Ergo qua ratione iterum excudi possit amissa figura docet Dominus his uerbis. Re-*

stituetur, ut lutum signaculum: id est, si meminerit commutaturū uitam cum morte, & corpus, terra mandadum, restituet signaculum & formā perditam recuperabit. Hoc primum uirtutis fundamentum, & pietatis origo. Unde Ecclesia prima die qua auspicatur solemne ieiunium nobis ad memoriam reducit uitæ exitum. Hominem quippe (ait Gregorius) Dominus, quem ad suam similitudinem condidit, quasi quoddam sua potētia signaculum fecit. Quod tamen, ut lutum restituitur, quia licet aeterna supplicia per conuersionem fugiat, in ultione tamen perpetrata superbia, carnis morte damnatur. Ex luto quippe homo conditus, & mentis accepta ratione, similitudine diuina imaginis decoratus elatione cordis intumescens, quod de infimis formatus esset oblitus est. Unde mira conditoris iustitia actum est, ut qui per sensum intumuit, quem rationabilem accepit, rursus terra per mortem fieret, quam esse se considerare humiliter noluit, & quia peccando Dei similitudinem perdidit: moriendo uero ad limi sui materiam redit, recte dicitur, restituetur, ut lutum signaculum.

1. Reg. 15. 5. *Cumque uenisset Saul ad ciuitatē Amalech tetendit insidias ad torrentem.* Ad rem nostram exponit hunc locum Gregorius ibidem. Saul concionator est uerbi Dei, qui Christianorum animas, qui Dei populi sunt ab Amalechitarum tyrannide eripere conatur, id est, à uitorum seruitute extrahere. Sed qua ratione id efficere poterit? parans insidias iuxta torrentem. Torrens est uita nostra, quæ collectis diebus instar imbrum in mare, id est, in mortem properat. Ergo iuxta hunc torrentem insidias parat concionator diabolo quo facile eum debellabit. Diabolus exeuntibus nobis de uita insidias parat. Ergo oportet cuniculos excipere, & ipsa morte in memoriā adducta laqueos deuirare. Hunc sensum habent iuxta Gregorium uerba Psalmi 109. *De torrente in uia bibet, propterea exaltabit caput.* Quorum uerborum iuxta Anagogem hæc est sententia: dum in uia sumus, id est, dum uitam hanc mortalem agimus bibere oportet de torrente, id est, sepius mortem meditari. Quid inde? *propterea exaltabit caput, id est, superior omnibus spiritualibus inimicis euadet.* Illos facile uel nullo negotio delebit & uirtutum culmen pertinet. Huè spectat factum illud Gedeonis, Iudicum 7. 5. *Fuit autem numerus eorum, qui manu ad os proieciēte lambuerant aquas trecenti uiri.* Quid aliud est tractas de torrente aquas in os iniicere, quam mortem sepius meditari? sed parua hæc manus innumeram planè Madianitarum multitudinem delet. Contrafractis etiam testaceis amphoris, quæ etiam dissolutionem corporis indicat. Multa his similia congerere possum quibus sententiam probem, sed ad Gregorium redeo. *Cumque uenisset Saul (ait Gregorius) usque ad ciuitatem Amalech tetendit insidias ad torrentem, sed insidias ei in torrente abscondit, quia mortis considerationem indidit, ut quasi ex insidijs erumpentem contra se militem peccator uideat, moram peccati tendere ultra pertimescat. De torrente in uia bibet, propterea exaltabit caput.*

Psal. 38. *Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis.* Dum diuina mysteria mente uoluo, gaudio affectus sum adeo ut interiora viscera incendium sustinere non possint: sed quid in mentem Dauidi uenerit, audi: *Locutus sum in lingua mea: notum fac mihi Domine finem meum.* Imprimis expende illud: in lingua mea, id est, proprio, & uernaculo sermone. Habent singulæ nationes patrios sermones, quibus utuntur ab alijs diuersos, ut puta diuersa lingua utitur Hispanus ab Italo, & uterque à Gallo. Ergo dum mens igne diuino flagraret locutus sum in lingua mea, id est, lingua propria

pria illorum, qui diuina contemplantur, & mente propria ad Deum accedunt, his enim hæc lingua propria est: *Notum fac mihi Domine finem meum, &c.* id est, sæpius sermonem de morte inferunt. Hanc autem linguam non nouerunt illi, qui rebus temporalibus conquirendis inhiant. Addit Dauid. *Notum fac mihi Domine, &c.* Deum orat, ut eum de sua morte commonefaciat, nempe cum radij diuinæ claritatis affulgent hominibus, id imprimis agunt, ut eos memoria mortis teneat. Hæc enim mortis meditatio, facile eos ad virtutis apicem euahit. Hanc expositionem hausi ex Chrysolomus in hunc versum Psalmi his verbis. *Pulchre, autem significauit meditatione non esse tantum lingua, quam cordis. Ita enim Deus significauit per Ieremiam Prophetam: dans leges meas in cordibus ipsorum, & in mente ipsorum scribens eas. Notum fac mihi Domine finem meum, & numerum dierum meorum ut sciam, quid desit mihi; locutus sum in lingua mea: notum fac mihi Domine finem meum, & numerum dierum meorum, ut sciam quid desit mihi. Simul hac lege meditatui sum sapere calefieri, & statim ad sapientie studium inclinatus est; finem meum, & numerum dierum, hoc est temporis longitudinem orat sibi significari, non ut peteret eis aliquid addicere, sed ut sciret, quid sibi deesset.*

Chryf.

I 4.
Psal 48. 1.

Psal. 48. 1. *Audite hæc omnes gentes, auribus percipite omnes, qui habitatis terram, qui quæ terrigenæ, & filij hominum.* Eos ad audiendam prædicationem vocat Propheta, qui terram habitant, qui terrigenæ sunt. Ad sensus morales locum deflectit Chrysolomus ibidem. Habitare terram dicuntur, qui se terram esse meminerunt, & humanam fragilitatem mente voluunt. Hoc autem tantummodo ad excipiendam prædicationem Euangelij vocat Propheta, quia qui mortem meditantur facillè eruditionem Euangelicam, & lectionem excipiunt, & opère complèt. Videtur mihi, id fecisse Dauid, quod ars oratoria faciendum docet, his qui dicere incipiunt nempe, ut prima orationis pars, quam exordium vocant, auditorum animos mulceat, & ad excipiendam orationem disponat: sumpto nimirum argumento ab vtilitate difficultateue rei de qua agitur, vel ipsos auditores laudat. Ergo Dauid qui oratoriam artem apprime nouerat, ad homines dicturus, hoc vitur exordio, quo facillè eos ad pietatem disponat. Dum enim eis in memoriam reducit esse planè figulinos, & testaceos, quod si rectè memoria teneant reliqua expedite percurrent, facillè pietatem amplectentur. Illud etiam aduerte, eos prius omnes gentes vocasse, postea vero dixisse, qui habitatis terram, quia ille, qui mortis non meminit humanæ naturæ particeps non videtur nec ad vllas gentes pertinere. Insuper vocantur terrigenæ, quia qui mortis memoriam abiiciunt, non ex terra geniti videntur, sed ex alia quapiam materia. *Audite hæc* (ait Chrysolomus) *omnes gentes, auribus percipite omnes qui habitatis orbem, alij subterraneam terram filij hominum; patres enim vobis sunt homines: Principium autem generationis vobis, & illis terra est, quid ergo superbis terra, & cinis. Cogita apud te quam tu sit mater, & fastum comprime, spiritus elatos conculca, ac deprime, considera, quod terra es & in terram reuerteris, & omnem arrogantiam expelle, tali enim mihi auditore opus est, ideo te esse datum, ac compositum ut te accipiant apurum, ad ea, quæ dicuntur suscipienda.*

Chryf.

I 5.
Psal. 115. 2.

Psal. 115. *Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax.* Hunc locum hac ratione exponit Chrysolomus ibidem. *Omnis homo mendax.* Id est, qui homo est, & humana cura rebûque temporalibus inhiant, mendax est. Finge tibi hominem, qui longam sibi

vitam polliceatur, qualis erat stultus ille de quo Christus apud Lucam. *Habes multa bona reposita in annos plurimos.* Hic inquam mendax est. Vide quam mendax; *stulte hac nocte reperent animam tuam a te;* qui sibi longam vitam pollicebatur breui termino vitam claudit. Ergo omnes, qui hunc diuitem imitantur & longam seriem sibi præscribunt, mendaces sunt, cum breui temporis periodo omnes vitam cogamur exuere. Quem sentum habent ipso teste Paulina verba 2. Corinth. 6. *ut seductores, & veraces, ut morientes, & ecce viuimus.* Quorum verborum sensus est: specie tenus seductor video, re tamen verax sum, quid vero sit esse seductorem, vel mendacem, quid vero esse veracem subdit statim, *ut morientes, & ecce viuimus.* Id est, video mendax sicut reliqui omnes, qui immemores sunt mortis, reuera autem semper hæc ante oculos obuersatur, atque adeo verax sum. Ad quem sensum etiam adducit verba eiusdem Apostoli: *Quotidie morior.* Id est, semper memor sum mortis. Insuper omnis homo dicitur mendax, id est, omnis, qui memoriam mortis abigit quasi ille, qui mortis non meminit, homo non sit, sed ab homine in pecudem descuerit: ille vero cuius animo hæc cogitatio fixa perseverat verè homo sit dicendus vel potiùs Angelus. Vel etiam mendax dicitur ille, qui mortis non meminit, quia hoc ipso, quod mortis memoriam excutit mortem trahit. *Ego dixi* (ait Chrysolomus) *in excessu meo omnis homo mendax.* Vide precor quomodo omnes homines multa sibi de hac vita polliceantur volentes edificare, plantare, educare pueros, iunare eos qui se offendunt quomodo iactant se de inimicis vltionem sumpturos, coque in carcere remissuros, vineturos, pro scripturos, & alia quadam atrocita facturos; nec multo post. & fortè illa ipsa nocte, vel post duos, tresue dies moriuntur, videbifque liquido quomodo omnis homo mendax. Neque enim præstant, quod promiserant, neque perficiunt, quod proponunt. *Ecce ita omnis homo, qui hanc vitam amat, mendax est: qui vero in virtutibus illam transmittit, eo quod, qui talis est, non sit homo, sed Deus.* Qualis erant Petrus, & Paulus, qui Christum intra se loquentem habebant, neque multum vite omnes sibi promittebant, quoniam alter eorum dicebat: *quotidie morior etiam per gloriam vestram: de quo, & Apostolum audi dicentem: quasi impostores, & veraces, quasi morientes. & ecce viuimus, nam quantum ad id foris apparet quasi seductores sumus, videmur enim homines esse, quantum autem ad prædicationem, & cordis & vite veraces sumus, & morientes, & ecce viuimus, quantum enim ad voluntatem attinet quotidie mori parati sumus, quantum autem ad fidem Domini viuimus.*

2. Cor. 6.

Chryf.

16.

Pulchram similitudinem cape ex Chrysolomus, in Psalmum 116, qui febre laborant postquam frustra medicos consuluerint, & medicamenta sint experti tandem aërem salubriorem quaerere, vel fortè patriam repetere iubentur, ut mitiorem temperiem experti inueteratum, & grassantem morbum pellere possint: ita etiam qui animi morbo laborant mente mortem versent, quod si hoc frustra fieri contingit desperatæ sunt profus valetudinis. *Quemadmodum enim* (ait Chrysolomus) *qui febre laborant postquam febre liberati sunt puro aëre indigent, ita etiam quos animi perturbationes ad insaniam adiungunt, si ad monumentum accesserint, tanquam qui in prædium saluberrimum deuenierint multas expellunt ægritudines.*

Chryf.

Matthæi 16. *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Quæ verba ad rem præsentem exponit Chrysolomus sermone de sancta cruce. Non omnes cruci affixi clauis morimur, neque omnes martyrium subimus

17.
Matt. 16. 24.

&

& tamen omnes tollere crucem iubemur. Nempe, vt ait Chrysoſtomus omnibus vna crux neceſſario ſeſeunda eſt, nempe mors. Sanè ſi quis hanc ſubinde mente voluat præceptum Domini adimplebit, tollat crucem ſuam. Imo vero, quod ſubdit, & ſequatur me. Facile enim Chriſtum imitatur, & ad omnem ſe virtutem effingit qui ſæpiùs mortem recogitat. Adducit etiam illud 1. Corinthior. *Quotidie morior*. Id eſt, quotidie præſentem diem tanquam vltimum terminum vitæ præfigo. Tum etiam addit Chryſoſtomus, memorem mortis multam ex hac capere vtilitatem, & mirum in modum, vitæ ſuæ merita augere; cum enim mors ſemel fit tantum ſubeunda, ſemel tantum ex illa mereri poſſumus. Qui vero futuram mortem ſæpiùs contemplantur, ſæpiùs etiam ex illa meritum auget. *Quid autem ſibi vult* (ait Chryſoſtomus) *hoc verbum: tollat crucem ſuam, & me ſequatur? An vt lignum vnusquisque noſtrum ferat? Certè non. Quæ enim virtus eſt? Sed vt ad pericula inſtructi ſimus & vt ſanguine in animis noſtris circumferentes, ad eadem, & ad mortem, quotidie parati, ita omnia faciamus, vt ſi in veſperam nos victuros eſſe non ſperaremus, quaſi plane morieremur: id quod etiam Paulus Apoſtolus dicebat, quotidie morior. An non tibi à natura mors conſtituta eſt? Et licebit tibi ſi libet millies pro Domino mortem optetere.*

1. Cor. 15. 31.

Chryſoſt.

18. Mat. 16. 24.

Matthæi 16. 24. *Tunc Ieſus dixit diſculis ſuis: ſi quis vult venire poſt me abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam & ſequatur me.* Expendit Chryſoſtomus verbum illud, tollat, quod tractum eſt à ſonitibus quibus crux imponebatur, vt eam ad locum ſupplicij efferrent, quod & Chriſto Domino accidiſſe Euangeliſtæ teſtantur. Ergo ſicut baiulare crucem ſignum erat mortis proximè inferendæ: ita etiam vnusquisque noſtrum ſibi perſuadeat, non longiùs à morte abeſſe, ſed proximè ſibi imminere, iamque ſibi impoſitam eſſe crucem, & ad locum ſupplicij multis expectantibus deferri, ſunt enim plures, qui mortem quidem meditantur, non tamen ſibi propiùs aſſeſſe putant, ſed longiùs abeſſe, quapropter non multam vtilitatem, ex mortis conſideratione decerpunt. Ergo baiulent crucem, id eſt, iam iam ſibi imminere credant, & hac ratione Chriſtum ſequentur, id eſt, multum in virtute proficiunt. *Quid autem ſibi vult* (ait Chryſoſtomus) *hoc verbum: tollat crucem ſuam, & me ſequatur? An vt lignum vnusquisque noſtrum ferat? Certè non, quæ enim hac virtus eſt? ſed vt ad pericula inſtructi ſimus, & vt ſanguinem in animam noſtram circumferentes accedamus ad mortem quotidie parati, ita omnia faciamus, vt ſi ad veſperam nos victuros eſſe non ſperaremus, & infra. Quid autem illud eſt, tollat? Ita eſto, inquit, paratus accedere ad crucem, vt is, qui eam portat: ita paratus, vt is, qui eam humero ſuſtinet, ita vicinus morti eſſe exiſtmetur.*

Chryſoſt.

19. Ioan. 6. 10.

Ioannis 6. Cum turba plurima Chriſtum conſonantem audiuiſſet peracta oratione, eam quinque panibus, & duobus piſciculis pauit. *Dixit ergo Ieſus facite homines diſcumbere. Erat autem fenum multum in loco.* Quid quaſo referebat ad rem, vt Euangeliſta referret fenum multum eſſe in eo loco, quod nihil ad miraculi narrationem attinere videbatur? Chryſoſtomus homilia 50. in Matthæum, iuxta ſenſum moralem rationem reddit, ad rem præſentem ſatis aptam. Nempe fenum exponente Iſaia capite 40. vitam hanc mortalem adumbat: *Omnis caro fenum.* Fenum ergo erat plurimum in eo loco in quo Chriſtus turbis conuiuium parabat, & in quo priùs conſonantem

habuerat, vt meminiffent auditores, & conuiuare eſſe homines, & viſo ſano eos mortis memoria ſubiret, hoc enim plurimum valet, vt verbum Dei audiamus, & ex illo vtilitatem capiamus. Valet inſuper vt paucis ſimus contenti. Fruſtrum panis hordeacei, & piſciculorum, eis tantummodo opponebat Chriſtus: ergo vt ne deſpicerent tam frugalem menſam oportuit eos de morte commonuiſſe: facile enim delitiis nuntium remittunt, qui mortem mente voluunt. *Neque enim* (ait Chryſoſtomus) *corporibus ſolum, verum etiam animis alimenta præbere volebat, ſic & à loco, & quoniam non plures panes ac piſces propoſiti fuerant, & quoniam omnibus communiter illata ſunt, & quoniam aqualiter diſtributa ad humilitatem, abſtinentiam, charitatem mutuan, & vt omnia communia eſſe putarent, eos induebat.*

Chryſoſt.

20. Mat. 24. 48.

Matthæi 24. 48. *Si autem dixerit malus ſeruus ille in corde ſuo: moram facit Dominus meus venire: & caperit concutere conſeruos ſuos, manducet autem, & viuat, cum ebriofis. Veniet Dominus ſerui illius in die qua non ſperat, & hora, qua ignorat, & diuidet eum, partemque eius ponet cum hypocritis: illic erit ſterus, & ſtridor dentium.* Vide quantum peccauerit ſeruus iſte, percuffit conſeruos, excanduit ira, deſæuiit in innocentes, indulſit poculis, & epulis, & cibus ventrem diſtendit. Vide etiam quantam ſuppliciorum vim ſubierit. Diuiſit autem eum Dominus eius, in tartara demiffit, vbi ſemper lachrymæ, ſtrident præ frigore dentes, & flagrant ſmulum impij. Sed quodnam fuit tantorum malorum caput? *Si autem dixerit ſeruus ille malus in corde ſuo: moram facit Dominus meus venire.* Hic malorum fons, nempe nihil de morte cogitauit, noſtrorum operum iudicem longiùs abeſſe credidit. In primis notanda verba illa Chriſti Domini: *Si autem dixerit ſeruus ille malus in corde ſuo.* Non vocibus animi ſenſa auſus eſt promere, ſed corde tantum locutus eſt. Quis enim adeo deſipit, adeo amens, & excors eſt, vt tantam infaniam vobis edat: vel quis talia audiens patienter ſuſtinebit? Cum enim quotidie videamus de vita decedere homines robuſtos, & vegetos in medio ætatis flore, quis vitæ ſuæ longam periodum futuram eſſe præſcribat?

ETHOLOGIA XCIX.

Futurum iudicium mente voluere multum ad pietatem valet.

Postquam de morte egit ſuperior Ethologia, de vtilitate recordationis futuri iudicij præſens diſſerit, ſiue hoc iudicium intelligas, illud quod ſubeunt animæ, denuo corpore exutæ, ſiue illud extremum in quo omnium hominum cauſas Chriſtus Dominus diſcuſſurus eſt. Ergo ſiue de hoc ſiue de illo intelligas, magnam vtilitatem aſſert eius memoria. Quod nonnullis adductis testimoniis euincamus. Primus teſtis accedat Baptiſta Matthæi 3. 10. *Iam enim ſecuris ad radicem arboris poſita eſt.* Quid vtilitatis aſſert ſecuris ad radicem arboris poſita? Plane non exigua. Sumpta metaphora ab agricultura rem cape: ſtercus, & ſinum ad radicem arborum iniiciunt, vt multum fructum aſſerant. Teſtatur villicus ille Euangelicus, qui pro ſicu in fructuofa Dominum exorauit donec ſtercus mitteret: ergo arbores ex ſimo radicibus non paruum capiunt vtilitatem. At vero homini, qui ſenſu morali arbor dicitur ſecuris pro ſtercore, & ſimo eſt, dum enim metum futuri iudicij, &

1.

Matth. 3. 10.

ultionis concipit, sterilitatem deponit, & ad virtutes fecundus redditur. Hanc expositionem deduxi ex autore operis Imperfecti homil. 3. in Matthæum, his verbis. *Securis autem est acutissima ira consumationis, quæ tota præcisura est mundum. Et si posita est quare non præcidit, aut si interim præcisura non fuerat, quare posita est? quia rationabiles sunt arbores, & in potestate habent facere bonum, aut non facere, et videntes ad radicem positam esse securim, timeant præcisionem suam, & faciant fructum.*

Imp.

2. Matthæi 24. 29. *Statim autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stella cadent de cælo, & virtutes cælorum commovebuntur. Quærit author operis imperfecti in Matthæum Homil. 29. quare sub finem mundi omnia cælestia luminaria in tenebras sint vertenda? adeo enim non ex se lucem emittent, ut tenebras quodammodo incutere videantur. Innuit autem huius rei causam, nempe, ut crimini pœna respondeat. Ideo enim impij tot crimina commiserunt quia tenebras, sibi ipsis offundentes qualis finis eos maneret & quale iudicium expectarent cognoscere, reuenerunt. Iure ergo sub tempus eiusdem iudicij in corpore eas patiuntur tenebras, quas prius intus in anima gerebant. Verba huius authoris dono qui postquam alias huius dubij attulit solutiones, tandem subdit: *Aut super impiorum opera indignantes, aut nouissimam in eis Dei iracundiam demonstrantes.**

Matt. 24. 29.

Imp.

3. Matthæi 6. *Adueniat regnum tuum. Hæc nos Christus petere docet, & his verbis Deum sollicitate monet; quid autem sit regnum Dei aduenire, docet Chrysofomus homil. 12. ex variis in Matthæum. Nempe hæc verba finem mundi, & futurum sæculum designant, id est, adueniat tempus illud, in quo iusti omnes in vnum regnum collecti, alternis te, ô, Deus vocibus laudabunt: impij vero in barathrum detrusi tuæ authoritati obfistere non valebunt. Sed quis tam innocens, qui audeat hoc petere, quis moras trahentem iudicem præcibus vrgebit? Nullius criminis conficius erat beatus Iob, & tamen illum diem formidabat, quid de Hieronymo dicam, qui ad sonitum illius buccinæ metu dissoluebatur? Qua ergo ratione docet Christus Dominus omnes Christianos tardantem iudicem verbis sollicitare? Quæsitio respondet Chrysofomus loco superius allegato, hanc orationis Dominicæ sententiam, non tam de ipso iudicij die esse exponendam, quam de illius diei memoria. Idem enim est ac si dicat: Peto Domine ut futuri iudicij memoria mentem meam semper occupet. Hac enim ratione fiet, ut faciliè rebus sæcularibus nuncium remittam, & me ad virtutem accingam. Fac ut prius ego ad iudicium adducam facta mea, & sententiam tuam anteuertam: hac enim ratione fiet, ut me omnino ad tuam voluntatem accommodem. Vnde subdit. *Fiat voluntas tua.* Verba Chrysofomi transcribo: *Adueniat regnum eius, sed in nobis, non ad iudicium, sed ad redemptionem, nam quæ conscientia est illa, quæ sit preparata ad regnum illud iudicij? Et quare dicebatur, non intres in iudicio cum seruo tuo, quoniam non iustificabitur in cõspectu tuo omnis viuens. Ergo quomodo intelligimus, adueniat regnum tuum? adueniat, id est, in me veniat, ut ego efficiar Rex reges limum carnis meæ terram meam, quæ fuit maledicta spinis & tribulis plena.**

Matth. 6. 10.

Chrysoft.

Psal. 10. 5.

4. Chrysofomus homil. 38. in caput 5. Ioannis, pro præsentis argumentum capit ex isto Psalmi 10. 5. *Inquinata sunt via illius in omni tempore.* Sed quæ huius tanti mali causa? Subdit statim. *Auferuntur iudicia tua à facie eius.* Id est, qui abiecit memoriam ex-

tremi iudicij in tanta mala deuenit. Omnes enim (ait Chrysofomus) manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque pro ut gessit, siue bonum, siue malum. Hoc iudicium semper præ oculis habeamus, ita semper virtuti vacare poterimus. Nam sicut qui diei illius oblitiscitur tanquam frano abiecto in præcipitem defertur. *Inquinata, inquit, sunt via illius in omni tempore, & causam affert: auferuntur iudicia à facie eius. Ita etiam quem continuo ille percellit timor modeste viuendi diem ingreditur. Recordare, inquit nouissima tua, & in æternum non peccabis. Qui enim dimittit nobis peccata, nunc miserando, hic tunc iudicando pandit. Qui propter nos mortuus est, vniuersa natura Iudex apparebit. Iterum, inquit, sine peccato videbitur suscipiemibus eum ad salutem.*

Chrysoft.

Tormentorum suorum remissionem obtinere non potuit diues ille, qui apud tartara cruciabatur, ac tandem ad petendum pro fratribus, se inflectit illis verbis Lucae 16. 27. *Rego te pater, ut mittas eum in domum patris mei. Habeo enim quinque fratres, ut testetur illis, ne & ipsi veniant, in hunc locum tormentorum.* Sed quam vi orationis ruentes in tartara fratres tenere poterit Lazarus? *Ut testetur illis ne, & ipsi veniant in hunc locum tormentorum;* id est, faciliè eos ab impietate arcebit, si eorum menti inserat meæ sortis memoriam, si eis suggerat, qua ratione à iudice sim damnatus, quas pœnas sustineam, hoc enim ferrea, & adamantina pectora faciliè mollire poterit, & à luxu, & libidine ad pietatem, iustitiamque reuocare. Hoc tradit Chrysofomus homil. 2. in caput 1. 2. ad Thessalonicenses, his verbis. *Ne effugiamus, quæ de gehenna dicuntur, ut gehennam ipsam effugiamus: ne fugiamus supplicij memoriam, ne supplicio puniamur, si diues ille ignem non cogitasset, utique non deliquisset, quia vero nunquam in mentem eius venit, illic venit. Propterea in illum decidit. Dic mihi homo tribunali Christi cum sistendus sis, omnia magis loqueris quam de isto?*

5.

Lucæ 16. 27.

Chrysoft.

6. Multis malis se implicuit seruus ille Matth. 24. horum autem causam reddidit Euangelista illis verbis: *Si autem dixerit malus seruus ille in corde suo. Moram facit Dominus meus venire.* Non omnino metum excussit, nec omnino Dominum venturum negauit, sed credidit aduentum distulisse, morâque longiores trahere. Ergo si ille, qui extremum iudicium & Christi aduentum memoria voluebat, quia tamen longiùs abesse credidit, in tot mala decidit, & tot supplicia subire cogitur, quid dicam de illo, qui omnem Dei iudicij memoriam abiecit. Accipe pro hac re verba Chrysofomi Homil. 22. ad populum. *Si autem dicens moratur Dominus meus, per medium diuiditur veniente ipso, qui nec omnino Dominum suum expectat, quid parietur? paratos igitur nos ipsos, & expeditos ad hinc nauigandum oportet hæc dicere; paratum cor meum Deus.*

Mat. 24. 11.

Chrysoft.

7. Psalmi 17. *Ignis à facie eius exarsit: carbones succensifunt ab eo, id est, cum primum in eius conspectum venerunt omnino faciliè caritatis cõceperunt ignem.* Verba enim illa à facie eius multam facilitatem innuunt iuxta phrasim Hebræam. Sed quænam causa fuit, ut tam faciliè ad pietatem accederentur? Posterius hemistichium ostendit. *Carbones succensifunt ab eo.* Non ligna erant denuo de sylua abscissa sed carbones semiusti, qui iam ante flammam exceperant, quapropter faciliè conflagrauerunt. Carbo enim ut vulgo satis notum est fomentum illud ignis dicitur, quod semel exustum fuit, hic autem delicatiorum hominum focus expetit, quia faciliè ignem recipit, nec fumum ex se emittit. Aptè hac similitudine, eos depingit Propheta, qui extremi iudicij, futuri

7.

Psal. 17. 8.

futurique ignis memoriam sæpe versauerunt. Hi enim carbones sunt iam semel vsti ab illo igne, quem sapius mente versant, Hos autem facile ignis pietatis adurit. Illi verò, qui nihil de æterno igne cogitant quasi ligna denuo abscissa pietatis iniectas flammis non concipiunt. Hæc est mens Augustini exponentis prædictum locum Psalmi his verbis.

Ascendit fumus in ira eius. Ascendit lacrymosa deprecatio penitentiæ, cum cognouissent, quæ comminetur Deus impijs, & ignis à facie eius exarsit, & flagrantia caritatis post penitentiam de notitia eius exardescit, carbones succensit sunt ab eo, qui iam mortui erant deserti ab igne desiderij, ac luce iustitiæ, & frigidi tenebrosique remanserant, rursus accensi, & illuminati reuixerunt.

Dextera tuâ inueniat, omnes qui te oderunt. Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui: Dominus in ira sua conturbabit eos, & denorabit eos ignis. Psa. 20. 9. Augustinus in hunc locum optime notat non ponendos esse hos impios, vt ignem, sed vt clibanum ignis, clibanum enim intrinsecus ardet, exterius flammis non mittit. Ergo, ait David ea ratione impios punias, vt tamen illorum supplicium, non veniat in memoriam aliorum impiorum. Quid inde: *fructum eorum de terra perdes, & semen eorum à filijs hominum,* id est, simul cum illis, qui tormenta patiuntur reliquos impios eadem pœna inuoluet. Nimirum si illud supplicium, si illam sententiam, quam impij subeunt mente recolerent, nequam pœnas simul cum illis darent, quia verò nihil de aliorum pœnis cogitarent, similes pœnas luent. Hæc est mens Augustini in hunc locum. Pones eos (ait Augustinus) vt clibanum ignis: constitues eos ardentis intrinsecus conscientia impietatis suæ, in tempore vultus tui, in tempore manifestationis tuæ. Dominus in ira sua conturbabit eos. fructum eorum de terra perdes.

Psal. 40. Beatus qui intelligit super egenum, & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus, sensus horum verborum iuxta Augustinum ibidem est. Beatus ille est, qui iudicij diem alta mente recolit, in die mala liberabit eum Dominus, id est, à die mala liberabit eum Dominus, id est, dies illa, quæ omnibus mala futura est, his qui eam mente versauerint, bona erit.

Beatus qui intelligit super egenum, & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus. Veniet enim dies mala, vel velis, nolis veniet. Dies iudicij aderit mala dies, si non intelligeres super egenum, & pauperem. Quod enim modo nobis credere manifestum erit in fine. Sed non fugies, cum fuerit manifestum, qui non fugis cum fuerit occultum, inuitaris vt quod non vides credas, ne eum videris, erubescas.

Psal. 57. Latabitur iustus cum viderit vindictam: manus suas lauat in sanguine peccatoris. Hæc verba pro nobis exponit Augustinus ibidem. Lauare manus, idem est, ac opera mundare, & ad pietatem se exercere. Ergo has manus lauat iustus in sanguine peccatoris. Hoc est, contemplanus vltionem, quam Deus de peccatoribus sumit. Augustini verba hæc sunt. Sed quid est in sanguine peccatoris lauat manus suas iustus? quando videt penam peccatoris proficit ipse & timor alterius valet ad vitam alterius. Si enim spiritu alter sanguis currit, de his, qui intrinsecus moriuntur, tu videns illic talem vindictam laua illic manus tuas, de cætero mundus viuere. Et quomodo lauat manus suas, qui iustus est? quid enim habet in manibus, quod lauetur si iustus est? sed iustus ex fide viuere. Iustos autem dixit fideles: & ex quo iam credidisti, iam incipis vocari iustus.

Psal. 77. Qui eduxit eos in nube diei, & tota nocte in illuminatione ignis. Historia nota est, & habetur in Exodo, quo loco dicitur, columnam nubis præisse Hebræis per diem, columnam verò ignis luxisse per

noctem. Factum ad mores refert Augustinus in hunc versum Psalmi, quo loco ait columnam fuisse Christum Dominum, qui quidem viuens, & multa homines docēs, & pro eis numen litans, columna quidem fuit nubis, iuxta illud Esaiæ. *Ascendet Dominus super nubem leuem.* Hæc igitur columna, quæ per diem lumen referebat, multo igne coruscabat per noctem, eisdem homines ad optatam regionem perducens. Est autem hæc columna ignea, idem Christus, quatenus ignem iræ vomens in iudicio contra impios venturus est. Hæc autem ignita columna, non minus, quam illam, quæ nubem referebat Hebræis fuit necessaria, imo verò sub noctem dux viæ magis necessarius erat. Ergo oportet, vt qui ad cælestem patriam ire pergis huius columnæ ductum sequaris per diem, scilicet memoriæ commendans, quæ Christus inter homines degens, pro te gesserit: insuper, & memoriam refrices, illius futuri iudicij: Hoc enim est sequi ductum colunæ igneæ. Vel columna nubis est Christus quatenus bonis beneficia largitur, ignea verò quatenus malis minas intemat. Ergo vtrunque colunam memoria tene, nec vna, altera magis est necessaria. Hæc sub noctem radiat, illa per diem obteggit, quia pios, & perfectos viros multum ad pietatem iuuat memoria pramiorum, impijs vero magis est necessaria suppliciorum recordatio. *Qui eduxit eos,* (ait Augustinus) *in nube diei, & tota nocte in illuminatione ignis. Potes etiam spiritaliter dirigere itinera, si ad Deum clamitet fides: itinera mea dirige secundum verbum tuum, de quo alibi dicitur: ipse etiam rectos faciet cursus tuos, & itinera tua in pace perducet, per Iesum Christum Dominum nostrum, cuius in hoc seculo tanquam in die sacramento manifestum est in carne, vel vt in nube: in iudicio vero tanquam in timore nocturno, quia tunc eris magna tribulatio sæculi, & ardebit in iustis.*

Psal. 118. Confige timore tuo carnes meas, id est, tanto timore percelle, vt non modo animus, ad superiora dirigatur, verum ad ipsum corpus, spiritalibus legibus pareat. Sed quisnam timor, eas vires habere poterit, vt non modo animum, intra rationis carcerem contineat, verum ad ipsum corpus iniectis compedibus cogat rationi parere? *Audi: à iudicijs enim tuis timui,* id est, obijce mihi extremi iudicij memoriam ex qua tantus timor in animum irrepit, vt non modo animum, verum & corpus cohibeat. Huius sensus auctor est Augustinus ibidem his verbis. *Sed quid sibi vult, quod cum dixisset, confige clavis à timore tuo carnes meas, addidit: à iudicijs enim tuis timui: quid est confige à timore tuo, timui enim? si enim iam timuerat, & timebat cur adhuc à timore suo Deus, vt crucifigeret carnes suas orabat? an sibi volebat addi timorem, vt tantum timeret, quantum sufficeret crucifigendis suis carnibus, id est, concupiscentia affectibusque carnalibus? tanquam dicens: perfice in me timorem tuum, timui enim à iudicijs tuis.*

Psal. 138. 7. Quo ibo à spiritu tuo? & quo à facie tua fugiam. Si ascendero in caelum tu illic es: si ascendero in infernum ades. Ac si dicat: David nullibi mihi effugium patet à te. Nam licet velocior volucre fugiam, siue suprema petam, siue in ima deuoluam te effugere non potero. Quæ ergo spes reliqua? subdit David. Si sumpsero pennas meas diluculo: & habitauero in extremis maris. Per extremum maris exponit Augustinus ibidem extrema temporum, quando nimirum rerum varietate summoti omnes Christi tribunali adstabimus. Ergo, ait David, vnus mihi aditus restat, vt te iratum subterfugere possim: quodnam hoc est? ad te iratum confugere, id est, vt iudicij tui sæueritatem subterfugiam, hoc tuum iudicij

August.

8. Psa. 20. 9.

August.

9. Psa. 40. 1.

August.

10. Psa. 57. 14.

August.

11. Psa. 77. 14.

August.

12. Psa. 118. 120.

August.

13. Psa. 138. 7.

August.

cium sapius mente versabo. Si enim huius rei mihi memoria inhaerit, facile pœnam, suppliciumque vitare potero. Verba Augustini subiungo. *Recipienda sunt pœnae meae non in prauum, sed in directum, ut neque in superbam erigat presumptionem, neque in perditam mergat desperationem; has, inquit, alas, has pennas si recipiam, sic & habitabo in extremis maris possum fugere à facie tua ad faciem tuam. Quid enim est extremum maris, nisi finem saeculi? Illuc iam volumus spe, & desiderio habentes alas geminae charitatis, non sit nobis requies, nisi in extremis maris.*

I 4.
Psal. 142. 3.

Psal. 149. *Ad alligandos Reges in compedibus nobiles eorum in manicis ferreis.* Per has compedes, & manicas ferreas, exponit Augustinus Dei timorem, qui optimè per vincula pedum, & manuum significatur; sicut enim ille, qui pedes, & manus habet ferreis alligaturis constrictos nulla ratione se mouere potest; ita etiam, qui Dei timorem imbibit, omnino fixus est in virtute, neque ex quacunque materia vincula habere dixit, sed ex ferro, ut eorum vim significaret. Tandem notat verba illa *Reges eorum*, difficilius enim ad pietatem mouentur, qui in praefecturis sunt constituti, quam illi, qui eis parèt. Ergo ea est vis timoris, quæ ex recordatione extremi iudicij increseat, ut non modo gregariorum hominum corda mollire possit, verum, etiam, & principum virorum mentes ad virtutem pertrahere. Hæc expositionem desumpsi ex Augustino ibidem cuius hæc verba annecto. *Reges, & nobiles, quibus non facile dicitur, quid fecistis? Nam pauper homo, etsi non timeat Deum, quia nullarum virium, nullarum facultatum, ne cum se monerit, in supplicium rapiatur, cessat timore hominis, etsi non Dei. Potentes autem nobiles Reges, si Deum non timeant, quem timebunt? sed prædicatur illis, & percutiuntur. framma bis acuta, dicitur illis, quia est, qui ponat alios ad dexteram alios ad sinistram.*

I 5.
Iosue 6. 12.

Iosue 6. 12. *Igitur Iosue de nocte consurgente, tulerunt sacerdotes arcam Domini, & septem ex eis septem buccinas, quarum in iubileo usus est &c.* Septem sacerdotes buccinis concrepantes, & arcam Dei præcedentes per septem dies ciuitatem Iericho circumeunt ad quorum sonitum muri Ierichontini concidunt. Ad rem moralem factum trahit Augustinus sermone 106. de tempore. Nimirum sacerdotes buccinis personant, dum concionatores de extremo iudicio, & de Angelica tuba pro suggestu ad populum orationem habent. Hoc autem septem diebus fit, nam septem dies vniuersum tempus designant, quia hoc non bis, aut semel facere tenentur concionatores sed sapius hanc orationem inculcare. Personantibus autem tubis muri decidunt, quia dum timor de extremo iudicio conceptus animum occupauerit animi vitia corrumpunt, & ad omnem pietatem via sternitur. Tandem expende verba illa *quarum in iubileo usus est.* Nam metus ex iudicio incussus omnium criminum indulgentiam impetrat. *Septem ergo diebus* (ait Augustinus) *sicut scriptura dicit muri Ierico sacerdotibus tubis circumdati, ceciderunt: unde nos spiritualia comparantes, dicimus, quod septenario nunc per sacerdotes Dei non tam vna ciuitas destruitur, quam totius mundi iniquitas dissipatur. Nam sicut in singularis vrbis nuncupatione vniuersi mundi habitus figuratur, ita septem dierum circulo totius mundi spatia distinguuntur, per quæ sacerdotum prædicationum tuba ipsi saeculo excidium annuntiant, & iudicium comminantur, sicut scriptum est, quia mundus peribit, & omnia, quæ in mundo sunt.*

August.

I 6.
Pl. 9. 5.

Hunc sensum habent etiam verba Psal. 9. 5. *non est Deus in conspectu eius: inquinata sunt via illius in omni tempore.* Sed quæ tantorum malorum causa?

subdit statim Propheta. *Auferuntur autem iudicia à facie eius,* id est, extremi iudicij memoriam abiecerant. Vnde non mirum est si omni peccatorum cæno se fœdēt. Testem adduco huius expositionis Augustinum sermone 25. de tempore his verbis. *Caueamus peccatis, & criminibus vitam prodere, ut ad nos non respiciat Propheta illa terribilis. Non est, inquit, Deus in conspectu eius, polluuntur via eius in omni tempore: auferuntur iudicia tua à facie eius. Irremediabile periculum est, sic aliquem vitis & cupiditatibus frenata laxare, ut se rationem Deo non meminerit redditurum. Puto, quod iam magna sit peccati pœna metum, ac memoriam futuri perdidisse iudicij.*

Matthæi 11. à diebus Ioannis Baptista regnum celorum vim patitur, & violenti rapiunt illud, id est, quondam pauci fuerunt, qui cælo inferre vim sint ausi. Hanc enim prouintiam, tanquam humanis viribus imparem subire detrectabant. At postquæ Ioannes Baptista nos docuit, quibus sit armis beatitudo expugnanda, innumeri penè sunt qui hoc facinus aggrediantur, & magna in cælum irrumpât vi. Sed quibus armis nos docuit Baptista bellum cælo inferre. Audi ipsum apud Matthæum, c. 3. n. 7. differenter. *Progenies viperarum, quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira? & infra. Iam enim securis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur.* Et pleraque alia de extremo iudicio, ibidem subiungit, quibus homines de futura illa die commonet. En tibi arma quibus nos docuit cælum expugnare, nempe extremi iudicij meditatione. Sequor hac in re Augustinum sermone 20. de sanctis, & 76. ex appendice. *De persona* (ait Augustinus) *huius Euangelista testatur: à diebus, inquit, Ioannis regnum celorum vim patitur. Nouimus, quia familiariter mens humana in diuersis huius mundi illecebris, & concupiscentijs deuicta fugit laborem expetit voluptatem, & vix adducitur, ut consuetudinem à se vitæ prioris excludat, sed cum cepit cogitare ultimi diei necessitatem, ac futuri iudicij pondus, incitata, & stimolata, vel spe præmij, vel timore supplicij voluntarium bellum inducit passionibus, & vim facit pristinis his desiderijs, & violenter se vincere ipsa contendit, non enim sine violentia fieri potest, ut de abundantia, & delitijs ad famem, & sitim, ad abstinentiam, & crucem transeat.*

17.
Matt. 11. 11.

Matt. 3. 7.

August.

Psal. 44. *Sagitta potentis acuta cum carbonibus desolatorijs.* Appellat sagittas acutas, quæ carbones desolatorios secum ferunt. Iuxta Basilium ibidem sagittæ verba prædicatorum sunt, desolatorios verò carbones secum important, si de futuro iudicio, siue de damnatorum pœnis, aliquid auditoribus infonent: hæc autem sagittæ potentes sunt quia nullum est tam ferreum, tam adamantinum pectus, quod non emolliant. *Ex quo* (ait Basilus) *Psalmistæ cupiens, quandoque à dolosis hominibus sue ætatis, & generationibus liberari, contra dolosam linguam sagittas potentes acutas in remedium exquirat. Querit item carbones sibi adesse desolatorios, ut quorum corda ob duritiem callosam spirituales sagittas non contingant, his paratum sit supplicium, quos carbones desolatorios appellauit.*

18.
Psal. 44. 6.

Basil.

Esaia 1. *Exquirite iudicium.* Malorum remedium hæc verba continent, si fides Basilio ibidem. Nempe, ut facile remittere possimus nuntium vitis, & virtutem nullo negotio adipisci, hoc vnum pro omnibus sit remedium, ut scilicet iudicium conquiramus, id est, Dei futurum iudicium, mente cõtemplemur, *exquirite iudicium* (ait Basilus) *Christi videlicet, secundum de nobis fert sententiam, singulis quoque nostrorum pro meritum qualitate rependens mercedem*

19.
Esaia 1. 17.

Basil.

cedem. Quod quidem nisi obseruemus, nisi præ oculis habeamus, ne possimus quidem persistere in illo opere bono. *Attenta enim cogitatio arcanorum, nobisque formidabilium, que in tremendo iudicio se offerunt pedagogus est ad exercendam pietatem, aut qui a nihil examinatum, aut ad perpendicularum iudicij liberatum erit.* Optimè timorem iudicij Basilium appellat animæ pedagogum. Sicut enim à patre puero pedagogus adhibetur, qui cum ad virtutem informet, & à lasciuorum iuuenum arceat congressu, ita extremi iudicij timor, nos ad omnem pietatem format, virtusque docet abstinere.

20. Bernardus sermone 4. de Aduentu pro nobis adducit verba illa sonæ Cantor. 2. 6. *Læua eius sub capite meo & dextera illius amplexabitur me.* Dextera manu sponsus sponsam amplexatur, læua autem ruentem fulcit. Nempe ut vult Bernardus serm. 4. de Aduentu, duæ manus sponsi duo sunt aduentus Christi. Prior aduentus dextera Christi est. Posterior vero sinistra. Quando scilicet omnium hominum nationes iudicaturus adueniat. Ergo dextera, quæ prior est, aduentus, & amorem notat, amplexatur sponsam, & ad omnem virtutem perducit. Posterior vero aduentus, qui timorem refert, & læua Christi dicitur, ne in peccata labatur, animum fulcit: illa virtutem inducit, hæc à vitiiis arceat. Addit etiam Bernardus illud Psalmi 67. 14. *Si dormiat is inter medios clericos penna columba de argentata, & posteriora eius in pallore auri.* Id est, instar pennæ columbæ eritis, & satis pulchræ, quæ quidem, & nitorem argenti, & splendorem auri referant pulchritudine pennarum. Sed quis nobis has pennas induere poterit, quæ auri argenteque nitorem, facile referant, & quibus insidiantes hostes facile vitare poterimus? *Si dormiat is inter medios clericos.* Id est, inter medios terminos, si mentem figatis in extremum illum futuri iudicij diem qui inter hoc & futurum sæculum terminus est. Qui hanc diem assidue contemplatur facile aureas, argenteasque plumas induat, quibus, & spectantium ad se oculos alliciat, & pericula subterfugiat. *Vinam certè (ait Bernardus) dormiat is inter medios clericos, hæc sunt enim duo brachia sponsi, inter qua sponsa dormiens aiebat: læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.*

ETHOLOGIA C.

Memuisse pœnarum damnatorum pietatem alit.

1. Postquam de imminente mortæ deque futuro iudicio, nonnulla præmissimus, subiungamus alia de damnatorum suppliciis, ut mentem nostri authoris illustremus. Adest in primis Gregorius lib. 4. Moral. cap. 24. ad illa verba Iob 3. 8. *Maledicant, ei qui maledicunt dici qui parati sunt suscitare Leuiathan: obtenebrentur stella calligine eius: expectet lucem, & non videat, neque ortum surgentis aurora.* Illi obtenebrentur stelle, & lucem surgentis auroræ non videt, qui perpetuas illas, & densissimas tenebras, quas dånati patiuntur, animo nõ versat. Hoc autem vitale est, non modo eis, qui in virtute tyrones sunt, sed etiam illis, qui multum profecerunt ex quorum numero ait beatus Iob. *Obtenebrentur stella caligine eius (ait Gregorius) id est, etiam illi in contemplatione sua antiquæ noctis adhuc tenebras sentiant. De quibus mirum constat, quod humano generi in huius vitæ caligine virtutum suarum iam radios expandat.*

2. Iob 6. 4. *Quoniam sagitta Domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum, & terrores Domini*

militant contra me. Id est, non solum præsentium malorum dolore quatitur peccatum, verum etiam & futurorum timore percellitur, ne quid contra ius, fasque aggrediatur. Hanc expositionem adhibet huic loco Gregorius lib. 7. Moral. cap. 3. qui etiam adducit verba illa Psalmi 87. 17. *In me transierunt ira tua, & terrores tui conturbauerunt me: circumdederunt me sicut aqua tota die, circumdederunt me simul.* En tibi quibus armis, quibus tormentis, & machinis, Deus aduersus impios pugnet, & eos debellet. Gregorium loquentem audi. *Unde rectè subiungitur: & terrores Domini militant contra me.* Infortium mens non solum perpendit quod tolerat, sed etiam timet, quod restat, vide quid in hac vita patiat, metuit ne posthac grauiora patiat. Iam ergo sententiam tolerat in pena, sed minas adhuc venturi iudicij formidat ex culpa. *Hinc Psalmista ait: in me transierunt ira tua, & torrentes tui conturbauerunt me, interni quippe iudicij postquam ira pertransierit, etiam terrores conturbant, quia iam aliud de damnatione patimur, & adhuc aliud de aeterna damnatione formidamus.*

Iob 11. 20. *Oculi impiorum deficient.* Per oculos impiorum intelligit Gregorius lib. 10. Moral. capi 23. impiorum desideria, eorum cogitationes, illaque omnia, quæ mente versant. Hæc inquam omnia deficient, cum impius æternis cruciatibus addicitur, & in infernum ignem demittitur. Etenim impius, dum viueret nihil aliud in votis habebat, nihil aliud in mente voluebat, quam temporalia hæc, voluptates, comessationes, &c. Æternæ autem illa pœnæ nunquam in mentem ei venerant, nunquam de futuris suppliciis neque per somnium cogitauerat. Ergo cum in infernũ carcerem demittitur omnia eius desideria deficient, quia ea, quæ mente tantum tractauerat abscedunt, illa vero, de quibus nihil in mentem venerat succedunt. En tibi malorum causa, en tibi ruinæ caput, quia hæc inferorum supplicia nunquam mente expenderat. Hunc sensum habent iuxta eundem Gregorium ibidem verba Psalmi 145. *In illa die peribunt omnes cogitationes eorum.* Iuxta Hebraicam phrasim cogitationes pro rebus cogitatis ponuntur. Ergo in illa die, in qua scilicet impij in æternum carcerem fuerint detrusi euanescent ab ipsis, auolabuntque omnia, quæ prius ipsi cogitauerant: succedent autem illa, quæ nec mente, nec cogitatione vnquam voluerant, nempe tormenta, æternique cruciatu. *Quorum scilicet (ait Gregorius) oculi in superna vitione deficient, quia suo hic iudicio à terrena deficere delectatione noluerunt. Hoc illorum oculos à incūditate pristina claudi Psalmista conspexerat, cum dicebat: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum, quia æterna mala nunquam cogitata reperiant & subito amittunt bona temporalia, quæ diu tractando tenuerunt.*

Cant. 6. 9. *Quæ est ista, quæ progreditur, quasi aurora confurgens, pulchra, ut luna, electa, ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata.* Aurora iuxta Gregorium ibidem eum significat, qui in virtute proficit, & noua pietatis crementa capit in dies. Sed qua ratione, id fiet? Si lunam imitatus fuerit. Luna nocte luget, & inter offusas tenebras radios emittit. Ergo luna eos significat, qui damnatorum pœnas semper mente versant, sicut luna nocturno tempore graditur. Ergo si luna fueris, si has tenebras fueris imitatus, noua semper virtutis incrementa capies tanquam aurora, donec ad splendorem, & stabilitatem solis peruenias: hisque terribilibus aduersariis, non aliter ac instructus exercitus. *Quod tamen (ait Gregorius) & e membris eiusdem Ecclesie, adhuc in carne uiuentibus intelligi potest: sunt enim nonnulli, qui magna intentione*

20. Cant. 2. 6.

Psal. 67. 14.

Bernard.

Iob 3. 8.

Gregor.

2. Iob 6. 4.

Psal. 87. 17.

Gregor.

3. Iob 11. 20.

Psal. 145. 4.

4. Cant 6. 9.

Gregor.

intentione, quæ sint tormenta reproborum aspiciunt, & qui facta sua sine palpitatione examinare contendunt, dumque se peccare cognoscunt, & per hoc, quod ire ad reproborum loca pertinere vident, subito tenebras iniquitatis derelinquunt, & luce iustitiæ accendi concupiscunt. Mox ad sanctam operationem consurgunt, & per bona, quæ faciunt clarere, quibusque proximis incipiunt. Hi proculdubio, velut aurora surgens progrediuntur, quia subito noctem euagantes, ad lucem magis ac magis dilatantur: sic animo, quæ prius erat in tenebris, nunc splendens apparet, quæ etiam in semetipsa curabatur, nunc alijs lumine sanctæ operationis resplendet.

5.

Mat. 13. 45.

Postquam Christus Dominus multis parabolis ostendit, quam sit vile verbum Dei audire, & quam deceat concionatoribus diuina mysteria auditoribus suis instillare, subdit Matthæi 13. 45. *Ideo omnis scriba doctus in regno cælorum similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua, & vetera.* Id est, quicumque Dei præco, qui animorum motus excitare desiderat, noua, & vetera auditoribus suis inferat. Noua scilicet, hoc est, de renouatione corporum nostrorum, dum scilicet in beatitudine induent claritatem, & splendorem eximium. Importet etiam, & vetera, multa de æternis supplicijs inferendo. Hunc sensum elicit ex his verbis Gregorius homil. 11. in Euangelia. *Quem loquentem accipe. Ac si aperte dicat, ille in sancta Ecclesia prædicator est, qui et noua scit proponere de suauitate regni, & vetusta de terrore supplicij, ut vel pœnæ terreant, quos præmia non inuitant.*

Gregor.

6.

Rom. 1. 27.

Pro nobis est Chrysoströmus in Psalmum 7. qui iure notat, tam Christum Dominum, quam eius præconem eximium Paulum sapius vsos fuisse verbis, quæ homines terrerent in medium adductis damnatorum supplicijs. In primis Paulus Romanorum 1. 27. cum in medium adduxisset antiquos Philosophos, qui Dei per creaturas venati sunt notitiam, nec tamen ei debitum cultum exhibuerunt: subiicit his verbis pœnas quas ob hoc crimen dederunt. *Et mercedem, quam oportuit erroris sui in semetipsos recipientes.* Insuper Christus Dominus sapius sermonem infert de gehenna, ut puta in parabola de decem virginibus: insuper cum epulonem illum in medium adducit. Imo vero sapius de infernis pœnis, quam de beatitudine concionem habet. Nam ut habet Chrysoströmus ibidem utilior est rudiorebus hominibus timor, quam reliqua omnia. *Quod quidem (ait Chrysoströmus) etiam Paulus ostendens dicebat: & mercedem, quam oportebat erroris in se recipientes. Et adducit in medium eos, qui extrema à vitio passi sunt, quia enim multi ex crassioribus tunc maxime solent se reperire, & moderatores effici quando, eos, qui passi sunt viderint, propterea ipse quoque, eos adducit in medium, & etiam facit Christus, qui cum de gehenna multa disserisset, illos etiam, qui illic nutritur in medium adducit, ut diuitem, qui erat sub Lazaro, virgines, eum insuper, qui vnum talentum abscondit.*

7.

Lucæ 16. 27.

Lucæ 16. *Rogo ergo te Pater Abraham, ut mittas eum in domum patris mei: habeo enim quinque fratres, ut testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum.* Quorum verborum hic est sensus teste Chrysoströmus in Psalmum 11. sermo de gehenna, nunquam auditus est, in domo patris mei, quapropter ego in hæc supplicia deueni, quia nunquam illa mente cogitavi, neque coram discentem audiri de illis: ergo rogo te, ut mittas Lazarum, qui multa de tartareis pœnis meis fratribus intonet, quo proculdubio fiet, ut impietate posita ad meliorem frugem se recipiant. *Nec dicas (ait Chrysoströmus) quid me importuna afficiet tristitia? importuna erit tristitia,*

quando angeris in gehenna. Hoc est tempus tristitiæ non illud, & hoc ostendit diues sub Lazaro, cui nihil profuerunt innumerabiles, quibus afficiebatur molestia. Si autem in tempore doluisset, non ea passus fuisset, quæ passus est.

8.

Chrysostr.

Chrysoströmus in Psalmum 123. nostræ sententiæ his verbis aditipulatur: *Ab his deinceps mitte tuam cogitationem, ad futurum illum diem terribilem, ad habendas de te quæstiones, & habendas rationes ad supplicia quæ nullum habent omnino solatium, ubi nullus se defendit, & his omnibus veluti quibusdam carminibus seditas tuas animi perturbationes.* Pulchra similitudine legentium oculis obiicit Chrysoströmus quantum valeat ad componendos animi motus æternorum cruciatuum recordatio. Scilicet, ut venefici quædam carmina, & præcantationes mustitantes serpentibus somnum inferunt, ne nocere possint, postea vero, eos manibus pertractant impauidi. Ita etiam animi motibus grauissimum somnum inferere poteris, quibusdam sacris decantationibus, scilicet si æternos cruciatus mente contempleris. Fortè de his serpentibus intelligendum est illud Psal. 57. 5. *Furor illis secundum similitudinem serpentis: sicut aspida surda, & obturantes aures suas, quæ non exaudient vocem incantantium, & venefici incantantes sapienter.* Quorundam serpentum astum his verbis meminit Dauid qui ne incantentur à venefico, canda quidem alteram aurem obturant, alteram vero firmiter contra terram obfirmant. His nimirum similes sunt omnes, qui nihil non agunt, ut gehennæ memoriam abigant, metumque excutiant; quod si quando hæc cogitatio irreperit, tanquam importunam pellunt.

Psal. 57. 5.

9.

Matth. 7. 16.

Concionem bene longam habuit Christus Dominus, quam refert Matthæus toto capite 5. 6. 7. cui Christus Dominus hanc sententiam tanquam coronidem imponit. *Et omnis, qui audit verba mea hæc, & non facit ea similis est viro sinito, qui edificauit domum suam super arenam, & descendit pluuia, & venerunt fluuina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna.* Hæc magna domus ruina exponente Chrysoströmus homil. 25. in Matthæum, est ruina illa qua impij in barathrum corruunt. Ergo absoluit Christus Dominus concionem, metum incutiendo ex æternis supplicijs. Satius, quidem videbatur, ut tantus orator finem faceret auditorum animos in spem erigendo futura beatitate, & æternis gaudijs in medium adductis: verum nouerat Christus Dominus quantum valeat ad continendum in officio homines de gehenna incussus metus, vnde perorauit de hac agens, plures enim mouentur timore quam amore, aut spe. Nos quidem, cum ad populum orationem habemus, auditores bono esse animo iubemus, & æterna beatitudine in medium adducta animos facimus adstanti concioni, & sub hac verborum formula peroramus. *A qui per gracia j despues por gloria.* Et fortè ob hoc non multum fructum capimus, quia non sapius de gehenna orationem inferimus. At Christus Dominus longe alia vsus est orationis clausula, nempe: *Et facta est ruina illius domus magna.* Ob quod factum est, vt multos animorum motus ciceret. Vnde subdit statim Euangelista Matthæus. *Et factum est dum consumasset Iesus verba hæc, admirabantur turba super doctrina eius: erat enim docens eos sicut potestatem habens, & non sicut scriba, & pharisæi.* Dicitur autem hoc loco Christus docere tanquam potestatem habens, quia quocumque vellet animos auditorum pertrahebat, siue metu percutere, siue in spem erigere, siue ad pœnitentiam vigere, siue ad pietatem in flectere

infectere: etenim, qui de futuris pœnis disputat, & eas auditoribus obiicit facile quo vult, flectit. *Et hæc omnia* (ait Chrysoſtomus) *Chriſtus manifeſtando ſignabat, cum diceret: facta eſt eius ruina magna, ibi acto prorsus ſine bona hæc præcepta concludens eos, qui non plene credunt, futura de præſentibus vitia fugere cohortatus eſt, eſſi enim maius, præſecto doctrina pondus eſt futuris, vel pronocare præmiis vel detertere ſuppliciis, tamen præſentiores quaſque animas hic magis ſermo cohibet, atque à ſtudio malignitatis abducit. Propterea tali ſine ſermo eius completus eſt, ut magis in mentibus eius tam utilis ſententia figeretur.*

Chryſoſtomus Hom. 37. in Matthæum ait: quodammodo ſe poſſe excuſare apud diuinum iudiciũ illos, quos æterni cruciatus, non innotuerat. Tanta enim vis ineſt, inferorum pœnis, ut ſi cogitentur, homines à malis extrahant, ut multi ex illis, qui quondam perierunt, quondam ſuis criminibus obtendere poſſent excuſationem. *Poterunt enim* (ait Chryſoſtomus) *facile ſe ipſos excuſare & dicere: ſi gehennam nobis manifeſtatus fuiſſet, metu perterriti modeſtam vitam egiſſemus, hanc quidem, non enim, ut nunc videmus, qui quotidie de gehenna verba facientes audimus, nec tamen illo modo attendimus.*

Matthæi 13. 24. *Simile factum eſt regnum cœlorum homini, qui ſeminavit bonum ſemen in agro ſuo. Cum autem dormiret homines, venit inimicus eius, & ſuper ſeminavit zizania in medio tritici, & abiit. Cum autem creuiſſet herba, & fructum feciſſet, tunc apparuerunt & zizania. Accedentes ſervi Patrisfamilias dixerunt ei: Domine nonne bonum ſeminavi in agro tuo? unde ergo habet zizania? Et ait illis: inimicus homo hoc fecit. Servi autem dixerunt ei: vis imus, & colligimus ea? & ait: nonne forte colligentes zizania, eradicetis cum eis ſimul & triticum. Si leges agriculturalum cõſulas, non ſatis apte hic Paterfamilias fe geſſit; oportet enim herbeſcentibus adhuc legitiſibus ſarrite & infelices herbas euellere, ne ſuccum à terra ebibant, frugibusque noceant. Sed vide, quid iſte Paterfamilias decernat. *Sinite utraque creſcere uſque ad meſſem, & in tempore meſſis dicam meſſoribus: colligite primum zizania, & alligate ea in faſciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum.* Et ſi Patrisfamilias opinio minus recta videatur, ſi regulas agriculturæ conſulas: certè ſi iuxta Anagogem parabolam interpreteris, nihil aptius vnquam dici poteſt. Scilicet diabolus ſuperſeminat zizania, dum inter pios viros peccatores inſpergit. Hi autem non euellendi ſunt, ſed eis in aurem inſonanda verba Chriſti: *& in tempore meſſis dicam meſſoribus: colligite primum zizania, & alligate ea in faſciculos ad comburendum, id eſt, metus gehennæ eis incutiendus eſt. Hoc enim incuſſo facile ab impietate reſipiſcent, & zizania in triticum abibunt. Vnde arcetur ſervi ne zizania euellant, neue alia ratione frugibus medeantur, quam de gehenna inferentes ſermonem, hoc enim præſtantiffimum eſt remedium, & vix vllum huic æquari poteſt. Hæc expoſitionem tradit Chryſoſtomus Hom. 147. in Matthæum his verbis. *Duabus igitur rationibus prohibuit: altera quia frumentis parum nocerent: altera quia niſi ſanarentur, extrema ſupplicia non euaderent.***

Matthæi 6. 33. *Quærite primum regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adiciantur vobis.* Duo nobis quaerenda præcipit Chriſtus, ut reliqua omnia nobis adiciantur. Nempe regnum Dei in ſuper, & iuſtitiam eius. Quæ duo hac ratione diſtinguit author imperfecti operis Hom. 16. in caput 6. Matthæi. Nempe per regnum Dei intelligit beatorum felicitatem, per iuſtitiam verò, damnatorum ſupplicia. Ergo hæc duo: primum quaerite nempe regnũ Dei

& iuſtitiam eius, & facile omnia quæcunque reliqua ſunt, conſequi valebitis, qui enim beatorum hominum gaudia, & miſerorum cruciatus ſæpius mente voluit, facile ad omnem pietatem eſſingitur. *Quærite primum,* (ait hic author) *regnum Dei, & iuſtitiam eius, regnum Dei eſt retributio bonorum operum, & malorum, iuſtitia autem eſt via pietatis, per quam itur ad regnum. Si ergo die, ac nocte cogitas qualis erit gloria, ſanctorum, vel qualis erit interitus impiorum, & peccatorum, neceſſe eſt, ut aut propter timorem pœnæ territus recedas à malo, aut propter deſiderium excitatus ſeſſines ad bonum.*

Lucæ 16. 19. *Homo quidam erat dives, qui induebatur purpura, & byſſo: & epulabatur quotidie ſplendide, & erat quidam mendicus nomine Lazarus qui iacebat ad ianuam eius, ulceribus plenus, cupiens ſaturari de micis, quæ cadebant de menſa diuitis, & nemo illi dabat: ſed & canes veniebant, & lingebant ulcera eius. Factum eſt autem ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in ſinum Abrahe, mortuus eſt autem, & dives & ſepultus eſt in inferno. Hæc vltima verba Euangelix nempe, mortuus eſt dives, & ſepultus eſt in inferno, ſubitam quondam rerum mutationem ſignificant, ſi fides Chryſoſtomo Hom. 5. de Diuite in Lucam, idem enim valent, ac ſi dicerem: accidit præter eiufdem opinionem, cum nihil minus cogitaret, cum longius abeſſet ab hac opinione: ſcilicet mortuus eſt dives, & ſepultus eſt in inferno. Si enim ſæpius cogitaſſet, ſi diutius memoria voluiſſet, ſi ſecum pertractaſſet de inferorum pœnis, nequaquam tales cruciatus ſuſtinuiſſet. Hæc fuit cauſa malorum, hæc origo pœnarum, quia pœnas, & mala nequaquam animo voluit. Etiam Lazaro præter opinionem accidit, nam ſæpius ſæcum tractabat de damnatorum ſuppliciis: ex hac autem meditatione repete raptus eſt ad beatorum felicitatem. *Vtrique* (ait Chryſoſtomus) *mortui ſunt, illum Angeli, iſtum pœna ſuſcipiunt, ille portatur in humeris Angelorum, iſte fertur ad pœnas. Ilum Abraham lato ſinu excipit, iſtum tartarus vorat. Et cum portaretur ab Angelis tanta pœna repente delitiis conmutantur.**

Chryſoſtomus Hom. 25. in cap. 14. ad Romanos optime notat Chriſtum ſæpius egiſſe de gehenna, & de inferorum pœnis, diabolũ autem ſemper hæc pœnam cælare, ne homines eius terrore ab impietate ad virtutem proſiliant. *Et propterea facit* (ait Chryſoſtomus) *ut gehennã non ſuſpiceretur quidam quatenus in gehennam coniciat. Quenam admodum e regione Deus gehennam, & minatur, & parauit, ut ita liberet ne in illam incidat. Idem Hom. 31. in c. 16. ad Romanos his verbis nobis inferni carceris meditatione commendat. *Et utinam in tabernis vinarijs* (ait Chryſoſtomus) *reliquiſque comeſtationibus & balneis imò, & ubique de gehenna diſputatum eſſet. Neque enim laboraſſemus in vita huius malis, nec in bonis illis delectati, latitque fuiſſemus.**

Verba Domini præcipue ea, quæ timorem incutiunt, & de inferorum pœnis ſunt ignis appellantur. Nam inſtar ignis noſtra opera examinabunt. Quæ autem hoc igne non probata fuerint, æterno igne cruciabuntur. Huius expoſitionis author eſt Chryſoſtomus Hom. 6. in caput 2. ad Philippenſes, ibi enim adducit verba illa 1. Corinthior. 3. 12. *ſi quis autem adificat ſuper fundamentum hoc aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, fœnum, ſtipulam, vniuſcuiusque opus manifeſtum erit: dies enim Domini declarabit quia in igne reuelabitur: & vniuſcuiusque opus quale ſit ignis probabit.* Ergo opera noſtra tam diuerſis rebus comparat Apoſtolus, ut ignis, quæ illa ſint, probet, ignis enim inter aurum, argentum, ſtipulam optime

Chryſ.

10.

11. Mat. 13. 24.

Chryſ.

12. Mat. 6. 33.

Imp.

13. Lucæ 16. 19.

Chryſ.

Chryſ.

Chryſ.

15.

1. Cor. 3. 12.

Chryf.

optimè discernit. Hæc enim consumit, illa verò probat, ita etiam opera nostra probanda sunt, futuri ignis meditatione, sin minus ipse futurus ignis, ea comburet. *Non inferuntur verba* (ait Chrysoftomus) *ut animum frangant, aut conterant, sed ut corrigant, nouimus enim quo pacto per gratiam Dei, percutiamus, quomodo verba inferamus ad hoc valentia, ut non conteramus vasculum, sed extenuemus, ut dirigamus, ut vtile faciamus Domino, ut offeramus illud splendidum, bene sculptum, in illum diem in qua fluuius erit igneus, ne opus habeat ferre flammam illis futuram. Nisi enim igne eos examinauerimus, necesse erit omnino, ut igne illic examinemur. Neque licet aliter fieri. Dies enim Domini in igne reuelatur. Melius est ut exuramur modico tempore, quam perpetua illa exuramini flamma. Hæc ille.* Expendenda verba illa Chrysoftomi. *Non enim feruntur verba, ut animum frangant.* Perfitit in similitudine, aurci vasis quod percutit artifex, & crebris ictibus tundit, non ut conterat, sed ut exacte formet. Hunc aurificem imitentur concionatores, & crebris ictibus audiuentium pectora tundant, metuque gehennæ quatiunt ut ad pietatem informet.

16.

Chrysoftomus Hom. 8. in c. 1. ad Thessalonicenses de utilitate memoriæ infernarum poenarum hæc verba inferit. *Memoria etenim verborum istorum, quasi quoddam pharmacum omnem malitiam expurgare poterit, si perpetuo nostra menti infederit. Ut amur ergo pharmacho hoc, ut cor adepti purum, ita videre mereamur, quem nec oculis vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit.* Aptè appellat Chrysoftomus pharmacum timorem qui ex gehenna concipitur, ea enim, quæ exuperantem humorem purgare solent, frequentius amara sunt. Et quæ animum nostrum vitii expurgant amaritudinem etiam opus est, ut contineant, dum nos multo timore excruciant.

17.
Chryf.

Idem Chrysoftomus Hom. 2. in ca. 2. ad Thessal. de recordatione gehennæ his verbis disserit. *Etenim si aspectus tantum mortui hominis mentem nostram adeo pauore contrahit, quanto magis gehenna, & ignis ille in extinguibilibus? quanto magis vermis non moriens? si perpetuo gehennam recogitauerimus, non statim in illam incidemus: Et infra. Num si de gehenna tacueris, huic illam extinxisti an incendiisti si de ea locutus fueris? sicut loquitur de ea leue minus indefinenter de illa dicitur ne quandoque in illam incidas. Non potest fieri, ut anima de gehenna sollicite cogitans cito peccet. Etenim audi admonitionem optimam: Memor esto, inquit, nouissimorum tuorum, & in aeternum non peccabis, Et infra. Nemo eorum qui ob oculos habet, in gehennam incidet. Nemo gehennam contemnitium gehennam effugiet. Magnum malum est contemnere minas, qui minus contemnit continuo re ipsa sentiet, experientiam. Nihil est ita vtile, ac de gehenna fermocinari. Quous argento mundiores nobis animas facit. Audi namque quid Propheta dicat: quoniam iudicia tua, inquit, in conspectu meo sunt semper. Nam si molestum sit auditoribus, tamen illis prodest. Sunt enim talia, quæcumque vtilia sunt, etenim, & pharmacha, & reliqua medicamenta egrotum primum malè habent, & tunc demum utilitatem afferunt. Postea verò increpans eos, qui non patiuntur sibi sermonem inferri de gehenna ait eos si persecutio vrgeret minime tyrannorum vim sustinere posse, nam si vel verborum molestiam non patiuntur, qualiter verberum, & vulnerum atroces dolores paterentur. Si nemo (ait Chrysoftomus) sermones eos, qui de gehenna dicuntur, sustinet: liquet neminem, si persecutio nos occupasset, ad intentatum ignem, aut ferrum unquam prestitutum fuisse, exerceamus auditum nostrum, ne adeo mollis fiat. Nam ex eo ad res ipsas veniemus. Et infra agens contra eos, qui à concione discedebant, cum*

Chrysoftomus de inferorum poenis ageret, eos his verbis vrget. *Nunc vero mox atque pauca de illa (scilicet de gehenna) audieritis abitis: obsecro autem vos si aliquid dilectionis in vobis est, ut semper de istis fermocinemini.*

ETHOLOGIA CI.

Fælicitatem beatorum mente versare ad pietatem informat.

TAndem nobis de æterna fælicitate agendum est cuius memoria non minus, quam præcedentia animum nostrum ad pietatem armant. Imprimis testis adest Bernardus, sermone 4. de Ascensione qui optime exponit verba Matthæi cap. 17. 1. *assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius & duxit illos in montem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos.* Hoc enim fecit Christus Dominus ut nos omnes memoria beatitudinis lætos redderet. Cum enim gehennam occultam esse voluerit, tamen beatitudinem nobis ob oculos opposuit, nam hos, qui pij sunt, plus beatitudinis memoria, quam timor gehennæ ad pietatem vrget. Adducit Bernardus verba Psalmi 41. 5. *Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam,* id est, magno gaudio affectus sum, cum hæc memoria recolerem. Sed quæ sunt ô, David hæc, quæ animo versabas, quæ tanto te gaudio repleuerunt? *quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, usque ad domum Dei:* id est, cum memoria beatorum præmia expecto multam lætitiâ percipio. Hoc enim dixerat in principio eiusdem Psalmi: *quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus,* id est, ut ceruus à venatoribus oppressus sagittisque vulneratus tandè riuos quærit, ut & sitim expleat, & malis medeatur: ita etiam ego cum huius mundi malis angor, cum vitiiis colla subdo nolens, cum difficilem pietatis viam vix aggredi valeo, mente illam æternam patriam verso, cuius in memoria me magna lætitiâ effert, animosque facit ad omnem pietatem. Audi verba Bernardi. *Ut quid enim ascendit, ut transfiguraretur, nisi ut doceret nos cogitatione ascendere, ad futuram illam gloriam que reuelabitur in nobis? quid enim graue illi poterit videri, qui semper mente tractat, quod non sunt condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam. Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam? que quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis usque in domum Dei, & iterum memor fui Dei, & delectatus sum.*

David Psal. 106. 4. *Errauerunt in solitudine in aquoso viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt.* Hæc iuxta literam dicta sunt de his, qui cum de Ægypto fuerint egressi mortui tamen sunt in deserto, nec ad regionem illam promissam peruenerunt. Sensu autem morali, si fides Bernardo sermon. 4. de Ascensione, in illos torquenda est sententia, qui nūquam de beata illa patria, quicquam cogitant. Moriuntur in deserto, scilicet in rebus temporalibus occupantur, nec vniquam ad cœlestia gradum faciunt. Audi verba Bernardi. *Propterea in corde tuo pone viam veritatis, inquire ne forte sis de eorum numero, qui viam ciuitatis habitaculi, non inuenerunt.*

Postquam sex diebus cœlum, & terram, & reliqua, quæ illis continentur Dominus condidisset, tandem vltimo loco hominem formauit tanquam terrenarum rerum cœlum, ut habet Philo lib. 1. de opificio mundi. Sed qua de causa homo tanquam terrenarum cœlum conditum est? nempe, ut cum ipse sit cœlum nequaquam cœli abicere possit memoriam

1.
Matt. 17.

Psalm. 41.

Bernard.

2.
Psal. 106.

Bernard.

3.

Philo. moriam, sed volens nolens cœlestia cogiter, & sicut non potest non se ipsum contemplari, & cognoscere, ita etiã non possit à cœli cogitatione longius Abscedere: tertia vero hæc est. *Principium, & finem Deus volens coaptare, ut res necessitudine coniunctas, & amicitia principium quidem cœlum fecit, finem vero hominem, illud inter sensibilia, & incorruptibilia perfectissimum, hunc inter ex terra genita, & corruptibilia optimum partum si vera dicenda sunt, cœlum.* Hæc Philo. Expendo verba illa principium, & finem, Deus volens inter se coaptare, primo quidem cœlum fecit, vltimo vero hominem condidit. Quia in rebus circularibus finis & principium connectuntur. Ergo quadam ocella vi cœlum, & hominem connexuit, ne vnum ab altero diuelli posset, nec homo illius memoriam abiiceret.

Phil. 1. 1. His verbis suis carminibus Dauid initium fecit. *Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentia non sedit.* Querit Basilius ibidem quare à beatitudine sit exorsus: Nempe, ut beatitudinis memoria hominem armaret contra irruentes hostium cuneos, contra vitiorum procellas, contra difficultates, quæ ex pietate oriri solent. Nempe si beatitudinem memoria voluas, tantum gaudium ex hac memoria captabis, ut faciliè quæcunque se offerant difficultates superare poteris. *Quod itaque (ait Basilius) ad domus molitionem est fundamentum, ad conpingendam nauim carina. Quod cor in constituendo animalis corpore est, vim nihilo disparem meo quidem arbitratu obtinent circumcissum, hoc & breue præcinium ad vniuersam supellestem, atque apparatus Psalmorum.* Nam quando Dauid per operis totius progressum fuerat tam multa admoniturus, quibus obuendis operosissimis, quique labores sudoresque innumeri impenderent his qui desudaturi erant, in legitimo pietatis agone, hæc præuertens lucidissimis rationibus probat horum exitum felicem, ac beatum fore, ut bonorum nobis repositorum inuitati, nihil grauatim, aut moleste cuidam occurrere dolori, aut tristitia præferamus.

Basili. 5. Basilius homil. 3. ad nostrum institutum adducit verba Genesis 3. 24. *Eiecitque Adam: & collocavit ante paradiisum voluptatis Cherubin, & flammeum gladium, atque versatilem, ad custodiendam viam ligni vitæ.* Igneus gladius ad ianuam paradisi collocatur, ut eos, qui paradisi amœna frequenter cogitant lætos afficiat, eos vero, qui æternorum gaudiorum, obliuiscuntur, terreat. Ignis autem ardet, & lucet, ardet quidem, & exurit eos, qui hæc amœna prata non recolunt mente, illuminat vero eos, qui hæc mente tenent. Hoc etiam significat verbum illud, versatile, versatilis dicitur hic gladius, quia his, qui de beatitudine nihil cogitant, aditum obstruit, his veto, qui animo tenent aditum reserat. Hac ratione exponit hunc locum Basilius homil. 13. vbi etiam quærit qua ratione Elias ausus fuerit igneum currum ascendere nihil veritus ne conflagraret. Sic enim habes 4. Reg. 2. 11. *Cumque pergerent, & incendentes sermocinarentur: ecce currus igneus, & equi ignei diuiserunt inter vtriusque, & ascendit Elias per turbinem in cœlum.* Scilicet, ait Basilius, Elias paradisi gaudio tenebatur, sapius illam fœlicitatem mente versabat, atque adeo, vel per ignem ad illam ascendere cupiebat. Verba Basilius sunt. *Tu autem (ait Basilius) quomodo in paradisi sum, hoc carens penetrabis? Non vides quod ligni viam gladius igneus custodit, infidelibus quidem formidandus, credentibus vero propitijs, hac amœne consueam. Et versatilem illum fecit Dominus, quando fidelem conspexerit, ensis terga ostendit. Hoc vero caractere sacro carentibus, hos aciemque intentat. Elias enim currus, equosque igneos ad se venientes minime ex-*

paui. *Verum itineris superni desiderio incensus formidolosa est, ausus, ac hilaris gaudensque, flammantes ascendit currus, cum adhuc esset in carne. Tu vero igneus currus minime visurus, sed per aquam tantum, & spiritum, in cœlum penetrare potens cunctaris, nec vocationi obtemperare maturas.*

6. *Esaia 5. 1. Vineam factam dilecto meo in cornu filio olei, & sepiuit eam, & lapides elegit ex illa, & plantauit eam electam, & edificauit turrim in medio eius.* Hæc verba paulo aliter legit Basilius in hunc locum videlicet. *Et sepe circumposuit, & vallo circumdedit, & plantauit vineam sezech.* Quod ad sensum historiam attinet, sepe circumposuit, id est, maceriem in gyrum instruxit, quæ malas bestias, fures, & viatores arceret. Vallo vero circumdedit iuxta Basilius idem est, ac singulis vitibus fulera supposuit, quo in altum palmites tendant. Est enim natura sua vitis caduca, & humi serpens, nisi agricolarum arte in altum attollatur, & vltimis maritetur, vt aliquibus in locis factum conspiciamus. Sensu vero moralis fulera vitibus suppositum cum mentibus nostris beatitudinis memoriam instillamus: quo fit, vt mens nostra natura sua per terrena serpens, in altum erigatur, & fructus dignos naturæ suæ edere possit. Ordo quoque verborum mysterio non caret iuxta Basilius ibidem. Prius enim ait sepe circumposuit, subinde, & vallo circumdedit, ac tandem, & plantauit vineam sezech. Præpostero autem ordine hæc facta videntur: prius enim vinea plantatur, postea vero succrescentes vites palis, aut pedamentis alligamus, ac tandem sepe circumdamus. Hic vero aliter factum est: prius enim quam plantetur maceria, circumdatur, & palis alligatur. Initium enim fundum est à beatitudinis memoria, & qui pietatis fundamenta ponit prius beatitudinis memoriam refricet. Verba Basilius subscribo. *Et sepe circumposuit, & vallo circumdedit, & plantauit vineam sezech. Et edificauit turrim in medio eius & torcular sodit in ea. Series tenorque sententia istius, nõ v, que quaque respondet natura rerum.* Prius enim plantatur vinea, quam alligetur palis, aut pedamentis, si quidem statumina, siue pedamenta auxilio sunt vineæ ad faciendo fructus eius, atque à terra erigendos, at nunc agricola solers, si quis sit ac prouidus ad primum apparatus, vbi omnia aeternauerit, demum aggreditur plantationem? Ob hoc imprimis hic sepe vbi locum, deinde vallis siue statuminiibus communit. *Ad hæc plantat vineam non qualemcunque, sed sezech, id est, pulchritudine, & fructu perferilem, quam symmachus interpretatus est electam.* Quid igitur sepes hæc innuit aliud quam nimirum præcepta, quæ dedit populo, priusquam eos induceret in terram promissionis? à Deo postea prærogata sunt vires, quibus prævalerent aduersus hostes, & gentes, quæ eam prius incoheret, regionem, & ad internecionem perducerent, id quod vallos, ad suffulciendam vineam dixit, & fructus ederet in sublimi erectos, & spectabiles à lapsu subleuantis eos, ne ab omni parte paterent præda hostium.

7. *Esaia 6. 1. Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum, & ea, quæ sub ipso erant replebant templum. Seraphim stabat super illud: sex ala vni, & sex ala alteri: duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus velabant. Et clamabant alter ad alterum, & dicebant: sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus exercituum, plena est omnis terra gloria eius.* Speciem quandam beatitudinis hæc viso refert, vbi Deus mente visus animis beatorum illabitur summæque fœlicitate perfundit. Etiam hymnos illos, & concentus musicos Cherubini suis vocibus referebant. Postquam hæc oculis hau-

fit Propheta videamus quid subiungat. *Va mihi quia tacui, quia vir pollutus labijs ego sum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito.* Sed vnde hæc cogitatio, ô, Propheta tibi in mentem venit? *Et Regem Dominum exercituum vidi oculis meis.* Vide, quid beatitudinem mēte voluere in Propheta operetur. Tum demum se pollutum labijs vidit, tunc populi in mala corruentis peccata defleuit. Tum labiorum mundationem, & petiuit, & consecutus est, cum beatorum gaudia oculis inaspexit. Nempe huius memoria hominem facile à peccatis mundat, purumque reddit, & omne virtutū genus in animum introducit. Hanc expositionem tradit Basilius, in caput 6. Efaiz, his verbis. *Quamobrem, ait, missus est ad me vnus de Seraphim, non absimile vero est, tum Prophetam descendisse ad conscientiam propria impunitatis per labia contracta, cum vidisset functionem illam spirituum seraphici ordinis, aliud nihil esse, quam ut Deum deprecarentur sanctum. Fuerat enim is locutus, qua humana sunt, suamque linguam subinde inquinaret verbis mundi istius concernentibus, euandam vanitatem, & ea conferens, cum labijs seraphicis compunctus est. Tum qui aliud nihil loquuntur tantum & sanctificationem proclamant diuinæ maiestatis. Ipse autem saepe numero linguam suam occupat administrandis rebus humanis. Quamobrem dixit: ô miserum me quia compunctus sum quia homo cum sin, & immunda labia habeam in medio populi habito immunda labia habentis.*

Basil.

8.

Psal. 118. 112.

Psal. 118. *Inclina cor meum in testimonia tua & non in auaritiam.* Hæc verba exponit Basilius ibidem sumpta metaphora à bilancibus. Cum enim vnā earum deprimere volumus iniecto pondere ad locum infimum demittimus, altera item in sublime elata. Ergo, ait Dauid, cum mihi mens in superbiam turgesceret, aut rebus temporalibus, inhiaret, ego sanè beatitudinis considerationem iniiciebam, quo pondere pressa mens in ima decurrebat. Hac de causa existimo beatitudinis memoriam appellasse pondus Apostolum 2. Corinthior. 4. 17.

2. Cor. 4. 17.

Id enim, quod in presentia est (ait Paulus) momentaneum, & leue tribulationis nostræ supra modum in sublimitate æternæ gloria pondus operatur in nobis. Itaque cum mens fluctuat, cum præ superbia erigitur, cum per terrena vagatur, hoc pondus iniice, & facile eam ad virtutem flectes. Verba Basilij subscribo. *Anima consilium lanci est simile, continet autem lancem nec imperia nacta impys cogitationibus necessitas accedit, ut lances ad ea, qua meliora sunt inclinent. Hoc se fecisse Propheta dicit: inclinaui, inquit, cor meum, considerato enim fructu, qui inde nascitur cupide illorum gratia certamina subiui.* Fortè huc referri potest apud naturam de qua Virgilius Georg. 4. cum enim flant ventine parua corpuscula flatibus circumferantur lapillis se onerant, contra vim & impetum ventorum, vt hac ratione aluearia reperere possint. Ergo, si vitiorum flatibus, uideris te huc, atque illuc adigi, & circumferri, nec tuto pietatis viam tenere posse, te huic pondèri subiice, & contra procellas, irruentēque tempestates firma. Hanc autem apud naturam, his carminibus Poëta apte depinxit.

Virg.

Nec vero à stabulis pluuia impendente recedunt Longius, aut credunt caelo aduentantibus Euris: Sed circum tuta sub manibus vrbis aquantur. Excursusque breues tentant: & sæpè lapillos Vt cymba instabiles fluctu iactante suburrant Tollunt: his sese per inania nubila librant.

9.

Gen. 2. 10.

Genesis 2. 10. *Et fluius egrediebatur de loco voluntatis ad irrigandum Paradisum, qui inde diuiditur in quatuor capita.* Hunc fontem cum fæminarum mammis componit Rupertus lib. 2. de Trinitat. cap. 39.

sicut vbera sanguinem sugunt cordisque calore decoquunt, & in niueum alimentū conuertunt: non aliter Paradisus è mari salsum humorem extrahit omnique salugine extracta in dulcissimam aquam conuertit. Per quod significatur æternæ fælicitatis memoria, quæ huius vitæ amaros succos, & inamæna quæque, quæ passim sese hominibus offerunt, purgat. Expressius dicam: qui beatitudinem animo versat facile huius vitæ labores, & ærumnas tolerat. De his exponit Rupertus verba Psal. 103. *Qui emittit fontes in conuallibus: inter medium montium pertransibunt aquæ. Potabunt omnes bestia agri expectabunt onagri in siti sua.* Id est, inducta beatitudinis memoria, sitim omnium hominum explebit, facileque eos recreabit. *Et fluius (ait Rupertus) egrediebatur de Paradiso, qui inde diuiditur in quatuor capita. Sicut superius iam dictum est, non dixit qui inde diuiditur in quatuor flumina, sed in quatuor, inquit capita, id est, in principalia flumina. Non enim fons qui vt supra scriptura dicit ascendebat de terra irrigans vniuersam superficiem terræ quam multos fontes efficit, & in quamplura redundant flumina, quarum ista sunt capita. Et in hoc miram paradisiacæ terræ dulcedinem, commendare intendit, quia videlicet aquarum natura salsa est, nec potui habili, sicut in ipso mari se ostendit. Ascendens autem de terra in illam, quasi magni corporis terræ mammam, id est, Paradisi fontem, quodammodo lacteam assumit dulcedinem, & irrigat vniuersam terrarum superficiem, vt iuxta Psalmistam: potent omnes bestia fluius, & expectent onagri in siti sua, imo, vt dulcesceret omnis terra ad nutriendam omnem herbam viuentem, lignumque promiferum, quod producere iussa fuerat.*

Psal. 103.

Rupert.

Teste Ambrosio lib. 3. de Virginibus. Terrenarum rerum conquestio, ad quas animus inclit lachrymas ciet. Vtinam cælum suspiceret, proculdubio lachrymæ sisterent. Et tu si sapis auditor oculos, & mentem à terrenis abstrahe, & supernis infere, vt risus, & gaudium lachrymis singulibūque succedant. Pulchrè rem compressit Ambrosius his verbis. *Noli cogitare mortalia, & causam fiendi habere non poteris.*

10.

Ambros.

Psal. 138. *Domine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem, & resurrectionem meam.* Per resurrectionem exponit Ambrosius lib. de fuga sæculi cap. 1. volatum de quo inferius Dauid numer. 9. *Si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis terræ.* Per extrema terræ exponit Ambrosius vltimum hominis finem, nempe beatitudinem. Congruit cū titulo Psal. scilicet. *In finem Psalms Dauid.* Ergo si has alas induceris, & vsque ad beatitudinem euolaueris, facile inimicos omnes illudere poteris, & eorum fraudulentiam subterfugere. Verba Ambrosij sunt. *Ergo Dauid ubi fugam querebat, vt enaderet aduersarium, & non inueniebat pennas suas, accipiti fluctuabat certamine. Si quidem ubi in potestate habet pennas suas, titulus Psal. in finem est, id est, perfectionem, & consumationem victoria, denique quasi victor dicit, Domine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam.* Expendenda adhuc verba illa Ambrosij, *si quidem ubi in potestate, &c.* Id est, quandoque Dauid alas, quibus volare possit, querit nempe Psalmo 54. 7. *Quis mihi dabit pennas sicut columbae.* Hoc vero loco, non querit, non poscit, sed in sua potestate dicitur habere: *Si sumpsero pennas meas.* Nempe Psalms hic in finem inscribitur. Ac si dicat, qui beatitudinem meditatur alas assumit, & plumas induit, quibus quolibet volare possit, & laqueos effugere: cū vero beatitudinē mente non versat, non modo alas, verū nec pedes habet quibus gradiatur, alas querit, nec inuenit.

11.

Psal. 138.

Psal. 138.

Ambros.

Psal. 54. 7.

Matthai

12.

Matthæi 17. Tres charissimos discipulos Moysen, & Eliam, additare facit Christus sibi transfigurato. Scilicet non modo à viuis testimonium petit, & ab eis, qui inter mortales degebant, sed & Moysen à sinu Abrahæ extrahit, & Eliam de Paradiso vocat, vt de sua beatitudine testimonium præbeât. Multa quidem, & alia signa edidit Christus, nec ad aliquod horum confirmandum testimonium quæsiuit, cum verò de sua beatitudine indicium præbet, tam multorum virorum testimonio fulcit. Huius rationem reddit Ambrosius lib. de benedictionibus Patriarcharum ca. 6. Nempe multum interest hominibus firmam de beatitudine opinionem cõcipere, & ob hoc, tot testibus confirmauit. Oportet etiam vt homines ex quacunque sint conditione ex beatitudinis memoria ad pietatẽ vires assument, & ita vndique conquisitos viros in montem perducit, vt eius beatitudinem oculis versent. In quem sensum exponit benedictionẽ Isachar Genesis 49. *Vidit requiem, quod esset bona & terram, quod optima.* hoc loco requies, & terra futuram felicitatem adumbrant. Ergo idem est, ac si dicat, mente contemplatus est futura præmia beatorum. Quid inde? *Et suppositum humerum suum ad portandum, & factus est tributus seruiens.* Ac si dicat: ille, qui beatitatem facpius mente versat, animos assumit, labores facile tolerat, ad omnem virtutem se effingit. Ideoque (ait Ambrosius, inter Moysen, & Eliam medius apparuit, vt ostenderet nobis, quod in eorum sermonibus requiem habebat per quos plerique peccantes renunciantes credunt in Deum viuũ. Vel quod vt dixit, sint testes resurrectionis eius, & beata quietis. Itaque, vt ad resurrectionem suã gratia vocaret gentes (ipsa est enim pinguis, & fertilis terra, qua fructus generat æternos, fructus centesimos, & sexagesimos) subiicit humerum suum ad laborandum, subiicit se cruci, vt nostra peccata portaret.

Gen. 49. 15.

13.
Iob. 14. 13.

Iob 14. 13. *Et constitues mihi tempus in quo recorderis mei.* Petit beatus Iob vitam suam in breuem terminum redigi, & amputari partem aliquam. Sed cur quæso vitæ suæ radio affectus est, & cõmunem hanc lucem habet exosam, & tardantem mortem vrget? an quia diuitiis expoliatus? an quia filiis orbatus, an quia vlceribus scatenus? an quia ab amicis malè acceptus? minime sanè, sed quia eterne patriæ dulcedinem degustauerat. Præmiserat enim nu. 7. eiusdem capitis: *lignum habet spem, si præcisum fuerit, rursum virescit, & rami eius pullulant. Si senuerit in terra radix eius, & in puluere, mortuus truncus illius ad odorem aque germinabit, & faciet comam, sicut cum primum plantatum est.* Quæ omnia de futura resurrectione humanorum corporum proculdubio exponenda sunt. Nempe nihil est, quod tam mortem dulcem nobis reddat, quam beatorum felicitas mente concepta. Hanc expositionem in inferrelatis verbis Ambrosius de interpellatione Iob c. 8. *Et quo magis intelligit (ait Ambrosius) sibi resurrectionem esse præpositam, vitam hanc fugere desiderat.*

Amb.

14.
Cant. 7. 11.

Inuitat sponsa sponsum Canticor. 7. 11. his verbis: *Veni dilecte mi egrediamur in agrum, commoremur in villis, mane surgamus in vineas, videamus si floruit vinea: si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punica: ibi dabo tibi vbera mea. Mandragoras dederunt odorem in portis nostris: Omnia poma noua, & vetera dilecte mi seruauit tibi.* His verbis producta allegoria ex rebus agrestibus multarũ sibi virtutum diuersitate infundi sibi quærit sponsa, id est: me orna omnigena pietate, non aliter ac ager verno tempore multiplici florũ varietate vestitur. Cui sponsus Cant. 5. 11. 1. *Veni in hortum meum soror mea sponsa, messis myrrham meam cum aromatibus meis.* Myrrha, quæ con-

Cant. 5. 1.

diendis corporibus adhibetur symbolum præfert immortalitatis. Ergo sensus est. Si ornari desideras, o sponsa virtutibus, res omnes caducas, & terrenas contemne, ad illam mætẽ elua felicitatem, à qua mors omnino exulat. Hac enim ratione quod concupiscis consequeris, huius rei memoria ante omnia alia pietatem omnem inducit. Hanc expositionem adducit Ambrosius lib. 8. in Lucã his verbis. *Ara igitur agrum tuum si vis dirigi ad Dei regnum. Floreat tibi bonorum seges facunda meritorum: sit vitis abundans in lateribus domus tue, & nouella oliuarum in circuitu mensæ tuæ. Dicat anima tua Christo fertilitatis suæ conscia, & seminata Dei verbo, spiritualibus quoque inarata culturis: veni frater meus exeamus in agrum. Ille respondeat: introiui in hortum meum soror mea sponsa, vindemiaui myrrham meam. Quæ enim melior quam fidei vindemia, qua resurrectionis fructus reconditur, qua perpetua læticia fons libatur.*

Vir erat in terra Hus nomine, Iob 1. 1. ex horum duorum nominum ratione rem præsentem confirmat Gregorius lib. 1. Mor. c. 26. Iob enim idem est, ac dolens: & Hus concilium dicitur. Ergo qui de terrenis rebus dolet, consilium ineat, quo marorem depellat, nempe mente ad cœlestia absurgat, & hac ratione omnem sensum doloris confutgere poterit. Vir erat in terra Hus (ait Gregorius) nomine Iob, si Iob dolens, & Hus conciliator dicitur, non immerito per utraque nomina electorum quisque figuratur, quia nimirum consiliatorem in animum inhabitat, qui dolens de præsentibus ad æterna festinat.

15.
Iob. 1. 1.

Greg.

Iob 7. 15. *induta est caro mea putredine, & sordibus pulueris caro mea aruit & contracta est.* Per cutem exponit Gregorius lib. 8. Mor. ca. 11. rerum corporaliũ cõsiderationem, & amorem. Ergo iuxta Anagogem idem est, ac si dicat, qui hæc terrena mente versant, nec ad superna animum eleuant, quasi cõtractam cutem habent nimioque pallore afficiuntur: quæ signa sunt male se habentis hominis: at verò ille, qui ad cœlestia mentem extollit firma vritur valetudine, & animus eius bene se habet, & pietate pinguescit. De quibus exponit Gregorius illud Psalmi 2. *sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea.* Quod enim adeps est in corpore, id supermarum rerum cogitatio efficit in anima, & qui beatorum gaudia meditatur spiritali gaudet valetudine, quam externa quoque indicant, cutisque ipsa præ se fert. Verba Gregorij transcribo. *Cutis mea aruit, & contracta est. In sanctæ Ecclesiæ corpore, ij qui solum exterioribus curis inseruiunt, congrue cutis vocantur, qua nimirum cutis arescendo attrahitur, quia mentes carnalium dum præsentia diligunt, & quasi iuxta posita concupiscunt ad futura tendere per longanimitatem nolunt. Hanc tamen attractionem Psalmista formidauerat, cum siccitatem mentis metues dicebat: sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea, adeps quippe pinguedinis animam replet, cum hanc contra præsentium desideriorum astum superne spei infusio refouet. Pensandum vero est, quod carnales mentes, ideo præsentia diligunt, quia vita carnis, quam fugitiua sit minime perpendunt. Unde, & aptè subditur: dies mei velocius transierunt, quam à texente tela succiditur, & consumpti sunt absque ulla spe.*

16.
Iob 7. 15.

Greg.

Iob 9. 30. *Si lotus fuero quasi aquis niuis, & fuerint velut mundissima manus mea.* Aquis niuis se lotum dicit Iob teste Gregorio lib. 9. Mor. c. 28. id est, beatitudinis meditatione. Aquæ enim fontiu, vel fluminum, ex terra erumpunt, nix verò è cœlo decedit: Ergo niue se lotum gaudet Iobus, id est, memoria cœlestium. Nix enim albedine omnia superat, & frigiditate. Ergo, qui æterna gaudia mente

17.

voluit niue dealbatur, quia mitum in modum purus redditur: insuper hæc nix frigore suo omnium vitiorum flammam extinguit. Multa quidem sunt, quæ animi noxas abluunt, multa, quæ peccatorum incendia refrigerant, beatitudinis verò meditatio longe alia superat, non secus ac nix candore, & frigore reliqua excedit. Forte ideo dicitur Ps. 50. *Amplius lauam me ab iniquitate mea & à peccato meo munda me.* Sed quam ratione, hæc tanta mundities fiet? *lauabis me, & super niuem dealabor,* id est, menti meæ beatitudinis memoriam insere, quæ me purum, ac nitidum supra niuem efficit. Hinc etiam Matthæi 17. cum Christus suæ beatitudinis specimen daret, *resplenduit facies eius sicut sol: vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix.* Per niuem beatitudo innoscit, quia huius contemplatio supra niuem candidos homines reddit. Eo etiam tempore vestimenta facta sunt alba, quia beatitudinis memoria externos quoque motus corporis componit. *Quamuis aqua niuis* (ait Gregorius) *intelligi, & aliter possint, Aqua enim fluminis, & fontis ex terra oritur, aqua vero niuis ex aëre proruit. Et sunt plerique, qui per orationum lamenta se cruciam, sed tamen toti lamentorum laboribus ad sola terrena desideria se extendunt, compunguntur in precibus, sed tamen felicitatis transitoria gaudia requirunt. hos itaque niuis aqua non abluunt, quia eorum fletus ab imis venit: quasi enim ex terra aquis profusi sunt, qui pro terrenis bonis in precibus compunguntur: qui vero idcirco plorant, quia præmia æterna desiderant, aqua niuis hos diluet, quia cœlestis compunctio infundit.*

Ps. 50. 4.

Matt. 17. 2.

Greg.

18.

Iob. 15. 29.

Iob 15. 29. His verbis Eliphaz Themanites nostræ sententiæ fauet: *Non ditabitur, nec perseverabit substantia eius.* Non ditabitur, id est, nullas spirituales diuitias congeret. Nec perseverabit substantia eius, id est, etiam si aliquando virtutem aliquam fuerit nactus, non tamen firmas radices ager, sed marcescet, & siccabitur statim: huius vero rationem subdit. *Nec mittet in terram radicem suam.* Ad rem nostram sententiæ exponit Gregorius lib. 12. Mor. cap. 23. sicut enim herba, olera, & arbores, quæ non firmas radices in terra egerunt orto sole marcescunt, & siccantur: ita profusus, qui ad cœlestia mentem non transfert in futura beatitudine, firmas radices non habebit, sed vix orto tentationis æstu arefcet: & si qua pietatis forma florere, aut virere videbatur tentatione excussa peribit. *Nec mittet* (ait Gregorius) *in terram radicem suam, iniquus iste in terram radicem suam non mittit, quia nunquam ad æterna vita desiderium cordis sui cogitationem plantat.*

19.

Psalm. 38. 6.

Multa pro nostra sententiâ scribit Gregorius lib. 23. Mor. c. 21. Imprimis Psal. 38. 6. *Veruntamen uniuersa vanitas omnis homo viuens.* Ac si dicat, ô quam caducam vitam agimus, quam miseram, quam fragilem ducimus, adeo, vt homo non modo vanus, sed etiam ipsa vanitas esse videatur: imò verò omnium rerum euanidarum vanitatem in se complecti. Sed vnde hæc cogitatio Dauidi suborta? lege quæ præmisit. *Ecce mensurabiles posuisti dies meos, id est, hanc*

vitam, quam viuo miserissimam, & breuem esse video, illam verò quam expectamus nullo termino circumplexam. Adducit etiam Gregorius versum Psalmi 119. *Hei mihi, quia incolatus meus prolongatus est: habitavi cum habitantibus Cedar: mitum incolam fuit anima mea.* Breuiorem vitam concupiscit Dauid, dum æternam fixis oculis intuebatur. Addit etiam verba Psalmi 30. 23. *Ego dixi in excessu mentis mee: proiectus sum à facie oculorum tuorum, id est, cum æternam patriam mente lustro ægre fero tam longam moram inter homines trahere. Audi Gregorium loquentem. Ego dixi in excessu meo omnis homo mēdax, subleuatur in extasi: à vultu oculorum Dei vidit se esse proiectum; post interni quippe luminis visionem qua in eius anima per contemplationis gratiam radio caritatis emicuit, ad se ipsum redit, & cognitione percepta, vel quibus illic bonis deesset, vel quibus hic malis adesset inuenit. Nec enim quis presentis vitæ mala, sicut sunt conspiciere præualeat; si bona æterna patria per contemplationem gustu contingere, nec dum valet, vnde, & a vultu Dei proiectum se esse cognoscit, sublatus quippe vidit, quod se hic videre non posse ad se relapsus ingemuit.*

Psalm. 119. 4.

Psalm. 30. 23.

20.

Ezech. 4.

Ezechielis 4. *Fili hominis sume tibi laterem, & pones eum coram te, & scribes in eo ciuitatem Ierusalem, & ordinabis obsidionem &c.* Pro nostro instituto locum expendit Gregorius lib. 26. Mor. ca. 5. Nempe Propheta hic personam gerit concionatoris Dei, qui sumere laterem mandatur, id est, peccatorem durum, & terrenum ad meliorem mentem traducere. Modum item quo id præstandum sit subdit: *Et scribes in eo ciuitatem.* Ierusalem visio pacis dicitur, & æternam felicitatem adumbrat. Ergo iniungitur concionatori inferere memoriæ impiorum beatorum gaudia qua à peccatorum sordibus abstrahat. Nihil enim tantam vim habet ad impiorum reductionem, quam æternorum gaudiorum recordatio. Hoc indicant verba, quæ subscribit Propheta: *& ordinabis aduersus eam obsidionem, &c.* Cuncta enim instrumenta bellica, quibus muri quatuntur, non ita ciuitatem expugnant, ac beatitudinis recordatio hominis animam. *Cuius enim* (ait Gregorius) *Ezechiel, nisi Magistrorum speciem continet: cui dicitur: sume tibi laterem, & pones eum coram te, & scribes in eo ciuitatem Ierusalem? Doctores quippe sancti sibi laterem sumunt, quando terrenum cor auditorum, vt doceatur, apprehendunt, quem laterem coram se ponunt, quia tota illud sollicitudine custodiunt, in quo ciuitatem Ierusalem iubentur describere, quia prædicando terrenis cordibus curant summo opere quanta sit superna pacis visio demonstrare. Et ordinabis aduersus eam obsidionem, & edificabis munitiones. Sancti quippe prædicatores obsidionem contra laterem, in quo Ierusalem ciuitas descripta est, ordinant, quando terrena menti, sed iam supernam patriam requirenti, quanta eam in huius vitæ tempore vitiorum impugnent aduersitates demonstrant. Munitiones quippe sanctus prædicator edificat, quando virtutes quibus vitijs obuiat, insinuare non cessat.*

Gregor.

ECCLESIASTICI

CAPVT OCTAVVM.

Non litiges cum homine potenti, ne forte incidās in manus illius.



VALITER nos gerere debeamus erga potentiores homines nonnullis sententiis docet author. *Non litiges cum homine potente*, Caue ne in iudicio contendas, cum potentioribus viris. *Ne incidās in manus illius*. Ne forte irati in te infurgant, & vincant, ac tunc se vlciscantur probe.

Ne litiges cum homine potente. Docet versus non litigandum, cum magni nominis, & autoritatis viris, sed metu periculis abstinendum. Præceptū ad mores satis vtile. Verbum Græcum, quod noster interpretes transfudit, litiges, pugnare digladiari, & dimicare significat etiā. Vnde apud quosdam hic est sensus. Ne digladies, aut pugnes cū potentioribus viris; malè tamen, cum iuxta vim nominis potens, non accipiant pro eo, qui opibus, aut dignitate præcellit, sed pro homine lacertoso, viribusque potète. Ergo sensus erit, ne manus conferas cum eo, qui te viribus superat, ne in certamine succumbas. Satius tamen latinus interpretes ad litem retulit, hæc enim frequentius accidit, quam in arena, & palæstra concertatio. Frequenter enim apud iudices cadunt miserè, vel bona causa, dum contra potentiores viros in iudicio concertant. Qui sensus magis etiam hæret

his, quæ sequuntur, quibus lites, & iurgia in foro esse vitanda docemur. Audi Hugonem: *Contendere cum maiore est periculosum, cum pare ambiguum, cum minore inhonestum. Cum nullo contendendum, vel litigandum est. Seruum enim Domini non oportet litigare.* 2. Timot. 2. *sed potius pacem habere ad omnes, & potius fraudem pati sicut dicitur Roman. 12. Nam vt dicit Augustinus, nihil tam diabolo assimilatur, quam litigare. Qui subdit. Non litiges cum homine potente, id est, contra Christum excusando, vel extenuando peccatum in confessione, Ieremia 2. quid vultis mecum in iudicio contendere: omnes dereliquistis me dicit Dominus, & infra. Quidnam niteris bonam ostendere viam tuam, ad querendum dilectionem? Quasi dicat: non sic queritur dilectio Dei per excusationem peccati, sed potius per accusationem. Vnde Psal. 33. reuela Domino viam tuam, & ipse faciet. Non litiges cum homine potente, id est, contra prælatum rebellando, sicut Leuita contra Moysen, & Aaron. Num. 16. multum erigimini filij Israël. Vel placitando. Prouerb. 31. ne dederis substantiam tuam mulieribus, & diuitias tuas ad delendos Reges. Vel murmurando. Num. 16. murmurauit omnis multitudo contra Moysen, & Aaron.*

Non contendas cum viro locuplete, ne forte contra te constituat litem tibi.

Multos enim perdidit aurum, & argentum, & vsque ad cor Regum extendit, & conuertit.

Ne contendas cum viro locuplete. Caue certes cum viro copioso, & prædiuite. *Ne forte contra te constituat litem tibi*. Ne contra te litem nouam excitet, pro illa, quam tu contra illum tentasti. *Multos enim perdidit aurum, & argentum*. Plures enim iudices

auertunt dona. *Et vsque ad cor Regū extendit, & conuertit*. Adeo enim iudices data pecunia flestit, vt non modo ad minores præfectos, verum ad ipsorum regum animos, qui pecunia minus egent & iustitiam præ cæteris seruare solent, emollièdos se extendat. Et tandem conuertit, & vt iustitiā auersentur, pellit.

Græca longè aliter vtriusque versus lectionem efferunt, licet expositio, quam vulgatæ lectioni adscripsimus facile ad Græcā trahi possit. Ergo Græci codices hac ratione versus transferunt. *Non contendas cum viro locuplete, ne forte statuatur contra te pondus. Multos enim perdidit aurum, & corda Regū inclinauit*. Continent hæc verba non iniucundā metaphoram sumptam à bilancibus. Vt enim pondus bilanci impositū aliam eleuat, & sua grauitate vincit: eadem prorsus ratione diuites datis muneribus aduersarios in lite vincunt. Ergo *ne contendas cum homine locuplete, ne statuatur contra te pondus*. Id est, ne contendas cum homine diuite, ne forte data pecunia iudici bonam tuam causam opprimat, pondusque tuum, alioquin, graue eleuet, & in sublime ferat. *Multos enim perdidit aurum, & corda Regū inclinauit*. Perstitit in eadem bilancis metaphora. Multos enim euertit aurum, non modo priuatos homines, sed etiam ipsos Reges, quorum corda in aduersam etiam partem inclinat. Alia similitudine hanc partem exponit Paulus de Palacio his verbis. *Quæris quomodo infirmabit litem: explicat pulcherrime litera Græca, qua, pro constituat tibi litem, habet: Ne forte statuatur contra te pondus: scilicet pondus auri, vel argenti, quo si a causa peior facta tamen auri pondere grauis, tuam causam eleuet, & vincat. Vt lupus, qui ieiunus, taurum vincendo nõ est par, at suburratus pondere arena, quam ante pugnam vorat, miserum taurum prosternit, ita causa diuitis si ieiuna iudicem aggreditur vincitur, suburrata iudicem ad se trahit, & prosternit. Ideo subdit, aurum multos iudices perdit, imo corrumpit Reges, ad quos etiam minimè egenos vim incantationis suæ extendit.*

Ne forte contra te constituat litem tibi. Id est, ne si vulgari contentione, vel forensi cum eo concertaueris, exciter contra te litem forensis, in qua vincaris. Hugo Card. *Ne forte contra te constituat litem tibi: imponendo tibi crimen furti, vel aliquid tale, de quo non possis ei respondere, vel nimis protrahendo causam, & tu non possis sustinere expensas.* Idem Hugo. *Cum viro locuplete, id est, cum diuite plures oculos habente, quia talis multos habet coadiutores, nam diuitia addunt amicos plurimos Prou. 17. Et infra. Id est, cum viro iusto locuplete virtutibus, vel locuplete scientia, vel locuplete pecunia.*

Multos enim perdidit aurum, id est, multorum prælatorum iudicium ad malum deflexit. Alij secundo, plures lucri causa in vitæ se discrimen iniecerunt. Tertio alij, plures ob diuitias à virtute descuerunt.

Extendit, & conuertit. Id est, non modo pondus auri cogit minorum iudicū corda ad ferendum iudicium iniustū, verum, & ipsorum Regum, qui aut minori auri cupiditate, aut maiori amore iustitiæ tenentur. Alij illud extendit exponit exhilarat, & in sui amorem rapit. Et conuertit: Glossa interlinearis. *Extendit ad iniquitatem. Lyra. & conuertit scilicet iudicium à veritate in falsitatem, & sic multi innocentes condemnati sunt in rebus, & in corporibus per pecuniarum diuitum.*

Ergo Lyra, non refert verbum illud *conuertit*, ad nomen cor, quod præcessit, sed ad nomen Iudex, quod subintelligit, sed planè fallitur, vt perspicue patet ex Græco.

ETHOLOGIA CII.

Auaritia tyrannis.

1. **M**ultos enim perdidit aurum, & argentum, & usque ad cor Regum extendit, & conuertit. Auaritiæ vim tribus versibus extulit meus Ecclesiasticus, quæ non modo pauperem hominem ad nefas trahit, verum, & ipsos Reges inflectit. Hanc tyrannidem nonnullis euincamus. Non modo permittente Pharaone, & Ægyptiis, verum, & ipsis pungentibus egressi sunt Hebræi de Ægypto: & tamen hæc verba scribit Moyses Exodi 14. 5. *Et nunciatum est Regi Ægyptiorum, quod fugisset populus, immutatamque est cor Pharaonis super populo. & dixerunt. Quid volumus facere, vt dimitteremus Israël, ne seruiret nobis? Ipsi dimiserant Hebræos, imo vero ipsi exire compulerant, & tamen fugam iniisse mentiuntur.* Huius rei causam addit Rupertus lib. 2. in Exodum cap. 31. Nempe cum cognouit Pharaon Hebræos secum importasse Ægyptiorum spolia, exarsit ira, & fugientem vocitat, quem ipse exire compulerat. Pharaon autem (ait Rupertus) tanto ad persequendum proniorem haberet exercitum, quanto insanius accepisset auro, vel argento suo se esse expoliatos ab eis, quos dudum libertate spoliarent. Unde inflammati, seque caco calore inflammantes dicunt: *quid iniquum volumus facere, vt dimitteremus Israël, ne seruiret nobis: iunxit igitur currum suum Pharaon, & omnem populum secum adduxit, tulitque sexcentos currus electos.*

Exod. 14. 5.

2. Gen. 3. 11.

Genesis 3. 11. *Quis indicauit tibi quod nudus esses, nisi quod ex ligno, de quo præceperam tibi, ne comederes, comediisti?* Ergo gratia & iustitia originalis oculos clauserat, ne nuditatem suam videre possent. His autem oculos aperuit, & aciem acuit peccatum, post commissum enim crimen cognouerunt se esse nudos. Sed cur quæso hominibus in natura integra existentibus occultam Deus voluit esse nuditatem suam? Basilius homil. 9. rationem pro nobis obicit. Ne scilicet multa cura ad temporalia vrgerentur habenda. Vix enim fieri potest, vt qui egestatem suam agnoscit lacunam illam explere non pergat, atque adeo vt primi parentes in vita illa felici perseuerarent, neque cura circa temporalia angerentur nuditatem eorum ab ipsorum oculis abscondit: vide quanta cura, & diligentia egerunt, vt se induerent postquam peccatum eis oculos aperuit, ex obuiis quibusque perizomata sibi consuerunt: vide quanta est vis amoris erga temporalia, vt vel his qui in innocentia adhuc versabantur insuperabilis videatur Basilio, tutiusque sit eis egestatè abscondere, quam si eam semel viderint eorum desideria frenare. *cibus autem (ait Basilius) non solum præcepisti, contumacia secuta est, sed etiam nuditatis cognitio, comederunt inquit, & aperti sunt oculi eorum, cognoueruntque quod nudi essent, oportebat enim se nudos minime cognouisse, ne mens hominis ad eorum cupiditatem, que deesse videbantur, iraberetur. Amictum namque nuditatis defensionem solatiūque esse existimauit, & omnino per carnis curam ab obseruantia Dei abstractus est.*

Basilius.

3. Act. 5. 3.

Actorum 5. *Dixit autem Petrus Anania cur tentauit Satanas cor tuum, &c. Audiens autem Ananias verba hæc cecidit, & expirauit.* Quod idem factum subdit statim Lucas, eodem capite num. 10. de vxore eiusdem Anania. Vide quam cito auaros homines sup-

plcium diuinum sequatur. Sanè æquum videbatur, vt hos homines Petrus prius verbis argueret, & conuictos ad meliorem mentem reduceret, vel tandem puniret. Imo vero seuerum nimis cuiquam videri poterit, vt ob leue peccatum tantam cladem Petrus immiserit. Imo vero ipse Petrus mitius cum reliquis peccatoribus agebat, eos blande consolabatur & sanctis admonitionibus ad saniozem mentem traducere conabatur. Hos autem clade repentina deleuit. Huius rei causam reddit Ambrosius sermone 57. de Maria Magdalena. Nempe auaritia eos dementauerat, & parte pecuniarum seruata propriis vsibus partem aliam ad pedes Apostolorum coniecerunt. Ergo si quem auaritia subiecerit ita firmiter eum tenet, vt nulla spes correctionis affulgeat. Atque ideo hoc genus hominum statim delere de spe correctionis curādū, ne frustra tempus terere videamur. Hæc verba non impossibilitatem inducunt, sed difficultatem innunt. Verba Ambrosij subiicio loquentis de auaritia. *Tanta enim erat infestis auaritia pestilentia, vt sanctus, eum Petrus non tam emendare voluerit, quam damnare, dixerat enim: ecce de concilio pestilentem, & exhibit cum eo omnis contentio. Ab Apostolis igitur Ananias inuentus est: iam nostra excusetur humilitas, minus enim mirandum est abundare sub nobis hoc vitium, cum sub Apostolis caperet pullulare. Est eorum auctoritas hæc in Anania emendare non potuit, quid imputabitur, si eadem in plerisque fratribus corrigere non valeamus. In Anania enim si auaritiam Petrus potuisset corrigere non punisset, sed dum illum punit alios corrigit.* Duo adhuc mihi in verbis Ambrosij notanda. In primis contra auaros exponit verba illa Proverb. 22. 10. quæ paulo aliter habentur apud nostrum vulgatum, nempe: *Ecce derisorem, & exhibit cum eo iurgium, cessabuntque causa contumelia.* Ambrosius legit. *Ecce de concilio pestilentem:* cum grassante peste optime auaritiam componit Ambrosius. Pestis, enim, & læua lues ita grassatur, vt hanc nulla medicorum cura, aut ars curare possit, & contra avaritiam vix vlla remedia valent. Tunc etiam notat Ambrosius etiam nascentis Ecclesiæ primordia infecisse auaritiam. Et hoc primum in sancta illa congregatione pullulasse peccatum. Tanta enim est vis auaritiæ.

Ambrosius

Prou. 22. 10.

4. Math. 6. 19.

Matthæi 6. 19. *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra: ubi erugo, & tinea demolitur: & ubi fures effodiunt, & furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in celo, &c.* Nullū locum apud homines inuenit cui thesauros tuto committere possit, atque adeo ad cælum vsque remisit: tantum enim imperium in homines cuiusuis conditionis imo tyrannidè exercet auaritia, vt ferè nullus sit, qui alienis opibus non inhiet. Imo vero tanquam magnam laudem illius cælestis patriæ adiecit Christus, quod ciues eius nō tangantur auaritia. Tantū enim in homines valet, vt videatur illis etiam imperitare, qui cælum incolunt. Hanc expositionem tradit Gregorius ad illa verba Reg. 1. 3. *Et sermo Domini erat preciosus.* Loquentem audi. *Sed quia quod preciosum est magna cum diligentia custodiri solet, potest hoc quod dicitur: Non erat visio manifesta, ad carnalium prælatorum negligentiam referri: quod vero additur, & sermo Domini erat preciosus ad bonorum ardens desiderium subditorum, cum fideles subiecti: etsi non habent, qui eis frequentur de thesauris sacri eloquij supernæ prædicent, hoc tantum quod aliquando scire potuerunt mira deuotione complectuntur, & vt rem infalibilem pretiosam custodiunt, dum per bona opera in cælum collocant, ubi fures quid auferre valeant, nequaquam appropinquant. Unde in Euangelio de emptore bona margarita dicitur: dedit omnia sua, & cōparauit eā.* Postquam

Gregorius

Postquam

Postquam Abraham inimicos debellauit, & amicos in libertatem asseruit his verbis eum alloquitur Deus Genesis 15. *Noli timere Abraham, ego protektor tuus sum & merces tua magna nimis.* Frustra videtur Deus amicos facere fortissimo viro, qui tantam cladem hostibus intulerat: quid enim timendum erat illi, qui coactis domesticis parua manu victorem superbum delere potuerit? Chrysofostomus Hom. 36. in Genesim, huius causam petit ex illis verbis cap. 14. 22. Cum enim Rex Sodomorum de inimicorum manibus ereptus vniuersam praedam Abrahamo obieciisset, ille his verbis oblata spolia repulit. *Leuo manum meam ad Dominum meum excelsum possessorem caeli, & terra, quod a filo subtegminis usque ad corrigiam caligae non accipiam ex omnibus, quae tua sunt.* Rem eximiam praestiterat Abraham despiciens praedam, quae ipsi iure debebatur, ne tamen ob rem pulchre factam extolleretur, aut facti eum quandoque peniteret, his verbis mentē viri roborat Deus, tam enim potēs est auaritia vt contra eam, vel ipse iniuctus Abraham armandus sit: & indignit Deo cōfirmate, ne superaretur, qui tot Reges deleuerat. Ergo quāuis forti animo diuitias oblatas Abrahamo depulerit, ne tamē postea facti peniteret à Deo confirmatur. Chrysofostomi verba accipe. *Et dicit ei, ne timeas Abraham. Attende immensam Dei curam quare dixit ne timeas? qui tantas opes contempserat, non curatis his, quae Rex dabat? Hoc est ne timueris, quod despectisti tanta dona, neque anxius sis, quasi imminutores, tuae factae sint facultates. Ne timeas: deinde vt animus magis excitetur adiecit verbo & appellatione, & inquit: ne timeas Abraham.*

6. *Matt. 24. 45. quis putas est fidelis seruus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, vt det illis cibum in tempore? Beatus ille seruus, quem cum venerit Dominus eius inuenerit sic facientem, amen dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum.* Quid in hoc fideli seruo eximium inuenit Dominus, quem tantis cumulabit donis? Nempe, vt det illis cibum in tempore, id est, vt animum gerat his rebus terrenis superiorem, neque temporalium nimio amore flagret, aut quae alijs danda sint in propria commoda trahat, sed omnia multa cum largitate dispendat. Quasi nihil aliud Dominus in seruis suis requirat, quam hunc animum terrenis rebus superiorem. Qui enim ab auaritia liber est facile ab alijs omnibus vitijs animum purgabit. Hae expositionem adducit Chrysofostomus Hom. 37. in Genesim his verbis. *Beatus enim dicitur seruus ille, quem cum venerit Dominus inuenerit facientem, & sic dispensantem cum seruis, & non arcis, & vestibus includentem, sed inopum miseriam subleuantem bonumque, & fidelem dispensatorem factum eorum, quae à Deo suppeditantur: vt pulchre huius dispensationem magnam mercedem assequi, & promissa bona obtinere videatur.*

7. Tentaturus diabolus Christum hoc ordine incedit Matt. 4. vt prius intemperantiam ciborum obiciat: subinde superbiam opponat, ac tandem diuitias his verbis offerat. *Hae omnia tibi dabo si cadens adoraueris me.* Auaritia, tanquam firmissimo telo in vltimum referuata Dominum impetit, scilicet teste Chrysofostomo Hom. 13. in Matthaeum, tantam vim esse credidit daemone cupiditatum cupiditati, vt nullus sit, qui hanc petitionem declinare possit. Verba Chrysofostomi subiicio. *Quod utique sceleratus ille cognoscit, quasi omnibus vitijs fortiozem pecuniarum cupiditatem postremo loco posuit: ante iam quidem, & profusus ab initio certaminis, id ipsum meditatione parturiens, extremum vero illud reseruans, quasi quod omnibus valentius esse indicauit.*

Bis Christus Dominus eiecit de templo vendentes, & ementes: semel cum ex domesticis latebris in publicum se proderet, sub initium scilicet praedicationis suae, vt refert Ioannes cap. 2. 13. iterum autem perfunctus munere praedicationis sub tempore scilicet mortis suae, ipso eodem die quo asino vectus, & magna populi acclamatione ouans Ierosolimis exceptus est referente Matthaeo 21. 10. Initium facit praedicationis suae agens contra auaros, claudit item praedicationem suam eisdem impetens, quasi nihil aliud concionatoribus agendum sit, quam auaros carpere, quia haec maiorem tyrannidem exercet in homines, & latius quam reliqua grassatur. Neque aliud genus peccatorum Christus Dominus suis manibus puniuit, quam auaros, quia hos maxime habet exosos. Non ex proprio cerebro hanc expositionem conlinxi, sed ex Chrysofostomo haui Hom. 68. in Matt. his verbis, & intravit Iesus in templum, & eiciebat vendentes, & ementes de templo, similiter Ioannes quoque scripsit, sed hic in principio Evangelij, hic iuxta finem posuit, quod certē maiorem culpam Iudaeorum ostendit, qui semel & bis reprehensi perseverabant cauponantes.

9. *Matt. 21. 31. Dicit illis Iesus: Amen dico vobis quia publicani, & meretrices praecedent vos in regnum Dei,* vt diximus horum hominum exaggeraret malum, duo hominum genera maxime perditorum in medium adduxit, nempe publicanos, & meretrices, quorum vix aliqua sit spes salutis, scilicet meretrices, id est, vulgatae, & prostratae pudicitiae feminae: quis enim has ad pietatem reuocare poterit, si femel pudorem abiecerint: insuper publicanos, id est, homines pecunijs inhiantes, qui pari difficultate à nimio amore pecuniarum abstrahuntur. Huius expositionis author est Chrysofostomus Hom. 68. in Matthaeum, his verbis. *Publicani & meretrices praecedent vos in regnum Dei. Antecedere autem, atque praere publicanos dicit, non quia isti sequantur, sed quia si velint potestas istis relicta est, nihil enim magis rudiores, quam amulatio concitat, propterea cerebro dicebat primi vltimi, vltimi primi, propterea publicanos, & scorta in medium adducebat, vt istos commoneret.*

10. *Matt. 26. Et confestim, accedens ad Iesum, ait: Aue Rabbi, & osculatus est eum.* Vide Domini patientiam, qui à nequissimo proditore osculum non renuit; imo verò nullum non mouit lapidem: vt durum illud cor emolliret, nec tamen pro voto res accidit, quod nobis ostendit, quanta vis sit auaritiae, quam tot dicta, & facta, non depulerunt. Quod notat Chrysofostomus ad praedictum locum Matthaei his verbis. *Num Christus, quam inemendabilem Iudae auaritiam, non ignorabat, non tamen cessauit, quae sua sunt facere, sed monendo, minitandoque, & quasi miserum lacrymando, neque aperte vnquam, & liquido, sed recte, & occulte; in ipso vero proditoris momento & osculari se ab eo sustinuit, sed nihil hinc consecutus est, tantus certē, tamquam incredibilis auaritia furor est. Hac enim illum, & proditorem nequissimum, & sacrilegi nefandissimum, fecit. Audiatis haec omnes auari, quique grauissimo Iudae morbo laboratis, quotidie ille cum eo erat, qui non habebat vbi caput suum reclinaret, & quotidie verbis, & operibus instruebat, vt non argentum, non aurum, non duas tunicas habere vellet, & tamen reprimere se non potuit. Et infra, agens de buccella, quam Christus Iudae porrexit. Nec ista de causa, solum illum edidit, verum etiam, vt territus ille respiceret. Nam cum confuse atque indistincte audiens non moueretur, vt magis eum tangeret, velamina deiicit. Expende verba illa Chrysofostomi, quotidie ille cum eo erat, qui non habebat, vbi caput suum reclinaret &c. id est, ob hoc vel maxime Christus*

paupertatem coluit, & contra auaros toties dissecuit, ut auaritia laborantem Iudam mederetur, nec tamen obtinuit.

11.
 Epulo ille diues qui in cassum tormentorum refrigerationem petiuit, tandem his verbis Abrahamum adoritur *Lucæ 16.27. Rogo te Pater Abraham, ut mittas eum in domum patris mei, habeo enim quinque fratres, ut testetur illis ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Et ait illi Abraham: habent Moysen, & Prophetas: audiant illos. At ille dixit. Non Pater Abraham: sed si quis ex mortuis irerit ad eos penitentiam agent.* Verba illa, *habeo enim quinque fratres*, non tam generis consanguinitatem, quam morum similitudinem adumbrat, id est, eisdem sunt moribus præditi, eandem vitæ rationem aggressi sunt, pecuniis incubant, non secus ac ego incubui, ac propterea rogo, ut quisquæ ex mortuis eos conueniat, multa que referat ex his, quæ apud inferos aguntur, & testis oculatus recenscat. Tanta enim est vis auaritiæ, ut nisi talem eis mittas concionatorem, nequaquam à pecuniarum cupiditate sint emerfuri. Hanc expositionem tradit Chrysostronus Hom. 5. de Diuite in Lucam his verbis. *Quid saluare vis illos fratres, qui non amant paupertatem, necesse est, ut fratres habitent cum fratre suo.*

12.
Lucæ 23. Hodie tecum eris in Paradiso. Primum ad paradysum adducit Christus latronem: latroni primùm aditus referatur: Cherubim gladium flammeum atque versatile primus euadit latro; nempe vt vult Chrysostronus Hom. 5. in Lucam de Diuite. Ideo latro primus introducit, vt quam facillè aditus reliquis peccatoribus pateat, noscere possimus. Cùm enim eis, qui aliena appetunt arctissime obserata sit ianua paradisi, & adamantinis repagulis obturata, si hæc semel latroni cesserit, nulla profus restat dubitatio de reliquis. *Latronis corona* (ait Chrysostronus) *non nos errare faciat, sed prouocet ad coronam Abraham, necdum erat in paradiso, quia Christus nondum intrauerat cum latrone.*

13.
 Ioan. 2. 15. Pulsis de templo numulariis, & auaris hominibus initiũ fecit prædicationi suæ Christus, hoc quasi fundamentum iecit structuræ spiritali Chrysostronus Hom. 22. in c. 2. Ioannis, & rationem nobis satis optam obiicit. Nempe obuiã it Christus hoc factò his qui denigrare famam eius moliebantur, nempe nouerat futurum, vt plures eius dicta, & facta carperent: alij tanquam nebulonem, & potatorem despicerent: alij violati sabbati crimen impingerent: alij eum accusarent, quasi defectionem à Cæsare meditaretur. His omnibus it obuiam Christus, hoc factò accusatores occupat, & accusationes anteuertit. Fieri enim non potest, vt is, qui cum auaris inimicitiam gerit pietatem non colat. Ideo aliis omnibus argumentis prætermisissis, hoc vnum tanquam firmissimum, & inuitabile elegit, quo se omnium criminum probaret immunem. *Sed qua gratia* (ait Chrysostronus) *hoc fecit? cum morbos esset sabbato curaturus, & alia facturus, que illis transgressio legis videbantur, ne Dei contemptor, & patri contrarius existimaretur, id fecit, ut eorum tolleretur suspitionem, non enim par erat, ut qui pro templi honore tantam ostendisset indignationem ab eius Domino alienum animum haberet. Nec enim tantum illos eiecit, sed enertis mensas, dispersit argentum, ut illi soli reputarent, quod qui se pro domus honore periculis exponeret, eius dominum minime contemneret.*

14.
 Quam difficile auaritia pelli possit apta similitudine exponit Chrysostronus Hom. 12. in cap. 4. 1. ad Corinthios. Febris, quæ hominẽ de nouo afficit facillè medicinæ artis vi curari potest, at verò cum

longo iam tempore hominem infecerit, & ipsis profus hæserit medullis vix vlla arte extrahi potest: talis est auaritia, quæ intimis hæret ossibus quam vix vlla ars curare potest. *Quemadmodum enim*, (ait Chrysostronus) *febris in ipsis principiis, non nimia siti agrotum torquet: aucta autem iam eius flamma intolerabili iam siti conficit, & quamuis ad satietatem quis victum præbeat, non extinguitur tamen, sed incenditur vehementius, sic, & in hoc affectu vsu venit.*

Ad Hebræos 11. 16. Cum plures ex antiquis Patribus retulisset Paulus, & eorum facta extulisset, finem facit his verbis. *Ideo non confunditur Deus vocari Deus eorum. Parauit enim illis ciuitatem.* Vide quæ afferat Paulus rationem ob quæ Deus qui omnium rerum dominium habet trium tantum virorum Deus vocari se maluit, vt sapius in scriptura dicitur Deus Abraham, Isaac, & Iacob. Nempe quia hi, tanquam peregrinos se gesserunt, nullibi certum domicilium figentes, neque his rebus temporalibus adhærentes. Nempe plurimi Deus eos facit qui diuitias contemnunt. Hanc expositionem adducit Chrysostronus Hom. 25. in ca. 11. ad Hebræos. Imo verò in lege Euangelica lógè amplius cupiditatem abiicere debemus, in qua, non peregrini, sed mortui vocamur. Sicut Paulus de se ipso testatur ad Galat. 6. 14. *Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo;* & similia sæpe. Defunctorum corpora nullarum rerum vsu gaudent, nullis vt, aut frui rebus desiderant, his similes oportet esse Christianos. *Prima virtus est* (ait Chrysostronus) *hæc tota virtus peregrinum huius mundi esse, & hospitem, nihil commune habere cum rebus huius sæculi, sed remoueri ab eis tanquam peregrinum: sicut etiam beati illi, de quibus dicit: circueuerunt in me lotis in pellibus caprinis, & c. filij quidem peregrinos esse dicebant: Paulus autem aliquid amplius dixit, non peregrinum se ipsum dixit, sed mortuum mundo: & mundum sibi: mihi inquit, mundus crucifixus est, & ego mundo. Nos vero sicut huius mundi ciues ita iniuncta in hæc vita negociamur.*

Roman. 4. 35. *quis ergo nos separauit à caritate Christi? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius?* (sicut scriptum est, *quia propter te mortificamur tota die: aestimati sumus sicut oves occisionis.*) Gladium, tribulationem, & his similia laceffit ad pugnam: in his autem nullam mentionem facit de diuitiis, fortè quia harum vis maior.

Ecclesiastes 8. *Est homo, qui diebus, & noctibus somnum non capit oculis.* Hanc sententiam aptè elucidat Chrysostronus Hom. 56. Ad populum: somnus est quies animi quo tempore homines à laboribus & vita feriamur. Ergo magna Dei prouidentia factum est, vt bonam partem vitæ homines in capiendo somno ponant, vt saltem hoc tempus intermittant à labore captandarum diuitiarum. Adeo enim homines corrodendis pecuniis intenti sunt, vt totum tempus in hac re vna infumerent, nisi natura cogeret, in curandis corporibus, & captando somno aliquam vitæ partem etiam terere. Nec tamen hoc natura in hominis potestate reliquit, sed nolentem volentem adegit ad somnum, vt vel inuitus eo tempore ab auaritia cessaret. Hoc ergo ait Ecclesiasticus. *Cura diuitiarum amouet somnum.* Quam sententiam his verbis exponit Chrysostronus: *sicut igitur corpus exaestuans, & ardentioribus radiis fatigatum demulcet diuersorum: multos fontes ab aera tenui consolationem habet: ira nox somno nostram reddit animam. Sed potius tamen, neque nox, neque somnus hoc operatur: sed Deus hoc ærumnosum intuens genus, hæc omnia fecit. At nostri nos ipsi non miseremur, sed tanquam nobis inimici*

simus

simus maiorem excogitamus naturali necessitate, & requie tyrannide: & ex diuersis vigilando sollicitudinem: ait enim: cura diuitiarum amouet somnum, & vide quanta sit ei cura. Non propositio requiem permisit, sed naturalibus eam vincit necessitatibus, ut inuiti beneficio fruere mur, nam dormire natura est, nos autem, quasi nos multum exco- sit, tanquam alios impugnantes, & affligentes, hac naturali necessitate maiorem excogitauimus tyrannidem ex pecunijs. Dies illuxit & huiusmodi sycophantam timet: nox comprahendit, tremis latrones: Mors adest, magis, quam morte mordetur, quam illa fiant aliena.

18. Diuerit Dominus ad Zachæum Lucæ 19. qui diuino aspectu, & oratione permotus præterito- rum peccatorum veniam agere fatagit. Sed vide qua ratione futuræ conuersionis fundamenta iaciat: stans autē Zachæus dixit ad Iesum. *Ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus: & si quid aliquem defraudauit reddo quadruplum.* Non modo id, quod rapuit reddere decernit, sed in quadruplum: ea enim est vis auaritiæ, ut oporteat animum in contrariam partem inflectere. Nam si tantum modo rectam viam tenere institueret facile in auaritiam declinaret. Et quasi se multa largiendo, ut animus supplicij memor deinceps ab alienis absteinat. Hæc est mens Chryostomi homil. 38. ad populum his verbis. *Qui namque rapinam vult exuere, non è multis pauca erogat, sed raptis multo plura, & rapere desistit. Audi enim quid Zachæus dicat, & omnium qua rapui quadruplum reddo. Tu vero decies millia rapiens talenta, si paucos reddidisti dracmas te totum reddidisse putas, & quasi plura dederis, ita te geris, & ita vero vix, quare oportet enim reddere illa, & alia de proprijs adiungere. Sicut enim fur cum illa sola reddiderit, non est excusatus, sed & frequenter animum abiecit, frequenter autem cum multo plura tribuerit, absolutus est: sic & rapax, nam, & auarus rapax fur est, & latro, illoque longe deterior, quanto violentior.*

Lucæ 18. 8.

Chryf.

19. Quærit Chryostomus homil. 6. de penitentia, quam ob causam Christus Dominus præcipuè ad meliorem mentem traduxerit auaros homines, ut puta Matthæum, & Zachæum publicanos, & latronem morti proximum? Quæsitio respondet sumpta metaphora à medicis. Qui enim arte medica plurimum valet, eos præcipue quærit agrotos, qui desperatè profus sunt valetudinis, ut artis suæ præclarum præbeat experimentum. Non aliter Christus Dominus, ut se hominum Seruatorem ostendat, eos adit infirmos qui deplorata profus erant valetudine, nempe auaros. Elegit Christus Dominus in Apostolos homines pauperes, & abiecit profus conditionis, quia, ut habet Paulus, in his maximè præluceat virtus diuina, inter alios autē se legit, & Matthæum, qui locuples erat, ut suæ famæ confuleret. Etenim si tantum pauperes, nullumque profus diuitem ad Apostolatam elegisset fortè aliquis non id factum crederet ob rationem à Paulo assignatam, sed quia tam firmiter diuites diuitiis adhærebant, ut eos è fece pecuniarum extrahere non potuerit. Ergo istorum præcludit ora Christus, & inter reliquos pauperes vnum etiam Matthæum diuitem præfecit. Vide quanta sit virtus auaritiæ, ut oportuerit Christum famæ suæ confulere & palam facere omnibus sibi vires suppetere ad conuersionem diuitum. Propterea (ait Chryostomus) & peccatorum maxima Christus peregrinatus in terra remisit: latronem in Paradisum introduxit, publicanum fecit Euangelistam, blasphemum Paulum orbis Apostolum: ut peccans tu minus desperes, sed peccatum futendo deleas, salubremque ingrediaris viam.

20.

Aptis similitudinibus præsentī instituto inseruit

Chryostomus homil. de auaritia. In primis auaritia componit cum ferocissima bestia, quæ quidem si vagatur per campos homines fugit, inter angustias vero à venatoribus compressa efferatur, & in ipsos homines equos, canesque venaticos inflit. Ita etiam si diuitiæ intra arcam concludantur efficiunt multum, si vero eis vtaris, patum tibi incommodi inferunt. Hoc enim probat sumpta similitudine à vitibus, quas si sinas fufius in palmites luxuriari, syluescunt, si vero falce palmites refeces fructum affert; comprime diuitias, & modico esto contentus, & vtilitatem ex illis capies. Quem sensum habent teste eodem Chryostomo verba Iob 3. 26. *Nonne dissimulaui nonne silui? nonne quieui? & venit super me indignatio.* Id est, cum plurimis diuitiis abundarem modeste tamen me gessi. Quare ergo tanta malorum moles me obruit? Ac si sibi videatur indignū esse supplicio aliquo, aut labore illum qui in rerum opulentiā modestiam tenet. Qui pauperem vitam agens pius est, dignus quidem est laude, qui vero inter diuitias, & peccatorum fomenta sibi imperat, non modo laude, sed admiratione dignus est. Item & diuitia (ait Chryostomus) cum includantur, & effodiantur acrius rugiunt, quam leones, perturbantque omnia. Quod si eas de tenebris eduxeris, & in egenorum ventres dissemines ex feris bestijs sunt oues. Noli definitos terminos prætergredi, ne è facultatibus vniuersis exuaris: sed quod superest, refeca, ut necessarijs distingas. An non vides, quod agricola vitem refecant, ne vim omnem in pampinis, & palmitibus, sed in radice proferat? & idem tu facito, amputa folia, omnèque studium, huc intende, ut quam plurimos fructus huc inferas. Quod si facere recuses rebus prosperis expectes aduersa. Neque silui, inquit, neque quieui, sed mihi venit ira, non dixit, non silebo, neque quiescam præsentī tempore. Neque enim prosperis rebus attulit arrogantiam: sed expectatio tristitium, non sinebat requiescere. Merito notante Chryostomo præteritum tempus respexit Iob illis verbis. *Dissimulaui, & quieui.* Non vero illud præfens, quo hæc verba dicta sunt, dum scilicet omni re familiari expoliatus in stercore sedebat. Non magnæ laudi dandum in rebus aduersis humiliter se gerere.

Iob 3. 26.

Chryf.

21.

Auaritiam cum fermento componit Chryostomus homil. de auaritia. Sicut enim fermentum totam massam acidam reddit. Ita etiam auaritia omnem virtutem animo depellit. *Auaritia* (ait Chryostomus) *fermentum quoddam est, quancunque domum intrauerit impuram eam facit, etiam si parum ex iniustitia lucratus fueris, vniuersas facultates tuas fermentabit. Propterea sapè pauca male illata, bene reposita iecerunt.* Tandem in calce addo illud Iob 20. 15. *Diuitias quas deuorauit euomet.* Sumpta metaphora ab eis qui cum noxium aliquid in stomachum immiserint magna vi, & pectori angustis coguntur vomere, non modo ea, quæ nocebant, sed bonum etiam alimentum.

Chryf.

Iob. 20. 15.

Non litiges cum homine linguato, & non strues in ignem illius ligna. VERS. 4.

Non litiges cum homine linguato. Ne rixeris cum hominè loquace, & verbofo, & non strues in ignem illius ligna. Et iracundia, loquacitateque eius rixarum fomenta ne subicias.

1.

Ne litiges cum homine linguato. Monet versus ab homine loquace cauere, & cum eo non certandum, ne scilicet prouocatus in verba contumeliosa prorumpat, seu vera seu falsa, quæ bonam de nobis existimationem rerum omnium charissimam lædant. Hugo Card. *Non litiges cum homine linguato,*

2.

Hugo. id est,

Chryf.

id est, cum aduocato, cuius lingua est armæius, & scutum, & sagitta, & gladius, & arcus. Proverb. 30. est generatio, quæ pro dentibus habet gladios, & mandat molaribus suis, ut comedat inopes de terra, & pauperes ex hominibus. Et non struas in ignem illius ligna, id est, cupiditatem illius non incendas dando eis salarium. Virumque enim videtur prohibere, & cum aduocato contendere, & eum ad contendendum conducere. Quia lingua fallax non amat veritatem, & os lubricum operatur rinas. Prov. 26. infra 28. lingua terria cõmonit, & disperfit illos. Contra caufidicos relata loca exponit Hugo. Circa primum notandum iuxta Dauidem, linguas eorum appellari arma, & scutum, arma scilicet, quibus feriunt, scutum, quo defendunt. Nam nullus tam mala causa laborat, qui patronum non inueniat, & eum modo tuetur, quem non multo ante accusauerat.

3. *Et non struas in ignem illius ligna. Pulchra similitudo. Ut enim ignis auget vires iniecto fomento, non aliter excandescit linguosus, si aliquo dicitio vel probro eum laceffas. Imo vero, sapius nouam materiam rixæ ei suppeditamus, dum eum verbis sedare contendimus.*

VERS. 5. Non communices homini indocto, ne malè de progenie tua loquatur.

1. *Ne cõmunices homini indocto. Ne homini stulto, & imperito malorum tuorum, aut animi vitia, aut humilem fortunam suggeras ne ea euulget. Itaque ex secunda versus parte accusatiuum ad primam traho, hoc modo: ne communices cum homine stulto mala tuorum, ne ea aliis de progenie tua dicat. Vel aduerbium illud male pro accusatiuo mala accipiendum est, quod eodem recidit. Id est, si quid est quod progenitorum tuorum famam obscurare possit, ne homini stulto committas, ne si quandoque cum eo rixatus fueris in publicum edat.*

2. *Ne communices homini indocto. Græca: Ne colludas indocto, ne ignominia afficiantur progenitores tui. Noster vulgatus ad contumeliam voce inferendam transfuit, id est, ne male de progenitore loquatur. Possunt tamen verba ad ignominiam quoquomodo illatam extendi, & tunc hic erit sensus: declina à familiaritate cum stulto, & imperito, ne eandem stultitiam ex conuictu trahas: & hac ratione ignobilis tu factus in progenitores tuos infamiã transfundas. Iuxta illud. Filius sapiens latificat patrem: filius stultus masculia est matri suæ. Iure autem monet, ne colludamus cum homine stulto, nam si per iocum stultum irritaueris statim calces illidit. Los nescios no saben de burlas. Nonnulli vulgatam lectionem hac ratione exponunt. Caue ne vllum habeas, cum homine stulto commercium, ne à te aliquando abalienatus, de genere tuo male loquatur, quo te magis vrat. Dionys. Carthuf. Ne communices homini indocto, qui neque ab Spiritu sancto, per dona ipsius instructus est, nec cultus est moribus, quem vnctio non docet de omnibus. Hugo Cardinal. ne communices homini indocto, id est, non habeas cum eo familiaritatem, vel cohabitationem, vel societatem, aut frequentem colloquationem.*

VERS. 6. Ne despicias hominem auertentem se à peccato, neque impropere ei: memento quoniam omnes in correptione sumus.

1. *Ne despicias hominem auertentem se à peccato. Id est, caue asperneris hominem, qui olim vitam egit in peccatis. Neque impropere ei. Neque illi superioris vitæ errores obiicias, vt confundatur. Memento*

quoniam omnes in correptione sumus. Memineris, frequenter nos ea agere ob quæ merito capi possumus.

2. *Ne despicias hominem auertentem se à peccato. Id est, qui male actæ vitæ nuntium remisit, ob quod potius laudem quam vituperationem meretur.*

3. *Neque impropere ei. Græca pro duobus verbis despicias, & impropere idem habent, quod verti potest, ne exprobes. Cuius verbi vim duobus exhauserit, scilicet ne despicias, neque impropere, id est, ne corripiendo exprobes. Lyra. Ne despicias hominem auertentem se à peccato, eum hypocritam, vel papelardum vocando: sicut faciunt multi.*

4. *Memento quia omnes in correptione sumus. Memineris nos ea subinde committere ob quæ iuste repræhendi possumus. Porro correptio hic appellatur correptionis, & repræhensionis materia. Aliqui legunt in corruptione, id est, memineris nos facillè in corruptionem labi, vel omnes in corruptione esse: falluntur tamen, nam ex Græco patet legendum esse in correptione: nam ita transferunt, memento quod omnes in correptione sumus. Id est, memineris nos passim agere correptione digna, id est, passim peccare. Metaphoram detegit Tigurina. Homine à peccato recedenti probrum ne obiicias: sed memento nos omnes esse in crimine. Paulus de Palacio, qui minus firmam lectionem tuetur, nepe memento quia omnes in corruptione sumus, hac ratione exponit. Omnes peccamus, qui igitur in peccato perseverat repræhendendus est. Nam vt peccare est humanum ita in peccato perseverare diabolicum, qui vero peccata deserit hic non iniuria afficiendus sed iuandus ac fouendus. Cur ita? quia omnes sumus in corruptione. Et vt illè qui carpendus est corruptus fuit, ita tu qui repræhendis, breui corrumperis. Dicitur enim qui stat videat, ne cadat. Vel fortè mitius age cum his, qui peccauerunt: memineris, & te obnoxium esse lapsui. Vel memineris nos ex fragili argilla effictos, facile atteri, vel ruere in mortem vel in peccata. Hugo Card. memento quia omnes in corruptione sumus, id est, in carne corruptibili, quia corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Lyra. Lyra.*

Memento quia omnes in corruptione sumus, id est, ad corruptionem tendimus, eo quod ex elementis contrarijs conditi sumus.

VERS. 7. Ne spernas hominem in senectute sua: etenim ex nobis senescunt.

1. *Ne spernas hominem, &c. Caue ne hominem senem asperneris ob ætatis imbecillitatem, aut vitia. Etenim ex nobis adolescentibus senes prodeunt, & ab hac fortitudine, & corporis robore, ob quod nunc insolescimus, in eam imbecillitatem, & ineptitudinem imus. Erimus ergo, quod sunt illi, qui aliquando fuerunt quod sumus. Magis ergo senes reueremur, iuxta illud Leuitici 19. Coram cano capite surge, & honora personam senis. Ergo id iuste rependitur eis, qui senes spernant, vt cum ipsi ad senectutem peruenerint spernantur. Hugo Cardinal. Etenim ex nobis senescunt, id est, per corruptionem, quam habent nobiscum communiter. Vel ex nobis, id est, ex iuuenibus, quales nos sumus, senescunt.*

VERS. 8. Noli de mortuo inimico tuo gaudere: sciens quoniam omnes morimur, & in gaudium nolumus venire.

1. *Noli de mortuo inimico tuo gaudere. Id est, caue ne læteris de interitu inimici tui: Sciens quoniam omnes morimur.*

morimur. Ob oculos habes omnibus est vita aliquando decedendum esse, *Et in gaudium nolumus venire:* & nolle nos quinquam de obitu nostro gaudium capere.

2. *Noli de mortuo inimico tuo gaudere.* Sicut superius ex humanæ fragilitatis conditione, à contemptu penitentis, & senescentis hominis prohibuit, ita etiam nunc ex eiusdem recordatione à gaudio de inimicorum malis arceat. Frequenter enim Deus in eadem mala nos immittit de quibus lætamur. Iuxta illud Prouerb. 24. *Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina eius non exultet cor tuum, ne forte videat Dominus & displiceat ei.*

3. *Sciens quod omnes morimur.* Imminens tibi certissimo mors à contemptu te cohibeat. Latinorum aliqui per futurum legunt: verum sententia eadem est. At ex Græco patet legendum esse per presens. Apte autem præsens tempus, non insolita phrasi pro eo sumit: quod fieri debet. Mori id est, mori debemus, certissimo nobis est vita migrandum est. *Lyra. Noli de mortuo inimico tuo gaudere, & subaudire causa, sciens quia omnes morimur, quia nihil morte certius.* Ergo idem, non gaudendum est, quia certissime mors adueniet.

4. *Et in gaudium nolumus venire,* id est, nolumus, quod inimici, de morte nostra gaudeant. Plures ex latinis pro nolumus habent volumus, cuius lectionis sensus est, cum aeternæ patriæ, & aeternæ felicitatis amore teneamur, ne de inimicorum morte, eorumque malis gaudium capiamus. Maximè enim arceat à cœlesti patria inimicorum odiū, & signum est reprobationis. Vtra harum lectionum verior sit ex Græcis venari non possumus, in quibus hæc pars non extat, sed vulgata lectio præferenda.

VERS. 9. Ne despicias narrationem presbyterorum sapientium, & in prouerbis eorum conuersare.

1. Quasi dicat: Quæ presbyteri sapientes narrant, ne ut anilia & falsa cõremnas, & eorum sententias iugiter meditare, & continuo animo volue.

2. *Ne despicias narrationem presbyterorum sapientium,* Scite ac prudenter author: dicta seniorum solent adolecentes obliuisci, & historias ab eis illatas ridere: horum audatiæ occurrit his verbis, *ne despicias* &c. quæ amplius innuunt, quam verba præferebant, scilicet suscipiendos senes, & eorum dicta excipienda.

3. *Et in prouerbis eorum conuersare.* Græci, *paramis:* sũt autem paramiæ sententiæ sub obscuriori sensu doctrinam continentes: has opposui narrationi, quæ continuatum sermonem significat. Tigurina, *sed verseris in pronuntiatis eorum.* Quam partem exponit Vatablus, *videlicet sententiis, aut scite dictis.* Paulus de Palatio per narrationem intelligit historias, & maiorum acta, quæ frequenter repetunt senes. Hug. Card. narrationem ad consilia iuuenibus danda retulit, proueria verò ad exempla his verbis. *Ne despicias narrationem, id est, doctrinam, vel consilium. Presbyterorum sapientium, id est, doctorum. Et in prouerbis eorum conuersare, id est, secundum vitam, & doctrinam eorum viuere.*

VERS. 10. Ab ipsis enim discas sapientiam, & doctrinam intellectus, & seruire magnatis sine querela.

1. Reddit rationem ob quam, vel maximè suscipiẽda sit senam doctrina: *ab ipsis* &c. *Qu.* dic. illi enim

sunt tui magistri, à quibus discas sapientiam, & doctrinam, quam animo facile capias: discas etiam quo pacto in principum aulis, & publicis negotiis versari possis sine querela, & offensione.

Ab ipsis enim discas sapientiam, & doctrinam intellectus. In Græcis exemplaribus breuius: *ab ipsis enim discas sapientiam.* Quæ nonnulli Latini codices sequuntur. Ego per sapientiam intellectus exposui, sapientiam, quam quis facile capere potest. Nullo enim negotio euadit sapiens, qui cum senibus conuersatur. Tigurina. *Ab ipsis enim discas eruditionem, doctumque iudicium,* id est, speculationem, rectamque rerum agendarum rationem. Paulus de Palatio. *Sapientiam, id est, grandem eruditionem: tum doctrinam intellectus, id est, acumen doctrina, scilicet moralis.* Dionysius, *ab ipsis enim discas sapientiam, & doctrinam intellectus, id est, sapientialem, & intellectualem doctrinam de Deo, & de rebus ad salutem spectantibus.* Hug. Car. *Ab ipsis enim discas sapientiam de diuinis, & doctrinam intellectus de moralibus, vel sapientiam exempli & doctrinam intellectus verbi: & paulo inferius, & nota, quod dicit, doctrinam intellectus.* Multi enim doctrinam habent, quia multi sunt Doctores: sed non omnes habent doctrinam intellectus, quia non faciunt intelligi, quod dicunt, sed inuoluunt sententiam sermonibus extraneis: de quibus dicit Dominus conquerendo. *Iob 38. Quis est hic inuoluens sententias sermonibus imperitis.*

Et seruire magnatis sine querela. Res sane difficilis in aures principum sine offensione conuersari, & rebus publicis sine querela præesse. Hoc ergo quod multam difficultatem importat maximè ex senum cõuersatione discimus. Vbi nos sine querela, Græca habent *faciliter.* Vnde Tigurina transtulit, & *dextere proceribus ministrare.* Paulus de Palatio: *Tunc discimus seruire feliciter, & sine querela: id est, nec tu qui seruis, querelam habeas de principe, cui seruis, nec ille de te, neque serui alij habeant de te.* Hugo Card. etiam si vulgatam lectionem adducat, tenet aliam tamen longe diuersam: scilicet: *fruere magnatis sine querela.* Vtranque autem lectionem his verbis exponit. *Et fruire magnatis sine querela, id est, dilige, & gratanter honora pralatos, qui sunt sine querela, ut Aaron Sapient. 18. Properans homo sine querela deprecari pro populo restitit ira, & posuit finem necessitati, vel sic seruire sine querela, actiue, & passiuè.*

Non te prætereat narratio seniorum: ipsi enim didicerunt à patribus suis. **VERS. 11.**

Quoniam ab ipsis discas intellectum, & in tempore necessitatis dare responsum. **VERS. 12.**

Non te prætereat narratio seniorum. Non præmittas narrare, quæ seniores retulerunt: neque, ut quæ ipsi dixerint per incuriam ignores. *Ipsi enim didicerunt à patribus suis.* Nam quæ ipsi docerent non ex proprio cerebro confinxerunt, sed ea acceperunt à maioribus. *Quoniam ab ipsis discas intellectum.* Id autem præstare vtile erit, nam ab ipsis discas prudentiam, & rectam rerum agendarum rationem. *Et in tempore necessitatis dare responsum.* Et tempore opportuno quæ sitis respondere.

Non te prætereat narratio seniorum. Fac inter his, quæ à senioribus dicuntur. Dionysius, ne memoria excidat. Hug. Card. *Multos enim præterit narratio doctorum & sicut aqua præterit cribrum.* Vnde infra c. 21. *Cor fatui quasi vas confractum, & omnem sapientiam non tenebit, Aggat 11. Qui mœcedem congregauit misit eam in sacculum permissum. Infra 27, sicut in percussura cribri puluis remanebit, sic aporia hominis in cogitatu illius.*

Ipsi enim didicerunt à patribus suis. Id est, non ex

proprio Marte confingunt, sed à maioribus tradita acceperunt, alij, imitare sapientes senes, sicut enim ipsi sapientes effecti sunt seniorum dicta excipiendo: ita & tu sapiens eris, si eisdem senibus aurem præbeas. Priorem senium prætulit Tigurina his verbis: *ipsi enim à patribus suis nacti sunt eruditionem.*

4. *Ab ipsis enim discas intellectum, id est, ipsos audiendo solidam intelligentiam percipies.*

5. *Et in tempore necessitatis dare responsum.* Nos genitium necessitatis, cum ablativo tempore coniungimus, id est, nosces respondere tempore opportuno: alij verò hunc genitium coniungunt cum accusatiuo responsum, id est, ex senum audicione noveris tempore dare responsum necessitatis, id est, necessarium, & utile. Sed vterque sensus eodem recidit, sed prior aptior est, & orationis filo cõgruentior, & magis iuxta scripturæ phrasim, vnde alteri præferendus.

6. *Dare responsum, id est, non modo audiendo senes sapientior eris, verum, & alios docere, & apto tempore respondere discas: alij habent: Dabis responsum.* Sed Græca aperte docent per infinitivum efferenda verba, quæ lectio perspicuam magis reddit rationem.

ETHOLOGIA CIII.

Senes liberius viuentes multum suo exemplo nocent.

1. **P**luribus sententiis huius capitis quam utilis sit congressus seniorum prudentium aperit meus Ecclesiasticus: Quia verò iam alibi de reuerentia deferenda senibus egimus, in præsentiarum contraria via mihi agendum est, & quantum noceant senes si improbi sint, edisserendum. Numer. 11. 16.

Num. 11. 16. *Et dixit Dominus ad Moysen: congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israel, quos tu nosti, quod senes populi sint. Quasi magnum aliquid sit, & quod multam inuoluat difficultatem, noscere senes quinam sint, qui verò iuuenes vni Moyli discussio mandatur: Quos tu nosti, quod senes populi sint.* Quid enim perspicuum magis, quid magis ad oculum patens, quam senem à iuvene discernere? etenim promissa barba, & fusa canicies, rugis obducta frons satis senem præferunt. Origenes Hom. 1. in Genesim, ideo dictum putat quia non corporis sed animi senectutem respiciebat: neque apud Deum senex est, qui multam ætatem transegit, sed qui senectute digna exequitur. Hoc autem discernere non omnium est; sed solius Moylis, quem Deus multo lumine illustrauerat. Nunquid is (ait Origenes) qui senilis corporis gerebat ætatem, non omnium oculis perspicuus erat, quod esset presbyter, id est, senex? Quid ergo soli Moyli tali ac tanto Propheta specialis ista mandatur inspectio, ut illi eligantur, non quos ceteri homines norunt, non quos imperitum vulgus agnoscit, sed quos Propheta Deo placens elegerit.

2. **Ambrosius** lib. de fuga sæculi ca. 9. agens de illis senibus qui Susannam adamauerant, & innocentem condemnauerant, hæc scribit. *Quæ etiam prodigioforum senum & impudentium presbyterorum potuit flammam restinguere.* Senes impudetes prodigia quædam appellat Ambrosius. Et merito nam hi instar portentis, prodigii & specti, admirationem, & metum incutiunt videntibus.

3. **Genesis 25.** *Abraham mortuus est in senectute bona.* Ambrosius de bono mortis c. 8. expedit illud, in senectute bona. Quasi aliquid eximia laude dignum dixit, quod Abraham senectutem bonam degerit.

Adeo enim frequens est senes veneri indulgere, & libidinis flâmis ardere, quod si quis castam agat senectutem laudetur. *Dum enim, (ait Ambrosius) unusquisque quamdiu vivit obnoxius est lapsus, nec senectus immunis a crimine: ideo legitur, quia Abraham mortuus est in senectute bona, eo quod in bonitate propositi sui permansit, mors igitur vitæ est testimonium.*

Genesis 19. 4. De Sodomitis hæc verba scribit Moyses. *Vallauerunt domum à puero usque ad maximum omnis populus simul.* Chrysostomus Hom. 43. in Genesim, expendit verba illa. *A puero usque ad senem.* Nô modo iuuenes, qui acrioris libidinis flammis adurantur, verum etiam senes effæris viribus, & multa canitie perfusi in præposteram libidinem ardebant. Hoc certissimum inditium excidij futuri ciuitatis, hoc maxime diuinam vltionem vel renitentem traxit. *Summa (ait Chrysostomus) malitiæ conspiratio: vehemens male agendi studium, inenarrabilis peruersitatis magnitudo, conatus nulla venia dignus.* *A iuvene, inquit, usque ad senem: Non solum, inquit, iuuenes hæc mala inquirebant, sed inquit, proejecta ætatis erant, & omnis populus simul, neque erubescabant tam impudens flagitium.*

Cum Deus natura sua facile ad misericordiam flectatur, & in hominum commoda inuigilet, quæ tanta malitia hominum genus infecit, quæ mitissimam illam substantiam de vniuerso genere humano pœnas petere coëgit immissum diluuium? Audi Moysen Genesim 6. 5. *Videns autem Deus, quod multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio hominum intenta esset ad malum omni tempore, pœnituit eum, quod hominem fecisset in terra.* Non excidit per incuriam historiographo illud omni tempore, id est, cuiuscunque ætatis homines in vnerem defluebant, non modo iuuenes, quos ardor ætatis inflammat, verum etiam senes, & in ætate proejecti veneris facibus conflagrabant. Hoc malè Deum torfit, & tardantem ad supplicium adegit. Habeo huius expositionis authorem Chrysostomum Hom. 22. in Genesim, qui paulo aliter à nostro vulgato legit, & his verbis sententiam dilucidam facit. *Ut vidit autem Dominus Deus, quod multiplicatæ sunt malitiæ hominum super terram. Et quod unusquisque cogitat in corde suo diligenter ad mala omnibus diebus. Vide quomodo singula quæ dicuntur peccatorum ostendunt magnitudinem, quia enim in genere dixit, quod multiplicatæ sunt malitiæ hominum super terram, subdit: & unusquisque, Magna huius verbi emphasis, & vis est, non enim inquit adolescentes solum, sed & senex eadem agit, quæ adolescentens.*

Psal. 68. 13. *Aduersum me loquebantur, qui sedebant in porta: & in me psallebant, qui bibebant vinum.* Qui in porta sedent hi sunt, qui iudiciariam exercent potestatem, nempe senes ciuitatis iuxta præscriptum Dei ad Moysen. Ergo de his conqueritur Christus. O malum omni supplicio dignum, non modo iuuenes, & qui rectam rerum agendarum rationem, non planè consecuti sunt, me ad mortem vrgebant, verum, & senes penes quos erat summa rerum. Est enim Psalmsus de Passione Christi addit David: *& in me psallebant, qui bibebant vinum,* id est, non modo iuuenes comellationibus indulgebant, verum etiam senes multo mero se ingurgitabant. Nec minus ad rem præsertem sensus anagogicus facit, id est, senes penes quos est, iuuenum licentiam corrigere, lasciuientes, & procaces compescere, multis me malè dictis impetebant. Item ad rem præsentem faciunt verba illa, *qui sedebant in porta,* id est, illi, qui in exitu vitæ erant, hi inquam sedebant multo otio torpentes. In hunc sensum exponit, hunc locum Ambrosius

brofius in Pfalmum 43. qui in eiusdem rei confirmationem adducit verba Christi Matth. 24. 20. *Orate ne fiat fuga vestra hyeme, vel sabbato.* Hyems vocatur iuxta Anagogen senectus. Hoc enim tempore calor omnis abscedit, imbribus terra madet, motium iuga niue, prara pruinis albicant. Sabbathum autem otium prærendit. Ergo cauetes ne fiat fuga vestra hyeme vel sabbatho, id est, cauetes ne senectus vestra otio torpescat. Quis enim est, adeo amens, ut iam eam metâ contingens langueat, imo verò tunc ocior currit. Hæc omnia concepit animo Ambrosius loco citato, & his verbis præmit. *In exitu enim non ociosi, sed exercitii esse debemus: ideoque scriptum est: videte ne fiat fuga vestra hyeme vel sabbato, hoc est non in otio sed in negotio.*

Pfal. 118. *Præveni in maturitate, & clamavi.* Virtus in senectute maturis fructibus, in iuuentute vero præcocius similis est. Arbor, quæ antè tempus, & alieno fydere fructus non affert nullum supplicium meretur, si tamen autumnus fructus non fert exciditur. Ergo si iuuenes luxurient venia quidem digni sunt: si vero senes vitii diffluent omni prorsus indulgentia carent. Hæc est mens Ambrosij ibidem. *Quem loquentem facio. Præcurrit ætatis maturitatem quisquis in adolescentia positus senilem gravitatem induit, & iuueniles annos veterana quadam continentia regit, feruoremque virentis corporis in cana morum maturitate componit. Nam quid potest habere laudis, si effatum corpus voluptatibus, & iam senectutis gelu frigidum, ad sera deuotionis officia deposito, iam segnior vigore conuertat. Non est corona, nisi ubi fuerit difficilioris lucta certaminis. In hora est ergo senex si munia sobria maturitatis exerceat. Ante horam præcurrrens iuuenis, si senili corpore inceptiuâ comprimat voluptatum.*

Lucæ 1. 24. *Concepit Elisabeth: & occultabat se mensibus quinque.* Ambrosius in hæc verba Lucæ, ideo se occultabat, quia cum esset anus grandæna pudore afficiebatur veneri indulisse. Ergo si illa, quæ per miraculum concepit ex marito, pudore tamen suffunditur amplexibus mariti adhæsisse prouecta iam ætate: quanto pudore afficiendi sunt, qui iam cano capite, & arata fronte veneri inseruiunt? Audi verba Ambrosij. *Est autem unicuique officio præscripta ætas, & quod tempori decet, sui que mutatio facta vnus cuiusque mutat sæpè naturam. Sunt etiã ipsi quoque præscripta tempore coniugio: quando dare operam liberis sit decorum, quando anni vigent, quando suscipiendorum filiorum spes est. Dum generando filios est in exemplo, copule quoque vsus in studio est. At vero ubi matura cui senectus accesserit, & ætas regendis liberis aptior, pudor est licet legitimi coitus indicia gestare.*

Iob 2. 11. *Igitur audientes tres amici Iob omne malum quod accidisset ei, venerunt singuli de loco suo Eliphaz Themanites, & Baldad Sabites, & Sopbar Nahamites.* Ad sensus morales adducit Gregorius lib. 3. Moral. c. 17. Etymologias horum nominum. Aliis in sua loca reseruatis Baldad dicitur iuxta Gregoriū *vetustas sola.* Non dicitur vetustas, sed vetustas sola, quo nomine significantur illi, qui ex sola corporis senectute gloriantur, & ex hac vna honorem sibi parant. Multam canitiem præferunt, albicantem cæfariem, barbam bene longam, obductam rugis frontem, horum tamen nihil cum mente & animo conuenit, nam puerilem prorsus animum sub hac senili specie contegunt. Hi sanè Baldad dicuntur, id est, vetustas sola, qui animi pietate posthabita, quæ præcipua pars senectutis est de effæto tantum corpore gloriam experunt. *Baldad, autem (ait Gregorius) interpretatur vetustas sola. Dum enim verè vincit refugium, & peruerso studio esse victores querunt, noua*

vita conuersationem negligunt, & de sola vetustate est, quod intendunt.

Iob 29. 8. *Videbant me iuuenes, & abscondebantur: & senes assurgentes stabant.* Quæ verba pro nobis exponit Gregorius lib. 19. Moral. cap. 13. qui idem confirmat verbis Sapient. 4. 8. *Senectus enim venerabilis est, non diuturna, neque annorum numero computata: cani autem sunt sensus hominum, & ætas senectutis vita immaculata.* Innuunt autem hæc verba apud Deū tantummodo illum dici senem, qui moribus quidem senex est & pietatem multâ præfert. Tandem infert Gregorius verba illa Num. 11. quæ nos superius exposuimus. Vnde prætereo. *Videbant me iuuenes (ait Gregor.) & abscondebantur, & senes assurgentes stabant. Senes verò non eos Scriptura sacra vocare consuevit, qui sola quantitate corporum, sed morum grandæuitate maturi sunt. Unde per quendam sapientem dicitur. Senectus enim venerabilis est, non diuturna, neque annorum numero computata. Cani autem sunt sensus hominis, ætas senectutis vita immaculata. Unde rectè quoque Dominus ad Moysen dicit: congrega mihi septuaginta viros, de senioribus Israël: quos tu nosti, quod senes populi sint. In quibus quid aliud, quam senectus cordis requiritur? cum tales iubentur eligi, qui senes esse sciuntur? Si enim senectus corporis in eis quæreretur, a tantis sciri poterat à quibus videri. Dum verò dicitur, quos tu nosti, quod senes populi sint: profecto liquet, quod senectus mentis non corporis eligenda nuntietur.*

Lucæ 12. 38. *Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati sum serui illi.* Vigilia militare nomen est, diuidebant enim milites totam noctem quatuor vigiliis. Duæ priores decurrebant ab occasu solis vsque ad mediam noctem. Tertia autem, & quarta à media nocte vsque ad eiusdem ortum. Ergo his quatuor vigiliis hominis quatuor præcipuè ætates adumbrantur. Prima vigilia pueritia est, iuuentus vero secundæ vigiliæ comparatur, ætas virilis ad tertiam vigiliam refertur, ac tandem quarta vigilia est senectus. Ergo, ait Christus, si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, id est, si venerit in iuuentute, aut, in virili ætate: & tamen nihil de pueritia nihil de senectute infert. Cuius hæc causa signari potest. De pueritia quidem subicit, quia hæc pars vitæ non est doli capax; cum enim nondum lumen rationis affulsit, nec mereri possumus, nec demereri. Restat ergo, ut dicamus quare senectutem silentio preffit. Gregorius homil. 13. in Lucam, ideo factum putat quia adeo certum erat vigilaturos eos qui senectutem contigissent, ut hoc nullus vertere posset in dubium; fidem enim excedere videtur, esse aliquem senem, qui pietatem non colat. *Prima quippe (ait Gregorius) vigilia prima annuum tempus est, id est, pueritia. Secunda adolescentia, vel iuuentus, qua auctoritate sacri eloquij vnum sunt. Tertia senectus accipitur. Quis ergo vigilare in prima vigilia non vult, custodiat vel secundam, ut qui conuerti à prauitatibus suis in pueritia neglexit, ad vias vitæ saltem in tempore iuuentutis euigilet. Et quia vigilare in secunda vigilia noluit tertiæ vigiliæ remedium non amittat. Pensate fratres charissimi, quia conclusit pietas Dei duritiã nostram. Non est iam qui excusationem Domino inueniat.*

Verba lib. 1. Reg. 2. 10. *Dominus iudicabit fines terræ, sunt ex Cantico Annæ, quæ exponit Gregorius ibidem.* Non ait, iudicabit terram, sed iudicabit fines terræ. Fines terræ iuxta Gregorium senes dicuntur. Hos autem tantum dicitur iudicare Dominus, non quia peccata iuuenum negligat, sed quia senum crimina præcipuè plectat, qui ad virtutem magis tenentur. *Dominus (ait Gregorius) iudicabit*

I O.
Iob 29. 8.
Sap. 4. 8.

Num. 11.

I I.
Lucæ 12. 38.

I 2.
1. Reg. 2. 10.

Gregor.
S s
fines

Mat. 24. 20.

Ambros.

7.
Psal. 118.

Ambros.

8.
Lucæ 1. 24.

Ambros.

9.
Iob 2. 11.

Gregor.

finis terra, nō ait terram, sed finis terra, finis quippe terra sunt, qui vita sua ultima cum culpa perpetratioe clausurunt. Nam qui peccat, & corrigit, quod deliquit terra est per peccatum, & finis terra non est, quia delinquendo redemptionis suae alia deposuit, sed ab imo depositionis suae ante iudicium resurrexit.

14. Chrysofomus homil. 27. in Matthæum, quærit quam ob causam, cum scriptura diuina alia Davidis crimina, vel omnino silentio prætermittat, vel per capita recenseat; huius autem adulterium, & homicidium longa verborum serie, & viuis veluti coloribus depingat? Huius rei causam petit ex ætate in qua hæc vltima crimina David commisit. Erat enim iam proeuctæ ætatis, & maturi iudicij. Vnde ea crimina, quæ eo tempore commisit multo erant grauiora, maioriq; supplicio digna. Non enim (ait Chrysofomus) pariter profecto delinquitur, si quis cum Spiritus sancti gratiam consecutus, cui multa, magnaque beneficia diuinitus collata sint, qui tantam auctoritatem obtineat, qui denique ad senilem iam sit ætatem proeuctus, ea commiserit, quæ alius horum homo expers perpetravit.

15. Lucæ 4. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus, & rogauerunt illum pro ea. Multis Petrus impertitus fuerat sanitatem, & tamen febribus æstuarere domi suæ lectum patiebatur. Proh Deum immortalem ubi generi pietas, ubi religio? Sanè si altiori sensu rem contempleris firmum argumentum pro nostra opinione arripies. Non cuiuscunque est spirituales sanitate febribus impertire: Christi virtus exigitur ad tantum facinus. Iuuenes facillè morbos pellunt, & morbos exiunt, senes vero magna cum difficultate veterem exiunt consuetudinem.

16. Chrysofomus homil. 57. in cap. 9. Ioannis, his verbis inuehitur in senes, qui spectaculis adsunt. Quod si quis te aut aurigam aut saltatorem vocaret, contumeliam id duceret, eamque pro viribus propulsares, ire autem ad eorum spectacula non recusas, & cuius artis nomen recusas, eam fere omnem prosequeris, cuius autem nomen & res hoc est & vocari Christianus profiteris, quodnam sit non intelligis. Hæc frequenter vobis dicere statui. Veruntamen veritus sum, ne frustra, & sine fructu mihi odium compararem. Video enim non iuuenes tantum, sed & senes in suis, quorum gratiam maiorem in modum erubescunt, cum video senem canicie venerabilem. Eam labefactantem, & filium suum trahentem. Quid hoc magis ridiculum? Quid indignius? filius à patre impudentiam discit. Sunt autem multi, multo his frigidiores, quos istiusmodi verborum non pudeat, sed porro multa verba faciunt, quos si rogaueris, quis Amos sit, quis Abdias, quot Propheta, quid respondeant nesciunt: de equis, aut bigis, sophistis, rethoribus, quamuis reddant rationem. Hæc ille. Quibus verbis carpit Chrysofomus senes qui multa nouerunt de historiis multa de fabulis, quarum frequenter sunt spectatores, de rebus tamen spiritualibus neque verbum.

17. Chrysofomus homil. 47. in cap. 22. Actorum, conqueritur de senibus, qui plus æ quo temporalibus conquerendis insudant. Hi nimirum non parum lædunt Christianam fidem præcipue dogma de immortalitate animorum. Nam licet verbis fateantur, animos simul cum corporibus non interire. Videntur tamen factis destruere, quod verbis firmant: cum autem verba, & vita contraria protendant, magis vitæ, & moribus, quam sermonibus credendum est. Sicut cum duo testes inuicem sibi testimonio aduersantur ei fidem adhibemus, qui alium excedit. Vita vestra (ait Chrysofomus) contraria testatur, quod non creditis, vultis in usurarios, auaros, & raptores videamus. In lugentes, plorantes, edificantes, omniq; agentes, quasi nunquam morituros. Si ergo quod moriamini non creditis, qua re nihil certius: quomodo vobis credant testantibus. Sunt enim multi homines sic affecti, quasi nunquam morituri. Nam cum in longa senectâ incipiunt struere, quando mortem affuturam putabant? non parua nobis pena quidem ad confessionem vocatis, sed testari non valentibus ea, quæ vidimus. & infra. Resurrectionis dogma lædit vitæ improbitas, dilacerat immortalitatem animarum, & iudicium, & multa alia, inducit fatum, necessitatem, negationem providentia. Anima enim multis malis immersa has sibi consolationes excogitare attentat, ut ne cogitantes se iudicium contristet, & situm esse in nobis facere malum, aut facere bonum neget.

Genes. 19. cum de excidio Sodomorum multa prædixissent Angeli Lot, ipse quidem ac si res sua non ageretur omnino tacet, non exorat, nec precibus Deum flectere intendit: sed reliquorum omnium oblitus, priuato tamen bono consulens, petit sibi licere diuertere ad oppidulum, quo in loco flammam effugiat. Cum vero hoc quidem incendium Abrahamo innotuisset multa pro incolis locutus est, ut habes Genesis 18. 20. Quare ergo Lot tacet. Cum tamen Abraham fufis precibus Deum ad indulgentiam sollicitet? Causam reddit Chrysofomus Homil. 25. in cap. 11. 1. Corinth. nempe Lot, qui præsens aderat, nouerat quidem immedicabile esse malum ciuitatis, nec Deum vllis fore precibus flectendum. Sed vnde quæso hoc Lot innotuit? nimirum ex verbis Genesis 19. 4. Prius autem quam irent cubitum viri ciuitatis vallauerunt domum à puero usque ad senem. Libido in omnes irrepserat, senes etiam adusserat, & inde iure malum hoc immedicabile iudicauit. Audi Chrysofomum loquentem. Et quo modo, inquit, ad Lot dicebat Deus per Angelos: salua animam tuam? dic quando, & quare? Quando in se rebat supplicium, non quando corrigi oportuit. Iam enim damnati erant, & morbo incurabili laborabant; & senes & iuuenes in turpissimos amores immersi erant & ignis necessario, & ea ipsa die imminabat.

1. Corinth. 9. 24. Nescitis quod hi, qui in stadio currunt omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium. Componit conatum viri pij ad beatitudinem, cum his, qui in stadio ad cursum se exercent. Sed in quo potissimum sita sit metaphora vnus exponit Chrysofomus homil. 7. in caput 4. ad Hebr. sicut illi qui ad cursum se exercent, non illum intermittunt, cum metam contingunt, imo vero eo tempore celeriores auolant, non aliter qui ad præmium vocationis properant, cum senectutem pertingunt velocius currere debent, non segnitie torpere. Sed aurea verba Chrysofomi fufius rem exponunt. Qui currit, non modo nihil ante metam sustollit, sed tum potissimum metam intendit. Hoc à me dictum est ad illos, qui dicunt, in iuuentute quidem mea studium habui, in iuuentute ieiunavi, nunc autem senui. Maxime nunc pietatem intendere oportebat, ne mihi veteres virtutes enumeres, nunc etiam iuuenis esto, nunc etiam floridus, ac vegetus esto, qui corporalem istum cursum, rectè quidem postea quam canicis eum apprehendit non valet simiuer currere, quia omnis agon in corpore constitutus est. Tu vero ob quam causam minus? hic enim animo opus est, animo erecto, animus vero in senectute potius confirmatur, tunc viget, tunc exultat. Sicut enim corpus, quod febribus decinetur, & subsequenti bus inuicem egritudinibus, etiam si sit validum tamen affligitur, cum autem liberatum fuerit ab obfessione illa membrorum, recreat propriam virtutem, sic etiam animus, in iuuentute febribus laborat, & amor gloriae, & deliciarum, & venerarum rerum, & aliarum multarum imaginationum illum potissimum occupat. Cum autem senectus adiuenerit omnes has passiones effugiat,

18.

Gen. 19. 4.

Chrysof.

19.

1. Cor. 9. 4.

Chrysof.

gat.

gat, alias per satietatem, alias per Philosophiam.

20. Chrysofomus Hom. 7. in cap. 4. Ad Hebr. de-
 scavit in fenes impiis his verbis, *Quid ergo inquit,
 cum viderimus iuuenibus seniores peiores? nimia atate
 malitia mihi dicit, nam & furiosos videmus nullo impel-
 lente vitro ire per preceps. Quando ergo senex eodem
 morbo cum iuuenibus laborat, malitia excellentiam ostendit.*
 Adducta in medium similitudine Chrysofomi
 verba expendo. Si quando viderimus hominem
 stricto gladio cęsim, pūctimque ferire, si hunc mul-
 tis aduersariis imperitum inspiciamus, non amentem
 vocamus, sed propria vitę salutique consul-
 lentem: si vero nullo insequente, nullo adigente
 hęc faciat, & similes motus exerceat, illum planę
 amentem iudicamus. Hac igitur ratione dum iuue-
 nes videmus precipites in vitia ferri, nil sanę mira-
 mur, quia hos adigit ardētis atatis feruor, & effre-
 nis impetus: si verō senem eadem facientem noui-
 mus, hunc planę capite cęsum, & diminutum, fu-
 riosum & amentem dicimus, qui cum nullis cor-
 poris motibus vrgeatur, tantam animi ferociam
 ostendat.

21. Ad hunc sensum adducit Chrysofomus Hom.
 7. in cap. 4. Ad Heb. versum Psalmi 24. *Delicta iuuen-
 tutis meę, & ignorantias meas ne memineris Domine.*
 Habuit David, quo delicta in iuuentute excusaret,
 verum non habuit, quid pro peccatis in atate matura
 commissis obtenderet. Ea enim, quę contra
 Vriam, & vxorem eius commisit perfecta iam atate
 patratu est, vnde horum veniam rogat. Secun-
 dum magnam Dei misericordiam, & secundum mul-
 titudinem miserationum eius. Pro eis autem, quę
 iuuenis commisit, habuit quid obiceret, quo mi-
 nueret. *Et ne in iuuentute quidem* (ait Chrysofomus)
 qui talis est, excusationem habet, non enim dicere potest:
 delicta iuuentutis meę, & ignorantias meas ne memineris
 Domine. *Qui enim in iuuentute sua ita furiosus est, ostendit,
 quia & in iuuentute non per ignorantiam non per imperitiam
 talis fuit, sed per negligentiam. Iste potest quidem dicere
 delicta iuuentutis meę, & ignorantias meas ne memineris,
 qui in senectute pœnitentiam fecit, qui procedente atate
 mutatur: si autem in senectute, eandem turpitudinem
 committit, quomodo huiusmodi dignus est senex appellari,
 qui neque atati reuerentiam exhibet. Qui enim dicit
 delicta iuuentutis meę, & ignorantias meas ne memineris,
 veluti in senectute correctus hac dicit. Ne igitur ex his,
 que in senectute committuntur fraudes te ipsum venia corū
 que in iuuentute fecisti. Ac si dicat Chrysofomus: senectus
 quidem eo concessa est hominibus, vt illa atas veniam
 adipiscatur eorum, quę in iuuentute commissa sunt. Ergo
 si ipsam senectutem nouis criminibus grauas, quanam
 ratione pro peccatis in iuuentute commissis exorare
 poteris, quę propriis scædatur. Insuper senex improbus
 priuat se venia, etiam eorum criminum quę iuuenis
 commisit. Nam qui in iuuentute in crimina corruit
 ignorantiam quidem, & vim atatis protendit, si verō
 senex eadem committat, prætextu priuatur, cum
 senex nec vi nec ignorantia trahatur ad scelera.*

22. Grauiissimā continent obiurgationem contra se-
 nes impios verba Chrysofomi Hom. 7. in cap. 4. ad
 Heb. Quę non exponere sed scribere liber. *Quo-
 modo ergo non est absurdum, & quod ignoscī nequeat,
 quid sit vt senex in tabernaculo sedeat, senex ad circum
 festinet, senex ad theatrum ascendat instar pueri
 currens cum plebe. Verē autem confusio est, & irrisio,
 vt canicie quidem ornentur extrinsecus, intrinsecus
 autem animum habeat puerilem. Et si quidem
 vituperauerit illum iuuenis, statim canos in
 medium profert: Tu illos reuerere primus: si vero*

*tu illis primus, non exhibes reuerentiam iam senex,
 quomodo iuuenis canos tuos reuerere desideras?
 Non reuereris inquit hos canos? Sed tu eos confundis.
 Deus te honorauit, candorem capillorum dedit,
 nullam prerogatiuam contulit, quid honorem,
 illum perdis? illum honorem quomodo reueretur
 iuuenis, cum te quoque videat se amplius
 lascinia deditum? Canicies vero tunc est
 venerabilis, quando ea gerit, qua caniciem
 decent: cum vero iuueniliter conuersatur,
 plus iuuenibus ridiculus erit. Quomodo
 poteritis istorum iuuenes admonere vos
 senes dū inebriamini per incontinentiam
 vestram? Non enim accusant seniores,
 hac nunc dico, sed iuuenes. Qui enim
 hac agit, etsi ad centesimum veniat
 annū mihi iuuenes videntur, & similes
 pueris, quemadmodum iuuenes, & si
 modici, ac paruuli quidem si sobrii tamen
 sint, senioribus meliores sunt, & non
 est sermo meus, sed scriptura hanc
 meminit discretionem. Senectus enim,
 inquit, venerabilis est non multi
 temporis: & atas senectutis vita
 immaculata: etenim canos honoramus,
 non quia colorem candidum, nigro
 colore amplius honoramus, sed quia
 iudicium est vitę in virtute
 prouecta: & videntes ex hoc
 coniciamus interiorem caniciem:
 si vero contraria senectuti
 gesserint, irrisibiles sunt propter
 hoc potius. Neque contra senes
 ista dolentes dicimus, sed contra
 eos, qui canos suos ignominia
 afficiunt. Rex quidem est senex
 si voluerit, & eo qui purpuram
 gerit regalior. Si quidem
 passiones animi vicerit & veluti
 armigeros subiecerit passiones.*

Non incendas carbones peccatorum, arguens eos, & ne incendaris flamma ignis peccatorum illorum. VERS. 13.

1. Non incendas carbones peccatorum arguens eos. Ne prouoces ad iram peccatores, eorum vitia carpens. Et ne incendaris flamma ignis peccatorum illorum. Et caue etiam ne iam accensus furor eiusmodi flagitiosorum hominum te lædat.

2. Græca priorem partem his verbis efferunt, *ne incendas carbones peccatorum.* Itaque noster interpret addit illud, *arguens eos.* Nec immerito. Præcipuè enim cum increpantur, incenduntur iniqui. Græca tamen generale magis sensum habent, neque ad reprehensionem solam trahendum. Iuxta quos sensus est, ne irritaueris peccatores, ne contra te peccantes incites. Posteriolem partem sine cōiunctione legunt, vt significet non aliam rem à priori pretendere, sed rationem eius reddere: ac si dicat, ne peccatores quoquomodo irritaueris, ne te lædant. Pulchra autem similitudine sumpta ab igne rem probat. Sicut enim carbones, non accendi nocere non possunt, si vero flauello adhibito incendantur obuia quęque adurunt: eadem profus ratione peccatores correptione, vel alio quouis modo pun-
 guntur, insiliunt & perdunt obuios quoque.

3. *Arguens eos.* Vt diximus hanc partem Græca non habent. Exponit autem Hugo hoc modo. *Arguens eos nimis asphere, nec prohibet auctor arguere peccatores, sed malum modum arguendi.*

4. *Et ne incendaris flamma ignis peccatorum illorum.* Nos ad priorem partem retulimus hoc modo. Ne per repræhensionem peccatores irrites, ne in te insurgant, & perdant. Huic nostrę expositioni omnino concordat Figurina, quę hac ratione vertit. *Ne inflammes carbones scelerosi reprahendendo: vt non conflagres flammis ignis.* Et eandem sequitur Dionysius. Alij verò ad ipsum qui vitia carpit, hanc posteriolem partem ex nostro vulgato transferunt hac ratione, ne per correptionem peccatores incendas: & caue ne tu similia patiaris. Frequenter enim, dum ille qui vitia reprehendit, videt alium in

suam defensionem assurgere, & contra carpentem irasci, eadem patitur, & eadem irascitur. Ergo ne ipse, qui reprehendit ira moueat, monet ut à correptione cesset. Hæc expositionem tuetur Vatablus in notulis his verbis. *Ne commoueas à contumelioso*, id est, ne dum ipse ægre ferens tuam correptionem excandescit ira tibi bilem excitet, & stomachum moueat. Tertio nonnulli, caue ne per increpationem excites iram eius, qui deliquit, quod si excitaueris, caue ne ab ira, quam excitasti, lædaris. Lyra: *Et non incendaris, scilicet quando sunt obstinati, vel in passione positi, quia tunc non meliorantur, sed deteriorantur.*

Lyra.

VERS. 14. Ne contra faciem stes contumeliosi, ne se-
deat quasi insidiator ori tuo.

1. Superior sententia docuit abstinendum à correptione iniqui, ne aliquid mali nobis pariat: præsens monet, ne cum homine contumelioso, & linguato verbis agamus, ne sermones nostros obseruet, & ex illis nobis retia patet. Ergo ait, ne homini petulant, maledico, & audaci repugnaueris, illique contradixeris, ne detur ei occasio obseruandi omnia verba insidiosæ, ex quibus postea calumniâ tibi parat.
2. *Ne sedeat*, id est, per otium verba tua disquirat, ut quod carpere possit, inueniat. Interlinearis: *ut inueniat radicem verbi*, id est, occasionem quærat, ut aliquid in verbis tuis mordeat, aut aliquid tibi obiiciat.

VERS. 15. Noli scenerari homini fortiori te; quod si
sceneraueris, quasi perditum habe.

1. *Noli scenerari homini fortiori te.* Caue ne mutuum des homini te potentiori. *Quod si sceneraueris quasi perditum habe.* Quod si mutuum dederis pro perditum habe.
2. *Scenerari* hic ponitur pro mutuum dare. Sicut & sæpe alibi: ita transtulit Tigurina. *Ne mutuum dederis homini potentiori.*
3. *Quod si sceneraueris quasi perditum habe.* Græca propius ad phrasim hebræam. *Esto quasi qui perdidit.* Vel ut habet Tigurina: *Quod si dederis pro amisso habeas.* Hoc autem dicit, quia qui potentia, & autoritate valent acceptam mutuo pecuniam non referunt, & vi eam extorqueere minores non possunt.

VERS. 16. Non spondeas super virtutem tuam: quod
si sponderis, quasi restituens cogita.

1. Post concilium de mutuo dando, sermonem instituit de fideiussoribus. *Ne spondeas super virtutem tuam.* Ne pro alijs fideiussorem te constituas, supra vires, & facultates tuas. *Quod si sponderis quasi restituens cogita.* Si verò pro alio spondidisti de solutione cogita, periculum tibi imminet, ut soluere cogaris.
2. *Ne spondeas super virtutem tuam.* Locum exponunt nonnulli vel de votis Deo factis, vel de promissionibus, quæ hominibus fiunt. Sed verbum Græcum, quod hic habetur, nempe ἱπνάω, apertè ostendit sermonem esse de fideiussoribus, quibus se homines pro alijs obligant, & contextus apertè exigit, ut notauimus. Dionys. Carth. *Quemadmodum enim iuramenti, ita & voti tres sunt comites, discretio, veritas, & iustitia.* Hugo Card. locum exponit de his qui alijs præsumt, hi enim tenentur pro suis subditis rationem reddere.

Dionys.

Hugo.

Quod si sponderis, &c. Græca expressius, tanquam persolaturus sollicitus sis. Præsens tibi periculum imminet.

3.

Non iudices contra iudicem: quoniam
secundum quod iustum est iudicat.

VERS. 17

Ne iudices contra iudicem. Caue reprehendas, aut damnes iudicis sententiâ, contra te latam. *Quoniam secundum quod iustum est iudicat.* Quoniam non iudicat secundum proprium affectum, ut tu facis in propria causa: sed secundum quod iustum est, aut æquitas postulat, idque facere ex officio debet. Quare dum non constiterit inferenda sententia, errasse, pro illo præsumendum est, & eius sententiam damnare est iniquum.

1.

Græca alium sensum habent, scilicet: *Ne causam agas contra iudicem, quoniam secundum opinionem suam iudicabunt eum*, id est, ne litem suscipias cum iudice aliquo. Nam verisimile est, quod iudices, quibus coram causam agas, eius causa faueant, & pro illo sententiam ferant. Noster autem interpret optimè etiam transtulit, ne iudices. Nam verbum Græcum vtrunque significat, nempe, aut causam agere, aut iudicare. Tigurina, *ne litiges cum iudice, nam sententia secundum ipsum pronuntiabitur.* Cuius lectionis posterioriorem partem ita exponit Vatablus in notulis, *id est, secundum eius sententiam, & voluntatem, vel gloriam.* Hoc est, nam alij iudices ad eius sententiam vel voluntatem accedent, & se accommodabunt. Vel forte eius dignitatem suscipientes te condemnabunt. Hug. Card. *Ne iudices contra iudicem, id est, ne sis inobediens iudici, & pralato tuo, & ne murmures, & contemnas, vel reprehendas, & infra. Ne iudices contra iudicem, id est, Christum, qui constitutus est index vinorum, & mortuorum.* Lyra. *Ne iudices contra iudicem, impugnando eius sententiâ iustam, impugnando scilicet iudicem, hoc est enim, impugnare Deum, cuius locum tenet index.*

2.

Quia secundum, quod iustum est. Latini quamplures, secundum quod dignum est, & magis iuxta dictionem Græcam quæ potius dignum, quam iustum significat. Sed sensus eodem recidit.

3.

ETHOLOGIA CIV.

Prelatorum iussa non discutienda.

Vtile fati præceptum hæc verba continent, ne scilicet, eorum qui nobis præsumt iussa curiosius discutiamus. Sæpius enim ea, quæ prælatos impellunt, nos latent, nec tibi ipsi rationem reddere, possunt eorum omnium, quæ iniungunt. Hanc ergo sententiam de more nonnullis robaremus Matthei 7. 1. *Nolite iudicare, ut non iudicemini, in quo enim iudicaueritis iudicabimini: & in qua mensura mensi fueritis rementietur vobis.* Cauet Christus Dominus his verbis, ne quis aliorum facta curiosius inquirat, aut damnet: Præcipuè autem prohibet ne quis iudicum sententias, aut prælatorum præceptiones disquirat. Quod patet cum præcepti causam reddit, nempe, *ut non iudicemini.* Ac si dicat, oportet abstinere à iudicando cuiusvis hominis factò, præcipuè tamen prælato. Nam cum illorum iudicio subdamur stultum est eos irritare, aduersus nos, quorum sententiæ parere tenemur. Hunc sensum affert relatis verbis Chrysostomus Hom. 2. 4. in Matthæo. Loquentem audi. *Non enim renuit eos corrumpere peccantes, neque citra discrimen, eos tunc increpauit, sed discipulos, profecto, qui de doctoribus iudicabant, & cum ipsi mille essent malorum rei insonibus detrahebant, quod hic quoque*

1.

Matt. 7.

Chrysost.

quoque Christus notavit, neque simpliciter notavit, sed eis plurimum inussit timorem, inevitabile supplicium comminando, atque dicendo: in quo enim iudicio iudicaveritis, iudicabitur de vobis.

2. *2. Reg. Extendit Oza manum ad arcam Dei, & tenuit eam. Quoniam calcitrabant boves, & declinauerant eam. Iratusque est indignatione Dominus contra Ozam, &c. Fulcrum se supposuit Oza decidenti arcae, & tamen cum rem piam & religiosam egisse videatur tanquam temerarius occisus est. Verbum illud, super temeritate, causam tanti supplicij innuisse videtur. Temerarius ille est, qui sine sufficienti fundamento, & rationis pondere, rem aliquam iudicat. Ergo temerarius ille subditus est, qui datas à praelato leges damnat. Vnde temeritatis suae poenas cum Oza dabit. Visa est Ozam arca Dei ruere, & colla labenti supposuit ob quod temeritatis notam incurrit. Temerarius ille est, qui praelati iussa, ac si contra fas essent, damnat. Hac ratione exponit hunc locum Gregorius lib. 5. Moral. cap. 9. his verbis. Sapè aliquid à maioribus dispensatorie agitur, vel precipitur, quod à minoribus error putatur, sapè multa à fortibus dicuntur, quae infirmi idcirco diiudicant, quod ignorant. Quod bene bobus calcitrantibus inclinata illa testamenti arca significauit: quam quia casuram credidit Leuites, erigere voluit, modo sententiam mortis accepit. Quid est enim mens iusti nisi arca testamenti, qua gestata à bobus calcitrantibus inclinatur: quia nonnunquam etiam, qui bene praest, dum subiectorum populorum confusione concutitur ad dispensationis condescensionem, ex sola dilatione permonetur. Sed in hoc quod dispensatorie agitur, inclinatio ipsa fortitudinis casus putatur imperitis. Vnde nonnulli subditis, contra hanc manum reprobationis mittunt, sed cuncta protinus ipsa sua temeritate deficiunt.*

3. *Exodi 16. deficiente annona murmurauit omnis congregatio filiorum Israël contra Moysen, & Aaron in solitudine. Fluctuanti autem multitudini haec verba insonat Moyses num. 8. Dabit Dominus vobis carnes vescere edere, & mane pauperes in saturitate: eo quod audierit murmuraciones vestras, quibus murmurati estis contra eum. Nihil contra Dominum oblocuti fuerant Hebraei, Moysi tantum, & Aaron detraxerant, & tamen ait contra Dominum murmurasse, nimirum teste Gregorio lib. 23. Moral. cap. 24. ille qui praelatum carpit contra Deum murmurat. Cum enim potestatem suam ex Dei autoritate exercet peculiariter Deum offendit, qui praepositi facta mordet. At contra (ait Gregorius) à praelatis hi audiunt, nos enim, quid sumus? nec contra nos est murmur vestrum sed contra Dominum. Qui enim contra superpositam sibi potestatem murmurat, liquet, quod Deum reardat, qui eandem potestatem homini dedit.*

4. *Matth. 21. 12. Et intravit Iesus in templum, & eiecibat omnes vendentes, & ementes de templo: & mensas numulariorum, & cathedras vendentium columbas euerit. Cum multis peccatis Hebraeorum populus scateret, nulli peccatorum generi suis manibus supplicium intulit Christus nisi vendentibus in templo, nec satis dignum videbatur tanta maiestate per seipsum quemquam punire. Ad rem praesentem factum Christi transfert Gregorius lib. 25. Moral. cap. 23, nempe hi, qui ad ianuam templi vendebant, eos adumbrant qui alios docent, & regunt, hos ergo, cum peccant, Christus Dominus per seipsum punit, quia horum crimina suo iudicio reseruat, nec subditorum patitur iudicio subiaccere. Verba Gregorij subiungo. Sed quia Rectores habent iudicem suum, magna cautela subditorum est, non temere vitam iudicare regentium. Neque enim frustra Dominus per semetipsum as numulariorum sudit, & cathedras vendentium*

colombas euerit, nimirum significans, quia magistri quidem vitam iudicant plebeiam, sed per semetipsum facta examinat magistrorum.

Cum plus æquo Noë vino indulisset Genesis 9. cuius pondum vim perspectam habebat, vino madens stertit, & inter dormiendum verenda nudauit. Quod cum vidisset filius natus minimus ridens ad fratres detulit. At fratres patris verenda opperuerunt. Hoc factum ad rem praesentem transfert Gregorius lib. 25. Moral. cap. 23, nempe Noë praelatus est, qui quandoque in vtramque dormit aures nec satis modeste decumbit. Huius autem crimen, non est propalandum, nec cum risu excipiendum sed opperendum. Quid enim criminis fuit inebriari ei, qui vini efficaciam non cognouerat? quid vero inter dormiendum virilia nudare? cum risu vero excipere magnum fuit crimen, & simile habuit supplicium. Ergo caue ne praelatorum facta carpas, & à Noë inflictam maledictionem incurras. Quod bene (ait Gregorius) in Noë ebriato exprimitur cuius verenda boni filij auersi veniendo texuerunt, auersari quippe dicitur cum reprobamus. Quid est ergo quod filij verenda patris superiecto dorsis pallio auersiu venientes opperunt: nisi quod bonis subditis sic praepositorum suorum mala displicent, vt tamen haec ab illis occultentur? opperimentu auersi deserunt, quia iudicantes factu & venerantes magisteriu, nolunt videri quod tegut.

1. *Reg. 8. Congregati ergo omnes maiores natu Israël venerunt ad Samuelem in Ramatha, dixeruntque ei: ecce tu genuisti, & filij tui non ambulant in vis tuis: constiue nobis Regem. Res Deo delata displicuit, subdit enim. Dixit autem Dominus ad Samuelem, audi vocem populi in omnibus, qui loquuntur tibi. Non enim te abiecerunt sed me, ne regnem super eos. Bono reipublicae consulentes, iniquos iudices disturbare conantur, & tamen hoc factum mirum in modum Deo displicet. Nempe, vt habet Gregorius ibidem; argre tulit Deus, quod praelatorum, etiam iniquorum acta carperent illis verbis, non ambulant in vis tuis. Et tanquam sibi iniuriam illatam dolet Deus illis verbis, non te abiecerunt, sed me. Audi verba Gregorij. Deus enim omnipotens, & Regem petentium preces suscipit, & irascitur quod petatur. Quibus profecto rebus turbari possumus, si eorum rationem non subtiliter videamus, quid enim iustius est, quam, vt populi iudicio corruat, qui reprobo mentis sua iudicio, sic studuit, vt sequens populum periret, sed tamen cum sacerdotes male viuunt, à laicis iudicandi non sunt; digne ergo indigniorem recipiunt. Nam de filijs Samuelis dicitur receperunt munera, & peruerterunt iudicia. De eo autem Rege quem filij Israël petunt terribiles valde mina proferuntur, quia dicitur agros vestros tollere, &c.*

Exodi 20. 26. & Exodi 28. 42. *Facies, & feminalia linea, vt opperiant carnem turpitudinis tua à renibus, vsque ad femora, & videntur eis filij Aaron. Haec praecipit lex sacerdotibus, quorum pudori Deus valde consulit, ne scilicet eorum pudenda cuique reuelentur; nec patitur sacerdotum turpitudinem cuiquam patere. Valde ergo Deum offendit, qui eorum errores detegit. Hanc expositionem affert huic loco Philo lib. 3. de vita Moysi his verbis. Hos instituit de communi totius gentis sententia, iubente oraculo ore nouo, & memorabili, fontanis aquis limpidissimis, & vita vilissima eos abluì, deinde sacris vestibus indui fratrem talari epomide, seu thorace referente mundi imaginem, fratris filios tunicis lineis, & zonis, & subligaribus illis, vt expedite peragerent sacra ministeria adstrictis in earum sinibus, ne quid quod pudor celare poterat, oculos circumstantium offenderet, praesertim, cum ascendente ad altare, aut descendente omnia propere, ac celeriter faciunt.*

8. Mat. 14. 26. *Et videntes eum super mare ambulantem turbati sunt dicentes: quia phantasma est.* Sed quæ ratio eos compulit, vt magistrum phantasma esse iudicarent? Chrysoſtomus homil. 51. in Matthæum ad rei nouitatem refert; nempe quia nihil tale, aut viderant, aut audierant, sæpius enim Christum Dominum viderant dæmonia pellentem, morbos curantem, mortuos suscitantem, nec tamen vnquam, eum esse phantasma putauerunt, nempe talia, Prophetas egisse à maioribus acceperant, verum in æquoreis fluctibus gradum figere, nunquam eis in mentem venerat. Quia ergo rem planè nouam hoc loco Christus aggressus est, ideo clamauerunt esse phantasma. Referunt hoc loco Apostoli plerisque subditos, qui si viderint aliquid, aut præcipi, aut fieri à prælatis nouum, & præter ordinem, cuius ipsi rationem non assequantur, eum esse phantasma mussitant, dicta, & facta canino dente mordent. Ergo oportet præpositorum facta reuereri, & si quid ab eis iniunctum, aut factum fuerit, quod subditorum captum excedat taciti præterire. Putauerunt (ait Chrysoſtomus) esse phantasma cum visu ipsum non cognouissent, partim propter noctis tenebras, partim quia nunquam auditum fuit, hominem super aquas ambulasse, voce seipsum manifestauit.

Chrysoſt.

9. Mat. 23. 2. *Super cathedram Moysi, sederunt scribae, & pharisæi: omnia ergo quacunque dixerint vobis seruate, & facite, secundum opera eorum nolite facere.* Vitam scribarum, & pharisæorum, multis insectatur hoc loco Christus Dominus. Ad vero antequam in eorum vitia grassetur ab obedientia eis præstanda initium capit, & hoc tanquam exordium præfigit. Nempe teste Chrysoſtomo homil. 73. in Matth. consulit Christus Dominus bono totius Reipublicæ. Ne cuiquam in mentem veniat licere sibi prælatis oblatrare, quia eorum peccata cognita habeant. Num quoniam (ait Chrysoſtomus) eos grauius accusaturus est, ne imperiti cupiditate principatus eorum laboraret, aut eum odio moueri existimans hoc primum remouet, vt omni suspitione ablata liberius reprehendat.

Chrysoſt.

10. Psal. 49. 16. *Peccatori autem dixit Deus: quare tu enarras insitias meas, & assumis testamentum per os tuum.* Cum tam sit vtilis sacrorum librorum lectio, quare hic peccator ab eis euoluèdis arcetur? Quodnam est genus peccati, quod homines à sacris bibliis pellit? Subdit statim. *Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tue ponebas scandalum.* Chrysoſtomus homil. ad illa verba Pauli ad Roman. *salutate priscam, expendit hæc verba aduersus fratrem tuum, & aduersus filium matris tue.* Id est, si ille indignus reputatur, qui sacræ vacet lectioni, qui aduersus fratrem murmurat. Potiori iure arcendus est ille, qui contra patrem obloquitur, & prælatorum facta iussaque proscindit. Insuper adducit illud Num. 12. *Locutaque est Maria, & Aaron contra Moysen propter uxorem eius Ethiopiissam, & dixerunt: Num per solum Moysen locutus est Dominus, & nobis similiter est locutus.* Non multi ponderis hæc verba videbantur, & tam Deus ea ægre tulit vt statim Mariam lepra infecerit à qua detractio originem duxerat, Moyses pro sorore deprecatus est, nec tamen à Deo exauditus, qui Deum flectere solebat etiam pro idololatria. Nihil est (ait Chrysoſtomus) quod Ecclesiam Dei ita destruere, & dissoluere possit, vt quando discipuli magistris, & parentibus filiis, & principibus subditi, non magno studio coherent. Diuina voce, si quis fratrum, cuiuspiam maledicit, à sacrarum scripturarum lectione excluditur: vt quid enim accipis, ait testamentum meum per os tuum, & causa posita dicit: sedens contra fra-

Num. 12. 1.

Chrysoſt.

trem tuum obloqueris. Patrem accusans dignum reputas, qui diuina vestibula accedas. Et subdit de sorore Moysis. *Verum tamen cum maledixit, nihil ei profuerunt omnia hæc ad effugandam iram Dei: sed neque Moyses, qui tantum populum post recentem illam impietatem precibus obtinuerat pro sorore supplicans, & veniam petens placare Deum potuit, sed ab eo valde increpatur: quo discamus & nos quantum malum sit principibus maledicere, & aliorum indicare vitam.*

Daniel. 3. 49. *Angelus autem Domini descendit cum Azaria & socijs eius in fornace: & excussit flammam ignis de fornace, &c.* Hunc Angelum imitari oportet omnè qui ad præfecturam euehitur; omnes enim, qui ad præfecturas eliguntur aliorum inuidiam excitant, & nisi fuerint impassibiles absque dubio tanto iniecto igne conflagrabit, nihil enim aliud est ad supremam euehi dignitatem, quam in Babylonicam conijci fornacem, quæ inuidiæ flammis ardet à qua illæsus non exibis, nisi instar Angeli omnem corpoream molem, & affectum excuris, vel nisi Dei Angelus te committetur, & flammam fornacis excutiat. Hæc ex Chrysoſtomo desumpti lib. 3. de sacerdotio, quem loquentem facio. *Episcoporum ergo animi tales eligantur, qualia olim in Babylonica fornace sanctorum illorum corpora diuine gratiæ largitus exigit, neque ignis eius, qui Episcoporum animam depascit alimenta sunt sarmenta, pix, stupa, sed alia quadam his inferiora, quando ne ignis quidem sensibile istud elementum hic subternitur, sed pro igne circumdabit Episcopum voracissima inuidiæ flamma, vndique se attollens, atque ideo vitam illius, ac mores alius subiens, scrutans, probans, quam ignis ille Babylonijs puerorum illorum corpora probauerunt. Iam illum nihil vita ante honesta adiuuat, ad insanientium voculas effugiendas: quinimo leue illud commissum relique illius vita luminibus officit, ac certe sic sacerdoti omnes iudices esse volunt, vt carne nequaquam composito, vt humanam naturam non sortito, verum vt Angelo, vt humana natura minime participi.*

11. Dan. 3. 49.

Chrysoſt.

Matthæi 5. 11. *Beati estis cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos mentientes propter me: gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis.* Sic enim persecuti sunt Prophetas, qui fuerunt ante vos. Populi inuidiam constaturos Apostolos denunciat Christus, & veterum prophetarum exemplo eos armat. Sed quæ huius rei causa. *Vos estis sal terra, &c.* id est, vos instar salis mordere debetis, & reprehensionis aculeo peccatorum vulnera curare. Sed cum hoc feceritis mementote veterum prophetarum, qui multa passi sunt dum homines ad meliorem vitam traducere satagunt. Et vos cum iniunctum salis officium obieritis, fieri non potest quin multa patiamini. Dicta, & facta mordebunt subditi, nec tamen ab incepto desistite. Hæc est expositio Augustini lib. 1. de sermone Domini in monte his verbis. *Ita enim & persecuti sunt, inquit, & Propheta, qui ante vos fuerunt, nam persecutionem generaliter posuit, & in maledictis, & in dilaceratione fama, & bene exemplo adhortatus est, quia vera dicentes solent persecutionem pati. Nec tamen ideo Propheta antiqui timore persecutionis à veritatis predicatione cessarunt. Rectissime itaque dicitur: vos estis sal terra.*

12.

Matth. 5. 11.

Seuere magis ira Dei defecit in eos, qui sibi prælatis obmurmurant, quam in illos qui contra Deum obloquuntur. Dilucide rem hæc tradit David Psal. 105. 14. *Et concupierunt concupiscentiam in deserto: & tentauerunt Deum in aquos.* Scilicet dum ob aquæ penuriam murmurarunt, & cum defectum annonæ, & viatici insuper cum tædio affecti cœlestis cibi

13.

Psal. 105. 14.

cibi carnes sibi dari petierunt. Sed quid Deus eo tempore fecit? nunquid eorum precibus aures obturavit? nunquid in murmuratores grassatus est? minime quidem, sed eorum preces exaudivit, potū & esum largitus est satis abunde. Subdit enim, *Et dedit eis petitiones ipsorum; & misit saturitatem in animas eorum.* Vide quam pium, quam benignum se præbuit Deus sibi detrahentibus. Verum illi nihilo meliores effecti hoc beneficio, contra Moysen insurrexerunt, & eum inculsarunt, ac si privato amore ductus Aaronem præfecisset. *Et irritaverunt Moysen in castris, Aaron sanctum Domini.* Verum Deus, qui ad proprias iniurias obfuscerat sine mora detractores puniuit. *Aperta est terra, & deglutivit Dathan: & operuit super congregationem Abiron, & exarsit ignis in Synagoga eorum.* Deus qui se facilem præbuerat propriis offensis terribilem se præbuit eis qui contra principes oblatrāt. Hanc expositionem hausi ex Chrysofomo in hūc locum Psalmi, cuius hæc verba infero. *Nec cum Deum in mare rubrum, ad iracundiam pronocassent: Nec cum eundem in deserto venissent, is qui peccata dissimulat de his supplicium sumpsit, imò vero cupiditates eorum explevit. At cum Dathan & Abiron Moysen convenirent dicentes, nunquid Moysen dumtaxat locutus est Deus, ac non etiam nobis? eos cum universa familia dehiscenti terra tradidit. Core autem, ac eos qui cum eo erant incensum loco Aarotus parantes flamma è tabernaculo prodiens exussit. Nec enim seruos suos contemnit, aut pro nihilo habere voluit. Verum postquam benignitatem suam demonstravit: iuxta illud: vide igitur severitatem, & benignitatem Dei.*

14. Psal. 13. 4. *Qui deorant plebem meam, sicut escam panis.* Expendit Chrysofomus ibidem dictionem illam, plebem, immane genus crudelitatis homines scilicet rapere in eos insilire lacere deorare. Immaniores sanè feris. Nam licet hæc quandoque hominem aggrediantur, & expugnent, si tamen vel parum gustaverint ex humana carne, abscedunt, & resiliunt. Nonnulli hoc referunt ad cibi insolentiam, forte referendum ad naturam ipsius hominis, quem Deus omnibus bestiis præfecit, quapropter verentur sibi prælatum hominem dentibus atterere, quapropter prælibata eius carne resiliunt statim: multo sanè his feris immaniores sunt hi, qui in prælatos prosiliunt, mordent, dilacerant, comminuunt. Ergo sententia versus Psalmi hæc est. O, homines bestiis efferaciores qui vobis prælatos viros deuoratis, carpitis, proscinditis. *Et non dixit (ait Chrysofomus) comedentes, sed deuorantes, aut exedentes, feris crudeliores. Feræ enim cum carnem humanam gustaverint mox cessant propter infectum nutrimentum erubescunt. Improbi autem, & invidi fidelem perpetuo maledictis exedentes, non satiantur. Quod autem etiam hi, qui sunt eiusdem fidei, eos deorant, qui eandem habent cum eis fidem dicit Apostolus: si autem invicem morderis, & exeditis, videte ne à vobis invicem cōsumamini. Alienigenis gentibus, Syris, & Græcis, eos, qui populum deorant, assimilans Ezaias dicebat: Ducam Syriam ab ortu, & Græcos ab occasu Solis, qui deorant populum meum toto ore.*

15. Mat. 5. 3. *Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum.* Hanc, & reliquas sententias in commune protulit, vt ad omnes dictas esse ostēdat. Cum autem ad vltimam ventum est circumstātes tantum Apostolos est allocutus. *Beati estis, cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint &c.* Hoc cum Chrysofomo notauerim Ho. 15. in Mat. quo in loco causam reddit præsentī instituto satis aptam. Nempe, vt paupertatem diligant, vt mites sint &c. in commune, ad omnes pertinet: At verò

murmurantes pati, & odientes despiciere, præcipuè ad eos spectat, qui in summo dignitatis apice constituti sunt quales erant Apostoli. Ideo ad eos verba dirigit, eos alloquitur, nam illi præcipuè qui ad præfecturas sunt elati disteriis impetuntur. Ideo oportuit eos contra obtrectatores munire. Verba Chrysofomi subiicio. *Beati estis cum maledixerint vos, & dixerint omne malum aduersum vos, beati cum exprobrauerint vos, & dixerint omne malum aduersum vos. Videlicet ostendens ipsorum hoc esse præcipuum, & super alios omnes, id est, doctorum esse proprium.*

16. Num. 12. 1. *Maria, & Aaron aduersus fratrem Moysen oblocuti sunt.* Et tamen cum vterque eodem crimine se infecerit Maria tantum punitur. *Et ecce Maria apparuit candens lepra, quasi nix.* Huius rationem reddit Chrysofomus Hom. 3. in cap. 1. ad Colossenses: Ex dignitate Aaronis. Aarō quippe erat summus sacerdos, & populo in sacris prælatus, quapropter non oportebat eius crimen euulgare, & eum supplicio notare. Nam prælatorum crimina oportet esse occulta. Ex quo deducit Chrysofomus, quod si ille, qui præest, deliquerit, prius de dignitate disturbatur, quam trahatur ad supplicium: videlicet ne vnquā dignitati, & præfecturæ crimen impingi possit. *Dicitur, & Aaron (ait Chrysofomus) huius gratia (scilicet sacerdotij) lepra non esse correptus. Nam dic quæso, cum vterque Moysi oblocuti essent Maria sola pæna, dedit? Ne mireris, si enim in externis, & mundanis dignitatibus, etiam si mille modis quisquam incusetur, non tamen primum ad iudicium ducitur, nisi prius principatum deposuerit, ne ille cum ipso opprobriis pateat: Multo magis in prælatura spiritali, quisquis tādē ille sit, qui eam gerit operatur gratia Dei, alioquin omnia perierant.*

17. Mat. 10. 41. *Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ mercedem Prophetæ accipiet.* Illud in nomine Prophetæ dupliciter exponit Chrysofomus Hom. 2. in cap. 1. 2. ad Timothæum. Imprimis. *Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ.* Hoc est, qui in Prophetæ munus tantum propheticum agnoscit, neque tamen quid ille agat, siue bonum illud, sit, siue malum, curat. Etenim in prælatis officium, & dignitas tantummodo inspicienda sunt, nec discutienda causæ ob quas hoc vel illud egerit, aut præceperit. Alter sensus est. *Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, id est, qui recipit eum, qui nomine tenus Prophetæ est, nec multum curat an verba, & opera dignitati respondeant.* Similem sensum habent apud Chrysofomum ibidem verba Malachiæ 2. 7. *Labia enim sacerdotis custodiam scientiam, & legem requirunt ex ore eius: quia angelus Domini exercituum est.* Nota causam ob quam consulendus est Sacerdos, quia Angelus Domini exercituum est, non quia scientia fulget, non quia placidos, & honestos habet mores, sed quia nobis prælatus est in sacris. Item Angelus, iuxta Hebræum idioma, idem est, ac legatus vel nuntius. Legatus autem, non agit vel legitur nomine proprio, sed Reipublicæ, aut Principis. Ergo in prælato, nihil proprium inspiciendum est, sed quicquid egerit Deo tribuendum. *Hinc Iudæi (ait Chrysofomus) Deum aspernari dicuntur, quia Moysen contempserunt, quia lapidibus illum impetebant. Nam qui pie sacerdotibus afficitur, longè maiori pietate Deum reuerbitur. Si enim qui Prophetam, in nomine Prophetæ accipit, profecto, & qui cedit, & obtemperat sacerdoti mercede sua non destinetur. Nam si ubi de hospitalitate agitur tantum, ubi quem suscipit ignorat, tantum præmiorum accipit, si ei subiiciaris, cui imperat Deus, non multo magis mercede donaberis? super cathedram, inquit, Moysi sederunt Scriba, & Pharisei, omnia*

quacunque dixerint vobis facere, facite. An ignoras, quid sit sacerdos, Angelus utique Domini exercituum est, non ex ipso loquitur, si despicis, non illum despicias: sed Deum, qui illum ordinavit. Nam si prepositorum vitas discutere pergerimus, ipsos doctores nostros ordinare contēdimus peruersoque ordine naturali, quæ supra sunt, infra esse volumus: ut superius pedes, inferius vero sit caput.

VERS. 18. Cum audace non eas in via, ne forte grauet mala sua in te: ipse enim secundum voluntatem suam vadit, & simul cum stultitia illius peries.

1. Cum audace non eas in via, id est, ne iter agens socium te des homini audaci, & quoduis audenti. Ne forte grauet mala sua in te, id est, ne forte in te mali aliquid committat, & te nihil minus cogitantem aggrediatur. Ipse enim secundum suam voluntatem vadit, id est, ipse non sequitur ductum rectæ rationis, sed prohibito agit. Et simul cum stultitia illius peries. Tu verò præ malitia eius peries.

2. Palatio. Cum audace. Per hunc audacem Paulus de Palatio intelligit dæmonem, cui nos non committere debemus in huius vitæ itinere. Sed hoc ad sensus morales. Nos per audacem sensu historico exposuimus quoduis audentem scelus.

3. Ne forte grauet mala sua in te. Ne te adoriatur per summum scelus. Iansenius: Ne forte si aliquid mali commiserit, tibi etiam vitæ socio imputetur. Huic expositioni fauet extrema pars versus, Et simul cum stultitia illius peries, id est, non solum sibi perniciem afferet, sed tu etiam eorundem scelerum particeps habebis, & simul cum eo damnaberis. Vel etiam ex consortio eius, eadem vitia hauries, & in eadem scelera vltro peruenies. Sed prima expositio germana magis, & congruentior his, quæ author subdit, & fauet Tigurina quæ hac ratione transfert. Ne facias iter cum temerario, ne ingravescat aduersum te. Nā ipse aget quod ipsi libererit, & præ stultitia eius peribis, id est, ne te ex insidiis adoriatur, & ab eo occupatus peries.

4. Et simul cum stultitia illius peries. Dionys. Carth. id est, in periculum incidet ex illius consortio sicut ipse, ex insipientiæ suæ audacia.

VERS. 19. Cum iracundo non facies rixam, & cum audace non eas in desertum; quoniam quasi nihil est antè ipsum sanguis, & vbi non est adiutorium, elidet te.

1. Cum iracundo non facies rixam. Cum homine qui facile irascitur, ne rixeris aut contendas. Et cum audace non eas in desertum. Et cum temerario, atque audace, non adeas loca deserta. Quoniam quasi nihil est antè ipsum sanguis. Nam pro nihilo ducit cædes, & homicidium patrare. Et vbi non est adiutorium elidet te. Et vbi non sit qui opem ferat insiliet in te, deiiciet, euertet, prosterner, occidet.

2. Cum iracundo non facies rixam. Cum eo, qui pronus est ad iracundiam.

3. Et cum audace non eas in desertum. Iracundi ferè audaces sunt, & ad inferendum quoduis malum prompti. Græcis non est cum audace, sed cum ipso, scilicet iracundo, de quo supra. Cum homine iracundo siue audace monet ne deserta loca adeamus, vbi hunc, neque aliorum defensio tutatur, neque metus audacem hominem coercet à crimine. Hoc patet in Caimo qui his fratrem sollicitauit. Egre diamur in campum, &c.

Quoniam nihil est antè illum sanguis. Sanguis pro cæde, & sanguinis effusione ponitur: iuxta illud Psalmi 50. Libera me de sanguinibus. Ergo isti nihili ducunt sanguinem fundere.

ETHOLOGIA CV.

Homicidium damnatur.

Cum audace non eas in via, &c. His versibus expositis docet nos Ecclesiasticus eorum consortium vitare, qui ad fundendum sanguinem sunt proni, ne aut nobis necem inferant, aux ex eorum consortio homicidij rei teneamur. Hoc malum nonnullis adductis testimoniis de more insectemur. Psalmi 50. Tibi soli peccavi, & malum coram te feci. In solum Deum peccasse se dicit Dauid, cum deleuit Vriam. Nempe homo Dei manibus effectus est, & ad Dei similitudinem factus. Vnde Deum præcipue lædit, qui hominem necat. Lædit autorem, qui confringit eius opera. Insuper comminuit imaginem. Vnde multum lædit eum, qui in imagine repræsentatur. Hanc rationem innuit Chrysostramus in hunc versum Psalmi. Nec vero, (ait Chrysostramus) hoc dicit, quia Vriam non laferit (Nam eum, & eius uxorem laferat) at maxima iniquitas, aduersum ipsum summet Deum, a quo elatus ac Rex effectus fuerat in conspectu Domini.

Psalmi 50. Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis mee. Cum multa peccauerit Dauid, scilicet, vel contra ius, alienum thorum maculans, vel per superbiam populum numerando à nullo tamen horum criminum se ablui petit, præter quam ab homicidio, quod commisit, delendo Vriam. Hoc enim significant prædicta verba. Libera me de sanguinibus, id est, indulgentiam mihi concede effusi sanguinis. Scilicet vt habet Chrysostramus in Psalmum 50. hoc præcipue crimen pium animum exagitant, huius malitiæ scditas præcipue animo infederat. Expende etiam illud, Deus salutis meæ. Vide quo titulo Deum notet, dum veniam exorat, Deus Deus salutis mee. Hoc enim commissi criminis malitiâ exaggerat. Ac si dicat: planè desipui, cum imaginem eius attriui, qui mihi salutem, vitamque sensum instillat. Libera me (ait Chrysostramus) De sanguinibus Deus Deus salutis mee. Vria eadem subinde in memoria versat.

Psalmi 50. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper. Multa sanè crimina Dauid commiserat, reliquorum tamē oblitus vnum memoria voluit. Quod autem hoc sit, addit subinde. Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis mee, id est, hoc peccatum à quo mundari exopto, & semper oculis meis obiicitur homicidium est, quod contra Vriam commisi, cuius imago dormienti mihi, vigilantique obuerfatur. Hanc expositionem adducit Chrysostramus in hunc Psalmum his verbis. Libera me de sanguinibus Deus salutis mee. Vria eadem subinde memoria versat, hoc enim initio planum fecerat his verbis: peccatum meum contra me est semper.

Edidit terra eorum ranas in penetrabilibus Regum ipsorum. Psalmi 104. Chrysostramus in hunc locum, ideo hoc factum putat, vt Egyptij pœnas darent necis illatæ Hebræorū infantibus. Vt enim habes Exodi 1. Præcepit Pharao Ægyptiorum Rex vt si qua scemina Hebræa virilem sexum edidisset aquis fluminis obrueretur. Ergo vt Deus ostēdat quam sit hoc immane flagitium aquas fluminis in sanguinem vertit, & ex flauio magnam vim perstrepētium ranarum

4.

I.

Psalmi 50.6.

Chrysostr.

2.

Psalmi 50.16.

3.

Psalmi 50.5.

Chrysostr.

4.

Psalmi 104.

narum eduxit, quæ ad ipsum regium conclave nullis obsistentibus penetrabant. Imo vero ab hac plaga supplicium Ægyptiorum initium capit: nam licet multa in Hebræos peccassent Ægyptij, hoc tamen crimen maximè Deus exosum habet. Huius expositionis authorem præfero Chrysoctomum in hunc versum Psalmi his verbis. *Edidit terra eorum ranas, in penetralibus palatiorum ipsorum; quoniam enim Hebræorum infantes in flumina protecerant, idcirco fluminis quidem aquam in sanguinem mutauit, hac scilicet ratione nefarium scelus, quod in ipso fuerat perpetratum coarguens. Ranas autem illic oriri fecit interfectorum infantium more prorepentes, atque in domum impetum facientes & ad ipsa usque regia cubicula progredientes. Regiorum autem penetralium hac de causa meminit, ut miraculi magnitudinem redderet, nempe quod neque famulorum quidem, & militum turba, quæ ut verisimile est, in palatia habitabat ranas submouere possit.*

Cum in alia crimina Dauid inciderit, ea aut silentio præterit Scriptura sacra, aut ea transcursum narrat; occisum vero Vriam multis in medium profert. Huius rationem adducit Chrysoctomus homil. 25. in Matthæum. Nempe, quia peccatum homicij grauiissimum est, atque adeo oportebat illud viuus coloribus depingere, ut illud legentes cauere possent. Apto exemplo rem euincit: illi qui de curandis morbis multa litteris mandant, præcipuè erga illa eorum desudat industria, quæ grauius lædere possent, ea vero quæ facillè possunt curare, quæ nullū, vel paruū negotium facessunt, vel omnino silentio obuoluunt vel per capita recensent. Hoc quidem animorum medicus Deus exequitur, de periculosis morbis multa scribit, faciles vero prætercurrit. *Nō enim sumus (ait Chrysoctomus) perfectiores nos, quam Dauid, qui parua negligentia in profundum peccati detrusus fuit, surrexit tamen velox, suscepitque seipsum admonitus. Non enim delinquentem solum aspicias, sed etiam multo magis delictiarum maculas abluentem, non enim ideo hac tam exquisita historia scripta est, ut prostratum in illum videas, sed ut surgentem, resipiscentemque se admireris. Sic profecto discas, si quando accides, quo pacto tibi surgendum sit. Nam quemadmodum medici grauiissimorum morborum causas, atque curam diligentius in libris suis scribunt, ut in difficilioribus exercitari, qui discunt, facillè quid in alijs faciendum sibi sit, intelligant. Sic diuine littere maxima crimina in medium posuerunt, ut inde minora committentes facillioris rationem curationis inueniant.*

Psalm. 5. 7. *Virum sanguinum, & dolosum abominabitur Deus.* Verbum illud abominabitur iræ diuinæ vim contra homicidas, & eos, qui sanguinem fundunt; apprimè ostendit, teste Augustino ibidem. Iuxta Augustinum, verbum illud abominabitur ex iure sumptum est quod idem est ac exhereditate priuo. Filij enim iure ipso in paternas facultates succedunt, imo vero non tam succedere dicuntur, ac hæreditatem capere, quam impeditam habebant parente adhuc viuo. Nihilominus alia sunt crimina adeo graua, ut si ea commiserint filij liceat parentibus eos hæreditate priuare. Ergo ait Dauid: *virum sanguinum, & dolosum exhereditabit Dominus.* Tam enim est ingens crimen homicidium, ut amans homines Deus eos hæreditate paterna priuet, si homicidium commiserint. Augustinum audi. *Virum sanguinum, & dolosum abominabitur Dominus, posthac rectè videtur repetitum, quod ait superius, odisti Domine omnes, qui operantur iniquitatem, perdes omnes qui loquuntur mendacium: ut virum sanguinem ad operantem iniquitatem referas: dolosum autem ad mendacium. Et apto verbo vsus est, quod ait abomina-*

bitur: solent enim abominati dici exhereditati. Hoc verbo vsus est in hac eadem significatione Horatius. *Parentibusque abominatus Annibal.* Fauet etiam titulus Psalmi, nempe: *In finem, pro ea, qua hæreditatem consequitur Psalmus Dauid.*

Psalm. 5. *Virum sanguinum, & dolosum abominabitur Dominus.* Remigijs in hunc locum duplicem sensum innuit, verbi illius abominabitur. Prior est abominor, id est, ab omni bono remoueo, omni bono priuo. Homicidæ enim omnibus bonis priuantur. Aliter vero scribit verbum abominor intermissa aspiratione, id est, *abominor.* Quod putat significare: alienum ab hominum conditione iudico, & à communi consortio. Homicida enim non inter homines censendus est, sed inter belluas computandus & efferata animalia. Chaldæus legit: *longè faciet, id est, non patietur Deus homicidas ad se propius accedere, sed longe pellet.* Alij vero verbum abominor, idem esse putant ac sacris inter dico, à sacris arceo, quod nos excommunicare dicimus. Sanè qui Dei imaginem interimit dignus est, ut à sacris arceatur. Hac ratione exponitur vis huius verbi l. pecuniarum ff. si certum petatur. Beatus Thomas putat verbum abominor significare odium irreuocabile Dei: non quasi Deus quemquam peccatorum, ita detestetur adhuc viuentem, ut aditum ad amorem obstruat. Sed quia adhuc sunt peccatorum genera adeo graua, ut eis, qui ea commiserint difficillè aditus pateat ad refarciendam amicitiam. Propriè autem abominare dicimur quando aliquam rem adeo grauem nobis putamus, ut eam, neque in mente nostra residere patiamur. Ergo virum sanguinum, & dolosum abominabitur Dominus, id est, adeo Deus exosus habet homicidas, ut agrè eos vel in cogitatione admittat, quod nostro modo cognoscendi dictum accipe. Alioquin diuina cogitatio omnia contempletur, nec alicuius rei cognitionem abiicit. Sanè in omnium opinione grauiissimum malum abominatio significat, vnde Dauid crescente oratione in vltimum locum reseruaui. Vide qua ratione subinde oratio vires sumat. *Mane adstabo tibi, & videbo. Quid videbis? Quoniam non volens Deus iniquitatem tu es. Quod non amat Deus iniquos homines, neque criminum eorum particeps est. Neque habitabit iuxta te malignus. Neque patieris iuxta te residere scelerosum, neque permanebunt iniusti ante oculos tuos. Eos autem, qui contra ius aliquid moliantur, non modo longius pelles, sed neque aspectu tuo dignaberis. Odisti omnes, qui operantur iniquitatem. Multo odio exarsisti in eos, qui iniustitiæ, impietati que incumbunt. Perdes omnes, qui loquuntur mendacium. Eos autem, qui mendaces sunt, non modo odio prosequeris, verum delebis. Quid tandem? Virum sanguinum, & dolosum abominabitur Dominus.* At vero sanguinis effusores, non tantum perdes, verum abominaberis. Neque de his sermonem tibi inferri, neque menti, aut cogitationi tuæ occurrere æquo animo patieris.

Multis malis & diris deuouet Dauid iniquos Psalm. 68. 23. *Fiat mensa eorum coram ipsis in lacum, &c.* Quid autem peccauerint tibi, quos tantis malis subiicit, addit statim. *Quoniam quem in percussisti persecuti sunt: & super dolorem vulnerum meorum addiderunt.* Illud autem statim de gentibus se se offert, quamam ratione addere potuerint homines, mala, & tormenta, vltra ea, quæ Dominus immittere intenderat? cum enim nihil homines moliri, nihil exequi possint contra Dei voluntatem, quamam ratione isti homines addunt dolorem, super dolorem,

7.
Psalm. 5. 7.

8.
Psalm. 68. 23.

Chrysoct.

5.

Chrysoct.

6.

Psalm. 5. 7.

August.

rem, quem Deus immittere intendit? Augustinus hunc versum hac ratione exponit. Denuo conditus homo arbore vitæ donatus est, cuius fructu vescens vitam protraheret, donec adhuc viuens ad cælestia raperetur. Deliquit homo, & obnoxius factus est morti, non quidem statim inferendæ, sed donec vel morbo vel vulnere percussus vitam cum morte commutaret. Ergo hoc peccatum, hanc pœnam hominibus Deus infligit, vt mortales essent. Qui vero hominem occidit addit pœnam, supra pœnam à Domino homini iniunctam, & cum mactat, qui ex supplicio à Deo illato mortalis factus est. Homicida est, qui addit dolorem, super dolorem, cui tot mala inferenda fore, canit Dauid. *Sed cum videamus (ait Augustinus) mensuram quandam esse retributionis in omnibus, nec quemquam amplius posse sanire, quam acceperit potestatem, quomodo illi addiderunt, aut quæ est ista percussio Domini? Nimirum ex persona locutus est eius, unde corpus acceperat, id est, generis humani ipsius, addit, qui percussus est primo, morte propter peccatum suum. Mortales homines hic cum pœna nascuntur, huic homines addunt, quicumque homines fuerint persecuti. Iam enim hic homo moriturus non esset, nisi illum homo percussisset. Quid ergo tu homo sanis amplius? Parumne hoc est, quod aliquando moriturus est? Portat ergo unusquisque nostrum pœnam suam: huic pœna volunt addere, qui nos persequuntur. Hæc pœna percussio est Domini: Dominus quippe præ sententia percussit Domino, quæ die, inquit, tetigeritis morte moriemini.*

August.

9.

Psal. 34.4.

Confundantur, & reuerentur qui querunt animam meam, vt auferant eam. Augustinus in hunc locum Psalmi expendit vltima verba, vt auferant eam. Quæ pars sententiæ malitiam homicidij apprime ostendit per comparationem ad alia crimina. Verbi gratia, qui furatur, ideo alienam pecuniam surripit, vt in priuata commoda conuertat, qui alienis thoris infidiatur ob voluptatem facit, quam ex venere capit, qui vero hominem occidit, nullam vtilitatem sibi ex hoc facto parat, nullum emolumentum conquirat. Ergo, ait Dauid, vt auferant eam. Id est, mihi inferre mortem satagunt, cum tamen si ne deleuerint nihil ex morte mihi inflicta emolumentum capiunt. Quapropter præmiserat de his: confundantur, & reuerentur, id est, multo pudore afficiantur, qui tantum facinus nulla propòsita mercede committunt. Peccatorum reliqui aliqualem habent excusationem, quam suis criminibus obtendant. At vero homicida nullam prorsus habet. *Querunt animam meam (ait Augustinus) non vt duas habeant, non enim sic querunt animam eius quomodo querit latro tunicam viatoris: ad hoc occidit, vt spoliat vt habeat. Qui autem persequitur, vt occidat, excludit animam, non se vestit, querunt illi animam meam, occidere me volunt. Quid ergo tu illis optas? confundantur, & reuerentur, qui querunt animam meam.*

August.

10.

Psal. 85. 13.

Quoniam eruiisti animam meam ex inferno inferiori. Vim addunt nostræ sententiæ teste Augustino ibidem verba illa, ex inferno inferiori. Non ex quauis parte inferni me eruiisti, sed ex inferno inferiori, id est, ex infima parte barathri, in qua damnati maiores, pœnas patiuntur, has inquam pœnas, hæc vltima supplicia meretur quisquis hominem occidit. Et ego cum Vriam interfeci, tot suppliciiis me reddidi obnoxium. Ex quibus tu ô Domine me liberaisti, & eruiisti animam meam ex inferno inferiori. Ab inferno inferiori, verba sunt Augustini, dixit, quia liberauit se à talibus peccatis, per qua possit reduci, ad tormenta inferni inferioris.

August.

11.

1. Ioan. 3. 16.

1. Ioan. 3. 16. *In hoc cognouimus charitatem Dei,*

quoniam ille animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. En tibi quo tendit datum à Christo de charitate præceptum, scilicet vt si necesse sit vitam tuam periculo exponas, vt proximo consulas. Sic enim ait Christus Ioannis 11. 12. *Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos.* Sed qua ratione, nos Christus Dominus dilexerit, subdit statim. *Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis.* Id est, me imitami homines, qui pro vestra salute vitam profudi, & vos vitam vestram, si oportuerit, vitam vestram perditis, vt bono proximi consulatis. Huic legi à Christo latæ ex directo sese opponit, qui fratrem occidit. Ergo vel hinc quantum hoc sit malum pensate, scilicet, ex virtute cui ex diametro sese opponit. Hæc est mens Chryostomi homil. 7. in cap. 3. ad Romanos. *Quem loquentem audi. Mandatum nouum dedi vobis, vt ita diligatis inuicem quemadmodum dilexi vos, sed neque in hac dilectione mensura consistit. Ipse quippe pro inimicis hoc fecit. Tu vero pro fratre sanguinem fundere recusas? Cur igitur illius sanguinem fundis, ex diametro repugnans Christi præcepto.*

Ioan. 11. 11.

Chryost.

12.

Genesis 4. Occiso fratre grauer Cain apud Deum offendit. Adeo vt vel ipsam terram maledixerit quæ sanguinem fratris excepit. Huius tantæ indignationis causam reddit Chryostomus homil. 23. in caput 13. ad Romanos. Nempe quia Cainus author fuit homicidij, & quia primus humanum sanguinem fudit. Hoc enim significant verba illa: *Quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua.* Id est, ideo te tantis malis subiicio, quia primus docuisti terram humanum sanguinem bibere, quod peccatum maximè odi. *Atque iterum (ait Chryostomus) simul cum occisore, terram ipsam perstringens: aduersusque illam indignationem suam dicens: quæ hianit ad suscipiendum sanguinem fratris tui. Imitatus eos, qui suorum casus, & calamitates lugubri carmine deplorant. Id quod & Dauid, casum Saulis faciebat: Nam ille malum impracabatur montibus, qui occisionem illius susceperant, dicens: montes Gelboë, nec ros, nec pluuia cadat super vos, quoniam in vobis abiecta sunt scuta fortium. Ita & Deus luctum quemdam faciens dicebat: vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra, & nunc maledictus eris à terra, quæ hianit ad suscipiendum sanguinem fratris tui.*

Gen. 4. 11.

Chryost.

13.

Psal. 105. 37.

Psalm. 105. 37. *Et immolauerunt filios suos, & filias suas demonijs, & effuderunt sanguinem innocentem.* Chryostomus homil. contra Gentiles, ideo ait hunc ritum dæmones induxisse, vt naturale vinculum amoris dirumperent, quo homines ligati sunt, & sensim eos ad homicidium pertraherent, si enim homines ad effundendum sanguinem proclues facerent vniuersum genus humanum ad se protrahere facile sperabant. Ergo, ait Chryostomus loquens de dæmoniis. *Hi nimirum, nouam quandam immanitatem excogitarunt, atque adeo insolentiorum calamitatibus modum introduxerunt, quos enim par erat peremptorum cades lugere, his dæmones ipsi per sua sese authoris que fuerunt, vt eos qui occidendi essent in miserabilis illius homicidij theatrum producerent: qui nimirum vt ne humani quidem tantum leges ignominiam paterentur, & ipsas quoque natura leges diffusas subuerterent, cum præstantes, vt ipsa hac quam dico natura aduersus semet debacharetur: tum etiam eadem sceleratissimam, in hominum vitam introducentes.*

August.

14.

Rom. 1. 18.

Roman. 1. 28. inuehitur Paulus in eos, qui cum Deum cognouissent, non tamen eum, vt par est honorauerunt. Quapropter demersos fuisse ait in profundum malorum barathrum, sed vide quibus

bus gradibus, in profundum malorum deuenerint. *Repletos enim iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidio, contentione.* Illud ad rem præsentem nota ultimo loco homicidium posuisse, quia ad illud non peruenitur, nisi post multa alia crimina, cum enim hoc peccatum, tam sit contra naturæ leges, non illud primum homines hauserunt, sed paulatim diminuto rationis lumine aliorum criminum tenebris: vide quam alienum sit hoc scelus ab humana natura, vt neque illud peruasferint demones, nisi prius in minora traxissent. Adde etiam illud sapientiæ 2. 12. Postquam enim in medium adduxisset sapiens hominum luxum & perditos mores, illis verbis: *Coronemus nos rosas antequam marcescant &c.* Subdit statim, *circumueniamus iustum,* Et infra: *morte turpissima condemnemus eum.* Imprimis ad ea vitia inflexerunt homines, ad quæ natura inducit, vt puta ad luxum, ebrietatem, uenærem, postquam autem ea crimina menti tenebras effuderunt, tãdem homines in homicidium delapsi sunt, quod maximè humanæ naturæ repugnat. Vtriusque loci expositionem accipe ex Augustino in epistolam ad Romanos his verbis. *Tradidit illos Deus in reprobam mentem, &c. Repletos, ait iniquitate, datur intelligi ad nocendum pertinere, ista qua nunc dicit, id est facinora. Superius autem dicebat de corruptelis, quæ flagitia nominantur, ex quibus ad facinora peruenitur, quoniam quisque perniciosam dulcedinem flagitiorum sequens, dum impediens personas remouere conatur, pergit in facinus. Sic distinctus est etiam illo loco in sapientia Salomonis: ubi cū enumerasset superiora flagitia ait: circumueniamus pauperem iustum, quoniam inutilis est nobis.*

Sæuit Philo contra homicidas lib. de specialibus legibus. Hos enim imprimis sacrilegos appellat, & iure optimo, nam sacrilegus ille est, qui vim infert templo Dei. Est autem templum Dei homo multo augustius, multoque sacratius. Addit etiam Philo augeri istius criminis malitiam, quia infert malum irreparabile, qui enim vel diuitias surripit, vel honorem aufert, malû refarcire potest: Qui vero hominem occidit irreparabile infligit vulnus. *Appellatur homicida (ait Philo) sed reuera est sacrilegus & quidem insignis, quippe qui perpetravit sacrilegium maximum sublatum è mundo re preciosissima, sacratissimaque, quando nihil est tam Deo simile, quam nos sigillum pulcherrimum expressum à matrice pulcherrima, ad exemplar ideæ rationalis effictum. Quod si præ metu, vel audacia vitii contrariis in templum irrumperere tentarent, impunitatis ineunda gratia prohibendi sunt. Sin autem iam surrexerunt dedendi sunt ad supplicium cum hoc præconio: Hominibus nefariis in fano ius asili non deberi. Nam quisquis malum dat incurabile inimicus est Deo. Homicida autem ledit immediabiliter, quia occisus non potest in integrum restitui.*

Exod. 21. 29. *Quod si bos cornupeta fuerit ab heri & nudius tertius, & contestati sint Dominus eius, nec recluserit eum, occideritque virum aut mulierem: & bos lapidibus obruetur, & Dominum eius occident.* Insuper præmiserat de eodem boue cornupeta n. 28. *Si bos cornu percusserit virum aut mulierem lapidibus obruetur, & non comedent carnes eius.* Vtranque legem expendit Philo lib. de specialibus legibus. Non modo dominus tauri qui negligentia sua causa fuit homicidii lege punitur, sed etiam ipse bos occiditur. Cum enim hæc animãtia rationis sint expertia, nec quicquam pro arbitrio agant, sed naturæ impetu, aut ductu, non videbatur rationi consentaneum, vt taurus, eandem cum Domino pœnam subiret. Sed ideo factum, ait Philo, vt Deus longius homines

ab homicidio arceret, ob quod non tantum eos, qui libere homicidium committunt sed etiam animãtia, à libertate, & ratione aliena punit. Ob hanc causam cauet etiam lex, ne bõuis quis carnibus vescatur. Tam enim immundum iudicat, illud animal quod hominem occiderit, vt neque mensis velit inferri: vt vel hac ratione homines noscant, quam maculam contrahant dum hominibus mortem inferunt. *Quod autem attinet (ait Philo) ad bruta mortem Philo. merita, si quem taurus cornupeta interemerit, obruetur lapidibus, non est enim apud sacrificio, & carnibus eius vesci non est fas, quamobrem: quia non est purus cibus hominis animal, quod interfecit hominem. Homicidij lex non indulget, vt pecuniis luant, quod luendum est capite, aut exilio, sed exigit rigide, vt sanguis expietur sanguine.*

Deuteron. 21. 22. *Quando peccauerit, quod morte plebendum est, & adiudicatus morti appensus fuerit in patibulo: non permanebit cadaver eius in ligno, sed in eadem die sepelietur, quia maledictus à Deo est, qui pendet in ligno: & nequaquam contaminabis terram tuam.* Homicidæ iuxta legem suspendebantur, de quibus exponenda verba multa ex illis deducit Philo lib. de specialibus legibus, quibus homicidij malitiam extollit. Imprimis lex iubet homicidas à terra tolli, & in altum suspendi, vt omnibus hoc supplicium innotescat quo facilius ab effundendo sanguine atceantur. Præcipit insuper lex vt eodem die homicidæ corpus terra obruant, ne scilicet communes auras inficiat, est enim homicidium quoddam genus pestis quæ grassatur in obuios quosque: ne ergo reliqui hanc luem contrahant ex homicidæ aspectu, sine mora corpus eius terræ mandetur. Tãdem omnis, qui in ligno suspenditur maledictus vocatur, quia homicida diris ab hominibus deueneretur. *Contra tales (ait Philo) mille supplicia decreuisset Philo. legislator, si potuisset, id quia non potuit, nouam pœnam addidit iubens in ligno suspendi homicidas. Moxque ad suam clementiam reuertitur humanitatis erga inhumanos non oblitus, non occidat, inquit, sol super pendentes in ligno, sed deposui ante occasum sepeliantur, nam necesse fuit eos, qui omnes mundi partes infestant, sublimes tolli, vt ostenderetur soli cælo, aëri, terræque illorum supplicium, moxque in sepulchrum recondi, ne quid in terra contaminent.* Aliam causam addit Philo his verbis ob quam homicidæ suspendebantur, nempe quia homicida omnem rerum vniuersitatem læsit, eius principem de medio auferens, vnde omnes creaturæ eius supplicium exposcunt: oportet ergo in sublime tolli vt ætheri, aëri, terræ, reliquisque omnibus creaturis eius supplicium efflagitantibus constet meritas pœnas dedisse.

Genesis 4. Enumerantur filij Set, & Caimi: & tamen plura recensentur ex Set, quam ex Caimo. Veruntamen cum Caim maior esset natu, fore videbatur quod plures haberet filios quam Set: quod contra factum est. Huius rationem reddidit Rupertus lib. 3. de Trinitate cap. 4. Nempè hoc factum est, in pœnam homicidij à Caimo commissio. Ipse fratrem occidit, ob quod pauciores suscepit filios. *Quomodo autem, (ait Rupertus) per Set vsque ad diluuium plures, per Caim pauciores habentur generationes: sed vt iam dictum est, scriptor in illa generatione quam antèrius cepit illud intendit, vt illum signaret à quo occisus est Caim, & idcirco sequentes generationes, negligentius prætereundo reticuit.*

Genesis 4. Increpatus, & maledictus Caim à Deo ob commissum homicidium, hæc ad Deum subinfert. *Omnis ergo qui innenerit me occidet me.* Vnde quæso timor mortis irrepfit Caimo? Scilicet quam ob causam

Sap. 12.

August.

15.

16.

Exod. 21. 29.

17.

Deut. 21. 22.

Philo.

18.

Rup.

19.

Gen. 4. 14.

causā homo vegetus ab obuiuo quouis erat occidē-
 dus; præcipuæ cum hanc pœnam non ei intulerit
 Deus ob scelus commissum: Rupertus lib. 1. de Trin-
 nit. cap. 7. hoc refert ad homicidium quod com-
 miserat. Ita enim hoc scelus hominem perculit, &
 perterruit, vt veluti lymphatum eum reddiderit,
 & vt dici solet vmbra suam metuentem. Scilicet
 homicidium commissum hominem territat, vires
 adimit & nullibi securum consistere patitur. Audi
 Rupertum. *Quid autem depræhensus timet incultus iste
 agricola? Ecce inquit, eiicis me hodie à facie terra, hoc ti-
 met, ne agricolari sibi non liceat, ne terram, quam solari
 amat, vel præsentem vitam pro admissio facinore perdat,
 ne ponatur aduersus illum lex à Domino, vt quicumque
 illum inuenerit, occidat. Idcirco Dominus, de hoc ipso quod
 solum timebatur, respondens: Nequaquam fiet id ait: sed
 quid? omnis, inquit, qui occiderit Caim septuplum pu-
 nietur.*

Rupert.

2 O.
Gen. 9.4.

Genesis 9. Omnibus rebus in cibum hominibus
 concessis subdit Deus, *excepto quod carnem cum san-
 guine non comedetis.* Rupertus, lib. 4. de Trinitate c.
 31. putat Deum lege cauissè, ne homines carnem
 cum sanguine comederent, vt longius eos ab homi-
 cidio arceret. Si enim tantam Deus curam habet
 sanguinis pecudum, & reliquorum animalium, vt
 ab eo abstinere præceperit hominibus, profecto
 maiorem curam ager de humano sanguine. Addit
 autem. *Sanguinem animarum vestrarum requiram de
 manu bestiarum.* Sæuiturum se dicit Deus in bestias,
 si quando hominem oppresserint; cum tamen be-
 stiæ, id vltro non faciant, sed naturali feritate ar-
 mata. Qua ergo ratione debachabitur in homines
 si quando humanum sanguinem fuderint? Addit
 etiam Rupertus ad hoc idem probandum lege cau-
 tum esse, ne hostiarum sanguis extra locum sanctū
 funderetur, vt vel hac ratione discerent homi-
 nes sanguinem venerari tanquam rem maxime sac-
 ram. Si ergo pecudum sanguis tanta reuerentia
 tractandus est, quid de sanguine humano dicam?
 quanto crimine se polluit, qui illum fundit? *Quasi
 olera* (ait Rupertus) *virentia tradidi vobis omnia, ex-
 cepto quod sanguinem cum carne nō comedetis &c. Qua-
 re autem sanguinem cum carne, non comedetis? Sangui-
 nem enim animarum vestrarum requiram. Mira ar-
 gumentatio, nec vana tamen, sed grauissima, qua cum
 proposuisset de sanguine pecorum: carnem inquiens cum
 sanguine non comedetis: rationem continuo subiungens de
 sanguine hominis. Valet enim ad augendam estimatio-
 nem sanguinis humani, vt non videlicet quis arbitretur
 sanguinem hominis intus in conscientia ponere, cum san-
 guinem pecoris non sibi liceat in os forinfecus immittere.
 Ideo per legem denuo mandauit, vt quando locus san-
 ctuarij procul esset funderetur in terra sanguis victima-
 rum carum: scilicet quasi in vsus proprios preparabant,
 quādo vero senectuarij præfens esset, funderetur in altare.*

Rupert.

2 I.
Exod. 21. 24.

Quantum Deus oderit homicidas protendit lex
 illa Exodi 21. 24. *Si quis per industriam occiderit pro-
 ximum suum, & per insidias, ab altari meo euelles eum vt
 moriatur.* Expendit Rupertus lib. 3. in Exodum c. 37.
 vim illorum verborum. Nullus locus illi tutus,
 etiam si sacer sit, etiam si altari adhæserit. Quid
 enim cum altari commune illi, qui viuum Dei tem-
 plum violauit. *Si quis* (ait Rupertus) *per industriam
 occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo
 euelles eum, vt moriatur.* id est, etiam si ad altare meum
 confugerit, illuc vsque persequeris eum, auulsumque in-
 terficiet, quia videlicet ei nihil debet fides altaris, qui per
 dolum occidit proximum omnem fidem perdidit. Iure ergo
 nemo vel Salomonis iudicium, vel Baia manum reprehē-
 dat, quia Ioab profugum in tabernaculum Domini, tenen-

Rup.

temque cornua altaris, & dicentem, non egrediar, sed
 hic moriar, ibidem aggressus interfecit. Expendo verba
 illa Ruperti, omnem fidem perdidit. Id est, licet verum
 sit fidem non perire quolibet peccato etiam lethali:
 sunt quædam tamen adeo grauiā, vt dubitari
 possit, an salua fide committantur, ex quorum nu-
 mero teste Ruperto est homicidium, præcipuè si de
 proposito, aut per dolos fiat.

Cum fatuis consilium non habeas: non
 enim poterunt diligere nisi, quæ eis pla-
 cent.

VERS. 20.

Cum fatuis consilium non habeas, id est, ne confi-
 lium petas ab insipientibus hominibus, non enim
 poterunt diligere nisi, quæ eis placent, id est, cum ipsi stul-
 ti sint nihil tibi vtile, aut prudens dicere aut mone-
 re possunt.

1.

Cum fatuis consilium non habeas. Per fatuos latino-
 rum aliqui interpretantur impios, qui frequenter
 in sacra scriptura appellantur stulti. Ergo sensus
 erit: Ab improbis ne capias consilium, quia dilige-
 re, nisi improba, quæ illis cordi sunt, nequeunt.
 Iuxta quos præfens sententia illos damnat, qui im-
 probos homines in consilium suum vocant, etiam
 si rerum agendarum industria multum possint.

2.

Non enim poterunt diligere nisi ea, quæ eis placent.
 Longe aliter Græca, non enim poterit (supple stultus)
 verba continere. Ergo sensus est, ne insipientibus ar-
 cana committas faciliè enim disfluunt. Aperte tra-
 dit hanc sententiam Tigurina his verbis. *Non in eas
 consilium cum stulto: neque enim dicta continere poterit.*
 Verum, lectionis vulgatæ optimus sensus est, & ve-
 rissimus iuxta illud Philosophi 2. Ethicorum: *Qua-
 lis vnusquisque, talis finis sibi videtur.*

3.

Coram extraneo ne facias consilium: VERS. 21.
 nescis enim quid pariet.

Sicut à consilio versu præcedenti remouit stul-
 tos, ita præfenti ignotos. *Coram extraneo ne facias cō-
 silium*, id est, ne eum in cōsilium voces, qui tibi non
 est notus familiaris & amicus: *nescis enim quid pa-
 riet.* Nescis enim quid rebus tuis auditis facturus
 sit, quid machinabitur.

'1

Coram extraneo, id est, coram eo, qui amicus non
 est, vel cuius fidem, & taciturnitatem exploratam
 nondum habes. Ne facias consilium, ne consilium
 petas, ne confulas eum. Græca pro consilium, hab-
 ent occultum. Erit ergo sensus, ne secreta, & arcana
 consilia eis committas, qui tibi amicitia noti non
 sunt.

2.

Nescis enim quid pariet. Metaphora sumpta est
 à partu animalium, vel à iacto semine. Aliqui, hac
 ratione metaphoram exponunt. Nescis enim quid
 rebus tuis auditis facturus sit, aut proficuum, aut
 exitiale; pariet enim terra quandoque viles fruges,
 quandoque infelices herbas. Iansenius hac ratione
 similitudinem explicat: Nescis quid ex visis, vel au-
 ditis rebus, quas ei commiseris, tanquam ex conce-
 pto semine apud se machinabitur, & tamen suo tē-
 pore edet in perniciem tuam. Palatio, nescis an
 iactum secretorum semen mentis vter occultabit,
 an verò nudatum, quasi pariet. Fautent huic exposi-
 tionem verba eiusdem Ecclesiastici c. 19. *A facie verbi
 parturit fatuus, tanquam genitus partus infantis.* Stul-
 tus enim, dum commissa sibi secreta nititur occul-
 tare diferentiatur, donec in publicum edat, & veluti
 pariat. Hugo Cardinal. legit, *pariet*, id est, quicquam
 contra

Iansenius.

Palatio.

contra

contra te molitur, sed tamen ex Græco legendum est: pariet.

Non omni homini cor tuum manifestes: non fortè inferat tibi gratiam falsam, & conuitietur tibi.

Non omni homini cor tuum manifestes. Caue ne omnibus hominibus nullo habito delectu animum tuum explices: Ne fortè inferat tibi gratiam falsam, & conuitietur tibi. Ne fortè pro simplici animo, quo tu ei tua detexisti secreta, fictam referat benevolentiam.

Non omni homini cor tuum manifestes. Scilicet cordis tui arcana detegendo. Ne fortè inferat tibi gratiam falsam. Id est, fictam benevolentiam, qua defectus tuos notet, & tandem in vulgus edat. Hanc expositionem firmat Tigurina: quæ hac ratione vertit. Ne aperias consilium tuum cuius homini: ne tibi referat falsam gratiam. Dionysius gratiam falsam, id est, vicem tibi rependat, reddendo mala pro bonis. Paulus de Palacio: Gratias tibi aget fite, quod ei cor tuum volueris aperire: sed postea conuitietur, quod inficius fis, ut qui reuelaueris homini, quem non adeo agnoscebas. Hugo Card. gratiam falsam, id est, vultum hilarem mente aduersa. Alij, quænam sit hæc gratia falsa per consequentia exponunt, & conuitietur tibi. Itaque conuitia, & dictæ quibus te oneravit, gratiam falsam dixit.

Et conuitietur tibi. Hæc pars Græcis non est, addita autem videtur ab interprete, ut exponeret quid gratia falsa significaret.

ETHOLOGIA C VI.

Quales viri ad consilium adhibendi.

CVm fatuus consilium non habeas. Hi versus cum reliquis vsque ad finem capituli viuis coloribus nobis depingunt virtutes eorum, qui ad consilium sunt vocandi. Sicut enim nocet sine consultatione rem aggredi, ita etiam & longe amplius, eos consulere, qui minus apti ad consilium dandum sunt. In primis studium requiritur pietatis in consulenti. Nam qui sibi non consulit, quam ratione alij rectum consilium dare potest, præcipue quia crimina menti tenebras offundit, adeo ut vix quicquam aut videre, aut deligere poterit, qui vitiiis affuecit. Psal. 118. Consilium meum iustificationes tua, vel ut legit Ambrosius ibidem, Consilium meum iustificatio tua. Id est, dum consilium cogis legem Dei in medium adducito. Hæc primus, & præcipuus sit consiliarius, & ab illa neque latum vnguem discedas. Audi qua ratione Ambrosius ibidem suam sententiam promat. Bonum est, ut consilium Dei sequantur hominum consilia, quia Dei consilium certum semper, nostra autem plerumque incerta consilia ex rerum probantur euentu.

Lib. 1. Regum 11. 4. Venerunt ergo nuncij in Gabaa Saulis. Nuncij Saulis consiliarij sunt: Gabaa autem excelsum interpretatur iuxta Gregorium ibidem. Ergo consilium in excelsis cogitur, quia ad consilium trahendi, qui excelsi sunt meritis. Impiorum autem hominum consilium non requirendum. Et quia omnium electorum (ait Gregorius) non est eadem celsitudo meritorum, in Gabaa Saul nuncij peruenisse perhibentur, ut spirituali significatione doceamur, ut cum validis tentationis impellimur, ad prædicatorum nostrorum consilia recurramus.

Inscio patre in Philistinorum castra irrepit Io-

nathas cum armigero, multamque stragem edidit; res delata est ad Saul, per speculatores, qui erant in loco excelsis in Gabaa, cuius iullu quæsitum est quoniam deessent in castris Hebræorum, cumque compertum esset Ionatham tantummodo cum armigero eius desiderari; ait Saul ad Achiam. *Applica arcam Dei.* Recensitus fuerat populus, & tantummodo desiderari Ionatham cum armigero eius delatum, nec super hac re vllum dubium superesse poterat: & tamen iubet Rex sacerdoti Deum consulere. Scilicet nulla res est, adeo perspicua, quæ ad Deum non sit deferenda. Hæc est mens Gregorij in hunc locum, qui etiam notat Saulem, non cogisse consilium ex ducibus, aut principibus, sed a sacerdote quæsisse, nam ex Deo requirendus est rei euentus. Quod quidem (ait Gregorius) à summis sacerdotibus, bene spiritualiter agit, cum ea que à relatoribus audiunt non ante diiudicant, quam eorum rationem in consilio interna meditationis quarant, & quia sæpe etiam aliene mentis consilia sequuntur, Achias arcam applicare iubetur. Arcam quippe sacerdos habet, qui scientia spirituali mentem vacuum non habet. Saul ergo arcam applicare Achiam iubet, quando summus doctor consilium à minoribus suis, & eruditis quærit. Ibi enim sunt postulanda consilia, ubi spiritualis scientia gratia conuiscat.

Psal. 139. Caput circuitus eorum, labor laborum ipsorum operiet eos. Chryostomus ibidem quorundam lectionem inducit, quæ optimè præsentem sententiam ad rem nostram deducit: nempe exacerbatio eorum qui me circumdant. Consilium improborum his verbis depinxit, cum enim improbi ad consilium vocantur, & ferenda sententiæ gratia circumfret, ingens malum reipublicæ imminet. Verba Chryostomi transfero. Caput circuitus eorum labor laborum ipsorum operiet eos. Alius exacerbatio eorum qui me circumdant. Labor laborum ipsorum operiet ipsos. Circumritum hic dicit conuentum, confessum improbam officinam, cum scelerata consilia, & caput, & summa improbi, & de prauati animi ipsa eos obruerit, & perdidit. Iure optimo Chryostomus consilium ex improbis hominibus coactum improbam officinam appellat: cum enim ab improbis capitur consilium, omnium malorum officina construitur. Item apud Chryostomum nomen illud caput, idem est, ac origo, & fons: ergo caput circuitus eorum. Hinc omnium malorum origo, quia improbi consuluntur.

Chryostomus homil. de Spiritu sancto expendit pro nobis verba illa Esaia 11. 2. Et requiescet super eum spiritus Domini: spiritus sapientia, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis. Sancto Dei spiritui tribuit Propheta consilium, quasi apud impios, & infideles reperiri non possit sacerdos. Madiam erat Iethro, & tamen vtile consilium dedit Moyfi socio Exodi 18. 24. Impius erat Achitophel, & tamen vtile consilium dedit Absaloni: quare ergo consilium ad vnum Deum refert Esaia. Huius rationem reddit Chryostomus loco citato: in primis quia licet quandoque mali vtilia consulant, hoc quidem est perquam rarum, frequentius enim in errorem inducunt se consulentes. Insuper quia ad Dei prouidentiam spectat impiorum consilia disturbare, ne ad finem perducantur, ut de consilio Achitophelis ait Scriptura, imo vero priusquam Iethro vtile consilium dedisset deposuit impietatem; vnde ait Scriptura. Obtulit ergo Iethro cognatus Moyfi holocausta, & hostias Deo. Quibus verbis innuit Moyses socerum suum Madianitarum superstitionem exuisse & veri numinis religionem imbibisse, quo facto se potentem reddidit ad promendum tam vtile consilium quod vix dare potest, nisi qui pietatè colit. Quoniam

VER. 22.

1.

2.

Dionys.

Palatio.

Hugo.

3.

Gregor.

4. Psal. 139. 10.

Chrysof.

5. Esaia 11. 2.

Psal. 118.

Ambros.

2.

1. Reg. 11. 4.

Gregor.

3.

Exod 18.

Chrysof.

Iethro (ait Chrysoſtomus) *ſocer Moysi ſacerdos erat idolorum, poſtea vero cognito errore diſcit veritatem factusque eſt figura gentium Eccleſia, quia ſapientiam legis tranſcendit gentium intelligentia, non quia ſunt gentes, ſed quia reſpicerunt. Quando enim receptum eſt conſilium*

Iethro non erat ſacerdos idolorum, ſed cognouerat eum, quia poſtquã cognouerat opera Dei, & mirabilia, quæ narrauerat ei Moyses in Ægypto facta, dicit. nunc ego cognoui, vide reſpiſcẽtia, quod magnus ſit Deus noſter ſupra omnes Deos. Nã ubi veritate cognoui accepit boni conſilij donus.

ECCLESIASTICI

CAPVT NONVM.

VERS. I.

Non zeles mulierem finis tui, ne ostendat super te malitiam doctrinæ nequam.

1.



NON Zeles mulierem finis tui. Ne vxorem thori ſociam, eo amore ames, qui in zelum vergat. Ne ostendat super te malitiam doctrinæ nequam. Ne ostendat malo tuo quam periculosa ſit iſta doctrina, quam cuiusmodi intempeſtiuis, & moleſtis doctrinis eam doces.

2.

Ne Zeles mulierem finis tui. Ne per zelotypiam vxorem depereas, ſuſpicans ſcilicet, aut obiiiciens quod alium tibi amore præferat. Mulierem finis tui, Hebraica phraſi conthoralem, thori ſociam. Paulus de Palacio. Mulierem finis tui, id eſt, quam amore complecteris, ſed minus bene, zeles, ad ea omnia, quæ ex zelo oriuntur referendum eſt, nempe crebro ſuſpitiones, arcta custodia, &c. Hugo Card. Non zeles mulierem finis tui, id eſt, ne nimis tenere vel temere diligas vxorem tuam, qua dormit in ſinu tuo. Sicut Sanſon Dalidam, vel non zeles, id eſt, non ſis Zelotypus ſuper vxorem tua. Dicitur autem Zelotypia, nimum amor viri in vxorem, propter quod non potes ſuſtinere, vt alij miſceantur ei aut colloquantur. Et ſic Zelotypus dicitur inmitis, & vehemens amator vxoris. De quo dicit Auguſtinus: vehemens amator vxoris adulter eſt. Aliquando Zelotypia dicitur, idem quod machia, & Zelotypus adulter. Aliquando dicitur Zelotypia ipſa ſuſpicio adulterij, & Zelotypus ſuſpicioſus. Et ſic ſumitur Num. 5. ſi ſpiritus Zelotypia ſuſcitanerit quemquam virum aduerſus vxorem ſuam, &c. & infra. Moraliter mulier finis tui caro eſt qua mollit herum, id eſt, ſpiritus, hanc non zeles, id eſt, nimum diligas. Et infra, ne ostendat super te malitiam doctrinæ nequam, id eſt, ne te alliciat blandimentis.

Hugo.

Num. 5.

Palacio.

3.

Ne ostendat super te malitiam doctrinæ nequam. Id eſt, ſe forte quod nunquam, neque per ſomnium cogitauerat importunis querelis doceas. Hanc expoſitionem aperte continent Græca his verbis: Neque doceas in te ipſum doctrinam malam. Id eſt, verbis tuis eam in adulterium protrahas. Aliqui referunt ad veneficia, & præcantationes ad quas recurrit ſæpè mulierculæ, vt maritus ſibi graues ob zelotypiam è medio tollant. Paulus de Palacio. Doctrinam malam vocat adulteræ malas artes quibus maritum ſæpè illudit.

ETHOLOGIA CVII.

Zelotypia mala.

1.

NON Zeles mulierem, &c. Quot mala zelotypia afferat, & quot diſſidia inter coniuges ſeminet hic verſus præſendit: & nos pauca in illius confirmationem afferamus. Verba illa Geneſis 30. 1. *Cernens autem Rachel, &c. paulo aliter legit Chryſoſto-*

Gen. 30. 1.

mus homil. 56. in Geneſim: ſcilicet. *Cum autem vidisset Rachel, quod non peperisset Iacobo, emulata est Liam sororem suam, & dixit Iacobo: da mihi filios, quod si minus moriar ego. Nunquid pro Deo ego sum, qui fructibus ventris te priuani? Hæc verba per zelotypiam dicta vult Chryſoſtomus, verita Rachel ne maritus ſorem ſibi præferret ob fecunditatem, his verbis eum alloquitur: *Da mihi filios: quasi vero in potestate mariti eſſet fœminam ſterilem parere. Vide quam vim habeat æmulatio, vt rem cogat exigere viribus humanis imparem. Graue (ait Chryſoſtomus) malum eſt Zelotypia, & deſinit in contuſcentiam, id quod hic euenit.**

Geneſis 39. 20. Accuſatus eſt Ioseph ab hera, ac ſi domini thorum violasset. Adducebat, in testimonium eiusdem Iosephi pallium, ſed quid iratum barbarum, qui fidem ſuclamanti vxori adhibuit facturum putabas. Tradiditque Ioseph in carcerem. Vide hominem ſibi valde imperantem, admirare viri modeſtiam, cui cum liceret ſeruum de medio tollere, ſe tamen temperauit, vt ira nebula è medio ſublata veritatem haurire poſſet, & vel hoc exemplo diſcant mariti commotam iram ſedare, ne omnino rationi viam ocludant, & aditum obſerent. Hoc ex Chryſoſtomo dixerim homil. 62. in Geneſ. his verbis. *Ita ſuperna manus erat, qua barbarum derinuit: & non permittit ad cadem iuſti feſtinare. Quid enim prohibuiſſet hoc facere, cum intellexeret illum attentasse ſuum lectum. Deus autem fecit illum exhibere clementiam, vt iniectus in carcerem etiam illis ſuam declararet virtutem, & ſic ad principatum regni veniret.*

2. Gen. 39. 10.

Chryſoſt.

3.

Chryſoſt.

Chryſoſtomus lib. 2. de Prouidentia Abrahamum depingit rapta vxore ad Regem Ægyptiorum. Hoc ergo cuiusmodi mœroris ac doloris ſit, nego ego ſermone poſſe explicari. Norunt omnes qui vxores duxerunt, atque in zelotypia nonnunquam ſuſpitionem inciderunt. Sed & Salomon quam ſit hæc paſſio dicens: plenus enim zelo furor viri eius, non parcat in die iudicij, nec vilo precio inimicitias ſoluet, neque donis plurimis reconciliabitur. Et rurus fortis vt mors dilectio, durus vt infernus zelus. Citat his verbis Salomonè Prouerb. 6. 24. quo loco optimè ait: reliquias iniurias homini illatas aliquo modo refarciri, & compenſari poſſe. Commiſſi autem adulterij macula, nulla potest ratione deleri, nec zelotypi animus vllis datis donis quieſcit. Inferit etiam illud Cantico. 8. *Fortis eſt vt mors dilectio, dura ſicut infernus æmulatio.* Zelotypiam cum infernis pœnis componit, quia nihil eſt inter labores, quos mortales patiuntur, quod ei æquari poſſit. Vel forte per infernum ſepulchrum intelligit: ſicut enim humata corpora paulatim ab ipſa terra exeduntur, adeo vt poſt breue tempus nuda tantum oſſa remaneant. Ita etiam qui zelotypiæ fræna laxat adurit, & exſiccatur: vel per infernum mortem intelligit, vt hoc poſterius hemiſtichium priùs illud exponat, & idem ſit. *Fortis eſt vt mors dilectio.*

Cant. 8. 6.

dilectio, ac dura sicut infernus emulatio, quod non insolens est in sacris litteris. Pulchrè mortem zelo comparat; mors enim omnia delet, nulli parcit; & zelotypia si mentem occupauerit omnia pessundat, omnia prostermit.

Numer. 5. 14. *Si spiritus zelotypia concitauerit virum contra uxorem suam qua vel polluta est, vel falsa suspitione appetitur, adducet eam ad sacerdotem, & offeret oblationem pro illa, decimam partem sati farinae hordeacea: Non fundet super eam oleum, neque thus: quia sacrificium zelotypia est.* Præter consuetudinem offerri sibi præcipit Deus hordeum, non triticum. Hordæum enim iumentorum alimentum est, triticum autem hominum. Ergo ostendit zelotypia homines quodammodo amentare, & transferre in bestias. Iubet etiam non apponi thus, neque oleum, quæ duo lætitiæ significant, quo ostendat omne gaudium longius exulare à zelotypis. Hanc expositionem tradit Chrysofostomus Hom. 4. contra Iudæos his verbis. *Si mulier, inquit, machata fuerit, & vir habeat illam adulterij suspectam, ille quidem suspicabitur, & si non fuerit vter testis coarguens, ducet, inquit, illam ad sacerdotem, & offeret donum illius hordeaceam farinam. Cur ita tandem, non siligineam, non triticeam farinam, sed hordeaceam? Quoniam id quod querebatur luctus erat, & inculpato, suspitioque formosa sacrificij domesticam calamitatem imitabitur, eoque dicit, non effundet super illam oleum, neque thus.*

Zelotypum componit Chrysofostomus, cum eo, qui à dæmone possidetur. Metaphoram persequi piget. Chrysofostomi verba transcribo. *Cum vero eo furore corripitur nihilo melius efficitur, quam qui agitur à dæmonibus, aut mente capitur, adeo continuanter effertur, & insultat stomachaturque omnibus in obuium omnino, & in centesimum quæque, semper exercet iracundiam, siue is seruus sit, siue filius, siue quicumque alius. Et infra. Nam si summam quisque egestatem commemorauerit, siue morbum insanabilem siue ignem siue ferrum nihil illi par attuleris: Atque id tantum hi, qui sunt experti bene nouerunt, nemo enim complecti potest mali huius incredibilem magnitudinem.*

Canticor. 8. 6. & Prouerb. 3. 4. Zelus cum morte componitur. Vtrunque autem locum hac ratione exponit Chrysofostomus lib. de virginic. c. 25. Superat dolor zelotypia mortis cruciatum, quia videlicet, neque morte extinguitur, imo vero de medio sublato adultero, ardet etiam ille, qui iniuriam passus est, & deleto rivali etiam animus mariti conflagrat. *Quæ cum animaduertisset (ait Chrysofostomus) Salomon: dura inquit sicut infernus emulatio, idem, emulatio, inquit, plenus eius viri animus, non parcet in die iudicij, neque vlllo prætio inimicitias deponet, neque multis muneribus placabitur. Ea enim morbi huius insania est, ut neque sumpto de eo supplicio à quo læsus sit, dolorem eger abiiciat. Itaque multi etiam adultero morte sublato, neque iram, neque angorem tolerare potuerunt.*

Cant. 8. 6. *Dura sicut infernus emulatio.* Cum gehenna zelotypiam componit, nam sicut dæmones nullis præcibus flectuntur ad misericordiam: & sicut ignis ille inferni, nulli parcit, nullius lacrymis extinguitur: ita etiam qui zelotypiam patitur, nulli omnino parcit, nullis donis, minis aut precibus flectitur. Hæc est mens Chrysofostomi Hom. de sanctis virginibus, Vernice, & Profdoche, his verbis. *Et alibi rursus durus, ut infernus zelus. Sicut enim non potest, inquit, infernus pecuniis flecti, sic neque, is qui zelotypia laborat.*

Genesis 16. 1. Quoadusque Sara dedit marito in uxorem ancillam Agar, sterilis omnino permansit: at postquam eam thori sociam Saræ suasu ancil-

lam accepit, ipsa Sara in vltima senectute filium suscepit. Philo lib. de Abraham historiam ad rem præsentem inflectit. Damnat Deus sterilitate coniuges qui zelotypia multos exasperant & nimis scrupulose alterius coniugis facta insectantur. En tibi Sara maritum adigit, ut uxorem ducat, ut ex illa filios suscipiat, vnde iure optimo meruit sterilitatem deponere, & multorum populorum effici mater. Cum enim, (ait Philo) prole careret, quippe sterilis. *Verita ne tam chara Deo domus deserta fiat sic maritum allocuta est. Iam dudum vna viuimus in caritate mutua, quodque præcipua coniugij nostri fuit propter quam virum copulauit mulieri, desunt nobis liberi, imo neque in posterum spes est vlla reliqua propter ætatem meam iam ærgentem, non est æquum ut te quoque tangant mea sterilitatis incommoda, licet tibi salua nostra caritate patrem fieri, absit à te zelotypia quando à te abest bruta concupiscentia, necessitati natura satisfacturo. Quamobrem non differam nouam nuptam ornare, quæ, quod mihi deest, suppleat. Quod si res pro voto successerit, tui natini filij, mei adoptiui erunt & absit omnis zelotypia suspicio, meam, si libet, duc famulam, corpore seruam, sed ingenio liberali ac generoso fœminam, iam dudum mihi expertam.*

Ne des mulieri potestatem animæ tuæ, ne ingrediatur virtutem tuam, & confundaris.

Ne des mulieri potestatem animæ tuæ. Caue uxori te subiicias, ac tibi imperitare sinas. Ne ingrediatur virtutem tuam. Ne quod principatum tibi, ut capiti concessum est, sibi usurpet, & confundaris, & erubescas videns te, qui natura Dominus es uxoris, tuo nimio amore illi te subiectum.

Græci codices eadem sententiam his verbis præfatus habent: *Ne des mulieri animam tuam, ut ascendat ipsa super fortitudinem tuam.* Tigrina adhuc significantius. *Ne permittas animam tuam mulieri, adeo, ut pessundet potestatem tuam. Tuque dedecus incurras.*

Ne des mulieri. Mulier enim quandoque sexum significat: Aliquando etiam idem est, quod vxor, frequens loquendi modus Latinis, frequentissimus Hispanis. *Mi muger.* Quandoque etiam contra virginem distinguitur siue maritata illa sit siue non. Quæ significatio huius nominis propriissima est, ut habet Vlpianus leg. Alioquin ff. de contra. empt. *Quod si ego Virginem emere me putarem cum esset mulier, emptio non valebit.* Gaius scribit. *Mulieris nomine etiam Virginem viri potentem contineri.* Hic verò idem est ac vxor, coniunx, ut placet Hugoni. Vt virtutem autem hoc loco nomine mulieris & respicere videtur illud, Genesis 13. 16. *Mulier quocumque dixerit multiplicabo arumnas tuas &c.*

Potestatem animæ tuæ. Vel ut habent Græca: ne des mulieri animam tuam, id est, ne te, tuamque voluntatem illi subiicias.

Ne ingrediatur virtutem tuam. Græca, ne ascendat super fortitudinem tuam. Quidam Latini, ne ingrediatur in virtute tua, ne potestatem tuam excedat. Tale enim est muliebre ingenium, ut si potestatem illi facias, & locum aliquem illi des paulatim vires assumat, teque sibi subiiciat. Aliqui, virtutem tuam, id est, facultates tuas, & diuitias, quas vxores surripiunt ad fœmineos vsus si illis potestas aliqua fiat. Dionys. Carth. *Ne ingrediatur in virtute tua, id est, ne virtutem tuam, & fortitudinem blanditijs suis emolliat.* Allusum putat Hugo Cardinalis ad illud Iudicum 16. Samson enim aperuit Dalilæ quo in loco sitam fortitudinem haberet, quam illa abstulit, & exitio omnino fuit.

4. Num. 5. 14.

Chrysof.

5. Chrysof.

6. Chrysof.

7. Cant. 8. 6.

Chrysof.

8. Chrysof.

Philo.

VERS. 2.

1.

2.

3.

Gen. 13. 16.

4.

5.

Dionys.

Iud. 16.

Et confundaris. Hæc Græca non habent, apte vero addita sunt à nostro interprete. Quid enim turpius, & à ratione magis alienum, quam amore vsque eo insanire, vt propriam non dubitet amittere dignitatem. Oprimè Hieronymus lib. contra Iouinianum: sapiens vir iudicio debet amare vxorem non affectu.

Hieron.

Ne respicias mulierem multiuolam, ne fortè incidas in manus illius.

1. Quasi dic. Caue ne respicias meretricem: Ne eius laqueis irretiaris.

2. *Respicias.* Scilicet attentis infixisque oculis: Etenim à contuitu initium accipit scortatio.

3. *Multiuolam.* Græce, *ne occurras in mulierē meretricem.* Noster autem interpres multiuolam transtulit, siue quia alios codices Græcos nactus est, siue quia ingenium meretricis hoc nomine aperire voluit. Est enim meretrix, quæ vno viro non contenta plures appetit. Dionys. Cart. *Multiuolam, id est, multos, & multa volentem.* Exhaustiunt enim crumenam amatoris, & expilant procos. Hug. Card. legit: *Maliuolam, & vtramque retinet lectionem.* Potest, etiā hoc nomine significari meretrix, quæ licet amare simulet, mala semper prociis meditatur. Exponit itē nostram lectionem quæ habet multiuolam his verbis.

Dionys.

Hug.

Multiuola autem dicitur mulier, quia multos, vel multa vult, vel quia multum volat, id est, multa discurrit. Proculdubio enim respexit author illa verba Proverb. 7. 11. *Et occurrit illi mulier ornata meretricio parata ad capiendas animas: garrula, & vaga, quietis impatiens, nec valens in domum consistere pedibus suis.* Huius mulieris multiuolæ significationem tradit Hugo Cardinalis his verbis. Moraliter de carne, quæ multa vult. Qui corpori seruit multis dominis seruit. Intelligitur etiam de sæculari scientia, & carnali voluptate.

Provb. 7. 11.

4. *Ne forte incidas in manus illius,* id est, ne in illius potestatem venias, & illius laqueis capiaris: hæc enim nutibus & illecebroso aspectu, cultu, & ornatu retia vipis parat.

VERS. 4.

Cum saltatrice ne assiduus sis: nec audias illam, ne forte pereas in efficacia illius.

1. Ne fœminam corpus ex arte torquentem intuearis. *Nec audias illam.* Neque eam dulce canentem audias. *Ne pereas in efficacia illius,* id est, ne voce saltantisque fœminæ aspectu, quæ vel adamantinos viros mollire solent, capiaris.

2. *Cum saltatrice ne assiduus sis.* Græca, *cum psallente aut psaltria, vel fidicina, ne assiduus sis.* Vt hic non ea mulier, quæ pedes arte mouet, sed ea, quæ dulce canit, fugienda dicatur. Quam lectionem quidam nostræ vulgaræ præferunt, eo quod ei magis conuenire videatur quod sequitur, *nec audias illam.* Vnde putant nostrum interpretem non vertisse saltatrice, sed psaltrice. Ego vero crediderim diuersas artes hic notasse, quibus eiusmodi mulierculæ viros ad se pellicere solent. Quarum duæ præcipuè sunt, nimirum saltandi, & psallendi, eiusmodi enim sensus magis mouent, & animum iritant. Multa habet Martialis in quibus hæc duo coniunguntur, monetque meretrices, & Gaditanas puellas vtrunque munus exequi. Pro multis illud sufficiat.

Si vox est cantu, si mollia brachia salta:

Et quacunque vales arte placere, place.

Crediderim etiam in Græcis codicibus vtrunque quondam repertum, nec sine auctore, hoc modo:

cum saltatrice, ne assiduus sis, neque psaltricem audias. Hic versus refert Hugo Cardinalis ad mimos & histriones: sanè in spectaculis periculū maius. Audi eius verba. *Cum saltatrice ne assiduus sis. Hic prohibet author assiduitatem mulierum theatralium, quæ miris corporis gestulationibus, & vocis blandæ modulationibus multos decipiunt, & capiunt.* Vnde Matthæi

Matt. 14.

14. legitur. *Cum saltasset filia Herodiadis placuit Herodi, & iussit decollari Ioannem.* Vnde Ieremia 21. *succendam ignem in saltum eius, & deuorabit omnia in circuitu eius. Ideo bene excusauit se Sara, Tobia 3. Tu scis Domine,*

Ierem. 21.

Tob. 3.

quia nunquam concipui virum, & mundam seruau animam meam ab omni concupiscentia, nunquam cum ludentibus misui me, neque cum his, qui in libertate ambulat participem me præbui. Idem dicit Ieremia 15. *Non sedi in consilio ludentium.* Glossa ordinaria. *Cum saltatrice ne assiduus sis.* Hæreticorum turba, quæ per diuersos errores dissilit, vt quem eloquentia suæ amatorem conspexerit, ad se trahat, quasi meretrix. Vnde irretiuit cum multis sermonibus & blanditijs labiorum traxit eum.

Ierem. 15.

Hug.

Hug. Card. moraliter. *Saltatrix est anima peccatrix, quæ vertit caput ad terram, & anum ad cælum, id est, cor ad terram, & os ad cælum.* Hoc autem magni cōtemptus, & magnæ derisionis signum est. Scilicet ostendere anum alicui. Vnde conqueritur Dominus Ieremia 2. *Verterunt ad me tergum, & non faciem.* Ezechiel. 8. *Ecce in ostio templi Domini inter vestibulum, & altare quasi viginti viri dorsa habentes contra templum Domini. Item saltatrix ambulat super manus.* Sic anima, vnde suis operibus gloriatur Iob 31. *Si osculatus sum manum meam ori meo, quæ est iniquitas maxima, & negatio cōtra Deum altissimum.* Leuitic. 11. *Quod autem ambulat super manus ex cunctis animantibus quæ incedunt quadrupedia immundum erit. Item saltatrix retro plicat se & anima peccatrix anteriorum oblitæ, ad posteriora se conuertit, id est, ad mundi diuitias, & carnis delicias. Item saltatrix proca, ebriosa, leuis, gracilis, inuerecunda, & multa eiusmodi, quæ conueniunt anima peccatrici: vnde versus.*

Hug.

Garrula, saltatrix, gracilis, leuis inuerecunda: Curua retro, caput ad terram, sursumque pudenda erigit, & questum sequitur, vix sobria, nunquam casta, per hæc anima peccantis vita notatur.

Ierem. 2.

Ne forte capiaris in efficacia illius. Quanta vim, & efficaciam habeant ad permouendos animos ex arte saltare, & modulari futura Ethologia euincet. Pro efficacia Græca frequentius habent, in studiis, vel in artibus. Quamuis aliqui codices Græci habeant, in conatibus, quam lectionem secutus videtur noster interpres. Quidam vero vertunt, in effigie. Sed patet ex græcis mendum esse. Irrepsit enim effigies pro efficacia.

Ne forte pereas in efficacia illius. Quanta vim, & efficaciam habeant ad permouendos animos ex arte saltare, & modulari futura Ethologia euincet. Pro efficacia Græca frequentius habent, in studiis, vel in artibus. Quamuis aliqui codices Græci habeant, in conatibus, quam lectionem secutus videtur noster interpres. Quidam vero vertunt, in effigie. Sed patet ex græcis mendum esse. Irrepsit enim effigies pro efficacia.

Ne forte pereas in efficacia illius. Quanta vim, & efficaciam habeant ad permouendos animos ex arte saltare, & modulari futura Ethologia euincet. Pro efficacia Græca frequentius habent, in studiis, vel in artibus. Quamuis aliqui codices Græci habeant, in conatibus, quam lectionem secutus videtur noster interpres. Quidam vero vertunt, in effigie. Sed patet ex græcis mendum esse. Irrepsit enim effigies pro efficacia.

Ne forte pereas in efficacia illius. Quanta vim, & efficaciam habeant ad permouendos animos ex arte saltare, & modulari futura Ethologia euincet. Pro efficacia Græca frequentius habent, in studiis, vel in artibus. Quamuis aliqui codices Græci habeant, in conatibus, quam lectionem secutus videtur noster interpres. Quidam vero vertunt, in effigie. Sed patet ex græcis mendum esse. Irrepsit enim effigies pro efficacia.

Ne forte pereas in efficacia illius. Quanta vim, & efficaciam habeant ad permouendos animos ex arte saltare, & modulari futura Ethologia euincet. Pro efficacia Græca frequentius habent, in studiis, vel in artibus. Quamuis aliqui codices Græci habeant, in conatibus, quam lectionem secutus videtur noster interpres. Quidam vero vertunt, in effigie. Sed patet ex græcis mendum esse. Irrepsit enim effigies pro efficacia.

Ne forte pereas in efficacia illius. Quanta vim, & efficaciam habeant ad permouendos animos ex arte saltare, & modulari futura Ethologia euincet. Pro efficacia Græca frequentius habent, in studiis, vel in artibus. Quamuis aliqui codices Græci habeant, in conatibus, quam lectionem secutus videtur noster interpres. Quidam vero vertunt, in effigie. Sed patet ex græcis mendum esse. Irrepsit enim effigies pro efficacia.

Ne forte pereas in efficacia illius. Quanta vim, & efficaciam habeant ad permouendos animos ex arte saltare, & modulari futura Ethologia euincet. Pro efficacia Græca frequentius habent, in studiis, vel in artibus. Quamuis aliqui codices Græci habeant, in conatibus, quam lectionem secutus videtur noster interpres. Quidam vero vertunt, in effigie. Sed patet ex græcis mendum esse. Irrepsit enim effigies pro efficacia.

Ne forte pereas in efficacia illius. Quanta vim, & efficaciam habeant ad permouendos animos ex arte saltare, & modulari futura Ethologia euincet. Pro efficacia Græca frequentius habent, in studiis, vel in artibus. Quamuis aliqui codices Græci habeant, in conatibus, quam lectionem secutus videtur noster interpres. Quidam vero vertunt, in effigie. Sed patet ex græcis mendum esse. Irrepsit enim effigies pro efficacia.

Ne forte pereas in efficacia illius. Quanta vim, & efficaciam habeant ad permouendos animos ex arte saltare, & modulari futura Ethologia euincet. Pro efficacia Græca frequentius habent, in studiis, vel in artibus. Quamuis aliqui codices Græci habeant, in conatibus, quam lectionem secutus videtur noster interpres. Quidam vero vertunt, in effigie. Sed patet ex græcis mendum esse. Irrepsit enim effigies pro efficacia.

Ne forte pereas in efficacia illius. Quanta vim, & efficaciam habeant ad permouendos animos ex arte saltare, & modulari futura Ethologia euincet. Pro efficacia Græca frequentius habent, in studiis, vel in artibus. Quamuis aliqui codices Græci habeant, in conatibus, quam lectionem secutus videtur noster interpres. Quidam vero vertunt, in effigie. Sed patet ex græcis mendum esse. Irrepsit enim effigies pro efficacia.

Ne forte pereas in efficacia illius. Quanta vim, & efficaciam habeant ad permouendos animos ex arte saltare, & modulari futura Ethologia euincet. Pro efficacia Græca frequentius habent, in studiis, vel in artibus. Quamuis aliqui codices Græci habeant, in conatibus, quam lectionem secutus videtur noster interpres. Quidam vero vertunt, in effigie. Sed patet ex græcis mendum esse. Irrepsit enim effigies pro efficacia.

Ne forte pereas in efficacia illius. Quanta vim, & efficaciam habeant ad permouendos animos ex arte saltare, & modulari futura Ethologia euincet. Pro efficacia Græca frequentius habent, in studiis, vel in artibus. Quamuis aliqui codices Græci habeant, in conatibus, quam lectionem secutus videtur noster interpres. Quidam vero vertunt, in effigie. Sed patet ex græcis mendum esse. Irrepsit enim effigies pro efficacia.

Ne forte pereas in efficacia illius. Quanta vim, & efficaciam habeant ad permouendos animos ex arte saltare, & modulari futura Ethologia euincet. Pro efficacia Græca frequentius habent, in studiis, vel in artibus. Quamuis aliqui codices Græci habeant, in conatibus, quam lectionem secutus videtur noster interpres. Quidam vero vertunt, in effigie. Sed patet ex græcis mendum esse. Irrepsit enim effigies pro efficacia.

ETHOLOGIA CVII.

Saltatrices damnantur.

Cum saltatrice ne assiduus sis, &c. Quis recensere valebit mala, quæ ex impudicis saltibus oriri solent, ne dum oratione extollere? vnde tam apud profanos, quã apud sacros vitio datur fœminæ ars saltandi. Vnde Salustius in Catilina, de Semproniam matrona, *psallere, saltare elegantius quam necesse est proba, idem ibidem, & inter probas earum erat saltandi cura, dummodo non curiosa, & vsque ad artis perfectionem.* Ex sacris etiam authoribus nonnulla accipe, quibus rem firmes. Ambrosius lib. 3. De virginibus. *Saltet, sed adultera filia, quæ vero pudica, quæ casta religionem doceat filias suas: Alludit Ambrosius, ad illud quod de Herodiadis filia refert Marcus. Nemp̄ saltibus Regem sollicitasse imo impulisse, vt Baptistam*

1.

Salustius.

Ambros.

de

decollaret. Et Hieronymus, ad Latam de institutione filia. *Surda sit ad organa, tibia, lyra, cythara, cur facta sint, nesciat.*

Imo vero non tantum fœminas, sed omnes in vniuersum homines ars saltandi omne genus docuit impudicitia. Petrarca Dialogo 24. de choreis. *Ex choreis nihil unquam nisi libidinosum, ac inane spectaculum honestum inuisum oculis viro indignum.* Ibidem saltationem vocat veneris prœludium, quia maximè ad venerem allicit. De his exponendum autumat illud Psalmi 11. 9. *In circuitu impij ambulat.* Quasi proprium sit impiorum saltare. Ambrosius lib. 3. de virginibus. *Quid ibi verecundia potest esse ubi saltatur, strepitur, concupitur.* Et Iuuenalis Sat. 11. saltationem non immerito appellat, *irritamentum veneris languentis.*

Inuentæ sunt choreæ ad celebrandum idolorum facta, & orgia. Vnde vel hoc maximè titulo fideles Christiani saltationem fugere debent. Vnde Socrates, *qui rectè sciuere choreis honorare Deos: hi optimè, & in bello.* Imo vero hac loquendi formula vtitur Scriptura sacra Exodi 22. 17. quæ de populo diuinos cultus vitulo exhibenti ait. *Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere.* Vituli adorationem lusum, & saltationem vocauit.

Imo vero saltando Deorum fabulas repræsentabant fractis corporis motibus, & nutibus oris. Audi Arnobii lib. 7. *Obliterauit offensam Venus si Adonim in habitu gestum agere viderit saltatoris, in motibus pantomimum.* Prudentius hymno 10.

*Mererix Adonim vulneratum scenica
Libidinoso plangit affectu palam.*

Tertullianus in Apologetico: *Sed & histrionum litera omnem eorum fœditatem designant. Luget sol filium iactatum de caelo latantibus vobis.* Et Augustinus lib. 7. de ciuitate Dei capit. 26. *Quod si ad hoc malum Mercurij furta, Veneris lasciuia, strupa, & fortitudine caterorum que proferremus de libris, nisi quotidie cantarentur, & saltarentur in theatris.* Et Hieronymus ad Marcellam: *In theatralibus scenis idem histrio nunc Herculem robustus ostendit, nunc mollis in venerem frangitur.* Et in epistola de Hilarione, *in scenis theatralibus vnus atque idem histrio nunc mollis in venerem frangitur, nunc temulentus in Cibelem.* Et Arnobius lib. 7. *Si Europa, si Lada, si Ganymedes fuerit saltator, aut Danae motum compefcit irarum.* Huc alludit Aufonius Epigrammate 86. in saltatorem ineptum.

*Daphnen, & Niobem saltauit simius idem:
Ligneus, vt Daphne saxeus, vt Niobe.*

Imo vero ipsi saltus nomen acceperunt ex fabulis, aut personis, quas referebant.

Verum, vt melius dicam, ipse dæmon qui colebatur in simulacris inanum Deorum artem saltandi homines docuit, vt eos hac ratione in venerem pelliceret. Vnde Chrysofostomus homil. 24. in Matth. *His tripudijs diabolus saltat.* Ipse diabolus ducit, impudicos & fractos motus corporis docet. Vnde subdit idem Chrysofostomus: *Vbi saltus lasciuus, ibi diabolus certè adest.* Quem sensum imprimis præferunt verba illa Isaia 13. numer. 21. *Pilosi saltabant ibi, & respondebunt: vsula in adibus suis, & syrenes in delubris voluptatis.* Hanc rem firmat sanctus Ephrem tom. 1. sermon. de ludr. *Vbi cithara, aut chori, aut plausus manuum ibi virorum tenebre, mulierum perditio, Angelorum tristitia, & diaboli festa.* Idem lib. interrogationum, & responsionum interrogat. 2. *Quis talia Christianos edocuit? Draco antiquus docuit, magister omnis impuritatis, qui docuit inxchari, & idola colere, docuit, & ludere.* Sed quo corporis habitu, quo gestu, antiqui saltabant? Non pudet referre, vt pu-

deat Christianos paganorum impudicos motus, & saltus imitari, imo vero magna ex parte superare. Quandoque nuncij habitum gestabant, vt rem ex remotis regionibus adductam se importare pro tenderent, & hac ratione audiores redderent spectatores suos. Patet ex Pollucel. lib. 6. cap. 16. lasciuos etiam saltantium motus depingit nobis Arnobius his verbis. *Animarum alia multitudo lasciuies in compositos corporum dissolueretur in motus, saltitaret, & cantaret, orbis saltarios verteret, & ad vltimum clunibus, & coxendicibus subleuatis lumborum crispitudine fluctuaret.* Item lib. 7. *Quin & ipsos dicatis Deos ludere lasciuire, saltare, obscenas compingere cantiones, & clunibus fluctuare crispatis.* Et Iuuenalis Sat. 9. de fœminis Gaditanis, quibus in saltando prima laus.

*Forstian expectes, vt Gaditana canoro
Incipiat prurire choro, plausuque probato
Ad terram tremulo descendat clune puella.*

Et Martialis lib. 5. Epigrammate 80.

*Nec de Gadibus improbus puella
Vibrabunt sine fine prurientes
Lasciuos docili tremore lumbos.*

Et Arnobius lib. 4. *Genis illa genitrix martia regnatoris, & populi procreatrix amans saltando Venus, & perfectus omnis meretricia vilitatis impudica exprimitur imitatione bacchari.* Et Velleius de Munatio Planco: *Cum ceruleatus, ac nudus, caputque redimitus arundine, & caudam irabens, genibus innixus Glaucum saltasset in conuiuio.* Certe fabulam Glauci saltando referebant, quem addita cauda imitabatur histrio, nam Glaucus iuxta Etnicorum fabulas, cum herbam quãdam degustasset in piscem conuersus est. Tacitus 9. Annalium. *Messallina, nõ alias solutio luxu adulto autumno simulacrum vindemia per donum celebrabat: Vrgere prala fluere lacus, & fœmine pelibus accincta assultabant, videlicet sacrificantes vel insanientem baccha, ipsa crine fluxa thyrsum quatiens iuxtaque filios hedera vinctos, genere corbiurnos, iacere caput præpente circum procaci choro.* Apuleius his verbis saltantes depingit. Mille 8. *Brachijsque suis humero tenus nudatis, attollentes immanes gladios, ac securas leuantes exiliunt, in ciuitate tibia cantu lymphaticum tripudium.* Et paulo inferius. *Dique capite demisso ceruices lubricis inquietis motibus, crinesque pendulos rotantes in circulum, & nonnunquam morsibus suis in versantes musculos, ac postremo ancipiti ferro, quod gerebant, sua quisque brachia dissecant.* Et in vniuersum eorum motus, corporisque gestus imitabantur saltantes, quorum personas agebant, quod patet etiam ex Suetonio in Nerone c. 21. *inter cetera cantant Canacè parturientem, Orestem matricidam, & Oedipodem excecatum, Herculem insanum.* Huc etiam referenda verba Hieronymi epistola ad Marcellam. *In theatralibus scenis histrio nunc Herculem robustum ostendit, nunc mollis in venerem frangitur.* Et Aufonius epigrammate 86. in saltatorem ineptum.

*In Canace visus multo felicitior ipsa,
Quod non hic gladio viscera dissecuit.*

Donatus ad illud 11. Encides.

—Circum pueri, innupteque puellæ

Sacra canunt, funemque manu contingere gaudent.
Hæc verba scribit. *Lusus est natus ab eo fune, quo introductus equus durius in Troiam est, cū ex his manibus fune chorum ducunt saltantes.* Hoc à quibusdã dicitur. Sed ego puto manu confertos choros puellorū, puellarūque cãntantes res inducere existimari. Quãdoque etiã armati saltabãt, quod innuit Apuleius Mille 10. *Ad illã, quã cultus armorū Mineruam fecerat. Duo pueri muniebant praliaris deæ comites, armigeri, terrorem metus nudis insultantis gladiis.* Insuper qui pastorem aut rusticos deos saltaret, rusticos etiã motus imitabatur Horatius lib. 1.

Pastorem saltare uti Cyclopa regebat.

Et lib. 11. epistol. 11.

Ludentes speciem dabit, & torquetur, ut, qui

Nunc Satyrum, nunc agrestem Cyclopa mouetur.

Arnob.

Et Arnobius lib. 7. *Si Lada si Ganymedes fueris saltatus, aut Danae motu compefcit irarum.* & Apuleius Mille. 10. *Pone tergum tibicen armum caneat bellicosum, & permiscens bombis grauius tinnitus acutus in modum tubæ, saltationis agilis vigorem suscitabat.* Idem Mille. 20. *Aut ubi discussus reciproci multi modas ambages tubæ terminales cantus explicuit.* Aulo, subducto, & complicatis siparijs Paradis scena disponitur. Et Plinius lib. 7. cap. 57. *Saltationem armatam Curetes docuerunt.* Redeo ad Apuleium Mill. 10. *Puelli, puellæque virenti, florentis etatula forma conspici, veste nitidi, incessu gestuosi Græcancam saltantes Pyrrhicam dispositis ordinationibus decoros ambitus inerrabant: nunc in orbem rotarum flexuosi, nunc in obliquam seriem connexi & in quadratum puorem cuneati, & in caterue desidijs separati.* Et Festus. *bellicrepam saltationem dicebant, quando cum armis saltabant. Quod à Romulo institutum est.* Et Virgilius Ecloga 5.

Saltantes Satyros imitabitur Alphesibæus.

Item manibus motus edebant quibus instar vocis utebantur. Quod tradidit Varro lib. 4. epistola 51. *Hic sunt editæ Orchestrarum loquacissima manus, linguosæ digiti clamoribus silentium, expositio tacita, quam Musa Polymnia reperisse narratur, ostendens homines posse, & sine oris affatu suum velle declarare.* Et Iuuenalis Sat. 5.

*Extructorem interea, nequa indignatio desit
Saltantem expectes, & Chironomunta volanti
Cultello, donec peragat mandata magistri.*

Cyprian.

Hos increpat Cyprianus. *Vir ultra muliebrem dissolutus, cui ars sit verba manibus expedire.* Et infra. *Articulos sonum frangens, loqui digitis laborabat, ingratus artificii, qui manus dedit.* Item gesticulatione utebantur, qua vel animi affectum ostenderent, vel spectatorem allicerent, Suetonius in Nerone 24. *Cum profperum quid ex prouintijs nuntiatio esset super abundantissimam canam iocularia in defectione ducens carmina lasciuæque modulata, quæ vulgo innotuerunt etiã gesticulatus est.* Valerius Max lib. 11. cap. 4. *Primus omnium Poëta Libius ad fabularum argumenta spectantium animos transtulit. Hicque suis operis acto cum sapius à populo reuocaretur, vocem abstulisset, adhibito pueri, & tibicinis concentu gesticulationem tacitus peregit.* Hæc omnia fufius quam par est scripsi, vt pudeat nos imitari Ethnicorũ saltationes præcipuè istis temporibus in quibus si publica spectes tripudia ferè omnia, quæ antiqui posteritati litteris mandarunt, oculis hauries. Nam quandoque armati saltant, pedes mouent, manibus loquuntur, & totum corpus flectentes crispantes dorsum & clunes lasciuos, & incompositos motus edunt, varias artificum motus imitant.

Sueton.

Valer.

6.
Hieron.

Hieronymus epistola ad Lætam de institutione filiarum, *nemo enim vt dixit quidam secularium doctor saltat sobrius, nisi qui insanit.* Ergo quicumque saltat, aut ebrijs, aut insani nomen effugere non potest.

7.
Basil.

Basiliius homil. 14. *Moues pedes & insanus saltas, choreas ducis imprudens, cum genua ad Dei, & Domini nostri Iesu Christi cultum steterere oportebat.* Ergo iuxta mentem Basilij quicumque saltat abutitur membris, quæ Deus illi concessit vt illum reuereatur, quæ ille ad dæmonis cultum vertit.

8.
Hebr. 6. 6.

Quamuis contra omnes qui peccant dictum sit ab Apostolo Hebræor. 6. *Rursus crucifigentes sibi metipsis filium Dei,* præcipuè contra saltatores dictum puto. Quia saltantes brachia extendunt in modum hominis cricifixi, quo ostendunt ipsos

præcipuè esse, qui iterum eum crucifigunt, nempe, qui hominem crucifixum suis motibus referunt, multis enim supplicis sese obiciunt, qui hanc saltandi artem exercent. Vide quid illis minetur Ezechiel cap. 25. *Pro eo quod plausisti manu, & percussisti pede, & gausas es toto affectu super terram Israël: idcirco ego extendam manum meam super te, & tradam te in direptionem.* Iob 21. 12. *Tenent tympanum, & citharam, & gaudent ad sonitum organi. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.* Hæc & similia supplicia minatur Deus, his qui impudicis saltationibus corpora extorquent.

Ezech. 25. 6.

Iob 21. 12.

9.

Basilii.

Basiliius homil. 14. bacchatur in populum festis diebus in luxum & saltationes diffluentem, his verbis. *Apparebit nobis Iudex de cælis, & tuba Dei, & resurrectio mortuorum, & iustum iudicium, & cuiusque retributio pro his quæ gessit, pro eo quod de his rebus cogitarent, corda sua à malis concupiscentijs repurgarent, præterita delicta lachrymis delerent, ad occursum Christi, & magnum illum apparitionis diem sese prepararent, abiecto seruitutis iugo circa operta velaminibus impudice retegentes Deum, & eius Angelos despicientes, ad marium aspectus impudentes diffusa comas, tunicarum luxum ostentantes: pedibus gestientes à ioculo petulco visu lasciuo ad saltationem insanientes, iuuenum intemperantiam in se pronocantes in locis sacris pro manibus ciuitatis choros constituentes, ea profanauerunt.* Non immerito Basiliius in memoriam reducit his qui saltant extremi iudicij terribilem diem, quæ præcipuè in eorum vindictam, qui saltant instituenda videtur. Nam ibi dicitur: erunt signa in sole, & luna, & in terris pressura gentium: omnia inquam elementa turbabuntur, quia nullam non partem orbis inficit qui saltat, terram cædit quam alterno quatit pede, aërem, quem impudicis cantationibus opplet, cælum cui gesticulatur. Insuper in iudicio sonabit illa terribilis tuba in supplicium citharæ, & lyræ quas arguto, & crispato pectine percurrebant. Igne vniuersus orbis conflagrabit, qui puniet libidinem, & luxum, & venereas faces, quas isti subiiciebant, &c.

10.

Basilii.

Basiliius in cap. 5. Esaiæ, hæc verba in saltantes iaculatur. *Va qui cum cithara, & tibijs, & tympano, & Psalmis vinum bibunt. Audiant hæc, qui vice Evangeliorum in adibus suis citharas retinent ac lyras, quia sicut, qui dudum perierant, ita & ipsorum perditionem lugens Prophetæ iterum atque iterum reuocat & hortatur eorum malis condolens affectu dilectionis.* His verbis in eos Basiliius inuehitur, qui cum Christianæ fidei nomina dederint Epicuri disciplinã exterius profitentur. Qui cum domi suspensas lyras habeant nihil tamen quod Christianum redolet, præferunt. Subdit Basiliius. *Et apud te iacet lyra auro denteque elephantino interstincta, & variegata, affixa velut sublimi cuiusdam altari statua & idolorum dæmoniacum, & mulier quadam misera pro eo vt doceatur ad mouere manus pensili fuso propter seruilis conditionis necessitatem, & docta abs te est, forte à mercenario, forsitan ab eo, qui eam lena cuiusdam mulieri, aut prostituta tradiderit mox, ubi ira proprio corpore omnem impleuit libidinem præfidei adolescentulis similibus doctrix operum. Quamobrem die iudicij pœna duplex tibi occurret, nimirum ob ea, quæ ebrius flagitia committis, propter item doctrinam improbam, quæ ab eo abalienasti animam infelicem. Ad hæc nudos cubitus (respectu ipso impudens) adsistit lyra manusque depromendis sonis admonet. Denique amoto omni conuitio oculi omnium eo diriguntur, subitescunt aures, & eas accommodant modulata pulsationi citharæ.* Damnat his verbis Basiliius præsertim fœminas saltatrices quibus præcipuè decor est pudor, & quæ ad domesticas artes exercendas natæ sint non ad tripudia.

Basilii.

Esaiæ

Esaiæ 13. *Ibi saltabit pilosus.* In quæ verba audi Basilium. Porro *Dæmonia gesticulari dicuntur, & multifariam saltitare, dum nobis cooperantur ad peccandum; per eam enim choream omnimoda cietur membrorum commotio. Iam quando qui saltitant, nonnunquam alias induentes personas in scenam prodeunt: consimili ratione, & dæmones laruis nostræ faciei conformibus vti leguntur, nunc quidem furiarum ritu choreas agunt, nunc vero membrorum agitatione eum imitantur, qui concupiscentia libidinis feruet, ac prægestit fruitione carniu, nec raro mendum re ipsa representet. Hoc pacto multiformes & operosos dæmonum ipsi spectamus ad illorum sententiam, & ad nutum per consensum cordis nostri à specie virtutis ad nequitia opus membra nostræ transferentes, quum vnum aliquem videris, nunc intemperanti risu disfluentem, mox in modico marore deiectum, & quodammodo cor lancinantem immoderato planctu lamentatione, ac voce lugubri, tecum reputa in eo quempiam saltitare.*

Augustinus sermone 105. de diuersis, quem audi, Carthagine in eodem templo in quo asseruabatur corpus beati Cypriani martyris. Quo tempore in honorem martyris choreas ducebant eius festum celebrantes, ob quod grauius in eos inuehitur Augustinus inducens illud Matth. 11. & Luca 3. *Cantauimus vobis, & non saltastis, præcipue eos lancinat, qui in loca sacra choreas inducunt. Dominus dicit in Euangelio (ait Augustinus) cantauimus vobis, & non saltastis, quando hoc ego dicerem, si non legerem? irridei me vanitas, sed inuauit auctoritas. Si non præmississem, quis hoc diceret, quis vestrum possit me ferre dicentem? cantauimus vobis, & non saltastis? Nunquid nam, non in hoc loco, & si Psalmus cantandus est ab aliquo, saltandus est? Ante annos non valde multos istum locum inuaserat petulantia saltatorum. Istum tam sanctum locum, ubi iacet tam sancti martyris corpus sicut nunciauerunt multi, qui habent etatem. Locum tam sanctum inuaserat petulantia, & saltatorum turba per totam noctem, hic canebatur nefaria, & cantantibus saltabatur, quando voluit Deus fratrem presertim Episcopum vestrum ex quo hic ceperunt sanctæ vigilia celebrari. Ista pestis aliquantulum reluctata postea cessit diligentia, erubuit sapientia. Cum ergo modo hic ista Deo propitio non sient: quia non celebramus dæmonis ludos, ubi solent ista fieri, in eorum delectatione, qua coluntur, & immunditia sua solent suos deprauare cultores: sed celebratur hic sanctitas, & solemnitas martyrum: & non hic saltatur, & ubi non saltatur tamen de Euangelio legitur.*

Virginem ne conspicias, ne fortè scandalizeris in decore illius.

Virginem ne conspicias, à virgine oculos auerte, ne forte scandalizeris in decore illius, ne illam concupiscas eius decorem admiratus.

Virginem ne conspicias. Præcipue virginum aspectum declinare monet sapiens; harum enim, & pulchritudo maior, & ornatus esset solet. Vnde Iob 31. *Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine.* Per virginem iuniorē scēminam intelligit Hugo Cardinalis, in qua, & magis viuudus color, & pulchritudo maior frequentius est. Ergo per virginem iuuenulam intelligit, quæ facilius demeritare virum solet. Glossa ordinaria. Virginem ne aspicias, ne forte scandalizeris, auerte oculos meos, ne videant vanitatem, ne libeat videre, quod non licet concupiscere. Mystice autem non debemus decorem eloquentiæ amare.

Ne conspicias, scilicet eam. Tigrina, *Ne contempleris.* Prohibetur ergo curiosus intuitus.

Ne scandalizeris in decore illius. Tigrina, *ne noxam*

ex precioso illius cultu contrahas, visus enim, & intuitus curiosus mulierum dicitur in scriptura scandalum, vt habes Apocalypsis 2. Sed habeo aduersum te pauca, quia habes illic habentes doctrinam Balaan, qui docebat Balac mittere scandalum coram filijs Israël, id est, mulierculas ornatas.

Ne des fornicariis animam tuam in vlllo, ne perdas te & hæreditatem tuam.

Ne des fornicariis animam tuam in vlllo. Ne animum tuum scortis abiicias, aut meretrices vlla ratione aines. Ne perdas te, & hæreditatem tuam. Ne perditū eas, id est facultates tuas hæreditario iure, ad te deuolutas, dissipet, & dilapidet.

Græca breuius: *Ne des fornicariis animam tuam, ne perdas hæreditatem tuam.* Tigrina expressius, ne appelles animum tuum ad meretrices, ne perdas te simul & tuam possessionem.

Ne des fornicariis animam tuam, id est, te ipsum vulgari scripturæ phrasi. Ne te committas fornicariis, & meretricibus. Hugo Card. Nullus enim sapiens dabit filiam suam, aut vxorem suam fornicariis, quanto magis nec animam suam dare debet.

In vlllo. Id est, ne ex minima parte illi consentias, ne te apprehendat & capiat. Paulus de Palatio: *Ne credas quod seruel à meretrice raptus, tu te postea eripies, imo verò si te rapiet tenebit.* Dionysius. In vlllo, scilicet genere libidinis, cuius varia sunt genera, scilicet scortatio mollities, adulterium in castus, præpostera venus, etsi enim alia ex his alia sint grauiora, fugienda tamen singula, quia quæcunque ex cis non exiguum inferunt malum.

Et hæreditatem tuam. Id est, res familiares, & facultates tuas profundas. Nihil enim ita crumenam emungit, ac meretrix. Hugo Card. *Ne perdas te, & animam tuam, & hæreditatem tuam.* Ecce tria incommoda quæ facit luxuria, corpus perdit 1. Corinth. 3. *Qui fornicatur in corpus suum peccat, animam necat, opes anihilat.* Luca 15. *Post multos dies adolescentior filius peregre profectus est in regionem longinquam, & ibi dissipauit substantiam suam viuendo luxuriose.* Et hæreditatem tuam, cœlestem exponit Interlinearis.

Noli circumspicere in vicis ciuitatis, nec oberraueris in plateis illius.

Euagationem pedum, & oculorum hic versus prohibet. Hæc enim maxime nocere solent, & ad libidinem allicere. *Noli circumspicere, in vicis ciuitatis.* Caue ne per vicos ciuitatis, te huc atque illuc in moderate conuertas. *Nec oberraueris in plateis illius.* Nec in plateis eiusdem ciuitatis oculis vniuersa perlustras.

Quod interpres noster vertit plateis, græcis est desertis locis. Ideo autem prohibet incesum per loca quæ minus frequentantur, quia in suburbiis prostrant meretrices, vel etiã quia in desertis locis, & in fornicibus, se viatoribus obiciebant. Quare Genesis 38. Iudas extra ciuitatem Thamar inuenit, quam vulgata pudicitia scēminam suspicatus est. Hunc modum tradit aperte Origines lib. 4. contra Celsum. Imò verò, vt viris doctis placet hoc significat dictio illa vagari vel vaga qua sæpe in scriptura sacra meretrices notantur. Vt habes Prouerb. 5. & 7. Ergo meretrix dicitur vagari vel vaga, quia extra ciuitatem oberrat. Ergo his verbis prohibet occursum meretricios, & loca illa perlustrate, quæ ipsæ frequētare solent. Lucem afferūt verba illa Ezechielis 26. 25. Quo loco de Iuda, tanquam de meretrice

trice dicit. *Ad omne caput via adificasti signum prostitutionis tuae.* Per plateas scilicet loca lata & spatiosa intelligit Glossa interlinearis latam, & spatiosam viam quæ dicit ad mortem, quam peccatores ingrediuntur. Dionys. Carthusian. *Denique cum in plateis, & vicis tam periculosum, & detestabile sit in feminas figere visum, quam criminofum est, etiam in Ecclesiis, & sub diuino officio, ac coram diuinissimo sacramento hoc agere?*

Dionys.

3.
Palatio.

Nec oberraueris. Ne ociosè vageris. Paulus de Palatio quorundam lectionum meminit, qui non habent, *nec oberraueris*: sed *ne oberraueris*. Quasi non sit alia sententia à præcedenti, sed priorem firmet hac ratione. *Ne circumspicias in vicis ciuitatis, ne oberraueris in plateis illius.* Id est, ne si oculos vagari permiseris, erres, impingas, labaris.

VERS. 8.

Auerte faciam tuam à muliere compta, & ne circumspicias mulierem alienam.

VERS. 9.

Propter speciem enim mulieris multi perierunt: & ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit.

1.

Superiori versu docuit, non quærenda loca in quibus meretrices retia parant transeuntibus: præfenti vero docet author abstinendum ab aspectu occurrentium fæminarum præcipuè meretricum. *Auerte faciem tuam à muliere compta.* Id est, caue ne in mulierem comptam incideris, eam curiosius intuearis. *Et ne circumspicias mulierem alienam.* Quod si eius aspectum fugere non poteris, saltem in eam oculos ne curiosius figas; totamque lustres. *Propter speciem enim mulieris multi perierunt.* Hoc est, mulieris ob pulchritudinem multi concupiscentes perierunt. *Et ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit.* Id est, aspectu mulieris comptæ, & attenta illius contemplatione concupiscentia vires sumit, quasi ignis iniecto fomento.

2.

Auerte faciem tuam à muliere compta. Græca formosa. Quæ particula vtramque complectitur pulchritudinem, siue naturalem, siue alcutitiam. Ab hac ergo auerte faciem tuam, id est, ne intendas in eam, ne oculos in eam figas. Hug. Cardinal. *Limosi sunt oculi nostri, & cito adhæret ei species mulieris.*

Hugo.

3.

Et ne circumspicias mulierem alienam. Forte hic de maritata fæmina sermo est, Tigurina. *Nec contempleris pulchritudinem alienam.* Id est, cuiusvis alterius fæminæ venustatem ne intuearis. Paulus de Palatio, mulierem alienam, id est, nullam omnino mulierem concupiscas, & adames præter propriam vxorem. Latini nonnulli habent *speciem alienam*, sed eodem sensu.

Palatio.

4.

Propter speciem mulieris multi perierunt. Passim obuia sunt exempla, tam apud sacros, quam apud profanos authores. *Perierunt.* Græca. *A recto aberrarunt.* Hoc autem perire dixit noster interpret. *Propter speciem mulieris.* Glossa interlinearis, *decorem eloquentiæ.* Ergo docet verborum phaleras fugere, & nudæ veritati insistere.

5.

Ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit. Aptâ similitudine ardorem libidinis exposuit, vt enim ignis incendium vires sumit dum fomenta ei iniiciuntur, extinguitur autem si ei alimenta subtrahantur, non aliter ex aspectu comptæ & venustæ fæminæ flamma libidinis augetur, extinguitur autem si oculos subtrahas. Eandem similitudinem habes. Iob 31. *Ignis est vsque ad consumptionem vorans.*

Omnis mulier fornicaria, quasi stercus in via conculcabitur. VERS. 10.

Quasi dicat: Meretrix quasi vilissimum stercus, quod in via iacet pessundabitur. Hunc versum Græca exemplaria non habent, à Latino autem interprete additus videtur tanquam præcedentium expositio, significat autem rem vilissimam esse meretricem, omninoque indignam ad quam oculos, ne dum animum coniciamus. Metaphora Hebræis satis est familiaris, qui pro re vilissima ponunt id, quod pedibus calcamus. Pro multis illud Psalm. *Vt lutum platearum delebo eos*, id est, tanquam rem abiectissimam, & vilissimam perdam. Ergo sensus est, vt quid oculos in meretricem, rem abiectissimam conicias? Hunc sensum præfero. Alij vero significari hoc versu autumant modum quo impudici homines audaces, & lenones, cum meretricibus agant: quidque ex eorum confortio utilitatis mulierculæ illæ sibi conquirant. Nihil scilicet aliud, quam putredinem, & fæditatem, quæ per stercus significat, vnde fornice antiqua lupanaria male olentes dicebantur propter graucolentiam, quam ex se emittunt, non aliter, quam stercus. Testatur Horatius lib. 1. Satira 2.

I.

— *Sunt qui nolunt tetigisse nisi illas,*

Quarum subsuta talos regat instita vestis.

Contra alios nullam, nisi olenti in fornice stantem.

Alij verò his verbis significare existimant cuiusque prætereūti meretricem prostare, & se illi obicere, quæ ratio maxime ab amore meretricum retrahit. Prostare autem, non aliter quam stercus, aut lutum cuiusvis transeuntis pedibus conculcandum. A fine est illud Ezechielis 16. 29. *Ad omne caput via, adificasti signum prostitutionis tuæ, & abominabilem fecisti decorem tuum: & diuisisti pedes omni transeuntis, & multiplicasti fornicationes tuas.* Hugo Card.

Ezec. 16. 29.

Hugo.

omnis mulier, quæ est fornicaria quantacunque nobilitatis sit, vel formositate, quasi stercus in via conculcabitur, plurimorum libidini se exponens. Et sicut stercus quantum plus calcatur, tanto amplius foetet, ita etiam mulier, quanto etiam se exponit, tanto amplius sordet. Et sicut stercus, quanto recentior tanto foetidior, ita & de meretrice. Glossa interlinearis locum exposuit de doctore, qui aliud verbis docet, aliud opere exequitur qui digni sunt, vt conculcentur quasi stercus iuxta illud Matth. 5. *Quod si sal euauerit in quo salietur? ad nihilum valet vltra nisi vt mittatur foras, & conculcentur ab hominibus.*

Speciem mulieris alienæ multi admirati reprobi facti sunt, colloquium enim illius, quasi ignis exardescit. VERS. 11.

Speciem mulieris alienæ multi admirati reprobi facti sunt. Venustatem mulieris alienæ plures demirati, sic illas deperierunt, vt inutiles ad res humanas prorsus euaserint. *Colloquium enim illius quasi ignis exardescit.* Nam colloquium cum illa habitum, quasi ignis, qui momento temporis incendium excitat ardet.

1.

Speciem mulieris alienæ, &c. De alienis vxoribus, & maritatis fæminis sermonem inferre authorem multi existimant. Ego verò per mulierem alienam, quantacunque, quæ vxor propria non sit crediderim significari. Ab omnibus enim suum discipulum Ecclesiasticus arceat. Expendit Paulus de Palatio verbum illud, *admirati*: Sunt enim plures, qui vxores proprias quantacunque pulchras, despiciant: Adament verò alienas, etiam de formes. Hos videtur

2.

videtur carpere Ieremias cap. 5. *Equi amatores in feminas, & emissarij facti sunt, unusquisque ad uxorem proximi sui hinciebat.*

3. *Reprobi facti sunt.* Quidam ad reprobationem diuinam verba referunt. Ego vero existimo his verbis significari præ nimio coitu vires corporis exhaurire, & inutilem se omnino reddere. Ergo reprobi facti sunt, id est, ad omnes fere res humanas, inutilis facti sunt omnium rectè sentientium calculis.

4. *Colloquium enim illius quasi ignis exardescit.* Simili metaphora vsus est supra. Ergo primum calefcit aspectu, ac verborum suauitate, deinde ob amoris impatientiam furit, denique per consertos, & obistentes sibi gladios, ad voluptatem tantopere desideratam ruit mentis inops. Porro colloquium illius passiuè accipiendum est, id est, colloquium cum illa, vt sæpè alias. Hunc etiam versum Græca non habent Hugo Card. *Quasi ignis exardescit, cuius materia sunt ipsa colloquia, nutus, & respectus, & tactus & oscula, & huiusmodi sufflator vetula mediatrix, vel ipsa demonum suggestio.* Iobi 41. *halitus eius prunas ardere facit, & ignis de ore eius egredietur. Unde Ieremia 7. filij colligunt ligna, & patres succendunt ignem, & mulieres conspergunt adipem.*

ETHOLOGIA CVIII.

Nemo se in pericula conijciat.

1. **M**vlus est Ecclesiasticus circa hanc rem præcipuè hoc capite à versu 5. vsque ad 11. nec tamen abs re. Nihil enim est, quod tam omnes ad omne genus peccati perducatur, quam nimium fidenter periculis se obicere. Huius rei imprimis adduco testem Ambrosium lib. de Ioseph cap. 5. quo loco expendit verba illa Genesis 39. 7. *Erat autem Ioseph pulcher facie, & decorus aspectu. Post multos itaque dies iniicit domina oculos suos in Ioseph. Pulcher erat facie, & decorus aspectu, id est, natura eum pulchrum, & venustum ediderat, non ipse de foris pulchritudinem arte asciuerat, scilicet ornatu, aut cultu corporis, sed ei pulchritudinem natura concessit, quam pudici mores auxerant. Item post multos dies Hera in eum oculos coniecit. Námque eum, nisi post multum tempus attente contemplari non potuit. Erat enim vir modestus, oculos & vultum demissum habebat, adeo vt nisi post multum tempus & varias occasiones, quas res ipsæ domesticæ obiciebant, impudica femina venustam serui faciem haurire non potuit. Item Hera in seruum oculos coniecit, non seruus in dominam, ait enim scriptura num. 11. *Accidit enim quadam die, vt intraret Ioseph domum, & operis quicquam sine arbitris faceret.* Hoc in loco adorsa est iuuenem femina nihil minus cogitantem. Vnde facile retundere potuit herilem audaciam, quia vltro periculis non se obiecerat. Audi verba Ambrosij. *Cum esset decorus aspectu, & speciosa facie valde, venustatem suam, non ad alienam declinavit iniuriam, sed ad suam reseruauit gratiam. Hoc se pulchriorem ratus, si non dispendio castitatis, sed cultu pudoris superior probaretur. Iam si qua petulantibus aspexit oculis, illius crimen solum est, quæ male vidit, non huius, qui mallet se nolle videri, nec in eo qui visus est, culpa est, non erat in potestate serui, vt non videretur. Id est, adeo se ab omni libidine abstraherat, vt si præ conditione seruli liceret, nunquam se femineis aspectibus obiceret. Dissant, addit Ambrosius, etiam viri cauere oculos feminarum, adamantur etiam, qui nolunt amari. Id est, si Iosephus, qui tanta cura congressus vitabat impudicos, insidias tamen à petulanti fœ-**

mina passus est, qui multis lenociniis alienos oculos accersunt, quot periculis patebunt: Denique, verba sunt Ambrosij, *adamatus est Ioseph, qui amantem contempserat. Et bene excusauit eum scriptura dicens: immisit oculos mulier domini eius in Ioseph, hoc est, non ipse se ostentauit, nec cepit incantum, & illa retia misit & indagine sua capta est.*

Genesis 39. *Qui relicto in manu eius pallio fugijt & egressus est foras.* Iuuenis robustus & vegetus, molli fœminæ cessit & pallium tenenti reliquit: quasi vero fortior, posset esse fœmina, & adolescentem viribus superare. Ambrosius lib. de Ioseph cap. 25. ideo, relicto pallium dicit, ne morbum inferret. Attigerat mulier impudica Iosephi pallium, ille autem veritus, ne ex vestimenti contactu libidinis pestem exciperet, reliquit, tergaque dedit. Vide quæ ratione inimicorum hominum consortia vitare debeas, & impudicarum fœminarum congressum, vt neque rem, quam atrectauerint contingere audeas. Excusatur (ait Ambrosius) quod ingressus est, predicatur quod egressus est. *Nec pluris fecit vestimenta corporis, quam animi castimoniam. Reliquit tanquam non sua, quæ adultera manibus detinebat, & aliena iudicauit, quæ tactu impudica potuerunt apprehendi. Magnus quippe vir, qui venditus tamen seruile nesciuit ingenium, adamatus non redamaui, rogatus non acquieuit, comprahensus aufugit, qui cum ab uxore Domini conueniret teneri veste potuit, amore capi non potuit, ac nec ipsa quidem verba adhuc passus est, contagium enim iudicauit, si diutius immoraretur.* His vltimis verbis aliam rationem addit Ambrosius ob quam nudus aufugijt Iosephus, ne scilicet dum pallium repeteret impudicæ fœminæ verba auribus exciperet, quæ animum emollirent, aut inficerent.

1. Reg. 14. 48. *Congregato exercitu percussit Amalech, & eruit Israël de manu vastatorum eius.* De Saule hoc refert scriptura. Expendit autem Gregorius verbum illud *eruit*, ibidem: quod idem est, ac euulsit radicibus, penitus abstraxit. Amalech, id est, populus ablingens, sensu altiori significat libidinem, quæ virtutè veluti ablingit, & penitus delet. Hic autem populus radicibus euellendus est. Non fat est, si eum vincamus, & terga dare cogamus, semelque de illo triumphum reportemus, sed opus est, vt nihil omnino, quod ad eum pertineat viuam relinquamus. De aliis hostibus populi Dei præmiserat immediate. *Et Saul confirmato regno super Israël, pugnabat per circuitum aduersus omnes inimicos eius contra Ioab, & filios Ammon, & Edon, & Reges Soba, & Philisthaos, & quocumque se vertebat superabat.* Hi omnes inimici populi Dei diuersa vitia adumbrant quæ animum nostrum oppugnant, à quibus tamen non eruta dicitur plebs Hebræorum, sed tantum dicitur Saul eos superasse. Nempe etsi oporteat animum nostrum ab omni crimine illæsum custodire, à libidine tamen quam longissime diuertendum est, nam hæc animum emollit, & sensim ad se trahit. Gregorium loquentem audi. *Bene & Israël erutus de manu vastatoris asseritur. Erui quidem, euelli dicitur, & quod euellitur, altas radices in profundiora misisse sentitur, quia item altum est fornicationis blandimentum, dum in hoc anima per desiderium mergitur, quasi in profundum radicibus tenetur. Erui ergo de manu vastatorum est à fornicationis abyssò, quæ in potestate demonis est, liberari.*

Nonnulla ex Canticis refert pro hac re Gregorius cap. 4. lib. 5. expositionis in libros Regum: imprimis verba illa cap. 1. 16. *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia donec asfiret dies & inclinatur umbra.* Præmiserat sponsa num. 15. *Capite nobis vulpes*

Ierem. 5.
3.
4.
Hugo.
Iob 41.
Ierem. 7.
Gen. 39. 7.
Gen. 39. 11.
Ambros.

2.
Gen. 39. 12.
Ambros.
3.
1. Reg. 14. 48.
4.
Cant. 1. 16.

vulpes paruulas, quæ demoliantur vineas, nam vinea nostra floruit. Id est, anima nostra flore castitatis, & pudicitia vernat, ne ergo hos flores demoliantur, capite nobis vulpes paruulas. Non modo tentamenta, quæ excreuerunt in magnitudinem iustam, verum etiam quæ pullulare incipiunt, docet sponsa esse capienda, nam ex animo abigendum est, quicquid vel ex obliquo pudicitiam lædere potest. Post hanc adhibitam curam, iam securo subdit: *Dilectus meus mihi & ego illi.* Id est, si me viderit sponsus, non modo pudicam, sed circumspectam me vnam adamabit, sicut ego eum vnice diligo. *Qui pascitur inter lilia,* id est, iam ingenium sponsi teneo, iam eius mores perspectos habeo, qui si sponsam viderit pericula fugientem, eam deperit. Pascitur enim inter lilia, id est, candidos, & intactos flores amat. Subdit: *Donec aspires dies, & inclinentur umbra.* Id est, pericula omnia vitare conabor, nullo prorsus discrimine me obiiciam, donec viuam. Non enim quorundam ingenium amo (ait sponsa) qui florenti adhuc ætati, vigentibus viribus, firma adhuc valetudine longius à periculis abscedunt: cum vero eos, aut effæta ætas, aut frequens de libidine triumphus securos reddidit, hanc curam intermittunt, tentamentis se obiiciunt, quapropter non raro impingunt. Adducit etiam Gregorius verba quibus sponsus sponsam suam laudat: *Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus fons signatus.* His enim circumspectam sponsam laudat sumpta similitudine ab horto, qui si obseptus sit, illibatos flores, & intactos fructus reseruat, qui si obuius sit, neque flores, neque fructus tenere potest. Item à fonte, qui si muro circumcludatur pellucidas, & illimes aquas offert, si vero bestiis, & viatoribus pateat conculcatur sapius. His autem verbis sponsi, hæc sponsa: *Veniat dilectus meus in hortum suum, & comedat fructus pomorum suorum.* Id est, tua quidem sententia à periculis longe abscedo, ô, sponse, ergo in meos rue amplexus, qui hoc vnum in sponsa tua exigis. Huc referenda teste Gregorio verba Canticorum 8. *Quæ habitas in hortis, amici auscultant, fac me audire vocem tuam.* Id est, quæ te parietibus, & muris circumclusa contines, & ob hoc similis es horto maceria vallato, saltem nos tuis vocibus mulce, adfunt amici, qui te dulce canentem excipient. cui sponsa: *Fuge dilecte mi, assimulare caprea hinnuloque cervorum super montes aromatum.* Id est, ne mihi, ô, sponse rem adeo difficilem iniungas, vt aliorum auribus canam, quæ tuas tantummodo demulcere soleo. Hæc omnia Gregorius mente concepit & his verbis pressit. *Qui enim sunt horti sponsi nisi corda sanctorum per custodiam munita, & per castitatis odorem floridam: nam dum nullos motus turpes recipiunt albo pudoris flore coronantur. Vnde & sponso in Cantico sponsi laudibus dicitur: quæ addita sint hortis audire me fac vocem tuam. Et rursus hortus conclusus soror mea sponsa. Hortus quidem, qui eximia castitatis floridus, conclusus autem quia per continentiam munitus. Hinc sponsa, quod sponsum oblectet exponit, dicens: sponsus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia donec aspires dies, & inclinentur umbra.*

Gregor.

5.
Cant. 8. 14.

Canticor. 8. vltim. *Fuge dilecte mi, & assimulare caprea hinnuloque cervorum super montes aromatum.* Hæc verba tanquam coronidem toti dramati affigit Salomon. Quæ quidem, sub initium potius præmittenda videbantur. Nam cum hoc libro, nos doceat Spiritus sanctus variis metaphoris, ea omnia, quæ ad pietatem spectant, & veluti per quosdam gradus hominem perducat, ad summam virtutis perfectionem, & coniunctionem cum Deo, quæ in matrimonio spirituali significatur, incipiendum

erat à fuga vitiorum, ac tandem per diuersarum virtutum officia, opera, & ministeria ad summam cum Deo coniunctionem manu ducendus erat animus noster: secus autem accidit, nam malorum fugam tanquam colophonem toti operi imponit. Quo nos docere voluit Deus, quam sit vtilis fuga à malo, vt scilicet illa vna omnem in se perfectionis, & vitæ spiritualis rationem continet. Videtur mihi hoc factò spectasse Salomon Poëtarum ingenium, & tritum vsum quem in comædiis, & tragediis seruire solent: tum veteres: tum hi qui nostro tempore fabulas dant populo vt scilicet totius verbi dramatis rationem, & argumentum paucis concludant, & nomen imponant. Præcepta huius libri, & totius operis ratio per colloquia traduntur, in quo quandoque sponsus, quandoque sponsa, quandoque chorus puellarum, sponsæ pedilequarum, quandoque pastores socij sponsi inducuntur loquentes. Ergo etiam præcepta, quæ de tragediis dantur obseruare necesse erat, vt scilicet in fine operis exigua sententiola, eorum omnium sensus, quæ fuscè in toto opere traduntur concluderetur. Hoc autè complet illis verbis: *fuge dilecte mi*, &c. id est, quæ autem omnia diximus fuscè per totum opus, hac vna præceptione concluduntur: caue à periculis, nulli te obiicias discrimini, & summum virtutis apicem, quam celeriter continges. Ac si vernaculo sermone diceret. *Aqui da fin la comedia dela bella retirada.*

Abimelech rex Geraræ rapuit Saram vxorem Abrahamæ, quam tamen sororem putauerat: Deus autem nocte eum terruit, & afflixit & intactam viro scæminam restitui imperat. Ille diuinis verbis audiens, id exequitur Genesis 24. 14. *Tulit igitur Abimelech oues, & boues, & seruos, & ancillas, & dedit Abraham, reddiditque illi Saram vxorem suam, & ait. Terra coram vobis est, ubicunque tibi placuerit habita: Sara autem dixit. ecce mille argenteos dedi fratri tuo, hoc erit tibi in velamen oculorum, ad omnes qui tecum sunt, & quocunque perixeris memento te deprehensam.* Hæc verba paulo aliter legit Chrysostronus homil. 65. in Genesim, quibus hunc sensum affigit. Nihil sane impudicum in te commissi, quia tamen te in domum meam rapui & hoc factò aliqua ratione denigraui famam tuam, mille argenteos pro illata iniuria rependo. Vide quam facile iacturam patiatur scæminæ pudicitia, & quam nullo negotio honor atteratur virgineus. Cum virgo à procaci viro violatur ob deterioratum corpus, & illatam vim pecunia appenditur iuxta qualitatem scæminæ. Saræ autem nulla est facta violentia, nondū in amplexus regios peruenerat, & tamen ei pecunia datur pro accepta iniuria. Nempe scæminarum pudor facile denigratur, & instar floris attacku marcescit, atque ideo, quia in regiam domum illata fuerat Sara, damnium numerata pecunia refarcitur. Sed verba regis expendo: *In velamen oculorum.* Id est, vt hac pecunia emas velamina quibus te contegas, ne iterum videri aut concupisci possis. Caue, ô, mulier non modo congressus, sed aspectus virorum, & velamina eme, quibus faciem obducas. Chrysostronus legit. *Vera omnibus anuncies.* Scilicet nihil à me mali passam. Id enim agebat Rex barbarus, ne quis ei vnquam hoc crimen impingeret, videlicet alienam vxorem rapuisse & oppressisse. Quam scilicet infamiam plures Christiani vitare non curant. *Ea, quæ dedi fratri tuo* (ait Chrysostronus) *tua erunt in honorem vultus tui, & omnia vere dic: quid est, in honorem vultus tui, & omnia vere dic? Pro his, quæ per ignorantiam attentavi, te quæ es vxor iusti in domum introducendo, pro hoc solum quod contumelia auctor fui. Mille dedi didracmas resar-*

Gen. 24. 14.

Chrysostr.

iturus

turnus ea, quæ à me in te admissa sunt. Verum omnia alia verè dic. Omnes, inquit à te discant, quod nihil factum est à me iniquum, quia intacta existi de domo mea: Doce, inquit virum tuum, quod innocens ego sum à peccato.

7. Deleuerunt filij Israël Sichimitas ob vim Dinæ fororū illatam. Ne autem hanc cædem vindicarent vicinarum prouinciarum Reges occisorum socij, & amici, iussit Deus Israëlī Genesis 35. regionem illam deserere, & ascēdere in Bethel. Subdit autem Scriptura n. 5. *Cumque profecti essent terror Dei inuasi omnes per circuitum ciuitatis, & non sunt ausi persequi recedentes.* Fugientis in modum consueta loca deserit Iacob, & hostibus cædenda terga vertit, & tamen fugiens timorem hostibus incutit, qui stationem seruans incurfus hostium extimescebat. Si fides Chrysofomo Hom. 56. in Genesim, spiritualia prælia, hoc factu adumbrat, in quibus ille formidini hostibus est, qui fugit, qui pauet, qui timore dissoluitur, ille verò fugatur, qui periculis impavidus se obicit. Si fugis dæmone fugasti. Fuge, & tutus eris. *Cum egressus esset iustus* (ait Chrysofomus) *hic Sichimis factus est timor Dei super omnes ciuitates in circuitu eorum, & non persecuti sunt filios Israël. Vides quanta prouidentia, & quam euidentis eius susceptio? Irruit, inquit super eos metus, & non secuti sunt illos. Nam quando Deus suam gratiam, afferre voluerit, inualidos fortiores potentibus, & paucos potentiores plurimi facit, nihilque beatius eo, qui supernam gratiam assecutus est.*

8. Terret Chrysofomus in Psalmum 50. eos qui nimium sibi fidunt exemplo Dauidis. Hic quidem nec curiose sceminas inspexit, sed forte oculos iniecit in mulierem, neque per alienas domos cursitauit, sed de solario domus suæ mulierem despexit. Sed quo tempore? post prandium, dum à negotiis feris vacare oportet aliquântulum temporis. Quid ergo dicendum de his, qui naturam de se satis in mala procliuem lenociniis, & irritamentis sollicitant. Pro hac re inducit Chrysofomus verba Isaia 40. 6. *Vox dicentis clama.* At Propheta dicenti sibi respondit: *Quid clamabo?* cui dictum est: *omnis caro fœnum & omnis gloria eius quasi flos fœni, exsiccatum est fœnum & cecidit flos.* Quærit Propheta à Deo, quid insonabo auditorum meorum auribus, quo eos ad meliorem frugem traducam? cui dicitur: *Omnis caro fœnum, &c.* suade homines esse fœnum, & instar fœni facile flammam libidinis concipere posse, quod si perfeceris omnia perfecisti, nec tibi aliud dicendum restat, nec illorum auribus huiusmodi instilandum est aliud. Nam si femel homines discant pericula fugere & in tērationem non se conicere, facile omne genus vitiorū superabūt. Verba Chrysofomij, etsi longiuscula transcribo. *Quando autem istud? meridiano tempore. Post prandium enim & thoro surgens inambulabat: Ac statim vidit mulierem se lauuantem ac forma perquam eleganti. Vidit itaque mulierem lauuantem in solario summa pulchritudine præditam militis cuiusdam uxorem, vidit itaque, oculo vulneratus est, ac telum excepit. Audiant curiosi, qui alienas formis contemplantur. Audiant qui infano spectaculorum studio tenentur. Qui dicunt spectemus quidem, sed sine detrimento. Quid audio? Dauid lassus est, & tu non laderis? ille lassus est, & ego tuæ virtuti considerare queo? is, qui tantam Spiritu sancti gratiam habebat spiculum excepit, & tu sancari te negas? At ille sortum non vidit, sed honestam, & pudicam feminam, id, quod non in theatro sed domi. Tu vero in theatro respicis, ubi etiam locus ipse animam supplicij ream efficit, nec tantum respicis, sed etiam audis improba verba, & meretricias, atque obscenas cantationes, omnique ex parte feritur mens tua, per aspectum nempe, per ea, quæ vides, per aurem, per ea, quæ*

audis, per olfactum, per ea, quæ odoraris, & cum tot precipitia sint, tot corruptela, qui credere queant to a ferarum morsibus immunem esse? Num tu saxeus es? num ferreus? homo es, communis natura imbecillitati obnoxius: ignem cernis nec vreris: luceraam in fœnum pone, & tunc aude negare, quod fœnum vratur: *Quod porro homo est, hoc etiam natura fœnum est.*

Psal. 45. *Deus refugium nostrum, & virtus*, id est, non omnibus, nec semper refugium, nec semper, & omnibus virtus, sed aliis virtus, aliis refugium. Virtus significat animi robur, quo quandoque Deus homines induit, & adeo fortes reddit, vt inimicos suos vltro aggrediantur, laceffant, & ex eis triumphum agant, refugium vero est asyly, locus inquam sacer in quem confugimus ab inimicis petiti, & quo fontes se tutari solent. Ergo, aliis Deus refugium est, id est, docet nos, vt quandoque diaboli petitiones fugiendo declinemus, & à periculis resiliamus, aliis vero virtus, id est, quandoque animos facit, vt cum inimicis quandoque manus conferamus, & eos in certamen prouocemus. Est igitur sensus: quædam vitiorum genera laceffendo superamus, alia vero fugiendo. Scilicet communiter reliqua omnia vitia præter vnā luxuriam in certamen trahere oportet, & eis obuiam ire. Qui verò libidinis facibus exuritur fugiat. Hoc enim vitium vincitur fugiendo, & se à periculis subtrahendo. Hac ratione exponit hunc locum Basilus, in scholiis his verbis. *Et recte, & refugium, & virtutem dixit, vt ostenderet, quod aliquando fugiendo, aliquando stando, & pugnando vincimus.*

Expende verba illa Matth. 16. 41. *Vigilate, & orate vt non intretis in tentationem, spiritus quidem promptus est, caro autem infirma*, id est, docebo vos, quam ratione omnem tērationem superare possitis. Nonnulla sunt vitia, quæ spiritum magis redolent, & spiritualia magis videntur, vt puta superbia, inuidia, infidelitas, & his similia. Hæc inquam vitia aggredienda sunt, & in certamen prouocanda. Hoc enim significat illa pars. *Spiritus quidem promptus est.* Subdit: *Caro autem infirma.* Hoc est libido, & luxuria, quæ in corpore præcipue dominantur, & ideo caro dicitur, hæc inquam non vincuntur repugnando, & laceffendo, sed terga dando, & fugiendo. Christi Domini sententiam ex animantium tracta Metaphora elucido. Bestiæ quidem quæ corpore, & viribus pollent feras alias, & minora animantia aggrediuntur, & ad pugnam aggrediendo superat. Vt puta Leo, qui pauere nescit, Tigris, Pardus, & his similia: alia vero sunt animalia viribus destituta, & armis, quibus natura celeritatem indidit, vt se tutari possint, & pro robore fugam suffecit. Hæc sunt damulæ, lepores, &c. Eadem prorsus ratione, si animus spectes, quædam vitia superanda sunt, in certamen ea prouocando. De quibus ait Christus Dominus. *Spiritus quidem promptus est*, de aliis verò palmam reportamus dum fugimus. De quibus addit: *caro autem infirma.* Forte ob hoc Christus Dominus quandoque Leo, quandoque agnus, aut hinnulus ceruorum dicitur, quia quandoque nos docet offirmato esse animo contra inimicos, illosque in arenam trahere, tanquam Leones: Alias vero nos fugere tanquam ceruos: vnde Paulus: *Fugite fornicationem.* Petrus verò: *Tanquam Leo rugiens circumit querens quem deuoret.* Accipe pulchra verba Galeni lib. 1. de vsu partium c. 2. Quo in loco hanc diuersam animantium naturam tradit his verbis. *Leoni autem, vt est animoso, & forti, dentibus, & unguibus valido; Ceruo autem ac lepori; timida enim sunt animalia, velox quidem est corpus, sed nudum omnino, & inerm.*

9. Psal. 45. 2.

10. Mat. 16. 41.

Galenus.

Gen. 35. 5.

Chrysof.

Isaia 40. 6.

me. Timidis enim opinor velocitas quidem, arma vero ferocibus conueniebant.

II.
Psal. 29. 16.

Psal. 29. Ferant confesim confusionem suam, qui dicunt mihi: Euge Euge. Ab inimicis impetitus David auxilium anxius exposcit: nec in longum tempus differri patitur, sed statim, sine mora, oppido, confestim. Sed quid mali Dauidi inferunt, hi inimici, à quibus nulla interposita temporis mora, se liberari petit? Qui dicunt mihi: Euge Euge. Alios quidem inimicos diutius patiar, ab eis autem, qui dicunt mihi Euge Euge citissime liberari exopto. Chryso- stomus in hunc locum: Euge Euge verba tripudiantium sunt, effusamque animi lætitiã significant. Ergo eos, qui me ad voluptatem sollicitant sine mora abige, ó Deus. Multum enim inest periculi si vel paruam moram cum obscænis traham. In consortio aliorum peccatorum, non tam præfens inest periculum. Ferant confesim (ait Chryso- stomus) confusionem suam. Hoc est, qui me irrident, & mihi insultant, confestim autem ne alliciantur alij videntes eos prius nobis insultasse, & pudore affectos esse. Quis est autem eorum pudor præterquam nostra salus, quæ per penitentiam, nobis acquiritur. Forte autem per eos, qui dicunt Euge Euge, intelligere oportet eos, qui ad res turpes agendas incitant, & hortantur, qui statim pudore afficiuntur, quando eorum improbum concilium declinauerimus.

Chry-
stost.

II 2.
Matt. 5. 28.

Matth. 5. 28. Ego autem dico vobis, quia omnis qui videt mulierem ad concupiscendam eam iam machatus est eam in corde suo. Cum homines monet à fornicatione cauere, à cohibendo visu orsus est Christus Dominus, nempe difficile quis à libidine tutus esse potest, nisi prius visum reliquosque corporis sensus cohibeat. Hoc dixerim notante Chryso- stomo Hom. 16. in Matthæum his verbis. Tum vero hic non generaliter concupiscentiam interimit, sed illam, quæ ex forma decore concipitur. Qui enim studet elegantes facies conspiciere, ipse præcipue fornacem sibi istius passionis accendit, & captiuam faciens animam ad opus quamceleriter adducit. Propterea non dixit, qui concupiscit ad adulterandam, sed qui videt ad concupiscendum. Itē Chry- stomus ibidem, relata Christi Domini verba cõponit cum verbis eiusdem Christi Domini eodem capite Matth. Ego autem dico vobis: qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Ipse autem legit, qui irascitur fratri suo, sine causa. Iram, & libidinem eodem capite Christus Dominus prohibet, verum eo discrimine, quod iram non omnino interdicit, sed eam, quæ est sine causa: libidinem autem omnem depellit, omnemque congressum, & aspectum fœminarum quasi nulla causa sit, quæ exigat in fœminis oculos conicere & nulla sit ratio, quæ honestate possit aspectum fœminarum; insuper multa maiori cura libido quam ira cauenda sit. Audi verba Chry- stostomi. Unde, & cum quidem de ira loqueretur, contra certa quedam peccata ipsum definitione signauit dicendo sine causa, hic vero non ita, sed ex integro eiusmodi concupiscentiam amputant.

II 3.
Matt. 5. 27.

Matth. 5. 27. Audistis quia dictum est antiquis: non machaberis. Ego autem dico vobis: qui autem videt mulierem ad concupiscendum eam, iam machatus est eam in corde suo. Ecquis erit qui saluus esse potest si aspectus mulieris solus animam inficit? Chryso- stomus Hom. 17. in Matthæum hac ratione exponit illa verba. Videt eam ad concupiscendum. Id est, curiosus inspererit, attentè lustratus fuerit. Qui enim hac ratione fœminarum pulchritudinem haurit, non dubitat Chryso- stomus quin ad machandum hoc faciat. Ergo non prohibetur omnino aspectus mulierum, sed prohibetur aspectus curiosus, quod sine peccato fieri non potest. In cuius confirmatio-

nem adducit Chryso- stomus illud Prouerb. 6. 25. Non concupiscat pulchritudinem eius cor tuum, & ne capiaris nutibus illius. Precium enim scorti vix est vnus panis: mulier enim viri preciosam animam capit. Prio- ra verba paulo aliter legit Chryso- stomus loco cita- to, nempe, Noli addiscere pulchritudinem alienam. Expende vim verborum illorum. Noli addiscere. Vt enim ille qui rem aliquam difficilem penitus haurire, & penetrare desiderat, sapius legit, relegit, perlegit, discit, examinat, doctiores consulit, alio- rum sententias inquirat: Qui verò rem aliquam perfunctorie transigit semel legit: Sunt nonnulli, qui pulchritudinem fœminarum discunt, sepius vident, oculos iniiciunt, intentum habent aspectum, mirantur, rem cum aliis transigunt. Hi sane dicuntur addiscere pulchritudinem alienam, & hos vellicat suis verbis Salomon. Audi Chryso- stomum. Non enim simpliciter dixit, qui concupiuerit. Potest enim aliquis inter secreta montium concupiscere residens. Sed qui videt mulierem ad concupiscendum, id est, qui concupiscentiam: videndi curiositate sibi ipsi collegerit, qui que nullo omnino cogente, quiescenti animo feram subito im- miserit. Hoc enim non iam natura sed propria omnino de- sidia. Quod certè olim etiam in veteri lege prohibetur, noli inquit addiscere pulchritudinem alienam, quid autem inquis, si video, & concupisco quidem, & tamen nihil turpe ago? & sic quidem in adulterorum parte numeraris. Pronuntiauit autem dator legis, neque aliter oportet scrupulosus inquirere, nam semel quidem, & secundo, & tertio sic videns, possis fortasse animum continere, si vero frequenter id feceris fornacemque istam sponte succendas profecto capieris. Neque enim extra naturam aleamque hominum consistis. Sicut enim nos cum gladium teneri videamus à puero circum ferri, etiam si vulneratum nondum cernamus, verberamus tamen, & sepe minantes denuntiamus, nequãdo rursus attingat: ita etiam Deus inuerecundum coerces aspectum eumque ante omne opus tollit, ne quando in ipsam quoque incidat actionem. Duplicem item sensum innuit Chryso- stomus sententiæ Christi Domini relatis verbis. Imprimis. Qui videt mulierem ad concupiscendum eam. Id est, qui vltro se immittit ad videndum mulierem, hic quidem ad concupiscendum facere videtur. Qui enim ductus aliqua necessitate vel ratione sui muneris fœminas alloquitur, nil timeat. Qui verò vltro in pericula se immittit, ruinæ proximus est. Posterior sensus est, qui videt mulierem, id est, qui frequenter eius formam lustrat, hic quidem perniciem sibi accersit. Qui verò semel aut bis id præstat his verbis non carpitur.

II 4.
Matt. 9. 9.

Matth. 9. Et surgens Iesus sequebatur eum, & discipuli eius, & ecce mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit retro, & tetigit simbram vestimenti eius. Importune satis accessisse videtur hæc mulier ad Christum, nempe in via, & quando defunctæ puellæ parentis precibus vrgebatur: cum potuisset Christum domi conuenire quiescentem. Chryso- stomus Hom. 32. in cap. 9. Matth. Hæc mulier inquit frequenter Christi concionibus intererat, eum sequebatur, & ab eius ore pende- bat, multos viderat à Christo sanitati restitutos fuisse, vel à morte ad vitam reuocatos, omnes tamen isti viri fuerant, nec vllam hucusque fœminam sanauerat; quapropter mulier ista in animum nunquã inducere potuit, vt crederet Christum fœminas cõtingere velle, aut pati ab eis tangi, aut eas velle curare, & sanare, donec vidit Christum Dominum precibus huius principis annuisse, qui pro defuncta filia deprecabatur, iamque ad eam suscitandam pergere, tunc tandem aliquando cognouit in fœminas quoque

que gratiam sanitatum funderet & ipsum in ea via aggreditur. Vide quam longe à se Christus Dominus arceret fœminarum congressum, quandoquidem hæc fœmina, non putauit fore vt Christus fœminis etiam sanitatem impertiret. Audi verba Chrysofostomi. *Prima ergo hæc mulier publice accedere ausa est, quoniam fœminas quoque ipsum etiam curare iam audiuit. Et quoniam ad filiolam archiepiscopi mortuam proficisci iam conspiciebat, & ad domum quidem, quamuis opulenta esset, non est ausa vocare, neque aperte accessit, sed occulte cum fide vestem ipsum tetigit.*

Lucæ 8. *Accessit retro, & tetigit simbriam vestimenti eius, & confestim stetit fluxus sanguinis eius, & ait Jesus quis me tetigit? Nullus tam cito quam hæc mulier à Christo consecuta est sanitatem, vix pallium vix simbriam tetigerat, cum sanguis stetit. Imo vero quasi inscio Christo, quæ nihil latebat hoc factum est, quærit enim, quis me tetigit? Chrysofostomus homil. 32. in Matthæum huius causam coniiicit ex modo quo hæc mulier Christum adiuuit. Nempe à tergo aggreditur, multa cum verecundia, tremens ac se occultans; dum enim fœminæ hac ratione se gerunt dignæ profecto sunt, quæ à Domino sanitatem animi, & corporis assequantur. Vides (ait Chrysofostomus) mulierem, longe archiepiscopo præstantiorem non apprehendit, non quicquam detinuit, summis digitulis solum attingit, & ideo cum posterior venisset, prior curata recessit. Et ille medicum ipsum ducebat ad domum, huic autem solus tactus sufficit. Prior sanatur ægra, quæ medicum ad domum non vocat, vt doceamur, quanta cura vitandus sit visus viri, & fœminæ.*

Iob 31.1. *Pepegi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine.* Chrysofostomus homil. 52. in caput 28. Matth. hac ratione locum transfert: *posui testamentum in oculis meis, vt ne sentirem in virginem.* Curam continendi visum, testamentum viri iusti appellauit Chrysofostomus. Huius rei ad præsens institutum, nonnullas causas afferamus. Testamentum fit frequenter sub mortem, quando desperata quis decumbit valetudine, & qui sensus suos pro libito sinit disfluere desperata prorsus est valetudine. Tum etiam testamentum nisi morte testatoris non confirmatur, & nihil est quod hominem securum possit reddere dum viuunt, etiamsi de libidine frequentius triumphum egerit, oportet tamen semper timere: vna est mors, quæ hominem facit securum, tum etiam qui testamentum condit res omnes suas familiares distribuit. Hæc omnium bonorum summa, hoc pietatis caput sensibus imperare, & cohibere. Testamentum dicitur quasi testatio mentis. Ita Iustinianus imperator in principio Instituti. de test. ord. Ergo qui oculos auertit à fœminis testatur etiam mentem habere alienam ab earum libidine. Secus vero, qui curiosius fœminas inspicit. Vel testamentum eodem autore dicitur, quia testibus firmetur. Oculi pudici testes sunt animi casti, petulci vero libidine æstuantis. Tum etiam expendo verba illa, *vt ne sentirem quidem in virginem.* Id est, si oculos cohibeas, omnem etiam sensum, & motum cohibuisti, nec vlla alia ratione titillantem animum frænare poteris nisi prius oculos cohibeas. Vel fortè verbum illud sentire commune est omnibus sensibus, id est, non modo visui colligendus est ne videat, verum etiam reliquis sensibus coercendus. Pones seras super fenestras oculorum tuorum, vt dicas cum castissimo Iob: *posui testamentum oculis meis, vt ne sentirem in virginem.* Hæc Chrysofostomus.

Ioannis 4. *Discipuli autem abierant in ciuitatem, vt cibos emerent.* Hæc verba inserit Ioannes, vt ostenderet quam ratione hæc mulier Samaritana Chri-

stum solum inuenire potuerit; nempe quia ipse fesus iuxta fontem refederat, reliquis aliis omnibus emendorum ciborum causa in proximam ciuitatem diuertentibus, nunquam enim solus, & sine arbitris degebat, vnde oportuit vt Euangelista rationem redderet. Ergo tu qui pietati studes tecum semper socium adhibe. Hanc expositionem adhibet Chrysofostomus hom. 30. in caput 4. Ioan. his verbis. *Quod autem dicit nunquam venisse discipulos, ea id gratia meminit Euangelista vt multas sermonis Iesu ad mulierem occasiones afferat.*

Chrysofostomus sermone de Ascensione. *Nam cum in omni aere Angelorum multitudo versetur, multo maior in Ecclesia, multo maior bodierna die, quando eorum Dominus ascendit in cœlum. Et vt scias quia Angeli ibi versantur: audi Paulum. Ubique fœmineo pudore prospiciens, ait enim: debebant mulieres velamen habere propter Angelos. Si propter Angelos, quos quidem in libidinem pellicere non possunt fœminæ iubentur velo caput obtegere, fatius hoc propter homines dicendum esset, etiam si per pietatem ab Angelis non longius abessent.*

1. Corinth. 7. *Bonum est homini mulierem non tangere.* Continentiæ virtus propter suam difficultatem summis laudibus ab omnibus, & vbique celebratur. Et tamen hoc loco Paulus submissius de illa locutus videtur, tantum enim ait: *Bonum est homini mulierem non tangere.* Chrysofostomus in hunc locum homil. 9. ideo factum dicit, vt quosdam gradus in ipsa castitate distinguat. Pudicitia bona est teste Apostolo mulierem non tangere; melior est quæ oculos à fœminarum arcet aspectu; ac tandem optima, quæ omnem sensum cohibet. Ergo ille qui tantum re ipsa pudicus est, & tantum à venere abstinet, hic quidem bonam tantum castitatem sectatur. Meliorem castitatem amat, qui mentem, & consensum frænata. Illa vero pudicitia omnium optima est, quæ omnem sensum, & motum cohibet. *Bonum est homini (ait Chrysofost.) mulierem non tangere; si bonum, inquit, & quod longe præstat inquiris, melius est omnino cum muliere non conuersari. Sin autem cautioni, & tua infirmitati auxilium poscis, uxori adhaereas.*

Spiritus nolite extinguere. 1. ad Thessalon. 5. loquitur de spiritu Dei, hoc est de pietate iustorum hominum tracta similitudine à lampade. Multis, variisque modis accensam lampadem quis extinguere potest: primo iniecta aqua arena aut his similibus, item oleum, & alimenta subtrahendo, vel non iniciendo fomentum: tandem si lampadem vento flanti obicias, aut aditum irruentibus flatibus non obferes. Ergo vt ab Apostolo sumptam metaphoram sequamur, ille spiritum extinguunt iniecto aquæ imbræ, qui incumbens corporeis voluptatibus longe fit à pietate; ille vero subtrahendo fomentum, qui non curat exercere opera pietatis; ac tandem hi qui contra vim ventorum aditus non obturant, hi sunt, qui pericula non vitant, qui tentationibus aditus non occludunt. Certè siue vno, siue alio modo lampas extinguatur nihil interest, idè & vnum nocumentum infert. Hanc expositionem transcribo ex Chrysofostomo homil. 11. in cap. 5. 1. ad Thessal.

Quoniam igitur super hanc terram nox est, vt ita dicam, ne lunarem quidem splendorem habens, & in ea nocte nos incedimus, tradidit nobis Deus lampadem illustrem incensam Spiritus sancti gratiam in animabus nostris: sed hanc lucem illi quidem, qui eam amplexi sunt splendidiorem fecerunt, & claram, utpote Paulus, & Petrus, & sancti illi omnes; quidam vero extinxerunt eam, vt quinque illa virgines, extinguit autem spiritum vitia impura. Nam quemadmodum si quis huic lychno, & aquam inspergeret,

Chrysof.

15.
Lucæ 8.44.

Chrysof.

16.
Iob 31.1.

Chrysof.

17.
Ioan. 4. 8.

Chrysof.

18.
Chrysof.

19.
1. Cor. 7. 1.

Chrysof.

20.
1. Thess. 5. 19.

Chrysof.

et puluerem, etsi nihil inspergeret, sed oleum dumtaxat eximeret lucem extingueret, ita habet, & donum spiritus. Sine namque res terrenas, & rerum terrenarum curas insperexeris, extinguens spiritum: siue etiam huc tu nihil tale feceris: aliunde tamen tentationis vehemens impulsus, instar cuiusdam venti irruerit, & flamma valida non fuerit, cum parum olei habuerit, aut foramen non obturaueris aut ostium non occluseris, omnia peribunt, Quod autem est hoc foramen, quemadmodum in lychno habet, ita & in nobis foramina sunt oculi, & aures, ne sinas istis occurrere valida malitia fluctum, alioquin lychnum extinguet, sed obtura foramina timore Dei. Iamua os est claudere, &c.

VERS. 12. Cum aliena muliere non sedeas omnino, nec accumbas cum ea super cubitum.

VERS. 13. Et non alterceris cum illa in vino, ne fortè declinet cor tuum in illam, & sanguine tuo labaris in perditionem.

1. Cum aliena muliere non sedeas omnino. Cum muliere coniugata nullo modo sedeas. Neque accumbas cum illa super cubitum. Neque in conuiuio cum illa discumbas innixus super cubitum. Et non alterceris cum illa in vino. Nec cum illa de ebibendis calicibus contendas. Ne fortè declinet cor tuum in illam. Ne hæc quæ libidinis sunt irritamenta, te ad eius concupiscentiam inflamment, impellant, trahant. Et sanguine tuo labaris in perditionem. Et cum vitæ tuæ periculo ruas in adulterium.

2. Cum aliena muliere ne sedas omnino. Hinc enim libidinis incitamenta oboriuntur.

3. Nec accumbas cum ea super cubitum. Hanc partem Græca non habent, addita vero est ab interprete, vt exponeret, quinam accubitus cum muliere, præcipuè vitandus sit: videlicet accubitus in mensa, & in conuiuio, vbi maius periculum incontinentiæ. Antiqui enim, tam Romani, quam Hebræi, non sedebant, sed accumbant in mensa. Rem sanè planam facit noster Hieronymus de Prado in Ezechielem, non transcribo, consule. Hac ratione Ioannes supra pectus Domini recubuit, hoc est supra pectus Domini, qui medius inter discipulos mensam accumbat. Hac etiam ratione facillè mulier illa peccatrix pedes Domini contingere, lauare, & tergere potuit. Si autem sederet difficile hoc præstare valeret. Passim occurrunt apud Martiale, quibus rem illustrare possem, sed omnibus in confesso est. Ergo sensus est: si ad conuiuium cum aliena coniuge accumbendū est, illud caue ne eius pectori, & sinui hæreas. Moris enim fuit antiquis ad irritandam libidinem, vt viri mixti fœminis conuiuio accumberent, vt docet Cælius lib. 27. c. 25.

4. Et non alterceris cum illa in vino. Verbum alterceris Græcis est *συμλοκοποιος*. Verbum scilicet fictum ab auctore, quod ex duplici capite tractum esse potest. Vnde etiam locus duplicem potest habere sensum. Alij deducunt à nomine symbolum: & sensus erit, ne collatis symbolis, cum aliena vxore in conuiuium venias. Sæpius enim conuiuium parabatur corrofa hinc inde pecunia & in conuiuium collata. Ergo minimè datis symbolis conuiuium cum aliena vxore pares. Hunc sensum transulit Tigurina his verbis. *Ne committas cum ea compotandi gratia symbolum*. Alij vero verbum Græcum deducunt à *συμβολή*, quod nomen congressionem significat: quæ ratione accepit noster interpres, transferens alterceris. Quæ expositio germana magis est, & sensum reddit non inamænum. Scilicet, ne de exhaustiendis cyathis, cum aliena coniuge contendas. Fre-

quenter enim veteres præcipuè in conuiujs de exhaustiendis poculis concertabant. Innuit Horatius lib. Satyra 8.

— Tunc Vibidius Valatroni:

Nos nisi damnose bibimus, moriemur inulti.

— Et calices possit maiores.

Rodiginus lib. 7. cap. 26. hanc concertationem non ad plures cyathos exhaustiendos refert, sed quinquam vno haustu plus vini ebiberet. Adi Plinium lib. 12. cap. 22. quo in loco multa de hac re. Apud Flauium Vopiscum Aurelianus suos phagones siue comedones, & bibones habuit. Vide Erasimum Prouerb. Edax curtus. Glossa interlinearis. *Non disputes cum illa in lege Dei: vinum enim gratiâ in scriptura significat*. Sed hæc, & similia ad sensum mysticum pertinent.

Ne fortè declinet cor tuum in illam. Dum enim corpus mero calet facillè Venus incenditur. Vnde præcipuè in conuiujs accubitus cum fœminis fugiendum docet. Nonnulli codices legunt: *Declines cor tuum*. Sed communior, & verior nostra lectio. Vt nomen cor sit in nominandi casu.

Et sanguine tuo labaris in perditionem. Id est, cum vitæ tuo periculo. Hoc autem dicit quia maritus adulteri sanguine expiare solet thorum violatum, aut violandum. Græcis est, *spiritu tuo labaris in perditionem*. Quod Iansenius exponit, id est, per affectum tuum illum & animi vitiosum motum. Fauet Tigurina, quæ hac ratione transulit: & affectu tuo prolabaris in perniciem; ego vero existimo spiritum pro vita positum, id est, vitæ tuæ periculo alienam coniugem adames. Quem sensum optimè exposuit noster interpres, per nomen sanguis, qui frequentius in sacris, & profanis litteris, pro spiritu, & vita ponitur, vt apud Poëtan:

Purpuream vomit ille animam.

ETHOLOGIA CIX.

Temperantia erga esculenta, & poculenta
venerem extinguit.

Cum aliena muliere, &c. Temperandum nobis docuit Ecclesiasticus superioribus versibus, à congressu, & aspectu erga fœminas. Nisi enim corporis sensus, veluti iniecto frano presseris te præcipitem agent. Præsentes vero sententiæ eam rem monent, quæ longe fortius in præcipitium hominem abducunt, nempe comestationes, comotationes, luxumque omnem erga conuiuia: nos quoque quantum nocet intemperantia cibi, & potus nonnullis adductis testimonijs prosequamur. Hoc in Judith expendit Ambrosius ad virginem Iapham cap. 9. *Ieiunabat omnibus diebus vite suæ præter sabbata, & Neomenias, & festa domus Israël* Judith 8. ieiunijs fœmina imbecillis se armauit, & inimicas phalanges secura irrupit. Et impudici tentorium ducis, multoque vino madentis non horruit. *Quid sobrietatem* (ait Ambrosius) loquamur? temperantia enim virtus est fœminarum: inebriatis vino viris, & somno sepulcris abstulit vidua gladium exercuit manum, bellatoris abstulit caput, per medias hostium manus intemerata processit. *Aduertis igitur quantum mulieri nocere possit ebrietas, quando viros vidua sic soluunt, vt vincantur à fœminis. Esto igitur vidua temperans, casta vt casta possit esse ab adultero, nequaquam te ille tentabit si vina non tentent. Nam si Judith bibisset dormisset cum adultero.*

Lucæ 15. *Et misit illum in villam suam, vt pasceret porcos, & cupiebat implere ventrem de siliquis, quas porci manducabant.* Merito hæc duo coniunxit Christus Dominus

Dominas, nempe pascere porcos, & cibus inhiare. Gregem pascere porcorum altiori sensu, est libidini inferuire: cibus verò inhiare, est, intemperanter erga cibos se gerere. Ergo nil mirum, si porcos pascit qui erga cibos intemperanter afficitur. Hęc expositionem transcribo ex Ambrosio lib. 7. in Lucam. *Egere ergo ideo capit quia nihil prodigi satis est voluptati, semper famem paritur, sui, qui alimentis perpetuis nescit impleri. Et capiebat implere ventrem de siliquis. Nec alia cura est luxuriosis nisi ut ventrem impleant.*

Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes & bibentes, & nuptiis tradentes. Duo coniunxit non casu, & fortuna, sed multa animi consideratione Christus Dominus, nempe vxores ducere, veneri indulgere, & comedere, & bibere. Pregnantes item, & nutrientes, cum comessoribus coniunxit: nempe qui poculis, & epulis indulget facile in libidinem soluitur. Hoc item ex Ambrosio refero lib. 10. in Lucam. *In superioribus dixit edebant & bibebant, nubebant, & vxores ducebant, ligantes scilicet se in hac vita, & sollicitudinibus secularibus vincientes. Ha sunt igitur pragantes, quibus va dicitur, quæ aruinam sua carnis extendunt, & quibus intorum gressibus pigrescant, animorum effata virtutum, facta que vitiorum.*

Matth. 1.20. *Hęc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini apparuit in somnis ei dicens, &c.* Author operis imperfecti in Matthæum Hom. 1. expendit verba illa. *Hęc autem eo cogitante.* Quæ? multa scilicet quæ hinc inde sese cogitanti infercbant. Partim quæ crimine vxori impingebant, partim vero quæ eandem à crimine excusabant. Sed quænam illa, quæ virgini notam adulterij inurebant? Signum quo nihil certius, scilicet vterus tumens. Quæ verò illa, quæ eandem excusabant, & à crimine ostendebant alienam? cibi parsimonia, teste hoc auctore: In ferculis enim poculisque temperantia immunem à crimine virginem probabat. Vnde sponsus anxius & dubius inter vtramque cogitationem pendens, neque in alteram inclinans, fuga litem dirimere statuit: *voluit occulte dimittere eam.* Vide quam efficaciter temperantia castitatem adesse euincat, vt neque turgescens vterus contra eam testis sit sufficiens. *Forfitam autem (ait hic aucthor) cum esset iustus cepit cogitare de ipsa: comessorix, aut vinolæta nunquam fuit, quia omnis mulier quæ comessorix, aut vinolæta est etiam meretrix est. Nam siue in cibus, siue in libidinibus delectatio carnis est, quæ præcipitat hominem.*

Gen. 3.6. *Et tulit de fructu illius, & comedit, deditque viro suo, qui comedit. Et aperti sunt oculi amborum, cumque cognouissent se esse nudos, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizonata, id est, tum primum carnis pruriturum experti sunt, & erubescere cæperunt nuditatis suæ, & præ pudore subligacula consuerunt quibus pudenda obtregerent.* Sed nota ordinem, cum Ambrosio Serm. 37. de Quadagesima. *Et comedit: deditque viro suo, qui comedit.* Quid inde? & aperti sunt oculi amborum: cumque cognouissent se esse nudos &c. En tibi veneri motus. Optime autem post intemperantiam in cibus Venus sollicitat. Nam vt est in veteri prouerbio: sine Cerere & Baccho friget venus. Accipe Ambrosij verba. *Hoc enim magis saluator, vt iisdem vestigiis, quibus admissa fuerant delicta purgantur. Hoc est, vt quia homo manducando deliquerat corrigat abstinentendo. Vel quia epulando mulierem cognouerat, nunc eandem ieiunando despiciat; Adam enim Euam, non nisi intemperantia prouocante cognouit. Quandiu autem mansit in illis intemerata puritas, mansit, & impolluta virginitas. Quandiu ieiunauerunt ab interdicitis epulis, tantum, & à pudendis ieiunauerunt peccatis. Fames enim*

amica virginis est, & inimica lasciuia. Saturitas vero castitatem prodigit, nutrit illecebras. Adam enim eiectus de Paradiso inculti mundi deserta sustinuit; in desertum ergo primum hominis salus refunditur, ubi non sunt epule, ubi desunt delicia, ubi quod est, malorum omnium causa deest mulier. Poterat enim Adam inter illas paradisi inconcessas stare delicias, si ibi Eua cum diabolicis illecebris non fuisset. Expende verba illa Ambrosij. *Adam enim eiectus de paradiso &c.* Ac si dicat: eiicitur Adam de paradiso, & epulis interdicatur, & inter deserta squalentia exulat, quæ non fœlices fruges, sed tribulos, & spinas germinant, non modo in penam sceleris commissi, sed in remedium admissi peccati. Qui enim per intemperantiam, morsus carnis, & libidinis aculeum senserat, adigitur ieiunio, vel inuitus, vt ex illo morbi capiat medicinam.

Matthæi 4. *Ductus est Iesus ab Spiritu in desertum.* Iuxta Anagogem hæc verba exponit Ambrosius Serm. 37. de Quadagesima: Desertum Christus habitat, in desertum à Spiritu ducitur, & nisi desertum animam tuam feceris, Christus ad eam, nō veniet. Quod si eam inhabitabat, abscedit. Sed quod est hoc desertum, hæc vasta solitudo, quæ horrore, & squalore suo Christū trahit? Ambrosius loco citato. Hoc desertum ieiunium est & à cibus temperantia, hanc si colueris facile Christum in animum tuum importabis. Sicut enim in desertis locis ad vitam conseruandam alimenta desunt, ita etiam si à cibus abstineris aptum in animo tuo habitaculū Christo præparabis. Suam sententiam firmat Ambrosius versu Psalmi. 62. *In terra deserta inuia & iniquosa, sic in sancto apparui tibi.* Id est, si animam tuam eremum, & solitudinem feceris ciborum parsimonia, in ea Christus habitabit, non aliter ac in sancto templo. Non te epulis, aut poculis obrui permittas, sed temperanter eis vtere, & hac ratione similis eris solitudini, quam Christus amat. *Tunc Christus Dominus abiit, (ait Ambrosius) habitat desertum pectoris nostri, cum terram nostram fame squalidam, ac siti aridam esse repererit: secundum quod ait Prophetia Dauid, sicut in terra deserta & inuia & iniquosa, sic in sancto apparui tibi. Aliter enim sicut in sancto, ei apparere non possumus, nisi terra corporis nostri fuerit deserta mundanis delitiis, inuia diabolicis concupiscentiis, & iniquosa libidinosis illecebris.* Expende ordinem verborum Dauidicæ sententiæ expositore Ambrosio relatis verbis, *in terra deserta.* Id est, imprimis ieiunium cole, temperanter vtere cibus. Quid inde? & inuia, id est, inuius animus tuus erit diabolo, omnem aditum diabolicis suggestionibus obturasti. Ac tandem, & iniquosa, id est, concupiscentiis carnis, & luxuriæ, aditum occlusisti.

Obiiciens Christus Dominus futuri iudicij imaginem, his verbis vtitur Matthæi 24. 15. *Cum videritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele Propheta stantem in loco sancto: qui legit intelligat: Tunc qui in Iudæa sunt fugiant ad montes.* Hanc sententiam iuxta Anagogem exponit Origenes tractatu 39. in Math. Imprimis illud verbum fugere ad fugam de fornicatione in eundā refert iuxta Paulinā phrasim. 1. Cor. 6. *Fugite fornicationem.* Sed hoc qua ratione impleri possit statim subiungit, nempe, *fugiant ad montes.* Id est, à terrenis delitiis, & comestationibus se subducant. Quod Christus Dominus statim inuinit subiungens: *Et qui in tecto non descendat tollere aliquid de domo sua.* Id est, adeo alienus debet esse à ciborum intemperantia vt neque viaticum conquirat. Verba Origenis subscribo. *Est enim quadam fuga secundum præceptum verbi Dei, vt qui fugit, quo fugere oportet, melior sit eo, qui non fugit. Quod est autem constituta*

Ambros.

3. Luc. 17. 26.

4. Matth. 1. 20.

Imperfect.

5. Gen. 3. 6.

Ambros.

6.

Matth. 4. 1.

Psal. 62. 3.

7.

Matth. 24. 15.

Cor. 1. 6.

Origen.

constituta fuga laudabilis manifestè docet Apostolus : fugite fornicationem , fugit autem fornicationem , qui omnem occasionem prouocantem & irritantem ad malum euitat . Hæc neque iuuenibus in fabulis iuuenilibus commiscetur quantum potest , ne forte consumatur per eas , neque descendit ad consuetudines eorum raliū , sed auertit se omnino ab huiusmodi hominum concitationibus . Qui vult igitur fornicationem fugere , audiat quod dicitur : cum saltatrice nolis assiduus esse , ne forte consumaris desiderijs eius , fugit autem fornicationem abundantius , qui accendentes & excitantes escas , in quantum valet euitat , vt vino , si fieri potest , non vitatur .

8.

Esaiæ 23. Hoc capite Propheta varia peccatorum genera sub diuersis similitudinibus adumbrat . Eos autem , qui libidini inferuiunt sub hac metaphora depingit . *Ululate naues maris , quia deuastata fortitudo est .* Multa quidem sunt quæ hanc similitudinem firmare possunt , quæ discutienda , lectori relinquo . Sed à quo præcipuè sumpta sit metaphora tradit Ambrosius lib. de Eliu. cap. 9. Naues nisi vento flante immobiles persistunt , libido nauis est ; ventus vero intemperantia : conqueſcant flatus ventorum , & nauis immota persistet . *Ululate naues Carthaginis .* (ait Ambrosius) *Et bene luxuriosos naues dixit , sicut enim illa vento , ita luxuriosi cibo iactantur , tuaditur fluctibus ebrietatis , nec per diem , nec per noctem conqueſcunt .*

Isa. 23. 1.

Ambros.

9.

Ephes. 5. 18. *Et nolite inebriari vino in quo est luxuria .* Similitudinem continent hæc verba tractam à fontibus , vt enim ex fontibus aqua dimanat , ita etiam ex intemperantia cibi & potus libido , & luxuria pullulat . Hac ratione exponit hunc locum Concilium Turonense . cap. 9. his verbis . *Fontem omnium vitiorum oportet abscondi : Apostolo præcipiente : Nolite inebriari vino in quo est luxuria .*

Ephes. 5. 18.

Conc. Tur.

10.

Hieronymus in cap. 1. epistola ad Titum vers. 7. Ex ipsa hominis formatione , & figura membrorum hoc idem euincit , ventri enim generandi instrumenta coniunxit , vt horum vitiorum nodum etiam depingeret author naturæ . *Vbicumque* (ait Hieronymus) *sauiritas , & ebrietas , ibi libido dominatur , spectata ventrem , & genitalia , qualis ordo membrorum , talis & vitiorum . Numquam ego ebrium castum putabo , etsi vino consopitus dormiuerit , tamen potuit peccare per vinum , dicat quisquis quod volet . Ego loquor conscientiam meam . Scio mihi abstinentiam , & nocuisse intermissam , & profuisse repetitam .*

Hieron.

11.

Gen. 9. 2. 1.

Genes. 9. de Noë : *bibensque vinum inebriatus est , & nudatus in tabernaculo suo . Quod cum vidisset Cham pater Chanaan verenda scilicet patris sui esse nudata .* Vide quam corporis partem nudauit ebrietas , pudenda scilicet corporis , vt noueris ebrietatem cum libidine indissolubilem iniisse societatem . Hac ratione exponit hunc locum Ambrosius epist. 83. ad Oceanum . *Noë ad vnius hora ebrietatem nudat famora sua , que per sexcentos annos sobrietate contexerat , Loth per temulentiam nesciens libidini miscet incaustum , & quem Sodoma non vicit vna vicerunt .* Id est , multum sanè nocet , cum lasciuus conuersari , sed longè amplius cibus , & poculis indulgere . En tibi Loth securus inter Sodomitarum exempla , ruit tamen vino madens .

Ambros.

12.

Leuit. 10. 9.

Leuitici 10. *Dixitque Dominus ad Aaron : vinum & omne quod inebriare potest non bibetis , tu & filij tui , quando intratis in tabernaculum testimonij , ne moriamini , quia præceptum sempiternum est in generationes vestras . Et vt habeatis scientiam discernendi inter sanctum , & profanum , inter pollutum , & immundum .* Origenes Hom. 7. in Exodum , putat ideo hoc Deum iniūxisse sacerdotibus , vt eorum pudicitia consuleret . In

cuius rei confirmationem inducit illud Ephes. 5. 18. *Nolite inebriari vino in quo est luxuria .* Quædam sunt vitiorum genera , ait Origenes , quæ ex alijs originem trahunt , & quasi genus ducunt . In vitijs quædam series assignari potest , & longum auorum genus . Ex ebrietate autem & intemperantia ciborum libido , & luxus , quasi primogenitus filius nascitur . Ergo parentem suffocet , qui sceleratam sobolem de medio tollere desiderat . *Sobrietas enim* , ait Origenes , *omnium virtutum mater est . sicut è contrario ebrietas omnium vitiorum .* Aperte enim pronuntiauit Apostolus dicens : *vinum in quo est luxuria , vt aperte ostenderet ex ebrietate , veluti primogenitam filiam generari luxuriam , omnia membra debilitat , pedem , manum , linguam resoluat , oculos terebrat &c .*

Ephes. 5. 11.

Origen.

Psal. 118. *Quoniam factus sum sicut vter in pruina , iustificationes tuas non sum oblitus .* Ambrosius ibidem hac ratione legit . *Quia factus sum sicut vter in gelicidio .* Exponit autem versum sumpta mataphora à venatoribus : quæ expositio in nostram lectionem optime cadit . Qui pelles ferarum quas prædunt , simul cum capitibus asseruant , quasi vero spolia essent in bello capta ab inimicis , & plerumque paleis refertæ ipsa animantia ex quibus sunt extracta inani figura ostentant . Hac ratione se gerunt viri pij erga sua corpora , quæ adeo extenuant , vt sub hac corporea figura nihil profus carnalium affectuum asseruent , sed nudam pellem , quasi ex deuicto inimico spolia ostentent . Hoc autem fit iuxta Ambrosium ibidem , quando per ieiunium corpus exsiccat , & simul omnis luxus , libidoque abscedit . Ergo sensus est , præ ieiunio aruit corpus meum in pruina , vel in gelicidio , id est , omnis libidinis fauces ieiunio extinctæ sunt . Quod verò gelu , vel nix castitatem adumbrent , euincit ex illo , Matthæi 17. *Et resplenduit facies eius sicut sol , vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix .* Induit niuem Dominus cum futuræ resurrectionis speciem offert , vt quam sint à libidine immunes , qui immortalitatem induerunt , & quam illis sint similes , qui castitatem colunt ostendat . Ergo factus sum sicut vter in pruina , id est , dum cibus parcus vtor in tantam corporis & mentis veni munditiam vt beatorum candorem referre videar . *Iustificationes tuas* (ait Ambrosius) *non sum oblitus , vox ista , vox iusti est , qui mortificauerit suum corpus . Recte enim vter dicitur iustus , qui expoliatus non nudus inueniatur . Vter enim de exuuijs sit animalis mortui .* Igitur , & nos peccato moriamur , vt vinamur Deo , atque repleti spiritus incontinentia , & sanctitate lætitiæ erimus exuuijs spirituales , carentes infirmitate corporea , frigeſcat aſtus libidinis , & quodam continentia gelu ieiuniorumque restinctus matutina roratione per flatus . Nescit vinum bonum ista nix ledere , nix quæ diuini splendore fulget eloquij . Nix hæc refrigerat , non adurit , fecundat satia , nõ internecat . Nix hæc præceptio cõtinetia est , quæ calorẽ facit corporeum frigere . Et forte ideo lesus , cū resurrectionis suæ demonstraret gloriam , vestimenta eius erant candida , sicut nix ; vt non solum ipse existimaretur à contagio peccati immunis , veruntamen vt quicumque resuscitatur congelatis cõiugij cupiditatibus resurgere frigidus videatur . In resurrectione neque nubent , neque ducent vxores .

13. Psal. 118. 3.

Matt. 17. a.

Matthæi 3. 4. his verbis prædicantem Baptistam inducit . *Ipse autem Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum , & zonam pelliceam circa lumbos suos : esca autem erat locusta , & mel syluestre .* Expende ordinem narrationis . Zonam habebat pelliceam circa lumbos suos , & subinde infert quibus alimentis vesceretur , nempe locustis , & melle syluestri . Exponente Chrysostomo Hom. de Præcurſore , zona pellicea eximiam viri pudicitia designat . Corio enim

14. Matt. 3. 4.

ex

ex corpore animalium detracto cingebatur ad lumbos, ut membrum illud in quo sita est origo libidinis omni carnis pruritu, immune ostenderet. Quid inde? *Esca autem eius erat locusta, & mel sylvestre.* Quasi his verbis respondet Euangelista his qui tantam munditiam in Baptista demirantur. Ac si dicat, nil mirum est, si omni sensu luxuriæ caruit, qui hoc ciborum genere utebatur. Nihil enim tam compescere potest libidinis vim quam ieiunium. *Habebat* (ait Chrysofomus) *zonam pelliceâ circa lumbos eius, Lumborum, & pellicea zona scriptura meminit, ut per zonam ex mortuis pecudibus consecram foris cingentem, omnem in ipso libidinis affectum castitatis studio, edonitum, mortuumque fuisse ostendat. Hoc enim virginittis, que intus colebatur minime mendax argumentum. Vescabatur enim, inquit, Euangelista locustis, & melle sylvestri.*

Chrysof.

15. Psal. 109. 7.

Parca mensa, & potus aquæ libidinis flammam extinguit. Hac ratione exponit Chrysofomus verba illa Psalmi 109. *De torrente in via bibet propterea exaltabit caput.* Homil. 71. in Matth. reletus versus absque dubio de Christo exponendus est, de quo integer Psalmus scriptus. Ergo sensus est iuxta Chrysofomum. *De torrente in via bibet*, id est, parcissima mensa Christus utitur. *Propterea exaltabit caput*, ex quo constabit omnis peccati, omnique libidinis futurum immunem. Licet enim alia argumenta deessent, quæ Christum Dominum omni carnis pruriginè, omnique vitio immunem esse ostenderent, vel hoc vnum, quod à ieiunio frugalitatemque mensæ desumitur satis euinceret in Christo hanc corporis animique munditiam, & à peccato immunitatem. Hanc sententiam promittit Chrysofomus laudans mensam frugalem, qua utebantur monachi sui temporis his verbis. *Non est ibi enim ebrietas, non est ibi superfluitas, quod mensa illa facile ostendit. Iacet enim ibi aqua potu perempta temulentia multiformis hæc ac multiceps bestia. Nam quemadmodum scilla, & hydra apud Poetas, sic ebrietas multis capitibus armatur. Hinc enim fornicatio, hinc ira, hinc mollities, hinc turpes amores oriuntur. Nam cum matrem victorum omnium debilitent ac enervent, adeo, ut turbare non possit, reliqua quoque vitia matre hæc & capite obruncato in eis sepulta sunt, qua quidem victoria singuli eorum potiuntur. Omnia ergo iacent, qua temulentia gignere solet, verba stolidâ, mens furiosa, superbia status, ceteraque huiusmodi; sunt enim probe hi milites qui imperatorem imitantur, quem admirando Scriptura dixit: de torrente in via bibet propterea exaltabit caput.*

Chrysof.

16. Rom. 13. 13.

Romanorum 13. *Nox præcessit, dies autem appropinquavit, abiciamus ergo opera tenebrarum & induamur arma lucis; sicut in die honeste ambulemus.* Sed quam ratione rem adeo difficilem exequi poterimus, ut scilicet: honeste ambulemus, & pudice. Est enim pudicitia, quoddam virtutis genus, quod magnam præ se fert difficultatem, & omnes exuperat humanas vires? Subdit Apostolus. *Non in comessationibus, & ebrietatibus.* Id est, facile quisque castitate seruabit si cibus, & potibus parcius utatur.

17. 1. Cor. 10. 31.

1. Corinth. 10. 31. *Sive ergo manducatis, sive bibitis sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.* Priora verba: *sive manducatis, sive bibitis* ex se satis aperta sunt, illud vero, *sive aliud quid facitis.* Quod dubium erat exponit Origenes homilia 5. in Genesim, & refert ad carnalem amplexum, id est, sive veneri procreandique proli vacatis: omnia in gloriam Dei facite, id est, vxoribus vestris vos commiscete, alienum thorum ne violetis. En tibi Apostolum nostræ sententiæ suffragantem. Qui postquam de cibo & potu egit statim ad prohibendos amplexus illicitos diuertit. Origenes suam

sententiam promittit his verbis. *Vos, ô, populus Dei, qui Christum amatis in incorruptione, intelligite sermonem Apostoli, qui ait: sive manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis. Inuerecunda coniugii negotia verecundo sermone signauit, ostendens, etiam ipsa ad Dei gloriam geri, si posteritatis solius contemplatione procurantur.*

Hoc idem in sacerdotibus filiis Heli obseruat sacra Scriptura, quos in primis de intemperantia erga cibos arguit scriptura 1. Reg. 2. 13. *Veniebat puer sacerdotis dum coquerentur carnes, &c. etiam antequam adolerent adipem veniebat puer sacerdotis & dicebat immolanti: da mihi, ut coquam sacerdoti. Non enim accipiam à te carnem coctam, sed crudam.* Delicatus parari sibi cibos & carnes hostiarum, quæ ex lege Dei ad sacerdotes pertinebant, desiderabant: ideo non coctas, sed crudas carnes exquirunt. Ut scilicet eas ad libidinem condirent; ergo en tibi epulones sacerdotes, quid amplius? num. 22. *Heli autem erat senex valde, & audiebat vniuersa qua faciebant filij sui vniuerso Israël, & quomodo dormiebant, cum mulieribus, que obseruabant ad ostium tabernaculi.* En tibi luxuriam & libidinem eorumdem, scilicet postquam eos delitiosis epulis vacare dixit, etiam in venerem ruentes depinxit. Nam facile in venerem ruit, qui delicatioribus utitur cibus.

18.

1. Reg. 2. 13.

1. Reg. 2. 22.

19. 1. Reg. 14. 47.

1. Reg. 14. 47. *Et Saul confirmato regno super Israël pugnavat per circuitum aduersum omnes inimicos eius, contra Moab, & filios Ammon, & Edon, & Reges Soba & Philistæos, & quocumque se verteret superabat. Congregatoque exercitu percussit Amalec, & eruit Israël, de manu vastatorum eius.* Multos quidem Reges superavit Saul ad regnum elatus, imo vero omnes, qui per circuitum Israël obsidebant, & de vno tantummodo Amalec dicitur fuisse superatum, confirmato exercitu. Opus fuit Sauli ad vincendum tantum hostem non modo exercitum cogere, sed & confirmare, nam ut habet Gregorius in hunc locum, Amalec populus elingens iuxta Anagogem luxuriam significat. Hoc autem vitium tam ingentes habet vires, ut nisi confirmato exercitu illud debellare non possimus. Sed ex quibus, militibus cogendus est exercitus quo libidinem vincamus: Milites, quos tecum importare debes iuxta Gregorium sunt ieiunium, temperantia, & his similia. His tantum militibus cedit libido. *Cogregato exercitu* (ait Gregor.) *percussit Amalec: quia fornicationis spiritus non ante vincitur, quam per abstinentiam corpus atteratur. Tū quippe eū lambere, id est, declinare eum populus labens non potest.* Fortè innuit his verbis Greg. ideo luxuriâ dici populus elingens iuxta ethimologiam nominis Amalec, quia docet Latinos, & fercula ablingere, & abligurire, & hac ratione viâ sibi parat, quapropter ieiunio obturanda est.

Gregor.

Ne derelinquas amicum antiquum: nouus enim non erit similis illi. VERS. 14.

Vinum nouum, amicus nouus: vetera scet, & cum suauitate bibes illud. VERS. 15.

Carpit eos, qui vel animi leuitate vel ob leuia peccata sine quibus humanam vitam ducere ne quis potest, antiquos amicos abiciunt, & nouas amicitias ineunt rati nouos amicos veteribus meliores, ac suaues magis fore. *Ne derelinquas amicum antiquum:* id est, nouas amicitias veteribus non præferas. *Nouus enim non erit similis illi.* frequentiùs enim antiqui nouis præstant. *Vinum nouum amicus nouus.* Ut enim vinum nouum faculentum, & asperum est: ita denuo inita amicitia austeritate nonnullâ præfert. *Vetera scet, & cū suauitate bibes illud.* Ergo sine decoquatur, & defecerit, & tunc tãdem cū magna suauitate bibes illud.

1.

2. *Ne derelinquas amicum antiquum.* Probat hoc similitudine ducta à vino, quod denuo expressum austerum est, & defæctum dulcescit: eadem ratione amicitia initio inamæna est, dum nondum amicos exploratos habemus, dum vero tempore purgatur, & decoquitur dulcis efficitur & iucunda. Eadem profus similitudine amicos antiquos commendauit Cicero libro de amicitia. *Existit autem,* inquit Tullius, *hoc loco quadam questio subdifficilis. Num quando amici noui, digni amicitia veteribus sint anteponendi, ut equis vetulis antepone teneros solemus? indigna hominis dubitatio, non enim amicitiarum debent esse sicut aliarum rerum satietates: veterrima quæque ut ea vina quæ vetustatem ferunt debent esse suauissima.*

3. *Vinum nouum amicus nouus: veterascat, & cum suauitate bibes illud.* Id est, sine, ut tēpore amicitia conuenescat, & dulcior magis erit. Alij vero hac ratione exponunt. Dixerat versu præcedenti antiquam amicitiam, nouam præferendam: iam vero addit hoc versu nouam amicitiam, non ob hoc solum reiciendam, quod noua est, sed expectandum tempus, quo conuenescat & purior reddatur. Ut enim vinum non ob hoc solum abiicimus, quod austerum sit & ingrati saporis, cum primum è lacu expressum est, sed in cadis recondimus, & asseruamus, donec quod crudum est refedat, & vinum defæctur: ita etiam amicitia initio quidem aspera, tandem pura fiet & defæcata. Posteriori expositioni fauet Tigurina, hac ratione transferens. *Amicus nouus, ut vinum nouum est, quod inueteratum omnino bibes cum voluptate. Veterascat.* Eodem sensu Hugo Card. mystice locum exponit his verbis. *Moraliter vinum nouum nouitius est, qui feruet ut mustum in nouitate, & certas proprietates vini non habet, quæ notantur his versibus.*

Feruet, ferratur, frangit, purgatur odore:

Ebriat, amittit dulcorem, pungit, opacum est.

Feruet charitate Ieremias 20. & reliqua, quæ transcribere piget. Consule si placet. Et infra idem Hugo: *Antiquum, nouum doctrina antiquorum, nouum vinum noua doctrina, & modernorum. Non est illa dimittenda pro ista, quia sicut dicit Hieronymus, bos lassus fortius figit pedem.*

VERS. 16.

Non zeles gloriam, & opes peccatoris; non enim scis quæ futura sit illius subuersio.

1. Quasi dicat: caue gloriam, & opes peccatoris ambias: & eas, iniustus modis, quibus ille consecutus est, adipisci studeas: ignoras enim, qualis, quanta, & quam cito subeunda eum maneat calamitas.

2. *Non zeles gloriam, &c.* Impiorum felicitas multorum etiam piorum hominum animos ab indignatione inuidiam, vel etiam imitationem sollicitat. De hac re frequens in sacris Scripturis sermo præcipue Psal. 36. Psal. 72. & Ieremias 12. mouetur enim complures, quasi nulla Deum cura tangat, aut prouidentia sollicitet: vnde Dauid. *Noli amulari in malignantibus, &c.* Non zeles. Alij non desideres, alij non imiteris, alij non affectes, alij ne contra Deum incandesca gloriam videns peccatoris.

3. *Non enim scis, quæ futura sit illius subuersio.* Tigurina: *Nescis quis futurus sit illius exitus.* Id est, quam cito omnia commutabuntur, felicitas in infelicitate, diuitiæ in paupertatem.

VERS. 17.

Non placeat tibi iniuria iniustorum, sciens quoniam vsque ad inferos non placebit impius.

1. *Non placeat tibi iniuria iniustorum,* id est, non pro-

bes iniurias, quas iniqui aliis inferunt, nec tibi gratæ sint. *Sciens quoniam vsque ad inferos non placebit impius.* Sciens quoniam, quæ agit impius, dum in viuis est, probari non possunt. Nemini vnquam placebunt.

Græca. *Non probes quæ probant impij, quoniam vsque ad inferos non iustificabuntur.* Id est, ne tibi grata sint, quæ impiis placent.

Quoniam vsque ad inferos. Id est, nihil omnino eorum, quæ in vita egerit Deus probabit. Lyra, & Dionysius, donec dixerit impius Deo non probabitur. At post mortem probabitur sane, quia Deo placebit inflicium illi supplicium, iuxta illud: *Lætabitur iustus cum viderit vindictam.* Iansenius, quoniam vsque ad inferos, id est, adeo Deus abominabitur impios, ut tandem eos ad inferos sit præcipitatus. Quartum exponendi modum addit Tigurina his verbis transferens. *Quod placet impijs tu ne probes, sed memento illos ad inferos vsque nihil esse acturos, vel dicturos, quod iustum sit.* Sed proculdubio hæc lectio huius rei rationem enervat. Dionysius ita legit. *Non placeat tibi iniuria ministrorum.* Quam lectionem his verbis explicat. *Id est, non permittas ut serui tui alicui violenter, aut iniuste auferant sua, ut tu habeas ea, imo corripe & reprime eos à talibus.* Hæc sententia iuxta modum, quo eam exposuimus videtur eis fauere, qui nulla bona opera volunt esse ante fidem, sed in alienas messes falcem non mitto.

Longe abesto ab homine potestatem habente occidendi, & non suspicaberis timorem mortis.

Et si accesseris ad illum, noli aliquid committere, ne fortè auferat vitam tuam.

Iam declinare principum aulas consulit. *Longe abesto ab homine potestatem habente occidendi.* Principum aulas, qui vitæ, & necis habent ius, fugit: *Et non suspicaberis timorem mortis.* Et ne leuiter quidem timebis mortem horribilem. *Et si accesseris ad illum, noli aliquid committere.* Et si fors aliqua, vel necessitas coegerit, ut ad illum accedas, & in aula verferis, caue ne aliquid mali committas, aut pecces. *Ne fortè auferat vitam tuam.* Ne fortè errato tuo Princeps offensus ad mortem te rapi iubeat.

Longe abesto ab homine potestatem habente occidendi. Periphrasis est principum virorum. Fuge potentiorum hominum aulas præcipue tyrannorum. Hugo Card. hanc partem alio, atque alio modo exponit in primis. *Non consentias tyrannidi potentum.* Id est, ne in tuos, ut tyranni solent grasseris. Ergo desideratur in prælatis humanitas. Secundo. *Ne sis nimis audax ut indiscrete te offeras periculo mortis. Non est prouocandus tyrannus sed fugiendus.* Ergo quandoque declinandum periculum docet hic author. Huic loco similis est ille infra c. 13. *Ditiori te ne socius fueris, quid communicabit cacabus ad ollam?* Item mysticè exponit Hugo eadem verba duobus modis. *Longe esto ab homine potestatem habente, id est, à diabolo qui nocere potest, & non prodesse.* Addit inferius. *Item homo potestatem occidendi habens Christus est, eum timere, qui potest animam & corpus perdere in gehennam.* Ab hoc longe esto receptione dignitatis, non ingerendo te sicut ambitiosi, qui faciunt se ordinari & audiunt Theologiam ut valeant citius promoueri, accedentes ad altare Domini, cum igne alieno, id est, ambitionis, quod est contra legē Leuitici 10.

Et non suspicaberis timorem mortis, suspicari ponitur scripturæ plirasi pro vereri, vel subueteri, nec leuiter quidem timebis.

Et

4. *Et si accesseris ad illum noli aliquid committere. Græce ne delinquas.* Hoc quidem committere apud nostrum interpretem id significat, & non raro alias. Hugo. *Et non suspicaberis timorem mortis, id est, non suspitione colligas timorem mortis. Quasi dic. Talem te exhibe, ut audeas mori, cum necesse fuerit, & scias declinare mortem, cum oportuerit.* Ergo metum audaciamque moderatur hic duplex versus: addit idem. Et non suspicaberis timorem mortis. *Et tu non timebis mortem eternam.* Aulicis, & ambiciosis æternæ mortis periculum subeunt.

5. *Ne forte auferat vitam tuam.* Tigurina: *Ne vitam tibi protinus adimat.* Ita habetur in Græcis codicibus, potius quam fortè. Significant verba principes facillime offendi, nullaque fere de causa in obuios quosque sæuire, quapropter monet longius abscedere.

VERS. 20. **Communione mortis, scito: quoniam in medio laqueorum ingredieris, & super dolentium arma ambulabis.**

1. Deterret adhuc ab aulis principum. *Communione mortis Scito.* Noueris accessum ad principem esse quandam mortis communionem seu participationem. *Quoniam in medio laqueorum ingredieris.* Quoniam cum periculo ages, & inter tot laqueos versaberis, ut illis non irretiri miraculi instar sit. *Et super dolentium arma ambulabis.* Et super arma, quæ graue damnum aliis intulerunt, incedes.

2. *Communione mortis scito.* Regi vicinum esse nihil aliud est, quam à morte non procul distare. Iansenius exponit: *Si cum principibus tibi viuendum est, scito apud eos esse mortem communem, vulgarem, & multis de causis facile incurri posse.* Ergo iuxta hanc expositionem docet author potentiores viros leuissimis de causis in sibi subditos sæuire. *Elque entra en palacio a mnesfer llenar recibido el viatico por el peligro de muerte en que esta.* Sed priorem expositionem præfero. Dionysius. *Communione mortis, id est, mortem omnibus communem, aduerte, & hanc tibi instare. Si cum tali potente permanseris.* Nescio enim qua ratione Regum aulæ mortis obliuionem inducunt. Sed minus bene, cui enim non mors communis? Ergo aliquod peculiare periculum, quod ex cõsortio principū aulicis imminet, cauere monet author. Hugo. Card. cogita te moriturum, sicut & alij moriuntur. Hæc pars in Græcis codicibus non est.

3. *Quoniam in medio laqueorum ingredieris.* Qui aulas principum frequentas in tanto periculo versaris, ac si per laqueos incederes.

4. *Et super dolentium arma ambulabis.* Id est, super instrumenta, & arma bellica, per quæ tyranni multis vitam abstulerunt. Iansenius super vulneratos & femineces qui in bello ceciderunt. Græci super pinacula, vel propugnacula, vel pinnas ciuitatis. Quo significatur, ut placet Iansenio ingens imminere periculum ei, qui principum cõsortium amat; non aliter ac si supra pinnas murorum incederet. Paulus de Palatio hoc modo exponit. Agens cum principe puta te incedere per medios laqueos, & armatos milites qui contra te dolorem conceperant ex graui aliqua causa. Ergo qui in medio laqueorum versatur, et si vnum vel alterum caueat omnes subterfugere non potest, ita etiam si vni placeas vix fugere poteris aliorum inuidiam. Insuper per dolentium arma intelligi possunt supplicia, quæ inferri solent à principibus & tyrannis, qui maxime dolent, dum earum vitia carpuntur, vel eorum vo-

luntati quodammodo resistitur. Mihi verò aliquod maius describi periculum videtur, cum ciuitas obsidetur & oppugnatur. Illi præcipue periculo patient, qui ad munimenta, & ciuitatis muros defendendos deputantur, & ascendentes per muros hostes repellunt: Non aliter, ac si in hac mundi militia inimicorum incursumus omnes pateamus, illi præcipue, qui regum curiis delectantur periculis sunt expositi. Potest generaliter de humanæ vitæ periculis exponi sicut exposuit Chrysothomus tom. 5. Hom. 15. Dionysius. *Et super dolentium arma ambulabis, id est, morti tam proximus eris, ac si ires super enses, & lanceas talium violentorum, qui assidue intra se affliguntur.* Hæc partem hoc modo exponit Hugo Cardinalis. *Et super dolentium, id est, super demonum suggestiones, siue tentationes viriliter resistendo, & superando, si scilicet cogitas te moriturum.* Id est, si mortis memineris facile omnes inimicos spirituales superabis. Addit insuper. *Nota, arma infortium sunt virtutes 2. Cor. 6. per arma iustitiæ, &c.* Insuper alia arma cõnumerat, quæ longum est recensere, consule Lyra, *Et super dolentium arma, id est, tyrannorum qui semper sunt in dolore, nam propter mala quæ fecerunt aliis in omni cibo, & potu timent intoxicari, & in omni loco insidiari, propter quod necesse est eos continuo anxii.*

Secundum virtutem tuam caue te à proximo tuo, & cum sapientibus & prudentibus tracta.

1. *Secundum virtutem tuam caue te à proximo tuo.* Quantum poteris, eum qui tecum agit, expectora. *Et cum sapientibus, & prudentibus tracta.* Et prudentibus, & sapientibus te adiungito.

2. *Secundum virtutem tuam.* Quantum potes, quantum valet, pro tuis viribus.

3. *Caue te à proximo tuo.* Verbum caue, est collimare, collineare, intentis, defixisque oculis in aliquem intendere. Nec longe abeunt latina dum transferunt caue. Agitur enim de deligendo aliquo in amicum, quod non temere faciendum sed multa diligentia, & attente. Latini aliqui non indocti, verbum caue hæc ratione exponunt: caue ne aliquid mali à proximo detrimenti accipias. Sed ex Græcis codicibus patet verbum caue hoc loco non significare idem quod timeo, sed idem, quod obseruo. Vnde aliqui expressius transtulerunt, *explora.* Dionysius. *caue te è proximo tuo, vel criminibus commissis scandalizando, vel ne te ipsum suis operibus in malum inducat.* Pro proximo Tigurina habet amicos vel sodales. Id est, quos ad tuam amicitiam, & sodalium admittere paras, explorata prius. Hugo. Card. *caue te à proximo tuo, id est, à carne tua: iuxta illud, ab ea, qua dormit in sinu tuo custodi claustra oris tui.* Lyra existimat, ad huc persistere in dehortando à consortio tyranni, & locum hoc modo exponit. Quantum potes caue te ab eo, qui contra te potest loqui tyranno.

4. *Et cum sapientibus, & prudentibus tracta.* Et te ad sapientium, & prudentum virorum societatem, & familiaritatem adiunge. Non longius abeunt Græca. *Et cum sapientibus consilium habe: cum prudentibus sit disputatio tua.* Id est, cum sapientibus & prudentibus disputâ, colloquere, sermones misce.

ETHOLOGIA CX.

Potentiorum amicitia periculosa.

1. **L**onge abesto, ab homine, &c. Multis abducere nos conatur author ab ambienda potetiorum

virorum amicitia. Est enim hoc malum commune multis, & mirum in modum Republicam lædit, contra quos, & nos differamus. Iosue 11.1. *Et cum audisset Iabin Rex Asor misit ad Iobab Regem Madon, & ad Regem Semeron, atque ad Regem Achsaph: ad Reges quoque Aquilonis, qui habitant in montanis, & in planitie contra meridiem Ceneroth, in campestribus quoque, & in regionibus Dor iuxta mare: Chananeum quoque ab Oriente, & Occidente, & Amorrhæum, atque Hebraeum, ac Phereæcum, & Iebusæum in montanis: Heuæum quoque, qui habitabat ad radices Hermon, in terra Maspha. Egredisse sunt omnes cum turmis suis, populus multus nimis, sicut arena quæ est in littore maris, equi quoque & currus immensa multitudinis.* En tibi quot Reges conuenerint, quantus exercitus sit coactus aduersus Dei populum. Sed quodnam tantorum malorum caput? Iabin Rex Asor. Ipse primus in occursum Israëlitis aggressus, ipse circumstantes Reges sollicitat, cogit, accendit in bellum. Iuxta Ana-gogem exponente Origene Hom. 14. in Iosue, Asor, idem est ac *Aula*. Ergo Rex aulae reliquos omnes armat. Hinc malorum origo, hinc caput vitiorum, hinc seruis Dei mala omnia pullulant. Hinc reliqua vitia in nostram perniciem sollicitantur: scilicet nullibi Dei seruis maius periculum, quam ex conuictu cum aulicis, præcipue monacho, & religioso viro. *Hic igitur Iabin (ait Origenes) Rex Asor, interpretatur Asor Aula. Ergo Rex aula princeps mundi huius iste mittit ad Iobab, iste est qui mittit ad omnes gentes, & inuitat prælium.* Idem Origenes Hom. 15. in Iosue ad rem præsentem trahit verba illa Iosue 11.8. *Ita percussit omnes, ut nullas dimitteret ex eis reliquias: fecitque sicut præceperat ei Dominus, equos eorum sub-enecrauit, currusque combussit igni.* Non modo fugauit hunc exercitum quem ducat Rex Asor, sed ad inter-necionem vsque delet, currus igne comburit, & equorum neruos abscindit, quia quicumque virtuti, & perfectioni inuigilat longius debet esse à principum, & potentiorum virorum aulis.

Quorum subdit Origenes: *nos si recte sub Iesu duce militamus debemus in nobis abscindere vitia: & accepto spiritali gladio subuenire omne iniquitatum pessimum vitiorum, sed currus debemus incendere.*

Duorum iudicum Hebræi populi meminit scriptura Iudicum 3. scilicet Aod qui gladio, vel sicca occidit Eglon Regem Moabitarum, in super, & Sam-gar, qui vomere interfecit sexcentos Philisteos. Aod si fides Origeni concionatore verbi Dei significat, qui cum Palatinis viris, & aulicis congregatur, & in eis vitia dissecare conatur. Aod enim polito gladiolo vititur, quo Regem enecat. Samgar verò, qui vomere pro gladio vititur, eum significat, qui rudiores homines instruit, & per oppidula agricolis verbum Dei instillat. Ergo Aod vnum tantum hominem vulnerauit, at vero Samgar sexcentos deleuit: scilicet qui ad principes, & aulicos pro suggestu cõcionem habet exiguum fructum reportat, & multo labore vix vnum aliquem abducit à vitiiis: At verò qui ad rudiores pro suggestu verba habet paruo negotio multos lucratur. *Interficiuntur, (ait Origenes) etiam sic Alopili, cum non argumentis, & acumine contra aduersarios vitium, sed agresti, & simplici commotione de animis auditorum vitia, & peccata propellimus.*

Ambrosius lib. 5. de fide cap. 3. *Felicitius Episcopus persequantur imperatores, quam diligant.* Hæc ille, qui multum apud imperatores valuit, vel ex hoc maxime, quod imperatoria dignitas Episcopalem constantiam non labefactabit. O, tempora illa felicitia in quibus Imperatores & Reges Episcopos perse-

quantur. Infelicitia verò dum amant. Nam eiusmodi amor signum est assentationis.

Ambrosius Apologia posteriori pro Dauid c. 3. laudat nec immerito Dauid, quod postquam peccauit poenitentia remedium conquisiuit. Principes enim cum faciliè in peccata proruant, difficile tamen contra commissa peccata remedia conquirunt. Adducit illud Prouerb. 20.2. *sicut rugitus leonis: ita & terror Regis, qui prouocat eum peccat in animam suam.* Cum Rege leonem componit: sicut leo non nouit iram & ferocitatem moderari, ita Reges difficile sibi temperant, & veluti leonum magistri etiam si cicures & mansuetos reddiderint multo tamen in discrimine versantur, nam sæpius natiuam audaciam refumunt: ita etiam qui principibus adhærent difficile periculum euadere possunt. *Bonus ergo Dauid (ait Ambrosius) Et multo admirabilior, qui potestatem vicit, quam qui amorem. Facilius reperies, qui in amore se cohibeat, quàm qui in potestate moderetur.* Lubrica enim in bonis moribus licentia potestatis, & oblatio facultatis. Non enim distat ira Regis ab ira leonis, & qui stimulat illum, & admiscetur, peccat in animam suam. Et post pauca. *Nunc autem illud, quod perstrinximus asseramus, facultatem imperandi incertium esse peccati.*

Exodi 24.13. *Surrexerunt Moyses, & Iosue minister eius: Ascendensque Moyses in montem Dei senioribus ait: expectate hic donec reuertamur ad vos.* Moyses, & Iosue Principes populi in verticem montis Sinai ascendunt, minores vero prælati nempe seniores populi ad radicem montis consistunt: Populus autem & promiscuum vulgus longius à monte stetit. Exponente Ambrosio in Psalm. 118. Sina idem est, ac tentatio. Moyses, & Iosue cum reliquis iudicibus in Sina, id est, in tentatione ascendunt, quia qui præfecturas obtinent in periculo versantur. Imò vero Moyses, & Iosue ad montis cacumen pertingunt, inferiores vero iudices inferiora loca tenent, quia quo quis altiore gradum obtinet, eo grauioribus vrgetur procellis. Plebs autem longe à tentatione abest. *Prope es (ait Ambrosius) tu Domine, & omnes via tua veritas.* Apostolus ait non esse Deum longe ab unoquoque nostrum, in ipso, inquit & mouemur & sumus: *Vitalem enim in omnibus gratiam subministrans præsto est munere bonitatis sua, sed propior est illis, qui contriti sunt corde, quod verus quoque, per enigmata historia docet. Moyses in montis Sina supercilio erat, populus in valle montis, presbyteri in parte montis super merita plebis, sed plurimo intervallo à Moysi meritis sperati. Non omnes in vertice, neque omnes in imo, sed populus. Moyses solus in vertice Sina montis, qui Latina interpretatione dicitur tentatio.*

Luca 21. *Et dixit illis similitudinem. Videte ficulneam & omnes arbores, cum productus iam ex se fructum, scitis quia prope est aestas, ita & vos cum videritis hæc fieri, scitis quia prope est regnum Dei.* Arbores fructibus onustas in symbolum terroris futuri iudicij in medium adduxit; arbores homines significat, qui iure dicuntur arbores inuersæ. Principes autem sunt arbores fructibus onustæ: Reliquum verò vulgus, homines ex terra nati, arbores quidem sunt, sed absque fructibus. Ergo arbores cum fructibus ponit Christus Dominus in signum ruinæ perituri mundi, quia quo quis altiore gradum occupat ruinæ proximior est, & eo magis tardatè iudicem vrget, ob commissa peccata. Hac ratione exponit hunc locum Gregorius Hom. 2. in Euangelia, his verbis. *Videte ficulneam, &c. Quibus profecto verbis ostenditur, quia fructus mundi ruina est, ad hoc enim crescit, ut cadat, ad hoc cadit ut germinet, ad hoc germinat,*

Iosue 11.

Origen.

Iosue 11.8.

Origen.

2.

Origen.

3.

Prou. 20.2.

Ambros.

5. Exod. 24.13.

Ambros.

6. Luca 21.9.

Greg.

vt quæcumque germinauerit gladius consumat.

Pfal. 5. Domine vt scuto bona voluntatis coronasti nos. Chrysof. in hunc versum Pfalmsi hæc verba componit, cum illa sententia Pauli 1. Corinth. 9. Et hi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. En tibi qua ratione Propheta simul & Apostolus, duas coronas distinguunt; alteram corruptibilem, id est, quæ homines ad corruptionem, & interitum trahit, alteram vero incorruptibilem, quæ immortalitatem donat. Corona sumitur pro præfectura, dignitate, & gradu eminenti: illa, qua homines in hoc sæculo potiuntur corruptibilis quidem est, id est, ad peccatum, & malum trahit, vna est corona periculo imminis, scilicet qua Deus beatos donat. Est etiam (ait Chrysof. tomus) incorruptionis, quemadmodum dicit Paulus: illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem immortalem. Hoc ergo quod hic dicit: securitate & gloria coronasti. Talia enim sunt Dei dona, valida, & decore plena: tales sunt corona, at in hominibus non ita est. Sed qui est quidem in gloria, non est omnino securus: qui autem est in securitate, non est omnino in gloria, nec hæc facile euenerint: quod si etiam euenerint, celeriter auferuntur. Dico verbi gratia qui sunt potentes, & summos gerunt magistratus, sicut quidem splendidi, & illustres sed non sunt securi. Sed vel eo maxime nomine in lubrico, & periculoso loco versantur propter magnitudinem. Qui autem sunt abiecti & viles, sunt quidem securi, eo quod non cognoscantur, sed eo ipso sunt, vel maxime in gloria, quod sunt in securitate. In Deo autem non ita, sed vtraque insigniter concurrunt.

Chrysof. tomus his verbis exponit versum illum Pfalmsi 11. Secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum. Insero verba Chrysof. tomus. Et ideo secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum. Cum ergo considerauerimus honoris magnitudinem, quam par est, præbecamus pro ea remunerationem, ne nobis habitus honor insignis sit viaticum futuri supplicij. Non per oscitantiam percurrere verba illa Chrysof. tomus, qui iure optimo appellat magistratus, & præfecturas Viaticum futuri supplicij. Nam sicut illi, qui ad viam se comparant pro itineris ratione simul & viaticum parant: ita profecto illi, qui summos gerunt magistratus, quasi iam sint ad gehennam destinati, & ad hanc viam peragendam accincti, viaticum sibi ad tartara vsque procurant. Imo vero ipsa præfectura, & dignitas, huius viatici rationem obtinet. Hoc cum grano salis dictum: accipe à Chrysof. tomus: sunt enim plures in dignitatibus constituti, non modo pij, sed & perfecti viri.

Pfal. 47. Deus in domibus eius cognoscetur, cum suscipiat eum. Hæc ex aliis vertit Chrysof. tomus in hunc locum: Deus in regijs eius vel in palatijs eius cognoscetur. Agit de Dei prouidentia quæ maxime in palatijs, vel in regijs ipsius Dei, vel etiam terrenorum principum maxime cognoscitur. Si ad Dei palatia referas hunc sensum efficit. Dei prouidentia, & potentia maxime in eo lucet, quod cum ipse etiam instar aliorum Regum regiam obtineat, militibus palatinis aulicis, & apparitoribus stipetur, & principes viros secum habeat, non tamen in illa regia regnat impietas, vel genus aliquod vitiorum, quod maxime Dei potentiam ostendit. Est enim tam frequens apud Reges, & Principes impiorum hominum concursus, vt mirandum valde sit, si à Regia Dei exulet impietas. Si vero per hæc palatia domos & arces principum intelligas, sensus est: Deus in domibus eius cognoscetur; id est, in hoc maxime elucet Dei prouidentia, quia in Regum aulis aliquos ad pietatem, & iustitiam efformat, valde enim rarum est, vel vnum aliquem reperire inter aulicos, qui pietati inuigilet.

Audi verba Chrysof. tomus. Deus in domibus eius cognoscetur cum suscipiet eam. Alius cognitus est. Alius Deus in regijs eius cognoscetur ad monumentum. Alius Deus in palatijs eius cognitus est ad eripiendum eam. Prædicat eius auctoritatem, laudem, coronam dicens: ciuitas Regis magni. Per illud Deus in domibus eius cognoscitur, magnam ostendens prouidentiam, & quod eam totam magna ex parte seruat, non illius tantum totius curam gerens, sed etiam in vnam quamque domum, suam ostendens prouidentiam. Nobis enim etiam absque eo, quod est cognitus, inimicis autem, suam etiam ostendens virtutem.

Pfal. 118. Principes persecuti sunt me gratis, & a verbis Dei trepidauit cor meum. Ac si dicat: multos quidem inimicos sustinui, quorum aliqua ratione, quod in me conceperant odium, excusabam; cum vero me principes persecuti sunt, id omnino gratis, & absque vlla causa efficiunt. Adeo enim principes viri odio ardent, & tam subito in iracundiam assurgunt, & tam cito bilis inflammatur, vt sapius absque vlla causa, id patiantur.

Pfal. 130. Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei, neque ambulauit in magnis, neque in mirabilibus super me. Id est, non me insinuauit in beneuolentiam principum, non eorum limina triui, non eorum domum frequentauit. Si enim hoc fecissem facile cor meum intumuisset, & spiritu superbiæ elatus fuisset. Hoc ergo in argumentum humilitatis adduco, quod me socium non dedi principibus. Quis enim superbiæ reliquaque vitia vitare poterit, qui his socium se præbet? Hanc expositionem inferit ibidem Chrysof. tomus, his verbis. Neque ambulauit in magnis neque in mirabilibus super me. Quid est in magnis? in hominibus, inquit, tumidis, diuitibus arrogantibus. Vidistis quanta sit humilitas? Non solum erat ipse à morbo alienus, sed eos etiam qui erant tumidi fugiebat, & a talibus resiliabat casibus propter magnum, quod in arrogantibus conceperat odium.

Nonnulla congerit ad rem præsentem Chrysof. tomus ad illa verba Pfalmsi 145. Nolite confidere in principibus, in filijs hominum in quibus non est salus. Docet Propheta his verbis, vt spem nostram in Deo collocemus, non in præcipuis viris, quorum gratiam multa cura captant homines. Huius reddit rationem Dauid verbis illis, in filijs hominum in quibus non est salus. Id est, quantumuis principes sint, sunt tamen filij hominum, caduci, mortales, qui facile diffluunt. Hoc enim significant verba illa: in quibus non est salus, id est, non aliter moriuntur, quam quiuis alius priuatus: imo vero sapius breuiorem vitam ducunt. Expende illud: in filijs hominum, quibus verbis taxat Romanorum imperatorum audaciam, & aliorum infidelium principum, qui se esse filios hominum negarunt, vel seipsos in deorum numerum retulerunt, vt Alexander, qui ex Ioue originem trahere mentitus est, Romulus ex Marte, &c. Denique Virgilius hac ratione adulatur Augusto Georgic. 1.

Tuque adeo quem mox, qua sint habitura deorum Concilia incertum est, &c. Hoc igitur delirium, confutat Dauid relatis verbis. Id est, qui principes sunt humanam quidem naturam induerunt, & ab hominibus originem ducunt, & facile in mortem properant veluti reliqui homines. Nolite confidere (ait Chrysof. tomus) in Principibus, non est salus. Alius, qui non potest seruare. Audiant hoc consilium, & hanc admonitionem, qui fixis oculis, & ore hianti intuentur admirantes præfecturas humanas, & magistratus, qui sunt corrupti, & in quos mors cadit interitus. Quid enim est in quibus non est salus? Nec propria quidem salus est in eorum potestate, nec se possunt defendere.

Virgil. Hoc igitur delirium, confutat Dauid relatis verbis. Id est, qui principes sunt humanam quidem naturam induerunt, & ab hominibus originem ducunt, & facile in mortem properant veluti reliqui homines. Nolite confidere (ait Chrysof. tomus) in Principibus, non est salus. Alius, qui non potest seruare. Audiant hoc consilium, & hanc admonitionem, qui fixis oculis, & ore hianti intuentur admirantes præfecturas humanas, & magistratus, qui sunt corrupti, & in quos mors cadit interitus. Quid enim est in quibus non est salus? Nec propria quidem salus est in eorum potestate, nec se possunt defendere.

Si enim mors aduenerit iacebunt magis muti, quam lapides. Hoc enim est, quod infert, dicens: exhibit spiritus eius, & reuertetur in terram suam. In illa die peribunt omnes cogitationes eius. Alius propositus eius. Quod autem dicitur ei eiusmodi: qui se ipsum non potest defendere, quomodo eriperet alios. Nihil est infirmius, & imbecillius, hac spe.

13.
Pfal. 145.3.

Pfal. 145. *Nolite considerare in principibus in filiis hominum in quibus non est salus.* Ne nos committamus principibus, neque eorum amicitiam auidius perquiramus monet his verbis Dauid. Ac si dicat: omnes quidem filij hominum sumus, & à parentibus humana vitia traximus: ceterum multo plura Principes viri contraxerunt, pluribus scaten vitiiis atque adeo hi præcipue filij hominum dicuntur, quia magis humanam fragilitatem, & malitiam referunt. Hi præcipue immemores sunt beneficiorum, memores malorum, ira flagrant, libidine incenduntur, &c. Quapropter horum præcipue familiaritatem vitare te moneo. Hac ratione exponit hunc locum Chrysofomus ibidem his verbis. *Nec mihi dixeris est princeps; Princeps enim est quilibet homine plebeio superior, est enim incertitudini obnoxius, atque adeo, si quid dicendum est admirabile propter hoc ipsum maxime non est fidendum principi. Sunt enim summopere lubrici, & periculosi huiusmodi principatus, & si nullus ei casus accidat, est ad iram procliuus, & potestate ingratiudinis criminis, & beneficiorum obliuioni obicitur, ut rationem non redditurus eorum que accepit ab initio.*

Chrysof.

14.
Pfal. 145.3.

Pfal. 145. *Nolite considerare in principibus in filiis hominum in quibus non est salus.* His verbis conatur Dauid abducere aulicos ab inani cura captandi gratiam principum; hac ratione: *in quibus non est salus, id est, qui facile ad mortem properant, & facilius, quam plebis homines, in morbum, & in mortem ruunt; nam si alia desint certe inimicorum non deerunt insidiæ. Quod probat Chrysofomus ex apparitoribus, & militibus, quibus Rex stipatus incedit, & in ipsa pace speciem belli gerit. Reliqui homines togati, ille vero armatus, ac si inimicorum vereatur incursum, & nunquam securus consistat. Hanc expositionem adhibet huic loco Chrysofomus his verbis. *Et si fuerit grauis, & memor beneficij eo facilius poterit ei casus, quam priuatorum, qui est pluribus, & maioribus insidijs obnoxius, & eo facilius capiet, expugnare potest quo plures habet insidiatores. Quid enim sibi volunt satellites, & corporis custodes? Quid quæso multa præsidia? Quomodo quis in ciuitate que bonis legibus, & institutibus regitur, non est, in ea securus, sed in ea versatur, tanquam in medijs hostibus, cui tot offunduntur certamina, & pericula, alio seruari poterit? Hanc fugacem principum virorum vitam pulchre deducit Chrysofomus ibidem ex verbis, quæ subdit Propheta, postquam docuit principibus non esse fidendum; exhibit spiritus eius, & reuertetur in terram suam.**

Chrysof.

Futurum sæculum & vitam terram propriam principum vocat, ac si futura vita non esset etiam reliquorum hominum terra, & omnes non properaremus ad illam, quasi ad metam. Quare ergo dicitur peculiariter terra principum virorum? Pulchra similitudine verum exponit Chrysofomus. *Qui ad propriam patriam pergunt, qua possunt celeritate viam percurreunt, & magnis itineribus conficiunt, allesti nimirum dulcedine patriæ, & charorum: qui vero ad exterarum regiones eunt lente viam conficiunt. Ut ergo ostendat Dauid quam breui periodo vitam ducant Principes, eos tanquam in propriam terram, & patriam pergentes depingit; reliquos vero tanquam apud externos euntes. Audi Chrysofomum. *Quid enim est, in quibus non est salus? Nec propria quidem salus est in eorum potestate, nec se possunt**

Chrysof.

defendere; si enim mors aduenerit iacebunt magis muti, quam lapides. Hoc enim est, quod infert, dicens: exhibit spiritus eius & reuertetur in terram suam.

Matthæi 3. circa Iordanem, ad se venientes aquis purificabat Baptista. Quapropter miror durius in eos verbis desauisse, qui ad audiendum tantum virum lubentes in desertum prodibant. Verum si verba Euangelistæ contempleris huius rei causa facile patebit. Exhibant quidem ad eum gregarij, & plebei homines, qui de futura vita, & de animi pietate Baptistam consulebant, hos quidem benigne excipiebat. Exhibant etiam, & principes viri longe alia ratione permoti, nempe vel tentandi causa, vel curiositate ducti, hos graui oratione pungebat Ioannes. Audi verba Euangelistæ num. 5. *Tunc exibat ad eum Ierosolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem, & baptizabantur ab eo in Iordane confitentes peccata sua.* En tibi plebis deuotionem, quam quidem benigne excipit Ioannes tanquam de æterna salute sollicitam. Subdit autem Euangelista. *Videns autem multos Phariseorum, & Saduceorum venientes ad baptismum suum, dixit eis. Progenies viperarum, quis vos demonstrauit fugere à ventura ira, &c.* In hos grassatur verbis, qui potentiores erant in populo, quia difficilium ad virtutem efformantur, quare oportet cum illis durius agere. Item ægre tulit Ioannes eorum auribus canere, & gratiam captare. Hoc ex Chrysofomo desumpsi homil. 11. in Matth. his verbis. *Atque, ut discas, quoniam alia quidem Pharisei, alia vero populi ad eum voluntate veniebant: audi quomodo Euangelista istud quoque declarauit, de populo quidem dicens: quia adueniebant, ut baptizarentur ab eo confitentes peccata sua, de Phariseis vero haud similiter. Quoniam videns multos Phariseorum, & Saduceorum, venientes ad baptismum, dixit: gemina viperarum.*

15.
Matth. 3.

Matth. 3.5.

Chrysof.

Matthæi 11.7. *Illis autem ab eunibus, capit Iesus dicere ad turbas de Ioanne, quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam? sed quid existis videre? hominem mollibus vestitum? ecce, qui mollibus vestiuntur in domibus Regum sunt.* Vide quot criminibus insimulet aulicos Christus Dominus. In primis cultum, & ornatum corporis taxat, eos item arundinem vocat; qua similitudine præcipue animi leuitatem carpit. Multa item ex arundinis natura huc referri possunt, quibus aulicorum perditos mores describamus, nonnulla feligam omnia referre piget. Plinius lib. 16. cap. 36. *Inter ea que frigidis gaudent, & aquaticis frutices, dixisse conueniat. Principatum in his tenebunt arundines, belli, pacisque experimentis necessaria, atque etiam delictis gratæ. Humentia loca amant, quia aulici delictis obruuntur. In pace delicias, in bello tela subministrant: scilicet apud aulicos vix pax vlla inueniri potest. Nostratibus fungosior subest natura cartilagine bubula, quæ cano corpore intus superne tenui inarescit ligno: fissilis, peracuta semper, aut geniculata. Bubulam habent naturam, quia agriculturalum, & rusticorum hominum sudoribus aluntur. Ex his surgunt alimenta, quibus ipsi ad luxum libidinemque abutuntur. Cano corpore intus sunt, quia nihil solidum, nihil validum in illis inuenire est, sed omnia exterius fucata, intus inania sunt, & infra idem: *Calamis orientis populi bella conficiunt.* Et animati isti calami orientales, & occidentales populos in bella concitant. Et infra. *Quoniam præferantur Indi, quibus alia videtur natura, quando & hastarum vicem præbent additis cuspidibus.* Potest etiam huic loco addi quod de arundinibus fabulæ produnt. Cum enim Midæ Regi aures ad asminæ auris magnitudinem excreuissent, tonfor rei conscius proposita capitali pœna rem tacere cogebatur: quam cum tenere non*

16.
Matth. 11.7.

Plinius.

posset

posset, de fossa humo secretum commendauit: quo in loco excrecentes arundines, & mutuo se collidentes, a sinas aures habere Midam insonabant. Quæ fabella ad rem præsentem distracta innuit secretum aulicis non committendum, quia facile diffluunt. Addit Plinius: *differre mares, aut feminas in his quoque Indi tradunt.* Ad venerem procliuus esse hoc innuit. *Orcomenius est, continuo foramine peruius, quem aulicū vocat: hic tibiis utilior, fistulis ille.* Itaque variis instrumentis musicis cōficiendis est arundo: & aulici saltationibus musicæ & choreis sæpissime vacant. Hæc omnia ex ducta similitudine à Christo deducit Chrysofostomus Hom. 38. in Matt. *Sed quid ex istis &c.* (ait Chrysofostomus) *A se ipso inconstantem, atque mutabilem non fuisse Ioannem totius Iudææ ad ipsum defusio demonstrant. Nec tamen illud quisquam diceret, stabilem quidem illum prius fuisse, sed emollitum vitæ deliciis, mobilitatis macula deturpari. Sed Ioannes, nec natura instabilis est, nec deliciis corruptus robur amisit. Probat hoc amicus ipsius, probat eremus, probat carceres, sed regias domos habitasset, poterat enim profecto, si tantummodo tacere voluisset, magnis ab Herode affici honoribus.*

Chrysof.

17.

His verbis concludit Paulus epistolam ad Phil. *salutant vos omnes sancti maxime qui de domo Cæsaris sunt.* Nonnulli ex imperatoris aula Christianæ fidei nomina dederant, quorum exemplo Philippensium fidem firmat Paulus, ac si dicat. Videte quam vim habeat Euangelij prædicatio, vt nonnulli etiam ex imperatoris aula nobis adhæserint, & excussis curis, vitiiisque Christiana sacra susceperint. Hanc expositionem adduco ex Chrysofostomo Hom. vlt. ad Philip. his verbis. *Restituit eos, ac recreauit Euangelij prædicationem, etiam ad Cæsaris vsque familiam pertinuisse. Si enim qui in regijs sunt propter regnum caelorum, multo magis oportebat eos facere.*

Chrysof.

18.

Optime probat Chrysofostomus Hom. vlt. in epistolam ad Philip. ex antiquis fabulis, quam sint ruinae, & aduersa fortuna obnoxij, qui principatum gerunt & ob hoc, vel maxime non multum eis fidentum est, neque eorum gratia multa diligentia captanda. In tragediis multæ hominum calamitates, & miseri casus recensentur: frequentius tamen reges & principes inducuntur, qui hæc sustinent, raro enim homines ex media plebe. *Quot* (ait Chrysofostomus) *sæpè numero fabula de istis conficta sunt? omnes prope tragedia in scenis, & fabula de Regibus ostenduntur. Ita enim voluptatem habent Thyestæa conuiuia, quod omnis illa domus calamitatibus subuersa est.*

Chrysof.

19.

Psal. 118. 46. *Loquebar de testimoniis tuis in conspectu Regum, & non confundebat: & meditabar in mandatis tuis, qua dilexi valde.* Magna laus Dauidis, quod Regum, & Principum virotum non formidauerit iram, sed intrepido animo ipsis veritatem obiecerit, & multa de Dei lege, eorum surdis auribus instillauerit. *Et meditabar.* Hoc etiam admirationem auget, quod scilicet in regia degenti mihi tempus suppeteret, quo possem mente præcepta Dei versare, & amorem accendere.

Psal. 118. 46.

20.

Canticor. 6. 11. *Nesciui: anima mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab.* Sensus obuius est, si nomen Aminadab, quod Hebræum reliquit interpretes, explicemus. Aminadab id est ac princeps populi. Ergo sensus est, cum sponsus meus domo diuertisset, & ego perdita eum quaererem, apud Principes populi quaesui: & sanè deprehendi me toto cælo aberrasse. Nam Christus non inuenitur in principum aulis, & Regum palatiis. *Nesciue loque me hinc buscando à Christo mi esposito en Palacio.*

Cant. 6. 11.

21.

Cant. 7. 11. *Veni dilecte mi egrediamur in agrum com-*

Cant. 7. 11.

moremur in villis. Id est, expositore Hugone de sãcto Victore. Relictis Regū palatiis in quibus nõ lubes habitas, egrediamur ad docendū rusticos, qui facile virtuti ac quiescūt. Et vide quãtos animorū motus statim excitet sponus. *Mane surgamus ad vineas: videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punica.* Quæ omnes similitudines animum adumbrant meliora meditantem. Vide quam cito fructum ferant hæc arbores rationales, id est, rusticorum hominum mentes. *Si floruit vinea, si flores fructus parturiunt.* Vix flos eruperat, & de fructibus sollicita est.

Psal. 98. *Et honor Regis iudicium diligit.* Id est, cum Rex vel Princeps aliquis se tibi in amicitiam det, caue, multoque cum iudicio rem age. Est, enim Regis amicitia ruina proxima. Hac ratione exponit hunc locum Psalmi Bernardus sermon. 9. in Cantica, quo in loco miratur sponsam prioribus Cantici verbis amplexus, & oscula ab sponso deoscentem illis verbis, *osculetur me oculo oris sui.* Cum tamen oporteat remissius cum Principibus rem agere, nec statim intimam cum illis inire amicitiam, sed lente rem agere, & tanquam ad rem multis periculis obnoxiam magna cum animi cautela accedere. Excusat autem illam Bernardus ex vehementi amore his verbis. *Non ignoro quod honor regis iudicium diligit, sed præceptus amor, nec iudicium præsolatur, nec consilio temperatur, nec pudore franatur, nec rationi subiicitur.*

22.

Psal 98. 4.

Viri iusti sint tibi conuiuæ, & in timore Dei sit tibi gloriatio.

VERS. 22.

Et in sensu sit tibi cogitatus Dei, & omnis enarratio tua in præceptis Altissimi.

VERS. 23.

Viri iusti sint tibi coniuue. Viros iustos ad cōuiuū voca. *Et in timore Dei sit tibi gloriatio.* Et gloriare, eo quod timeas, & colas Deum. *Et in sensu sit tibi cogitatus Dei.* Et in mentem Deum habeto præsentem, & de illo semper cogita. *Et omnis enarratio tua in præceptis altissimi.* Et de Dei lege semper sermones infere, quam scilicet sit suavis, & proficua.

1.

Viri iusti sint tibi coniuue. Conuiuia, quæ ad ostentandam mutuam beneuolentiam adornantur, digna sunt viris sanctis, vt patet Tobia 2. De pauperibus locum exponit Hugo. Ergo pauperes, qui Dei personam tenent ad conuiuium vocandos monet author.

2.

Et in timore Dei sit tibi gloriatio. Gloriare, quod Deum colas. Iansenius duplicem aliam inducit expositionem. Prior est non sit tibi ingratum ab his abstinere quibus impij delectantur in suis conuiujs, sed gloriare, eo quod sentias, te Dei timore teneri. Ita Dauid Psalm. 85. *Latetur cor meum, vt timeat nomen tuum.* Luca 14. *cum facis conuiuium voca pauperes ac debiles &c.* Posterior sensus: Gloriare in his in quibus Dei timor, & reuerentia consistit, non de peccato glorieris. Vel forte, gloriare eorum consortio, & contubernio, qui pij sunt & religiosi. Alij, vt gloriatio, qua gloriaris, non te extollat nimium, sit cum Dei timore coniuncta; iuxta illud 2. Corinth. 10. *Nos autem non in immensum gloriamur, sed secundum mensuram qua mensus est nobis Deus.* Hugo: & in timore Dei sit tibi gloriatio, id est, non in te sed in Deo glorieris; iuxta illud. *Qui gloriatur in Domino gloriatur.* Vel secundo: si timorem Dei in te habes non proprium reputes, sed à Deo acceptum refer.

3.

Psal. 85.

Luca 14.

2. Cor. 10.

Et in sensu sit tibi cogitatus Dei. Nos facilem magis exponendi modum secuti sumus, id est, Deum semper

4.

per

per mente recole, alij verò, cum prudentia, & scientia de Deo cogita, id est, sine errore, ne erroneam opinionem de Deo imbibas. Græca hac ratione sententiam efferunt. *Cum sapientibus sit disputatio, vel collocutio tua.* Postquam enim in superiori versu egel de parandis conuiujs, nunc agit de colloquutione, vel disputatione, quæ apud homines temperatos conuiuia comitari solet. Frugales enim dapes, & ferula, non inutilis inquisitio terminat, vt apud Persas solemne fuisse sacri, & profani auctores literis tradiderunt. Ergo sapientes ad conuiuium voca, vt post vltima ferula, viles cum illis misceas sermones. Alij: & in sensu sit tibi cogitatio Dei, id est, cogita semper, te coram Deo esse, vt Elias 3. Reg. 18. Hugo. vt sensus tuos bene regas, cogita de Deo, qui de omnibus rationem exiget, etiam de verbo otioso Matthæi. 12. Lyra: *Et sensum applica ad cogitandum de Deo.*

5. *Et omnis enarratio tua in præceptis Altissimi, id est, de præceptis Altissimi. Extolle præceptorum Dei æquitatem, & consonam modulationem. Vel in præceptis Altissimi, id est, iuxta præcepta Altissimi, ne excedat oratio tua diuinæ legis canones. Quæ admonitio vbique utilis, in conuiujs necessaria: in his enim epularum, & vini æstu lingua agitur. Vel, in præceptis, id est, nunquam patiaris de alijs rebus haberi sermones, quam de Deo. Sicut enim illi qui ardentem amant ægre ferunt de alia re, vel orationem habere, vel audire, quam de re amata: Non aliter tu, nec sermonem habeas neque excipias, nisi de Deo. Hoc præcipit Petrus 1.4. Si quis loquitur quasi sermones Dei. Et Paulus Ephes. 4. Omnis sermo malus, ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus ad edificationem, &c. Hugo Card. Omnis enarratio in præceptis Altissimi, id est, nihil doceas vel loquaris præter id quod Deus præcipit & docet. Carpendi sunt hoc loco cõcionatores, qui ex humanioribus literis multa hauriunt: contra hos illud Psalmi 9. Nihil aliud eloquar præter illud, quod ad tua mirabilia & præcepta attinet.*

1. Petri 4.

ETHOLOGIA CXI.

Crebro de Deo habere sermonem pietatem parit.

1. **E**T omnis enarratio tua in præceptis Altissimi. De his præcipue sermonibus locus agit, qui post prandium inferuntur. Nos autem de omnibus agemus, qui vbique miscetur, & quam sint viles si de Deo sint, patcis probemus. Esaiæ 6.8. *Et audiui vocem dicentis: Quem mittam? & quis ibit nobis: & dixi: Ecce ego, mitte me.* Vnde tanta animi securitas, ne dicam audacia Prophetæ, vt se tot periculis obiciat impavidus, & tanto munere se iudicet idoneum? vide quæ immediate subiecerat. *Et volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum, & dixit: Ecce tetigi labia tua, & peccatum tuum mundabitur.* Postquam se munda labia habere inspexit tutus se tanto munere obiecit. Scilicet, qui pia miscet colloquia regendis populis aptus est, & facillè omnes ad pietatem adducit. Hæc est mens Basilij in hunc locum cuius hæc verba transcribo. *Quod autem non temere sibi per se vendicauit, hoc ei Dominus gratuito contulit. Dixit enim: vade, & dic populo huic. Sed enim dicens: Ecce sum ego, fiducia iam fretus, quasi particeps illius essentia, se ipsum adnumerat his, qui in consortium venerant, illius essentia. Id autem dixit expurgatis prius labijs: Qui autem in iniquitatibus iacet, necdum eius agnitione illustratus, qui est, non potest, per semetipsum testimonium hoc redde-*

Basil.

re. Expendo verba illa Basilij. *Se adnumerat iis, qui in consortium eius venerant.* Ac si dicat, apparuit Dominus Esaiæ Seraphinis stipatus, qui alternis vocibus laudes ei accinebant. Impura labia se habere questus est Esaiæ, cui misso Seraphino labia mundantur: hic autem recepto beneficio, quasi propria naturæ immemor Angelicis mentibus se socium addit. Nam ille, qui pie loqui didicit propriam naturam prætergressus cœlestem vitam agit.

Esaiæ 6.5. *Vae mihi quia tacui, quia vir pollutus labijs ego sum. Et in medio populi polluta labia habentis ego habito.* Sed vnde hæc Prophetæ orta cogitatio? vnde nunc primum cognouit polluta se labia habere, & in medio populi immunda labia habentis se habitare? Scilicet Deum viderat Seraphinis stipatus, qui cõsonis vocibus ei laudes accinebant. Ergo cum primum audiuit Esaias spiritus cœlestes mutuo de Deo sermones inferentes, & illum multis laudibus extollentes, melior quoque ipse etiam Prophetæ factus de laborum impuritate conqueritur, & ob eandem causam populum deplorat. Scilicet pia colloquia multam vim habent, vt homines ad meliorem mentem traducant. Hac ratione exponit hæc verba Basilij ibidem: transfero. *His proxime & Esaias accodit, qui cum vidisset sedentem super solium excelsum, & eleuatum, contemplatusque esset mundum habitabilem vniuersum adimplentem, & spiritus seraphicos illam sanctificationis vocem multo cum tremore exponentes, tum primum se ærumnosum, ac miserum appellauit, tunc labijs suis cognouit adhaesisse immunditiam, quare dignus est habitus, qui vnus ex Seraphim manibus repurgaretur.*

2. Esaiæ 6,5

Basil.

Psalm. 44. *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis.* Lingua pernicitatem laudat Prophetæ his verbis, ducta metaphora ex calamo, quo velocissime librarij exceptos sermones depingunt. Bona venia tanti Prophetæ, non satis apta videtur metaphora, quis enim librarius æquare potest linguæ velocitatem? Ergo oportebat à velociori aliqua re similitudinem traducere, vt puta à contorta sagitta, à volante aquila, vel rapidissimo flumine. Basilij in scholijs huius versus Psalmi, in eo sitam esse similitudinem autumat, quod sicut calamus à se ipso non mouetur, & nisi manu scribentis ducatur nullos characteres format; ita etiam æquum erat vt nisi spiritu Dei ageretur, nullas voces ederet lingua nostra. Hoc innuit Prophetæ iisdem verbis, quæ præmiserat. *Erexit autem cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi.* Verbum bonum, id est, rem piam meditatius fuerat Prophetæ, atque statim ad promenda animi sensa lingua velox profiliuit. Ac si diceret: ad rem piam exprimendam lingua præsto adest, ad turpem verò nunquam vel tardissime mouetur. *Calamus* (ait Basilij) *ea scribit, quæ manus, qua tenetur, scribere iussit. Per velocem autem scribam gratiam ostendit, qui namque de suo loquitur tardus est meditando, & componendo, quando vero spiritus mentem mouet, nihil est, quod remoretur.*

3. Psal. 44

Exod. 4.10. *Ait Moyses: obsecro Domine non sum eloquens ab heri, & nudius tertius, & ex quo locutus es ad seruum tuum impeditioris, & tardioris lingua sum. Qui cum Deo tot potuit miscere sermones, quare se tardiore ad loquendum dixit: sanè non erat elinguis, qui loquebatur, nec tardioris lingua, qui ad Deum, tot verba fecerat. Quid ergo est, quod se lingua impeditum dicit: Philo Indæus lib. Quod potiori deterius infiditur. Linguam se dicit Moyses tardam, & impeditam habere ad profanas, & Ægyptiacas voces efformandas, qui tamen patriam, & sanctam linguam optime norat, & eam expedite loqueba-*

4. Exod 4.10

tur,

tur, ut nos è Moyse edificamus, veloces esse ad eloquentes ac pios sermones promodos, ad turpes vero elingues. Ré exprimerè possumus apto exemplo. Picæ & plitraci, turdi, & si quæ sint etiam aliæ aues vocales, natura ipsa ad proprias quidem voces efformandas instruuntur: difficile vero humanam vocem effingere, edocentur. Hoc quidem rarum est, & quod omnes quidem mirantur: quibus similes sunt nonnulli qui lasciuos quidem sermones tam auide promunt, & vix lingua in voces efformare possit, quæ mens obiicit: si vero sermo sit, de re seria & pia, vix linguam exerere valent, aut verbum aliquod promere. Ideo vides (ait Philo) quod Moyses illos in Ægypto, id est, corpore veneficos. Licet enim eos mihi sic vocare, sicut mulieres dicimus veneficas, & sexui vocem accommodare, illos inquam in Ægypto sophistas veneficos recusat, consecratos sibi dari, & aduersarios, quia sophismatum artibus, disciplinæque mores boni inficiuntur, atque corrumpuntur. Negant sit loquentem, ac si dicat, non esse sibi ingenium docile ad orationum verisimilium coniecturarumque reboricam. Deinde asseuerant se non insacundum, sed prorsus mutum. Non quemadmodum brutas animantes, bruta vocare solemus, sed quia dignatus est per instrumenta vocis uti sermone sonoro, contentus est, inpressas animo habere imagines veræ sapientia aduersaria, nec prius in Ægyptum proficiscitur, confliturus cum eius regionis sophistis, quam egregie meditatus differendi facultatem, omnes ideas locutionis, commonstrante absoluteque Deo per impositionem manus Aaronis. Expendit Philo his verbis non prius Deum Moyse apparuisse, & extrahere populum ex Ægypto mandasse, quam diutius in eremo fuisse commoratus: vt scilicet eo tempore profanam Ægyptiorum linguam dedisceret, qui enim adhuc profana tenet idiomata ad linguam sanctam promendam, & populum ex Ægypto extrahendum, non est habilis.

5. Exodi 4. causatur Moyses linguæ tarditatem, ne iniuncta legatione fungatur. Deus autem illi Aaronem fratrem eloquentem adiungit. Ipse loquetur pro te ad populum & erit os tuum. Et paulo superius: Loquere ad eum, & pone verba mea in ore eius. Præbet Deus Moyse Aaronem fratrem, vt pro Moyse ad Regem loquatur: verum non omnia quæ illi in buccam venerint, sed illa, quæ ei per Moysen fuerint iniuncta. Nam licet omnibus iniungatur, quod de rebus honestis sermonem habeant, præcipue tamen sacerdotibus, & Dei ministris. Nam verbum turpe in ore sacerdotis sacrilegium est. Ita Philo, lib. Quod deterius potiori insidietur, quem loquentem facio. Quapropter radio laborat errabundus, & subinde impingens tum auditoribus adeo non persuadet, vt molestus etiam sit auribus. Attamen nec omnis sermo, nec cogitatio occurrat omnibus, sed præfectus Aaron perfectissimi Moyses cogitationibus. Alioquin, qui locus erat postquam dixit: ecce Aaron frater tuus addere Leuita, nisi doceret quod soli Leuita, sacerdoti, & bono conuenit sermone proferre cogitata quæ sunt perfecta anime germina. Nam mali viri sermo, nunquam interpretari potest diuina dogmata. Pulchritudinem enim eorum suis deturpat cogitationibus: è cõtra neque bonus impudica, & turpia proferre, sed semper sanctas narrationes sacrosanctosque sermones faciunt. Non immerito notat Philo, verba illa hoc ad Moysen eodem capite: Aaron frater tuus Leuites. An ignorabat Moyses Aaronem fratrem ex Leui genus ducere? vt de hoc eum commonere opus fuerit, addens illud Leuites? Verum ideo factum est, vt doceat maximè dedecere sacerdotes, & viros sacris addictos verba Dei referre, & fabulas & inania verba non proferre.

Leuitic. 19. 23. Quando ingressi fueritis terram, & plantaueritis in ea ligna promifera, auferetis præcipua eorum: poma, quæ germinant immunda erunt vobis, nec edetis ex eis. Quarto autem anno omnis fructus eorum sanctificabitur laudabilis Domino. Quinto autem anno comedetis fructus congregantes poma, quæ proferunt. Philo lib. de plantatione Noë hac ratione legit: Fructus eius per triennium erit incircumpurgatus, non comedetis ex eo. Expendit Philo illud incircumpurgatus, id est, ideo non comedetis ex fructibus arborum tribus primis annis, quia fructus est incircumpurgatus. Putant agricolæ arbores, vt fructus purificent, ne arboribus syluescentibus, vel in folia tantum luxurient, vel fructus quos edunt, ad debitam maturitatem non petducant: cæterum quis vnquam fructus circumcidit, & amputauit, vt hac ratione arbor purificetur. Ergo ars agriculturæ nouit quidem putare arbores, & hac ratione fructibus consulere, non autem fructus putare in bonum ipsarum arborum. Quid ergo sibi vult lex præcipiens tribus primis annis abstinere à fructibus arborum, quia ipse fructus est, incircumpurgatus? Sane arbores istæ amputatis ramis luxuriantibus fructus edunt dulciores, & magis decoctos: at vero in homine qui arbor est inuerfa & rationalis contrario plane modo res accidit: nam purificatis fructibus huius arboris, ipsa quoque arbor pura redditur ac munda. Expressius rem dico: homo arbor est, huius arboris radix est mens, quæ succum subministrat: fructus vero sunt verba. Ergo qui voluerit arborem puram reddere verba amputet, & refecet, puraque faciat, & hac ratione totam arborem puram reddet. Et arboris, quidem ait Philo) purganda ratio, cum veritate congruit, de fructu vero non satis constat. Nam ficus, vvas, & in vniuersum fructus agricola, purgat nemo, iex tamen dicit, fructus autem eius erit per triennium incircumpurgatus, non comedetis ex eo, quasi mos fuerit, eos circumpurigare semper. Dicendum igitur hoc quoque, vnum esse eorum quæ latentem habent intellectum cum verba ipsa non quadrent admodum. Anceps enim est hac oratio. Potest enim vno modo sic intelligi: fructus eius per triennium erit, vt distincta vox à præcedentibus sequatur, incircumpurgatus, ac mox nõ comedetur: altero sic, fructus eius erit per triennium incircumpurgatus, ac mox, per se non comedetur. Prior ille sensus talis esse potest vt triennium accipiatur pro partito tempore, cuius ea natura est vt diuidatur in præteritum, præsens, atque futurum, proinde eruditio fructum profert qui durabit & saluus permanebit per omnes partes temporis: hoc est non corrumpetur in perpetuum, nam natura boni non corrumpitur; fructus autem incircumpurgatus non comedetur, quia purgati sanique cicures sermones animam nutriunt, & menti offerunt incrementum, contrarij vero non nutriunt, sed morbum inferunt, & interitum.

7. Exodi 1. coquendis lateribus adigebant Ægyptij Hebræos. En tibi quæ munera Israëlitarum apud Hebræos obibant: nempe lateres ex argilla formatos igni coquebant. Rem ad sensum moralem perducit Philo lib. de confusione linguarum. Scilicet lateres isti opera nostra sunt, ignis vero quo siccantur verba; vide ergo quam pulchre verborum efficaciam hac similitudine expressit; lateres enim priusquam coquantur facile confringi & comminui possunt, nec ad ædificium satis apti sunt, si vero igne siccantur firmam materiam offerunt adificandis, quod ad mores tractum significat, tantummodo opera, nisi ex verbis firmitatem accipiant, facile diffluere, si vero verba accedant firma, & stabilia reddunt. Ergo quantumcumque pietati incumbas, & interius eam mente colas, nisi de ea sæpius loquaris

loquaris stabilitatem habere non potest. Inducit etiam illud Genesis 11. *Venite faciamus lateres, & coquamus eos igne.* Non plane desipiunt, qui ex lateribus igne coctis turrin cœlo æmulam, ædificare satagunt, quia animi pietas sanctis sermonibus in tantam altitudinem aufergit, vt ipsi Deo audeat æmulari. *Inducuntur autem* (ait Philo) *hos lateres igne coquere: quod significat affectus, ac vitia calido motuque sermone confirmari, ne à sapientis satellitibus deleri possint, qui semper moluntur eis perniciẽ, quapropter additum est: fuerunt lateres pro saxis: quod enim rarum ac fluidum est in bruto impetum in naturam solidam consistentemque constipatum, & densatum mutatum est rationibus varijs & demonstrationibus certissimis, postquam contemplationes perceptæ virilem quandam maturitatem assumpserunt, quæ in tenera ætate distillant propter humilitatem animæ nondum valentis impressas formas durare confirmareque.*

8. Ptal 44. 1. *Eructauit cor meum verbum bonum dico ego opera mea Regi.* Sumpta est metaphora ab his, qui ructant; hi enim necessario ex ore emittunt odorem, eorum quæ prius in stomachum iniecerunt. Vnde rustici homines, qui allijs, & cæpis invecuntur grauem etiam odorem emittunt; illi vero qui pastillos, & eiusmodi mandunt suauolentiam ex ore efflant. Ergo fieri non potest, quin ea, quæ animo veras exterius etiam per verba promas, si pijs meditationibus insistis pia etiam verba sonabis, si vero turpiter viuas, turpia etiam loqueris. Hanc expositionem tradit Basilius in hunc locum Psalmi, qui pro eadem re adducit illud Matth. 12. 34. & Lucæ 6. 45. *Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum: & malus homo de malo thesauro profert malum.* Priorem partem huius sententiæ exponit Basilius sumpta metaphora ab his, qui pecunias recondunt, fieri enim non potest, vt aliud genus monetæ inueniat effracta vna, quam illud, quod iniicit. Cor enim veluti arca est, in qua vel probatam monetam, & veras diuitias, id est, pietatem, vel falsam, id est, vitia recondis: cor autem interiùs thesaurum recondit: verba autem thesaurum promunt. Ergo vix fieri potest, vt exterius alia verbis promas quam interiùs in corde asseruas. Posteriozem partem scilicet: *Malus homo de malo thesauro profert malum.* explicat Basilius, sumpta metaphora ab eis, qui interno morbo laborant. Vix enim fieri potest, vt latens malum non se prodat exterius. *Eructauit cor meum* (ait Basilius) *verbum bonum: cum eructatio siue ructus status sit arcanus & occultus, qui erumpentibus bubulis sursum versus efflatur, & spirat presentis alimentum feruorem. Is qui nutritur viuo illo pane, qui de cœlo descendit & dat vitam mundo, & plane exsatiatus omni verbo, quod procedit de ore Dei secundum consuetam scripturæ tropologiam, anima sane sacris educata disciplinis conuenientem, & accommodatum, sumptio edulij emittit eructationem. Quoniam ergo spiritualis erat optimaque nutritio verbum bonum Propheta eructauit. Bonus namque homo ex suo thesauro bonum profert. Queramus igitur nos ex verbo cibum ad exsatiandas nostras animas. Iustus enim, inquit, comedens explebit animam suam, vt quibus nutriunt, non quodcumque verbum, sed bonum, remittamus, improbus autem, cum in probandis dogmatis sit enutritus, ex corde eructat improbata prorsus verbum doctrina. Vides tu qualia eructat os hereticorum? Quam perplexam, & graueolentem mephitim? Plane non hæc, mediocrem arguent morbum quendam in animo secessu pectoris delinsecere. Nam malus ex malo cordis thesaurum profert malum.*

9. Gen. 3. 15. *Inimicitias ponam inter te, & mulierem & inter semen tuum, & semen eius.* Hæc verba ad no-

strum propositum deducit Basilius homil. 9. vt non tantum supplicium inferam serpenti, sed mulieri remediũ, ne vltius in culpam labatur. Ac si dicat: semel cum serpente locuta es, & exceptis eius verbis morbum contraxisti. Ergo deinceps inimicitias cum eo geras, ne noxijs eius verbis pereas. Hac enim ratione eius suggestus facile vitabis. Probat hoc ex verbis Pauli 1. Corinth. 15. 33. *Nolite seduci: corrumpunt bonos mores colloquia praua.* Hæc Pauli sententiã metaphoram cõtinere putat ductã à morbo. Qui enim peste laborat medium quoque aërem, & obuios quosque inficit. Non aliter impudica verba auditoribus officunt. *Quoniam itaque* (ait Basilius) *inimicus est factus, inimicitiam nobis Deum contra illum indidit, ubi serpeni, quo ille malus auulsus fuerat dixit, sed ita, vt minas ad Satan referret: inimicitias ponam inter te, & semen illius, reuera namque noxiæ sunt amicitie, quæ cum malitia contrahuntur. Nam ea est amicitia huius lex & vis, vt per similitudinem malitiam indat. Quamobrem recte proverbium dicit, corrumpunt bonos mores colloquia praua. Quemadmodum enim in pestilentibus locis sensim attractus aër latentem corporibus morbum inicit, sic item in praua consuetudine, & conuersatione maxima nobis mala oriuntur, etiam si statim incommodum non sentiatur.*

1. Corinth. 12. 7. *Vnicuique enim datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Alij quidem per spiritum sermo sapientia: alij autem sermo scientia secundum eundem spiritum: alteri fides in eodem spiritu: alij gratia sanitarum in vno spiritu: alij operatio virtutum; alij Prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum.* Inter alias gratias gratis datas connumerat Apostolus sermonem scientiæ, quæ verba expositorum Basilio in regulis fusiùs disputatis responsione 32. significant donum loquendi de rebus spiritualibus, cum vtilitate, & fructu auditorum. Hoc autem donum, nec minus rarum nec minus vtile est, quam gratia sanitarum, vel alia dona, quorum ibi meminit Apostolus. Vnde oportet & illos reuereri, qui cum vtilitate loquuntur, & hanc gratiam vsu excitare. *Quod si omnino* (ait Basilius) *ad eos, qui se aliquando inuro senel inuesserint necessario adhibendus sit sermo huiusmodi, ad eos delegari munus debet, quibus creditum est donum loquendi, tanquam ij, qui scienter ea possunt, & loqui & audire, quæ ad fidei adificationem pertineant, eũ manifeste Apostolus doceat, ne utquam adesse omnibus recte loquendi facultatem, sed rarum esse, quibus datum sit huiusmodi donum, sic enim ait, alij quidem per spiritum datur sermo sapientia, alij autem sermo scientia: & in alio loco: vt potens sit exhortari in sana doctrina, & eos qui contradicunt arguere.*

Decet omnes, maxime tamen eos, qui perfectioni incumbunt de rebus spiritualibus tantum sermonem habere. De his exponit Basilius epistola ad discipulum, illud Psalmi 16. 3. *Probasti cor meum, & visitaſti nocte, & non est inuenta in me iniquitas.* Sed quis post tam exactam disquisitionem fructus? *Vt non loquatur os meum opera hominum, scilicet, vt nullo sermonem inferam nisi de rebus caelestibus.* Hoc enim breui ad perfectionis apicem perducit, imo vero possessæ indicium est. *Nihil anxius* (ait Basilius) *aut curiosus percontare de hominum sæculi huius vitæ. Nihil enim hinc tibi emolumenti accreuerit, ait si quidem David: vt non loquatur os meum opera hominum. Quisquis enim non illibenter ea deblatrat, quæ à peccatoribus designantur, is illarum voluptatum quæ quadamtenus conspiciæ erant aduersum se reaccendit incertina & instigat.*

Bis sponsa, sponsum per noctem queritans in murorum custodes incidit, sed contrario euentu semel

mel cap. 3. 3. iterum cap. 5. 6. Priori loco in custodes incidit ciuitatis, & benigne ab eis accepta est: Posteriori vero inhumane satis, nam eam pugnis exceptam, & pallio expoliatam, vulnerauerunt. Scilicet teste Ambrosio in Psalmum 118. Priori loco sponsa sermonem intulit de Christo sponso: *Num quem diligit anima mea vidistis?* Quæ verba ferociam militum compefcuerunt, & humanitatem edocuerunt. Posteriori autem loco nihil de sponso dixit; vnde ad ingenium redeuntēs sceminam inhumaniter tractauerunt. Scilicet de Deo illatus sermo mites homines reddit, & ad omnem pietatem effingit. Ait autē Ambrosius, cum priori loco sponsum quæsiuisset, & de eo cum custodibus ciuitatis intulisset sermonem, non modo nihil mali passa est, verum etiam statim obuium habuit sponsum: Vnde subdit. *Paululum cum pertransissem eos, inueni quem diligit anima mea.* At verò cum omnino de spōso subticuit, & multa passa est & sponsum non inuenit. Scilicet Christus proximus est illis, qui de spiritualibus rebus sermones miscet, abest vero, quā longissime ab eis, qui nihil de Deo loquuntur. Denique (ait Ambrosius) *inuenierunt me, qui circumueant ciuitatem, tulerunt pallium mihi: habuit ergo certamen: sed qua ratione supra non tulerint pallium hæreo reperire, nisi forte, quia ibi interrogasse se dixit: Num quid quem dilexit anima mea vidistis? qua Christum loquebatur, neque exuta est pallio & quem querebat inuenit.*

1. Ioan. Venerunt (scilicet Andreas, & alius Baptista discipulus ad Iesum) & viderunt vbi maneret, & apud eum manserunt die illo, hora autem erat quasi decima. Non immerito tempus, scilicet decimam horam Euangelista commemorauit: quasi diceret: hora erat cœnæ, & curandis corporibus deputata. Decima enim hora antiqui menæ accumbebant vt supra diximus. Ergo hora cœnæ Andreas cum socio Christum Dominum adierunt, nec ille repulit hospites tam importuno tempore ventitantes, sed excepit benigne, & de cœlestibus rebus sermonem instillauit. Scilicet nullum est tempus importunum ad diuina verba fundenda. Ita Chrysoftomus, qui in suæ sententiæ confirmationem adducit Pauli verba 2. Timoth. 4. quo loco instruens Apostolus discipulū ait. *Pradica verbū, in ista importune, oportune.* Ac si dicat: etiam si alia suū tempus habeat: at verò vnum est quod omni tempore fieri debet, & nullū tempus alienum debet impicare ad inferendum sermones de Deo. Hoc idem deducit ex illis verbis Psalmi, & in lege eius meditabitur die, ac nocte. Non modo die, quod tempus transigendis negotiis aptū est, sed etiam nocte, quæ in curandis corporibus insumitur. Non dixit, ait Chrysoftomus Hom. 17. in Ioan. *igitur intempestiuum esse, vt ad se proficiscerentur, sed; venite, inquit, & videte, vbi habitem, non dixit: audietis cras: sed quid vultis? neque tunc missos fecit, sed tanquam amicos longa deuinctos consuetudine alloquitur. Cibum enim, & balnea, & cœna, & reliqua secularia statutum tempus habent, superna autem sapientiæ doctrina nullo tempore circumscribitur, sed omne ei tempus accommodatum est, oportune, inquit importune, argue, obsecra, increpa, & Prophetæ, vt in lege eius meditabitur die, ac nocte: & Moyses, vt semper hoc faciant Iudæis præcepit.*

Verba Christi ad Nicodemum refert Ioannes 3. 8. *Spiritus vbi vult spirat; & vocem eius audis, sed nescis vnde veniat, aut quo vadat.* Verba Dei cum vento componit Christus Dominus; quam similitudinē pulchre exponit pro nobis Chrysoftomus. Hom. 25. in cap. 3. Ioan. Imprimis pro nobis facit verbum illud, *vult quod*, significat difficile esse rationem reddere motus ventorū. Quis enim, vel ex illis, qui

arcana naturæ rimantur scit, quam ob causam venti excitentur, quare nunc ab Aquilone, nunc à Medie, nunc ab Occasu, nunc ab Oriente ruant: Pari prorsus ratione quantam vim habeat ad permouēdos animos sermo de Deo nullus planè assequi potest. Tum etiam illud verbum, *vult*, iuxta Chrysoftomum significat ventorum vim. Si ab aliis elementis malum hominibus ingruat, aliquo modo obuiam ire possumus, ventorum autē vim quis cohibere valet? Multa quidem sunt quæ hominem ad virtutem mouent, at supra omnia alia de Deo illatus sermo. Venti, nubes, & imbres important, cœlum sudum reddūt, imò verò ex illis tota ratio tempestatum, & temporum depēdet: ita etiam verbum Dei ad omnia quidem necessarium est, imò verò ex illo tota ratio profectus spiritualis dependet. *Spiritus* (ait Chrysoftomus) *vbi vult spirat.* Hæc conclusio est, *Nam si huius inquit, spiritus, quem auditus sensu accipis, & tactu imperum intelligis, ne etiam quidem nosti, quonam pacto diuini spiritus operationem scrutaberis? Propterea spiritus vbi vult spirat, ad Paracleti potētiam ostendendam dixit. Nam si ventum nemo cohibet, quin quo vult feratur, quanto magis spiritus operationes, nulla naturæ leges, nulli corporeæ generationis fines, nulla alia huiusmodi vis potest cohibere.*

Matthæi 16. Tu es Christus filius Dei vini. Respondens autem Iesus dixit ei: *Beatus es Simon Bariona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui in cœlis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram adificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non praualebunt aduersus eam.* Petram illam durissimam, & firmissimam, super quam Dominus Ecclesiam ædificat, & quam Tartari vires expugnate non poterunt, ait Chrysoftomus Hom. 16. de penitent. esse verba de rebus cœlestibus, de quibus præmiserat: quia caro, & sanguis non reuelauit tibi. Vide quæso vim diuinorum verborum, vt contra eam, neque vis inferorum aliquid possit, & totus Ecclesiæ profectus ab illis dependeat, & illi tanquam fundamento innitatur. *Bene enim* (ait Chrysoftomus) *verbum Dei ipso cœlo validius: quia cœlum verbi Dei opus est: dixit Deus fiat cœlum, & verbum in opus apparuit. Petram vocauit Ecclesiam fluctus suscipientem, & non titubantem: etenim Ecclesia tot suscipit tentationes: non tamen vincitur: quid est supra petram? hoc est super confessionem, super sermones pietatis.*

De pio viro hæc Dauid Psalm. 1. *Et folium eius non defluet, & omnia, quacumque faciet prosperabuntur.* Tracta similitudine ab arbore de homine loqui incipit Dauid, quem antiqui communi consensu inuersam arborem appellauerunt. Insequitur eandem analogiam Chrysoftomus Hom. de fide: per fructus huius arboris opera intelligit per folia verò verba. Ergo vide quid dicat Dauid, & *foliū eius non defluet.* Non dixit fructus non defluent, sed folia. Ac si dicat: non solum magnam curam adhibere debet homo pius, erga opera, verum etiam erga verba. Scilicet nihil defluat, nihil inconcinnum aut minus honestum loquatur. Imò verò cum omnino de fructibus subticuisset, foliorum curam commendat, illis verbis, & *folium eius non defluet*, id est, rationem habebit multam de verbis, quo enim quis facilius labi potest, eo maiori curā agere debet, multo autem facilius, quis in verba, quam in opera labitur. Imò verò si naturæ ductum sequamur, arboribus folia data sunt, non modo ad speciem pulchritudinis, & ad vmbra fessis viatoribus præbandam, verum etiam ad vtilitatem fructuum, fieri enim non potest, vt arbor fructus ad debitam maturitatem perducatur, si foliis careat, explicata enim folia super fructus

Chrysoft.

15.
Matt. 16. 16.

Chrysoft.

16.
Psal. 1. 3.

Cap. 3. 3.

Ambros.

13.
Ioan. 1. 39.

Psal. 1. 1.

Chrysoft.

14.
Ioan. 3. 8.

fructus & illos cooperientia, solis ardorem attemperant, vt debita temperie solis radios fructus excipiāt, & paulatim decoquant. Ita etiam nobis verba data sunt in bonum operum, ipsi enim inferuiunt; difficile etiam potest fieri vt pietatis fructus sub inhonestis verbis delitescant. Adducit etiam

Pfal. 51. 10. Chrysoſtomus verba Psalms 51. num. 10. *Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei speravi in misericordia eius.* Cum oliua componit Dauid virum iustum; est enim ex illis arboribus, quæ folia non exuunt, sed perpetuam retinent viriditatem. Hoc arborum genus imitari debet vir pius, & multa cura cauere, nequid inconcinnum ex ore eius diffuset. Item expendit Chrysoſtomus verba Psalms 1. citati. Postquam enim præmisit, & *folium eius non defluet*, subdit statim; *Et omnia, quacunq; faciet prosperabuntur.* Qui enim verba moderatur, etiam rectam rerum agendarum rationem facillè consequetur, & se ad omnem pietatem efformabit. *Simus ergo dilecti,* (ait Chrysoſtomus) *oliua fructifera, & operibus, & fructibus, & foliis ornati. Folia autem nostra sunt sermones, fructus autem vita, sit igitur, & honestus sermo, & bona frugis vita. Apud piuum enim, neque folium decidet. Folium enim eius, inquit Dauid, non defluet, & omnia quæ faciet prosperabuntur.*

Chrysoſt.

17.
Act. 1. 2.

Act. 1. Præcipiens Apostolis per Spiritum sanctum quos elegit assumptus est. Hæc verba pro nobis exponit Chrysoſtomus Hom. 1. in Acta, hac ratione. Christus per Spiritum sanctum Apostolos elegit, hoc est loquens ad eos verba plena Spiritu sancto, nihil autem humanum, nihil terrenum, loquens enim cum Apostolis de rebus diuinis, & crebro cum illis permiscens colloquia. Imprimis Christus eos ad se attraxit, attractos autem expoliuit, ac tandem ad summam perfectionem euexit, & Christianæ Ecclesiæ præfecit. Vide quanta inſit vis spiritualibus verbis, cui & Apostolorum vocatio pietas, & præfectura assignatur. Audi Chrysoſtomum. *Per spiritum præcipiens, hoc est, spiritualia verba ad illos loquens, nihil autem humanum.*

Chrysoſt.

18.
Act. 2. 11.

Act. 2. Spiritu sancto afflato Apostoli ad populū verba habuerunt, & cum plures hominum nationes enumerasset, subdit num. 11. *Audiuimus eos loquentes nostris linguis magnalia Dei.* Vide quid miratur isti, non tam variis linguis rudes homines loquentes, quam magnalia Dei proferentes, hoc enim eos in admirationem rapuit, & Apostolos admirari fecit. Hoc sanè vulgo, passimque contingit, nihil enim est, quod virorum piorum existimationem apud vulgus ita augeat, quam si eos de Deo habentes sermonem audierint. Hoc etiam cum Chrysoſtomo noto Hom. 4. in Acta his verbis. *Neque enim qualibet garriebant, sed admiranda quadam loquebantur, vnde merito haſtabant, nunquam enim tale audierant.*

Chrysoſt.

19.

Sententiæ nostræ adſtipulatur Chrysoſtomus, remque probat variis similitudinibus. Imprimis metaphoram trahit ab armentis, quibus ignito ferro nota aliqua imprimitur, qua dominum suum præferant: Notam quandam, & characterem inſit Deus hominibus, quo facillè dignosci possit quinam ad prædestinatorum, qui verò ad reproborum numerum pertineant. Hic autem character verba sunt. Si quis enim cœlestia loquatur, ad cœlestes se pertinere ostendit, ea scilicet, quæ potest certitudine, vel potius coniectura: sin vero obscena, & fœda verba oblatret, argumentum profecto est fore perpetuis ignibus amandandum. Hoc item probat ex his, qui peregrinas linguas ediscunt, quamuis enim in illis diutius se exercent, vix fieri potest, vt omni-

no sonum, modumque proferendi imitentur: ita etiam, qui cœlestis patriæ ciues sunt & in illam ciuitatem adscribēdi ex hoc vel maxime futuræ fœlicitatis speciem præbent, quod semper diuina loquuntur, & cœlestia: fœcus verò illi, qui obscena effutiunt, innuunt se profecto fore æternis cruciatibus mancipandos. Tandem sumpta similitudine à psittacis, picis, & aliis auibus, quæ humanas voces imitantur rem euincit; si enim tantum naturales voces eæ aues nouerint, paruo profecto pretio æstimantur, si vero voces humanas imitentur omnibus admirationi sunt & magni habentur. Scilicet multum est prætermiſſa propria natura altioris naturæ voces imitari: Pari ergo ratione, dum homo humana loquitur, nec propriam naturam prætergreditur, non magni æstimandus est, si vero diuinam, & Angelicam linguam imitetur, & semper cœlestia verbis promat multi ab omnibus æstimatur, nec immerito, plus enim homo à Deo, quā psittacus ab homine distat. Hanc expositionem habet Chrysoſtomus Hom. 9. in Acta, his verbis. *Signaculum accipiamus ex cœlestibus, & tanquam regia armenta ubique fulgeamus. Ex ore, & lingua iam noti efficimur sicut barbari, & sicut hi, qui græce loqui sciunt. Lingua enim à barbaris discernimur. Dic oro vnde psittaci sunt cognoscibiles, nonne ex eo quod loquuntur sicut homines, & nos cognoscibiles fiemus si loquamur sicut Apostoli, si loquamur, sicut Angeli.*

Ezechielis 47. 12. *Et super torrentem orietur in ripis eius ex utraque parte omne lignum pomiferum: non defluet folium ex eo, & non deficiet fructus eius. Per singulos menses afferet primitiua, quia aqua eius de sanctuario egrediantur: & erunt fructus eius in cibum, & folia eius ad medicinam.* Hunc locum pro nobis exponit sanctus Thomas opuscul. de Eucharist. c. 31. Hæc arbor vir pius est, folia verba, quæ quidem ad sanitatem gentium valent, quia aquis de sanctuario egredientibus irrigantur, id est sanguine Christi. Cum enim verba nostra sanguine Christi rigantur, & multa de cœlestibus secum deferunt, ad sanitatem valent, & spiritualibus animarum morbis apprime medentur. *Folia ligni* (ait sanctus Thomas) *paradisi Dei ad medicinam, & sanitatem gentium, id est, peccatorum, quia aqua eius de sanctuario egrediantur. Aqua sanctuarij spiritualis potus sanguinis Christi efficit verba sanctæ prædicationis ad salutem peccatoris.*

In manu artificum opera laudabuntur, & princeps populi in sapientia sermonis sui, in sensu verò seniorum verbum. VERS. 24.

In manu artificum opera laudabuntur, id est, sicut opera artificum ex manu artificio, industria, arte, subtilitate, peritia, qua facta sunt, celebrantur, & princeps populi in sapientia sermonis sui. Non aliter Princeps ob sapientiam, quam verbis protendit, commendatur. *In sensu verò seniorum verbum.* Et senum oratio ob prudentiam, quæ eorum verbis continetur ad cœlum vsque effertur.

In manu artificum. Nouam aggreditur tractationem; scilicet de rebus publicis, qualiter sint administrandæ. Confert Principem cum artifice, & manum artificis, cum lingua Principis: vt quemadmodum ex rebus affabre factis laus artifice, ita ex concinnis aptisque sermonibus Principi gloria accrescat. Ergo qui præfecturâ gerit leuigandis sermonibus artifex esse debet, verba molliet, vt artifex aurum expolire solet. *In sapientia sermonis sui.* Græca breuius: *in sermone suo.* Noster verò vulgatus expo-

fuit

suit quam verba laudi danda sint Principi, nempe ea, quæ ex sapientia, prudentiaque procedunt. Hugo. Non tam artificis opera laudanda sunt, quam Deus laudandus in operibus artificis, id est, non tam quærenda nostra laus, ex nostris operibus, quam Dei gloria, iuxta illud Matth. 5. sic luceat lux vestra coram hominibus, &c.

3. Hugo. *Et Princeps populi in sapientia sermonis sui.* Hugo. *Et Princeps populi in sapientia sermonis sui, supple laudabitur. Doctrina enim laudabilis est, quam vita commendat. Vnde Iob 29. gloria mea semper inuolabitur, & arcus meus in manu mea instaurabitur. Hinc est, quod tertius quinquagenarius, alijs pereuntibus, adduxit Eliam 4. Reg. 1. quia prelati, qui non operantur, sed prædicant, & qui prædicant, & non operantur, pereunt: illi soli saluantur, qui docent, & prædicant, & operantur.* Ergo sensus est iuxta hunc authorem; oportet prælatum, & Euangelicum coniconatorem, ea operari, quæ docet. Alioquin qui ex officio tenetur, nisi doceat, vel si solû doceat, & quod monet non assequatur, perit: sicut perierunt duo illi, qui comprehensuri Eliam venerant.

4. *In sensu vero seniorum verbum.* Hæc pars Græcis non est, significat autem verba senum si prodeant ex sapientia prudentiaque eximiam laudè loquentibus afferre. Ex artificibus autem ducta similitudo, quæ in priori parte habetur etiam ad hanc posteriorem trahenda. Aliam vero expositionem innuit Tigurina hæc ratione integrum versum transferens. *Opus de manu artificum laudem inueniat, at de sermone suo dux populi sapiens, ipsi vero verbo à senili prudentia.* Id est, Princeps instar artificis si hæc senili sapientia verba proferat, eximiam laudem consequetur. Duplicem aliam expositionem indicat Dionysius Carthuf. prior est: Principis viri verba tunc, tanquã affabre facta laudabuntur, si ex senili sapientia procedant. Posterior vero expositio per senes Principes intelligit, ita vt quos priùs hemistichium Principes dixerat, posterius senes appellet. Debent enim imitari Principes viri senum moderationem, & prudentiam. Hugo, id est, quodcunque verbum etiam minimum si simul cum opere iungatur eximiã lau-

dem meretur, multumque emolumentum auditoribus affert, dummodo senile sit, & prudentia plenum. Mystico vero sensu per istud verbum exiguû, & minimum intelligit Euangelicam doctrinã, quæ iuxta parãmiam de grano sinapis minimû quidem est ex omnibus seminibus; maius autem fit omnibus oleribus. Ergo si qui conciones ad populû habent multa auditoribus suis ex Euangelio insonent, & ad pietatem facile flectent. Lyra: *Verbum breue dictum a sapiente plus commendabitur, quam narratio magna ab alijs dicta.*

1. *Terribilis in ciuitate sua homo linguosus: & temerarius in verbo suo odibilis erit.* VERS. 2. 5.

1. Exequitur mala, quæ effrenata lingua præcipue principum parere solet. *Terribilis est in ciuitate sua homo linguosus.* Qui multa, & imprudèter oblatrat, & quidquid in buccam venerit effutit, ab omnibus timetur, quia ex inordinatis eius verbis frequentius in ciuitate rixæ excitantur, & temerarius in verbis suis odibilis erit. Et qui quiduis dicere audet, aliorum offensionem nihil curans, dignus odio est, & omnium inuidiam subire meretur.

2. *Terribilis in ciuitate sua vir linguosus.* Præcipue de viro Principe sermo est. Hunc autem maxime de decent inordinata verba. De hoc autem sermonem esse patet ex illis verbis. *In ciuitate sua.* Id est, in ciuitate cui præest. Terribilis autem dicitur, quia omnes eû timent, & verbis suis tragedias subinde excitat. Ex feris sumptam similitudinem nonnulli latinorum autumant. Facilius in ciuitate feram sustineas, quam maledicum, & qui temere proximo obloquitur. Verbum illud, in ciuitate sua, hæc ratione exponit Hugo Card. *Id est, homo loquax, & contentiosus odibilis est, & abominabilis mundo, in claustris, in scholis, in capitulis, quorum quodlibet dicitur ciuitas, id est, ciuium vnitas.*

3. *Temerarius.* Qui temere loquitur nulla animi consideratione, aut factò delectu. Dionys. Carthuf. præsumptuosus, ac fatuus, odibilis erit, id est, cum omnes perosum habebût, omnium inuidiã conflabit.

ECCLESIASTICI

CAPVT DECIMUM.

1. *Iudex sapiens iudicabit populum suum, & principatus sensati stabilis erit.*

1. **I**UDEX sapiens iudicabit populum suum. Iudex sapiens ius dicit populo suo. Et principatus sensati stabilis erit. Et regnum prudentis firmum erit.

2. *Iudex sapiens iudicabit populû suum.* Græcè: *Iudex sapiens erudit, & docet populum suum.* Huc referenda sunt latina verba, id est, in iudicio, & æquitate vnique quod suum est, tribuit, quid faciendum sit cuique præscribit. Frequenter enim in scriptura verbum iudico, id est, ac rego. Sapient. 2. *Diligite iustitiam, qui iudicatis terram.* Quia enim rectoris, & præfecti præcipuum munus est ius dicere, ideo iudico prorego ponitur. Dionysius quosundam lectionem affert: *iudex sapiens iudicabit populum suum, sed quam longe à vero abeant constat ex Græcis codicibus.* Expendit Hugo Cardinalis illud verbum *populum suum.* Non satis erat si di-

ceret populum, sed adiecit suum, id est, non alienû. Monentur enim principes ne datam sibi iurisdictionem contra fas extendant, neue sæculares iudices rebus, aut personis sacris se immisceant: neue Ecclesiastici sæcularibus iudicibus se intromittant. Item *populum suum.* Id est, iuxta merita populi, neue aut fontes palpet, aut in fontes puniat. Glossa ordinaria his verbis exponit. *Iudex sapiens, &c. factus est principatus super humerû eius, id est, vix terra, cuius Rex puer est, diabolus scilicet, qui semper diligit nouitates, & principes, primo cuius mane comedunt, id est, ante diem mortis, dicentes: manducemus & bibamus, cras enim moriemur.*

3. *Et principatus sensati stabilis erit.* Græcè: *& potentatus prudentis ordinatus erit.* Quæ lectio à nostra non multum distat. Quæ enim ex arte fiunt, & ordinem habent, perpetua sunt, & in æternû durant, vt cõstat in ædificiis. Nonnulli legunt: *terrabilis erit, id est, timorem in omnibus inimicis incutiet, vel vt exponit Lyra: Ideo eius principatus terribilis est* omnibus

omnibus impiis, quia sibi metuunt à iustis, & sanctis legibus. Tigurina, hanc posteriorem partem ita transfultit: *Et principatus sensati erit compositus.* Compositus dicit quod alij ordinatus ex Græco transfultulerunt. Metaphora sumpta ab ædificiis, ut diximus. Similia verba habes Prou. 26. *Rex, qui in veritate iudicat pauperes, thronus eius in æternum fundabitur.* Addit Dionysius, *aliqui habent, principatus sensati terribilis erit, quia iniquis terribilis est: sicut ait Apostolus: Principes non sunt timori boni operis sed mali.* Quia ergo plures timore supplicij, quam amore virtutis à malo abstrahuntur, oportet in fontes iudices esse sæueros. Tandem Dionysius de Christo iudice locum exponit. Paulus de Palatio stabilitatem hanc, & firmitatem principatus sensati ad orationes refert subditorum, quas pro æquissimo principe lubentes fundunt.

Prou. 26.

VERS. 2.

Secundum iudicem populi, sic & ministri eius: & qualis rector est ciuitatis, tales & inhabitantes in ea.

1. *Secundum iudicem populi, sic & ministri eius.* Iudicis exemplum ministri sequuntur, & qualis rector est ciuitatis, tales inhabitantes in ea. Rectorem ciuitatis ciues imitantur.
2. *Secundum iudicem populi, &c.* sententia perspicua omnium sacrarum & profanarum calculo firmata.

ETHOLOGIA CXII.

Subditi Prælatorum mores imitantur.

1. **E**T qualis rector est ciuitatis, tales, & inhabitantes in ea. Sententia hæc quotidianis experimentis probatur. Placet autem robur eidem addere aliquorum auctorum testimonij. Leuitici 4. 3. *Si sacerdos, qui unctus est peccatorum delinquere faciens populum offerat pro peccato suo vitulum immaculatum Domino.* Origenes homil. 2. in Leuiticum expendit verba illa: peccare faciens populum, quasi necesse sit, ut sacerdos peccans in eandem perniciem populum suum trahat. Hoc idem significat Moyses, qui eodem capite Leuitici num. 13. subdit. *Quod si omnis turba Israël ignorauerit, & per imperitiam fecerit, quod contra mandatum Domini est, & postea intellexerit peccatum, offeret pro peccato suo vitulum.* Eadem victima pro peccato solius sacerdotis, & pro peccato totius populi decernitur. Scilicet idem vtrunque peccatum reputatur, quasi vix fieri possit, ut peccante prælato, eodem crimine subditos non inuoluat. *Sed quid præcipue (ait Origenes) in huiusmodi sacerdote mirandum est? Non ut peccet, quod fieri non potest, sed ut agnoscat, & intelligat peccatum suum. Numquam enim se emundat, qui peccasse se non putat.*

Leuit. 4. 3.

Leuit. 4. 13.

2.

Iosue 24. 31.

Iosue 24. 31. *Seruiuitque Israël Domino cunctis diebus Iosue, & seniorum, qui longo vixerunt tempore post Iosue, & qui nouerant omnia opera Domini, que fecerat in Israël.* Cui sancti illi viri Dei amici populi clauum tenebant, facile omne vulgus in officio continuerunt, post quorum mortem in omne vitiorum genus sunt prolapsi. Tantum enim valet prælatorum auctoritas, & exemplum. Hac ratione exponit hunc locum Origenes homil. 1. in Indices his verbis. *In diebus inquit, seniorum qui cognouerunt opera Domini. Quis est, qui cognoscit opera Domini, nisi qui facit ea? sicut enim dictum est de filiis Heli, quia essent filij pestilentia, nescientes Dominum, non quod ignorarent Dominum, qui vique erant Doctores cætorum, sed quia sic agebant, ut agunt illi, qui nesciunt Dominum.*

Origen.

Origenes homil. 1. ex quatuor in Cantica ad rem præsentem trahit verba illa Cantico. 13. *Trabe me post te: currentus in odorem unguentorum tuorum.* Se vnam tantum trahi petit, & venturas secum omnes adolescentulas, & pedissequas ait. Nèpe si, is qui præest ad virtutem trahatur, nullo negotio reliquos secum rapit. Verba Origenis audi. *Si nunc quidem, ut videtur sponso consociatis sibi adolescentulis, quarum in posterioribus, nullus esse numerus dicitur: ab vno solo sensu, id est, odoratu tantummodo capta currere se in sponsi unguentorum odorem commemorat, siue quod ipsa cursu adhuc & profectu, siue quod ipsa quidem perfecta sit. Pro his autem adolescentibus, que adhuc cursu, & profectibus indigent ipsa etiam se currere fatetur.*

3.
Cant. 13.

Origen.

Isaia 6. 5. *Quia vir pollutus labijs ego sum, & in medio populi pollutus labia habentis ego habito.* Et se immunda labia habere fatetur Propheta, & populum in eodem esse crimine dolet. Verum vnum tantum remedium duplici malo adhibetur. *Et volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum, & dixit: ecce tetigit hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur.* Solius Propheta labia mundantur, cum tamen vniuersa plebs eodem quo ille malo laboraret. Nec immerito, nam Propheta labijs purificatis, totius populi ora mundari necesse erat. Vnde non necesse fuit singulos à populo mundos reddere, cum in vno Propheta vniuersus populus fuerit mundatus. Hac ratione exponit hunc locum Origenes homil. 1. in cap. 6. Esaiæ his verbis. *Seraphim, qui missus fuit mundauit labia Prophete: non mundauit autem labia populi. Confessus est enim ipse immunda labia se habere, & in medio populi immunda labia habentis habitare. Sed & hoc, quod missus est Seraphim, dignos esse de populo, ut & illorum labia emundaret.*

4.
Isa. 6. 5.

Orig.

Lucæ 2. 8. *Et pastores erant in regione eadem, vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum.* Nato Christo Domino omnium pastorem pastore, & in carne humana vigilante reliqui etiam pastores vigilant, quia facile, qui præest ubi omnes reddidit subditos, & nullo negotio vigilare facit eos dum ipse vigilat. Huius sententiæ est Origenes homil. 12. in Lucam qui ad hunc sensum trahit illud 1. Corinth. 3. *Dei cooperatores sumus.* Id est, facile Deum imitamur, & executioni mandamus, quod ipsum viderimus facientem. Etenim (ait Origenes) *Pastores Ecclesiarum nisi ille pastor venerit per se bene gregem seruare non poterunt, & infirma est eorum custodia, nisi Christus cum eis pauperit atque seruaerit. Dudum in Apostolum cooperaturi sumus. Pastor bonus, qui imitatur pastorem bonum cooperatores est eius, & Christi.*

5.
Lucæ 2. 8.

1. Cor. 3. 9.

Origen.

Psal. 118. *Tempus faciendi Domine dissipauerunt legem tuam.* Ex persona Christi dictum vult Ambrosius ibidem, & pro nobis adducit: *Tempus faciendi Domine.* Id est, tempus est, ut ego carnem induam in qua ego homines doceam opera pietatis exercece, & reddidit rationem: *Dissipauerunt legem tuam,* id est, iam diutius multis præceptis, & sancta lege, eos in officio continere curasti, verum cum ex illis nihilo meliores facti sint, restat ut iam cum eis, nõ præcepto, sed exemplo agamus. Facile enim eos ad pietatem effingam, si exemplo præieris. Nihil enim potentius, quam prælatorum exempla. *Factum tuum subueniat (ait Ambrosius) quia nec præcepta tua prodesse potuerunt. In lege præceptum est in Euangelio mysterium. Tempus faciendi Domine, non iubendi, sed faciendi, quia non legatus, neque nuntius, sed Dominus saluaturus erat populum suum.*

6.

Ps. 118. 117.

Ambros.

Mat. 8 Centurio quidam pro seruo moribundo rogans Dominum conuenit, & euntem humiliter detinet: cuius

7.

cuius fidem cum Christus laudasset, subdit: *Vade, & sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora.* Fides Domini laudatur, & seruo sanitas conceditur, ac si dominica fides seruuili sanitatem extorserit. Et sane ita est, notante Ambrosio lib.6. in Lucam. Scilicet merita, & demerita Domino & seruo communia sunt, atque adeo fides Domini seruo proficit, & sanitas serui ex meritis Domini procedit. *Videte etiam* (ait Ambrosius) *aeconomiam: probatur fides Domini, & serui sanitas roboratur, potest etiam meritum Domini famulo suffragari, non solum fide & merito, sed etiam studio disciplina.*

8. Saul cum famulo quarens asinas, quæ oberrabant, tandem venit in ciuitatem in qua Sampel morabatur, *Et ierunt in ciuitatem, in qua erat vir Dei.* Quæ verba iuxta Anagogem exponit Gregorius ibidem. Prophetam quærent, & iudicem populi, non per agros, sed in ciuitate, quia subditi optime referunt mores eius, qui præest, & in illis sine dubio inuenitur. Apta similitudine vitur Gregorius. Dum sæuit hyems arboris genus cognosci non potest; nam cum rami omni ornatu, floribus, fondibus, fructibus sint expoliata, nullum superest argumentum, ex quo arborem dignoscere possumus. Eadem verò arbores sub autumnum fructibus onustæ suum genus optime produunt. Ita etiam sæpè qualis sit Prælatus, non tam ex ipso, quam ex moribus subditorum dignoscimus. *Qui virum Dei, quærent* (ait Gregorius) *in ciuitatem veniunt, quia plerumque fiet ut vita, atque doctrina prælati in subditorum conuersatione requiratur. Sic nimirum, & arbores sæpe requiruntur, quales species non in foliis, sed in fructibus inueniuntur. Qui ergo fructum discernere vult, prius discernat, & ramos, & ex qua arbore fructus procedat agnoscat.*

9. *Iob 16. Facies mea intumuit à sletu. Et palpebra mea caligauerunt.* Gregorius libro 13. Mor. cap. 11. Per faciem Prælatos & rectores designari vult; scilicet vt per faciem homo dignoscitur, & quisnam sit, pulcherne, an deformis appareat, ita etiam totius Reipub. statum ex moribus Prælatorum optime venamur. Ergo hps oculos fleuissè, ait Iobus, quia Prælati plangere debent subditorum peccata velut propria. Verba Gregorij, subiicio. *Facies mea intumuit sletu, facies quippe sanctæ. Ecclesie sunt hi, qui in loco regiminis positi apparent primi, vt ex eorum specie sit honor fidelis populi, etiam si quid in corpore lateat deforme. Quia nimirum prælati plebium plangunt culpas infirmantium, seque sic de alienis lapsibus ac de propriis affligunt. Et palpebra mea caligauerunt. Palpebra enim recte appellata sunt, quia ad prouidendum pedum itinera vigilant.*

10. *Psal. 16. 8. Obscurentur oculi eorum ne videant,* id est, Prælati, qui oculorum vicem gerunt obscurentur, & nullum ex se pietatis exemplum emittant. Quid inde? *Et dorsum eorum semper incurua,* id est, quo profecto efficietur, vt subditi, qui dorsum appellantur ad impietatem etiam corruant, & infirmetur: dum enim Prælatus ad malum declinat subditi eorum vestigiis insistentes præcipites in vitia adiguntur. Hæc est mens Gregorij exponentis hunc locum his verbis. *Per Prophetam quoque prænuntiatis studio dicitur, non maledicentis voto, obscurentur oculi eorum ne videant. Et dorsum eorum semper incurua. Ac si aperte dicat, qui humana vita actionibus, quasi prouidendis itineribus præsent veritatis lucem non habent. Et qui sequuntur subditi iniquitatum suarum oneribus incuruati omnem statum rectitudinis amittunt.*

11. *Apocalyp. 16. 8. Et quartus Angelus effudit phialam suam in solem, & datum est illi æstum affligere homi-*

*nes, & astuauerunt homines æstu magno, & blasphemauerunt nomen Dei. Phiala effusa est super solem, quo futurum videbatur, vt sol temperaret radios, & ardorem suum, & tamen contra factum est, nam accensis radiis homines exussit. Gregorius 34. Moral. cap. 6. per solem eum intelligit, qui aliis præest, per homines verò subditos. Ergo homines æstuant, dum sol ira Dei aspergitur: nam Prælatus, in eandem ruinam & subditos trahit. Phialam videtur (ait Gregorius) *in solem effundere, & persecutionis supplicia virus sapientie splendore fulgentibus irrogare, & datum est illi, vt afficeret homines æstu, & igne, quia dum sapientes viri cruciatibus victi, male agendi terrore tanguntur, illorum exemplo persuasi infirmi quique temporali- bus desideriis inardescunt, ruina namque fortium augmentum præstant perditionibus infirmorum.**

Canticor. 7. *Mane surgamus ad vineas, videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punica.* Vide ordinem verborum: prius flores inspicit, & ex illis fructus agnoscit: per flores subditi, & imperfecti, per fructus Prælati adumbratur. Ergo ex floribus venatur fructus, quia ex subditorum moribus Prælati etiam vita dignoscitur; tum etiam prius vineas inspicit, ac tandem ad mala punica deuenit. Vineam enim subditos, mala autem punica Prælatos significant. Ergo ex vineis malorum punicatorum fructus subodoratur, quia eorum, qui præstant mores in populo depinguntur. Hanc expositionem adhibet huic loco Gregorius ibidem his verbis. *Mane surgamus ad vineas, & c. si floruit vinea conspicit, quia omnem profectum Ecclesie districto examine perpendit. Videt si flores fructus parturiunt, quia prospicit ad quem profectum teneri quique, & imperfecti excrecunt. Videt etiam si floruerunt mala punica, quia perfectos quosque respicit, & quid utilitatis in proximos habeat, quasi in floribus fructum, arborem agnoscunt.*

Matthæi 10. Misit Christus Dominus Apostolos ad prædicandum, quos postquam multis præceptis instruxit, subdit tamen nun. 16. *Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum.* Dicendum fore videbatur: *Ecce ego mitto vos, sicut Pastores vel canes, vt lupos arceatis, & commissum gregem regatis.* Sane si de materiali ouium tutela ageretur, hæc ratione dicendum esset; verum cum hoc loco Christus Dominus de spiritali animarum custodia sermonem inferat ad rem satis apta verba intulit. Scilicet homines potius ad pietatem inducuntur subditorum exemplo, quam vi, custodia, aut vigilantia. Ergo tunc qui præest commissum sibi gregem pascet, dum ouem induat & se pium, & benignum effingat. Ergo qui præest duçet subditos exemplo: hac enim ratione ad pietatem coget. Hanc expositionem accipe ex Gregorio Hom. 17. in Euangelia: his verbis. *Ecce ego mitto vos sicut oves inter lupos. Multi enim cum regiminis iura suscipiunt ad lacerandos subditos inardescunt. Terrorem potestatis exhibent, & quibus prodesse debuerant, nocent. Et quia caritatis viscera non habent, Domini videri appetunt, patres se esse minime recognoscunt, & si quando extrinsecus blandiuntur, intrinsecus sauiunt. De quibus alias veritas dicit: veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Contra quæ omnia considerandum nobis est, quia sicut agni inter lupos mittuntur, vt sensum seruantes innocentia morsum malitia non habeamus. Qui enim locum prædicationis suscipit, mala inferre non debet, sed tolerare, vt ex sua ipsa mansuetudine iram sauientium mitiget. Ergo si Prælatus ouinam induat mansuetudinem, facile lupos in oves conuertet.*

1. Reg. 2. 22. *Heli autem erat senex valde, & audiebat*

Gregor.

12. Cant. 7. 12.

Gregor.

13.

Mat. 10. 16.

14.

1. Reg. 2. 22.

bat omnia, quae faciebant filij sui vniverso Israeli, & quomodo dormiebant cum mulieribus, quae obseruabant, ad ostium tabernaculi, & dixit eis: Quare facitis huiusmodi res quas ego audio, res pessimas ab omni populo? Hæc vltima verba, ab omni populo, non referenda sunt ad verbum audio: quasi ad Heli deferrentur peccata filiorum relata ab omni populo: sed per se sunenda sunt, & trahendum verbum illud facio, vt sit sensus: quare facitis huiusmodi res pessimas, quas ego audio fieri ab omni populo. Scilicet peccata filiorum Heli, qui populo præerant in eandem perniciem vniuersum traxerant Israellem. Hanc enim vim habent peccata ab eis qui præsumt admissa, vt etiam in sibi subditos nullo negotio deriuentur. Huius autem expositionis auctor est Gregorius, ibidem, qui eam firmat verbis Ieremiæ c. 8. *AD Dan auditus est fremitus equorum eius, &c.* Quanam ratione tam longo interuallò audire potuit equorum hinnitus, vt scilicet consistentibus equis intra terminos Palestinae totam regionem hinnitibus oppleuerint: Per equos, & equites Principes viros intelligit. Hi sanè totam terram hinnitibus replent, quia eorum vocem omnes subditi tenent, & imitantur, & quod excipiunt, fideliter reddunt. *Quando sacerdotes (ait Gregorius) cum mulieribus dormiunt, subditi mandata Domini transgrediuntur, quia dum prælati heresum admixtione maculantur, reproba subiectæ synagoga multitudo in eisdem factoribus mergitur. Quare facitis eiusmodi res, quas ego audio, res pessimas ab omni populo. Quod tale est, ac si dicat: tanto grauius delinquitis, quanto grauius vniuersum populum vestro crimine maculatis. Simile etiam aliquid per Prophetam dicitur: à Dan auditus est fremitus curuum, & equorum eius. In quo nimirum loco non est, intelligendum, quod à Dan auditum sonitum referat, sed quod ipse curribus, & equis seuiens, eundem sonitum, qui audiatur, agat.*

Ierem. 8. 16.

15.

1. Reg. 2. 34.

Gregor.

16. 1. Reg. 8. 11.

Gregor.

17. 1. Reg. 10.

Et ruinam totius familiæ Heli Sacerdoti minatur Dominus 1. Reg. 2. 34. Huic autem futuræ cladi subdit statim. *Hoc autem erit tibi signum quod venturum sit duobus filiis tuis Ophni, & Phinees, in die vno morientur ambo.* Mors filiorum Heli ex Dei præscripto significat totius generis cladem: scilicet erant primogeniti, & ob hanc causam alijs prælatos significabant. Optime ergo ex prælati morte totius plebis ruina ostenditur. Hanc etiam expositionem accipe ex Gregorio ibidem, his verbis. *Sed mors filiorum minus pessima esset si ipsa causa mortis aliena non fieret. Vnde & non simpliciter mori, sed in signum morturæ domus mori prædicantur. Quia cum his, qui de vicino doctorem reprobum imitantur in eodem pacipitio corrumpunt.*

Lib. 1. Reg. c. 8. His verbis conatur Deus arcere Hebræos à petitione Regis. *Filios vestros tollet & ponet in curribus suis, &c.* Ideo nimirum Regem deposebant Hebræi vt pro eis arma caperet, subiungit Deus fore, vt cum primi belli ducem habeant, etiam ex filiis eorum milites eligat, & cuiusuis generis armorum artifices efficiat. Fieri enim nõ potest quin subditi superioris ingenij vires non imitentur. Audi Gregorium huius expositionis authorem ibidem. *Quod tale est ac si dicat, quia virtutis personam peritis sub eius disciplina vacare vix ocio non potestis. Quare & equites Regis, & præcursores quadrigalium regalium, tribuni & centuriones fieri perhibetur. Et quia virtutis sua robore exempla electorum patrum sequuntur præcursores sunt regalium quadrigarum.*

1. Reg. 10. 1. *Tulit autem Samuel lenticulam olei, & effudit super caput eius, & deosculatus est eum, & ait: Ecce vnxit te Deus super hereditatem tuam in Principem, & liberabis populũ suum.* Ordinem factorum ex-

pende cum Gregorio ibidem: Prius Saulem Samuel osculatur, ac subinde, vt eripiat Hebræos ab inimicis iniungitur. Osculum ex sententia Gregorij cum Deo amicitiam adumbrat, populum autem eripere est ad pietatẽ inducere. Ergo qui alios ad virtutem effingere conatur prius se ipsum ad eandem informet. *Osculato ergo Principe (ait Gregorius) dicitur: vnxit te Deus in Principem super hereditatem suam. Quasi rebus cum admoveat, dicens: Qui te ad hoc posuimus nostri, vt peccati inimicitias debeas soluere, quod in eis destruis, in te non debes retinere.* Hoc idem confirmat Gregorius verbis Christi Domini Ioan. 15. *Vos amici mei estis, & subinde, Posui vos, vt eatis, & fructum afferatis.* Prius eos in suam societatem asciscit, & postea aliorum curam mandat. Addit item Gregorius ex eodem Ioanne cap. 20. verba Christi ad eosdem Apostolos. *Pax vobis.* Et postea subdit. *Quorum remisistis peccata, remittuntur eis.* Qui enim prius in se ipso Dominicam pacem exceperit, facile alios in eandem amicitiam pertrahet. *Hinc ipsa veritas, subdit Gregorius, prius osculatur quos ordinat, deinde ad liberandos alios mittit: vos ait amici mei estis: deinde ait. Posui vos vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Hinc iterum resurgens à mortuis, dicit: pax vobis, deinde subdit: quorum remisistis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt, vt veluti osculum pacis in eorum mente figeret, quos peccati odia soluere præcepisset.*

Ioan. 15. 14.

Ioan. 20. 20.

Gregor.

18.

1. Reg. 16. 1.

Suffecturus Dauidem Sauli pergit Samuel Bethleem 1. Reg. 16. 5. *Sanctificauit ergo Isai, & filios eius, & vocauit eos ad sacrificium.* Iniunctum fuerat Sauli, vt vnum ex filiis Isai Regem inauguraret, & prius patrem, quam filios sanctificat. Nempe subditorum sanctificatio à prælato debet descendere, & à capite in membra, à Patre in filios. Hæc est mens Gregorij in hunc locum. *Isai (ait Gregorius) prius ad vltimam vocatur, vt bonum, quod subire subiectus cernitur in magistri sui mente fundetur. Nisi enim Isai prius vocetur, quæ faciendæ sunt non paudentur, quia sine magistri voluntate aliquid de subiecta persona faciendum non est.*

Genesis 50. *Asportate ossa mea vobiscum de loco isto.* Quærit Chrysofomus Hom. 63. quam ob causam petierit Iosephus ossa sua in Palestinam asportari? cuius hanc causam assignat. Nempe quia similia mandantem audiuerat Patrem Genes. 49. *Sepelite me cum patribus meis.* Tantum enim valet maiorum exẽplum, vt instar legis & præcepti subditos altringat. *Vide (ait Chrysofomus) quomodo, & ille eadem, quæ & pater curet, volens, vt simul auferantur inde ossa.*

19.

Gen 50. 24

Gen. 49. 29

Psal. 38. 1. *Dixi custodiam vias meas,* id est, decreui, certo apud me statui virtuti incumbere, & perfectioni studere. Et quod inde, *Dauid capies emolumentum?* *Ut non delinquam in lingua mea,* id est, cum alios virtutem docuero, si aliud verbis aliud operibus ostendam, exiguum enim ex mea doctrina capiẽt emolumentum, si me à veritate alienum viderint: imitantur enim mores non verba prælati. *Propheta dicenti conuenit suas nempe vias custodire suarum scilicet actionum cursus, & ingressus, ne declinent ad improbitatem, nec lingua peccet, qui verbis quidem vitia reprehendit, ea autem factis commendat, dum ipsa admittit, & suam ipsius doctrinam vitæ propriæ institutione mentitur.* Hæc Chrysofomus.

20.

Psal. 38.

Rex insipiens perdet populum suum: & ciuitates inhabitabuntur per sensum potentium.

VERS. 5.

Rex insipiens perdet populũ suum. Rex stultus causa erit

1.

erit euerſionis, & ruinæ populi ſui. *Et ciuitates inhabitabuntur per ſenſum potentium.* Et per prudẽtiã Dinãſtarũ vrbes inhabitabuntur, ciuiumque frequentia florebut.

2. *Res inſpiens perdet populum ſuum.* Sub tali Principe omnes dilabuntur, atque alio migrant; hoc eſt enim ciuitatem perdere, vt perſpicua ſit antitheliſis, cum poſteriori parte, nempe: *& ciuitates inhabitabuntur per ſenſum potentium*, id eſt, inſpiens coget alio migrare ciues, ſapiens vero reducit in priſtinum domicilium. *Perdet*, Alij ad priorem verſum referunt, priorem partem verſus, id eſt, Princeps improbus ſuo exemplo id efficiet, vt illi qui ei parent in eadem crimina labantur, quibus ipſe fœdatur.

3. *Et ciuitates inhabitabuntur per ſenſum potentium*, id eſt, per prudentiam potentium, Græce. *potentium vel Principum.* Quæ leſtio facilior eſt quam aliquorum Latjnorum, qui legunt, ſapientium, licet aliquando ſapientes Reges vocentur. Senſu morali per ſapientes, & prudentes intelligit Interlinearis Prædicatores, qui ad fidem, vel pietatem multos traducunt.

ETHOLOGIA CXIII.

Magnum nocumentum infert reipublica Prælatus impius.

1. **R***Ex impius perdet populum ſuum.* Præmiſerat mores Prælatorum in ſubditos effluere, quod & nos ſuperiori Ethologia nonnullis probauimus. Hoc autem verſu tam de bonis, quam de malis Prælatis hoc idem confirmat, ſiue enim pius fuerit, qui præfeſturam gerit, ſiue impius, pietatem vel impietatem ſuam facile in ſubditos traducit. Hoc præſens Ethologia euincit, at prius, quantum ſubditis noceant perditii mores Prælatorum, aperiamus. Pulchra ſimilitudine noſtram ſententiam fulcit Chryſologus, ſumpta ab arboribus, quæ vmbra ſua frugibus officiunt, præcipue nonnulla quarum vmbra nociua eſt, vt nux de qua Ouidius.

Me, ſata ne ledant, quoniam ſata ledere dicor, Imus in extrema margine fundus habet.

Ergo Prælati impij nuci, & alijs arboribus, quæ virulentã habet vmbra iure cõparatur. Vnde Ieremias 1. *Quid tu vides Ieremias? virgã vigilante ego video, alij, baculũ nucuum.* Verba Chryſologi tranſcribo. *Sicut inſecondã arbor, ſi fuerit in vinea, dum fundit mortiferam ſubiectis vitibus vmbra, inimica non ſolum ſibi, ſed etiã palmitibus ſit fecundis, ita etiam homo de ſeſ, ignauus, ſi præſit populis, non ſolum ſibi noxius, ſed multis, dum ſequentes ſe, ſuo vitiat, & perdit exemplo.* Vnde Aaronis virgã ex nuce fuit iuxta Philonem.

2. Genetiſ 17. in uerſo nomine Abram in Abraham multarum gentium patrem Patriarcham conſtituit Dominus. Verum audi, quid addat. *Hoc eſt pactum meum, quod obſeruabitis inter me, & vos, & ſemen tuum poſt te: circumcidetur ex vobis omne maſculinum.* Poſtquam multarum gentium eum caput, & originem fecit, tum demum eum ſeipſum circumcidere iubet. Nempe oportet, vt iſ qui alijs præferendus eſt noxas purget, vt alios inſtituat; quid enim ſi inani ſe Principiſ nomine iactet, & tumẽs infulas prætedat, ſi non ſe multa virtute ornauerit, quam veluti ex illo veluti exemplari trahant ſubditi?

3. Origenes tractatu 35. in Matthæum. *Et propter atrium puto in quo conſilium fecerunt, vt Ieſum dolo tenerent, & occiderent, deſolata eſt Ieruſalem.* Ieroluſymorum ſubuerſionem non retulit Origenes ad pec-

catum totius populi, & turbæ clamantis: crucifige, crucifige, ſed ad peccatum principum, qui coactõ concilio Dominum damnauerant. Scilicet Prælatorũ crimina impellunt ſubditos, in ſimiles noxas.

Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit. Pfalm. 1. 1. Non ait Beatus homo, ſed beatus vir, vt ſcilicet ſolum vitilem ſexum alloquatur, non etiam fœminas. Homo enim vtrumque ſexum complectitur, vir autem de maſculis ſolum dicitur. Ergo initio Pfalmorum, viros tantummodo alloquitur, nam hoſ ſi ad pietatem traxerit, facile etiam, & fœminas perducet; contra verò totius mali, & humanæ ruinæ cauſa extitit fœmina, dum contra ius & faſ, ipſamque naturam principatum ſibi præripuit, & virũ ad vetiti ligni elum pellexit, ſi enim infirmior dominetur, & alijs præſit, in perniciẽ trahit. Hoc dixerim ex ſententia Ambroſij exponentiſ hunc locum Pfalmi hiſ verbis. *Non incaute tamen ſi prior vocetur ad exercitium, qui fuit poſterior ad lapſum, quæ male cepit ſequi debet, vt vel poſt experimentum ſit verecundior, male Eua natura ordinem prætermiſit, expectare debuit præcedentem, aſtute ſerpens à poſteriori capit, ideo Propheta ad ſuperiorem reuertitur.*

2. Reg. 24. 12. Numerari iuſſit Dauid populum cuius peccati pœna proponitur data optione eligendi vnum ex tribus malis. *Aut ſeptem annis veniet tibi fames in terra tua: aut tribus menſibus fugies aduerſarios tuos, & illi te perſequentur: aut certè tribus diebus erit peſtilẽtia in terra tua.* Ex hiſ tribus malis primum, & tertium ſcilicet fames, & peſtilẽtia in malum populi vergunt. Secundum verò, id eſt, inimicorum fuga regem percutiebat. Scilicet peccata Principiſ & populorum pro eodem reputantur, atque adeo nullo habito delectu ſiue populo ſiue Principi pœna, & mala inferuntur. Ita Gregorius lib. 25. Moral. c. 23. hiſ verbis. *Ille enim Deo atteſtante laudatus, ille intimatorum myſteriorum conſcius Dauid Propheta tumore repentina elationiſ inſlatus, populum numerando peccauit: & tamen vindictã populũ Dauid peccante ſuſcepit. Cur hoc? quia videlicet ſecundum meritum plebiſ diſponuntur corda rectorum.*

6. Suggestu ſerpentiſ tranſgreſſa eſt Eua Dominicum præceptum, & ipſa impellente decidit etiam Adamus. Iam verò ad diuinum tribunal reſ deducta, cauſam dixit per ocium Adamus, & Eua, Serpens autem non requiſitus damnatur. Scilicet maxime Deus odit illoſ, qui alioſ ſuo exemplo in ruinam trahunt, & veluti Deus ſibi non temperet ſubita ira incenſus, inauditõs punit. Huius ſententiæ eſt Chryſoſtomus Hom. 17. in Genetiſm, qui ad rem præſentem notat ibidem prius Adamum in iudicium fuiſſe adductum, ſubinde Euam, ac tandem Serpentiſ peccatum iudici innotuiſſe, & tamen prius damnatur Serpens, quia ſcilicet huius tragediæ author fuerat. Sed audi quod ſuppliciu ſubeat Serpens. *Terram comedes, inquit cunctiſ diebus vitæ tuæ, ſuper pectus tuam gradieris.* Qui erecto capite gloriabar, iam demifſo capite incede. Scilicet oportet, vt Prælatus, qui ſuo exemplo ſubditõs ad malum protrahit de ſede diſturbetur. Tum etiã addo, prius Adamum de crimine fuiſſe requiſitum, cum tamen Eua prior peccauerit: ſic etenim ad originem mali reſpexiſſe videtur Deus, præeſt, autem vir fœminiæ, atque adeo ſi ille crimine maneret immunis, fore videbatur quod fœmina nullum crimen commiſiſſet. Hæc omnia innuit Chryſoſtomus hiſ verbis. *Vt enim ventum eſt ad ſerpentem, non iam illum dignatur, vs reſponſum ex illo audiat, ſed pœnam intentat, &*

4. Pfal. 1. 1.

Ambroſ.

5. 2. Reg. 14. 12.

Gen. 3. 14.

talem,

talem, qua omni tempore daret, & sui spectaculo omnibus posthac futuris doctrina sit, ne ultra illud pestilens audiatur consilium, neque locus concedatur dolosis ipsius insidijs. Et infra. Et dixit Dominus Deus, quia fecisti hoc: quia tali, inquit, malitia ministrasti, ut impostura illa opere completeretur, male consilium offerendo, & lethale poculum temperando, quia sic ministrasti, & a mea benevolentia excidere voluisti, creaturas meas, ministerio maligni demonis sententia exhibitio, qui ob excellentem inuidiam, & superbiam suam, è calis in terram deductus est, & propterea quia te instrumento est usus, perpetuam tibi poenam impono.

7.
Gen. 3. 16.

Genesis 3. his verbis Deus peccanti sœminæ supplicium intonat: *sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui.* Vel ut legit Chrylostomus Homil. in Genesim. *Et ad virum tuum conuersio tua.* Id est, quia partes, & officium capitis assumendo virum tuum, teque ipsam in tantam cladem adegisti, præcipio tibi, viro subitici, ne vterius tibi perniciem inferas. In immensum plane malorum barathrum se demittit, qui cum aptus ad gubernandum non sit reipublicæ clauum arripit. *Et quia nesciisti* (ait Chrylostomus) *imperare, discite bene regi.* *Ad virum, inquit, tuum conuersio tua, & ipse dominabitur tui.*

8.
1. Reg. 3. 12.

1. Reg. 3. 12. Sancte, & pie vixerat Heli sacerdos, & tamen eodem supplicio punitur, quo filij, qui deliquerant. Nempe is qui sua negligentia ruinæ causa extitit subditis, eodem ac illi peccato inficitur, eidem subiicitur poenæ. Hanc expositionem adducit Gregorius in hunc locum his verbis. *Idcirco iurauit Dominus Heli, quod non expietur iniquitas domus eius, victimis & muneribus in æternum. Qua in re etiam notandum est, quia qui inique agens filios non corripuit, in iniquitate fuisse reprehenditur, quæ in æternum, victimis, & muneribus non expietur.*

Gregor.

9.

1. Reg. 8. Omisso Deo, & Samuele Regem postulant, quam rem ægrè tulit Deus, & tamen eorum dictis annuit, cū tamen digni essent, qui non exaudirentur, imo vero ideo exaudiuntur ut abiectione Samuelis, & Dei poenas luant, quod namque maius supplicium subditis inferri potest, quam si eis Rex impius præficiatur? Ergo in poenam commissi criminis Saul eligitur, quia apud Deum offendit. Hoc indicat scriptura illis verbis: *audi vocem populi in omnibus quæ loquuntur tibi.* Id est, annue votis populi, eisque Regem præfice. Huius autem reddit rationem. Non enim abiecerunt te, sed me, ne regnem super eos, id est, ideo digni sunt, qui exaudiantur quia me abiecerunt, ne regnem super eos. *Qui ergo* (ait Gregorius) *in petendo Regem Dominum abieciisse conuicti sunt, dum id eis permitteretur agere per quod à se Dominum abiecerent, grauior poena non erat, quæ hi plebæ debuissent.*

1. Reg. 8. 9.

Gregor.

10.

1. Reg. 8. 11.

Potentibus Regē Hebræis: Hæc Samuel 1. Reg. 8. *Hoc erit ius Regis qui imperaturus est vobis: filios vestros tollet. Et infra. Et aratores agrorum suorum, & messorum segetum.* Supple: constituet eos. In malam partem accipit Gregorius ibidem verba illa; *aratores agrorum suorum, & messorum segetum.* Hi enim sunt per Tropologiam, qui iniqua præbent consilia, & ad crimina inducunt rudiores homines: quod fit dum Prælatus iniquus est. Dum enim Princeps Reipublicæ liberius agit, & in cæno vitiorum se volutat, multi eadem crimina in rudiores instillant. Hanc item expositionem accipe ex Gregorio ibidem his verbis. *Carnalis præpositi agri mentes sunt subditorum: aratores vero horum agrorum sunt, qui per artes secularis ingenij eis tradunt acta prauitatis. Velut enim solitudinem agrorum loquendo aperiuunt qui per reproba consilia simplicia corda corrumpunt, & segetes metunt, quando semina*

Gregor.

prauis consilij decepta corda minorum, fructum metunt male operationis.

1. Reg. 9. 2. Et erat ei filius vocabulo Saul electus, & bonus. Vtrumque à Saule longe abesse videtur, quia enim ratione bonus dici potuit, qui tot se criminibus obligauit? Vel qua de causa electus dicitur ille qui æternis cruciatibus se mancipauit? Gregorius in hunc locum: nec bonus dictus est ob pietatem neque electus ad prædestinationem & gloriam, sed quia ad id quod Deus intendebat bonus, vtilisque inuentus est. Profecto id Deus agebat, ut populum puniret, quia abiectione Deo, & Samuele hominem in Regem sibi præfici postulabat. Hoc autem apprime expleuit Saul; nam nulla maiori poena in Reipublicam Deus animaduertit quam dum ad Regnum euehi patitur. *Et occulta ait Gregorius) Dei ordinatione electi sunt, qui ultimo erunt iudicio reprobandi. Pastor ergo reprobus, quia ut sic Dei indignatione decernitur dicatur electus, & quia iuste permittitur dicatur bonus. Item quia ad exequenda diuina iudicia ceteris vtilior prouidetur, melior esse de filijs Israël nemo dicitur.*

11.

1. Reg. 9. a.

1. Reg. 9. 5. Cum autem venissent in terram Suph dixit Saul ad puerum, qui erat cum eo: *veni, & reuertamur.*

12.

1. Reg. 9. 5.

Quærens asinas Saul, iuxta Gregorium ibidē, Prælatus est subditorum bono inuigilans. Hic autem cum requisita non inuenit itineris focium his verbis alloquitur: *Veni & reuertamur.* Id est, cum nihil se proficere erga subditos Prælatus nouerit, se ipsum discutiatur, reuertatur ad se ipsum, & an hoc contingat ob proprios defectus, inquirat. Sæpius enim peccata subditorum ex Prælati impietate dimanant. Audi verba Gregorij. *Sed dum sancti viri deprecatione sua, alios conuertere non possunt de se vehementer timere incipiunt, ne inde omnipotenti Deo displiceant, vnde se placere ei vehementer cogitabant.*

Gregor.

Multis prædictionibus in suscepto Regis munere Samuel Saule confirmare nititur. Inter alias 1. Reg. 10. *Et cum ingressus fueris ibi urbem, obuium habebis gregem Prophetarum venientium de excelso.* Non satis apto nomine chorum Prophetarum appellasse videtur Samuel. Cum enim Prophetis totius populi cura mandata fuisset, potius eos pastores appellare, quam gregem debuerat. Quid est ergo quod ait, obuium habebis gregem Prophetarum? Scilicet, nouerint, qui præsumt etiam se esse gregem, & ab alio pastore duci. Sicut enim ipsi insequentium populorum pastores sunt, ita etiam præuentis Dei sunt greges; vnde constat multo grauius delinquere dum peccant, quam subditi, nam hi in Prælatum delinquant, Prælatus in Deum. Audi Gregorium huius expositionis auctorem ibidem. *Et grex quidem Prophetarum dicitur, quia multi sunt Pastores sanctæ Ecclesiæ, & Pastorem vnum habent Dominum Iesum Christum.*

13.

1. Reg. 10. 1.

A Dei iussu descuerat Saul 1. Reg. 13. 13. *Dixitque Samuel ad Saul: stulte egisti, nec custodisti mandata Domini Dei tui, quæ præcepit tibi, quod si non fecisses, iam nunc præparasset Dominus regnum tuum super Israël in sempiternum: sed nequaquam regnum tuum ultra conseruet. Quasiuit Dominus virum secundum cor suum.* Iuxta cor Dei eligendus dicitur Dauid per Antithesim ad ea, quæ de Saule præmiserat; dixerat enim de Saule, quod à Dei voluntate desciuisset. E contra vero Dauid iuxta cor Domini futurus dicitur, quia ad nutum Deo obtemperauit. Vide quam leui ex causa reiiciatur Saul, quia nimirum præceptum Domini, nec admodum graue prætermisit, quia licet hoc in subdito ferendum fuerat, non tamen in Prælato, cuius crimina multum plebi inficiunt. Ita Gregorius ibidem. *Sed queri debet secundum cor Dei,*

Gregor.

14.

1. Reg. 13. 13.

vt

Gregor.

ut scilicet non solum diuinam voluntatem intelligat, sed bonis operibus ostendat.

I 5.
Gen. 49. 3.

Morti proximus Jacob his verbis alloquitur primogenitum filium suum. Genes. 49. 3. *Rubem primogenitus meus, tu fortitudo mea & principium doloris mei: prior in donis maior in imperio. Effusus es ut aqua, non crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius.* Dum peccatum à Rubem commissum extollere, & augere intendit, quantum ceteris filiis sit Prælatus, præmittit: scilicet peccata eius qui præest longe sunt grauiora. In hunc sensum adducit hæc verba Chrysofomus homil. 67. in Genesim. *Vide quanta sapientia iusti volens accusationem intendi, prius dixit privilegia ei à natura concessa, & dignitatem, quam tenebat, quod principium filiorum, & primogenitura honore clarus sit, & postea voluntatis peccata, illius monstrans, quod nihil proderunt nobis, ea quæ à natura insunt, nisi voluntatis bona sequantur opera. Hæc enim sunt, quæ laudem habent, & vitium. Durus, inquit, ad ferendum, durus, & pernicax, natura inquit tibi datum amisisti propria temeritate.*

Chrysof.

16.
Psal. 37. 6.

Psal. 37. *Pueruerunt & corrupta sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ.* Hunc Psalmum scribit David ex persona Christi Domini. Illud autem difficultatem ingerit, quæ ratione de Christo dici possit, quod ei cicatrices contabuerint & quod ignorantia laborauerit, quæ diuina est sapientia? Chrysofomus in eundem locum Psalmi, ideo dictum existimat, quia de Iudæ proditore peccato sermo dictus est, quod Christus Dominus peculiariter sibi adscribit, quia peculiariter Iudæ erat Prælatus, dum eum in Apostolorum numerum adscripsit: peccata vero subditorum tanquam propria ad Prælatum referuntur. Vide quantum officiant Prælatis à subditis commissa crimina, ut Iudæ scelus Christi famam quodammodo denigrauerit? *Quamnam autem (ait Chrysofomus) insipientiam habuit, qui est vere sapientia? Sed insipientiam suam dicit Iudæ, ut magister sui discipuli lapsum sibi tribuens. Huius proditoris putrescebant vitæ cicatrices. Quid enim fuit illo peccato fatidius in quo tradebat figmentum suum autorem?*

Chrysof.

VERS. 4.

In manu Dei potestas terræ: & vtilem rectorem suscitabit in tempus super illam.

I.

Postquam bonum rectorem, & gubernatorem laudauit, docet à solo Deo populo dari, ut sensim vigeat populū ad exigendum à Deo bonū Principem & dum habuerit Deo acceptum referat. *In manu Dei potestas terræ.* Penes vnum Deum est alios, aliis præficere. *Et vtilem rectorem suscitabit in tempus super illam.* Et bonū, & commodū Principem tempore suo eligit.

2.

In manu Dei potestas terræ. Hoc sibi Deus reseruaui, scilicet Principes eligere. Hic germanus sensus, & cum posteriori parte sententiæ optime cōuenit. Similia passim in scriptura. Rom. 13. *Non est potestas nisi à Deo.* Minus bene nonnulli latinorum ita exponunt: Dominus vniuersas hominum nationes moderatur, & nutu torquet. Vera quidem hæc, sed quorsum? Minus male alij hanc partem ita exponunt: Vnus Deus totius orbis potestatem gerit, cum alij omnes Reges, & Dynastæ, & acceptum à Deo habeant imperiū, & in partes diuisū, ut alius, aliis imperet, nullus omnibus. Iuxta illud Hest. 13. *In diuisione tua cuncta sunt posita.* Psal. 94. *in manu eius omnes fines terræ.* Hugo Card. Deus Regum, & Principum voluntates in potestate sua habet adeo, ut quo vellit, vertat, & inflectat iuxta illud Prou. 21. *Sicut diuisiones aquarum: ita cor Regis in manu Domini, quocumque voluerit inclinabit illud.* Sed primam expositionem præfero.

Hester 13.
Psal. 94.
Hugo.

Latini codices nonnulli inter priorē partem huius sententiæ quam exposuimus, & inter posteriorē quam iam expendo, hæc verba inserunt: *Et execrabilis omnis iniquitas gentium.* Quæ pars si retineatur, & gratiam huius sententiæ perdit, & flum orationis intersecat. Vnde ab hoc loco expungenda sicut reiecit vulgatus, si vero retinenda sit hunc sensum efficit. Omnium iudicum, & præfectorum potestas à Deo originem habet, adeo ut infidelium, & Ethnicorum præfecturæ à Deo etiam trahant originem, ut Christus Dominus, ad præsidem Pilatū Ioan. 19. 10. *Non haberes potestatem aduersum me illam, nisi tibi datum esset desuper.* Vel etiam possunt habere hæc verba, hunc sensum: Deus in omnes gentes potestatem suam extendit, ut non solum piis hominibus, & fidelibus, imperitet, verum etiam iniquis, & infidelibus. Alij: ea est Dei in omnes homines potestas, ut non solum puniat in præsentia iustos, verum etiam & iniquos quandoque etiam in præsentis sæculo pena afficiat: frequentius autem in futuro penam differat. Paulus de Palacio refert hanc partem sententiæ quam reiecimur legisse Marcellum Papam epist. 1. quam ipse Palacio hac ratione exponit: Imperium totius terræ in manu solius Dei est, & quia execrabilis est ei, omnis iniquitas Gentilium tot peccatis offensus. Christum vtilem rectorem tempore suo, id est, cum venerit plenitudo temporis suscitabit super totam terram, iuxta illud 1. Reg. 2. *Dominus indicabit fines terræ, & dabit imperium Regi suo.*

Ioan. 19. 10.

1. Reg. 2.

Et vtilem rectorem suscitabit in tempus super illam.

4.

In tempus, id est, apto tempore, & opportuno. Alij: ad tempus, id est, non perpetuum, nullum enim imperium præsertim prudentium & iustorum Regum perpetuum est. Nostræ expositioni fauet Tigurina, quæ translulit opportune. Dionysius, in tempus, id est, tempore à se præfixo & ordinato. Solet enim Deus populi peccata punire impiissimum tyrannū illis præficiendo, iuxta illud Iob 34. *Regnare facit hypocritam propter peccata populi.* Integram sententiam hac ratione transfert Tigurina. *Potestas terræ in manu Domini: qui opportune suscitabit in ea hominem vtilem.* Ergo sensus est: in eo maxime Dei potestas elucet, quod dum temporis ratio postulet vtilem gubernatorem reipublicæ præficiat, dum vero peccata exigunt tyrannum. Expendit Hugo verbum illud suscitabit duobus modis, & ad sensus morales satis apte, cuius verba transcribo. *Et signanter dixit suscitabit, quod est à morte reuocare, sive de mortuo viuum facere: nullus debet eligi in Prælatum nisi qui mortuus est peccato & parentibus, & mundo, & sibi.* Deut. 18. *Proprietatem de gente tua, & de fratribus tuis sicut me suscitabit Dominus Deus tuus.* Hæc ille, oportet ergo Prælatum virtute, & sanctitate florere, non rerum temporalium, aut generis amore duci. Addit insuper idem Hugo, posteriorē expositionem his verbis: *Vel suscitabit dicit, quia nemo debet se ingerere.* Hebr. 5. *Nemo quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron.* Ergo ex sententia Hugonis ille ad præfecturam eligendus est, qui nihil de illis cogitat, qui non prænat, sed veluti mortuus omni sensu caret. Vel etiam verbum suscitare significat oportere à mortuis surrexisse eum, qui in dignitatem assumitur, & ea quæ apud inferos aguntur oculis lustrasse, ut eorum recordatione in officio contineatur, vel ea referendo sibi subditos in officio contineat. Adeo enim difficile est eum, qui præest vitiis non diffluere, vel subditos ad virtutem formare.

Dionys.

Iob 34.

Hugo.

Deut. 18.

Hebr. 5.

Princeps pius multas utilitates Reipublicæ affert.

- I. **R**ex insipiens perdet populum suum, & ciuitates inhabitabitur per sensum potentium. In manu Dei potestas terra: Et utilem rectorem suscitabit in tempus super illam. Priora verba ostendunt quot mala Reipublicæ inferat Prælatus impius, & munus suum non curans: subdit autem per antithesim utilitates, quæ ex bono Principe in subditos dimanant, ut ex vtriusque collatione quantum inter vtrumque sit discrimen expressius eniteat. Et nos etiam hanc partem nonnullis testimoniois probemus. Imprimis tantam felicitatem Princeps pius affert Reipublicæ, ut hunc Deus loco maximi doni largiatur. Ergo ob benefacta populi, hoc in primis bono eum Deus donat, ut bonum, & æquum principem ei præficiat
- Deut. 32. 8. Deuteronom. 32. 8. *Quando diuidebat Altissimus gentis, quando separabat filios Adam, constituit terminos populorum, iuxta numerum filiorum Israël. Vel ut legit Origenes Hom. 16. in Genesim. Cū diuideret Excelsus gentes, & distingueret fines gentium secundum numerum Angelorum. Apud fati ad rem præsentem transcripsit, id est, unicuique regno Deus Principem præfecit iuxta meritum ciuium. Ut scilicet piis pium etiam daret Principem, illis vero qui pessimis moribus erant præditi iniquos etiam prælatos obiceret. Cum diuideret (ait Origenes) Excelsus gentes, & distingueret fines gentium, secundum numerum Angelorum, disposuit eas. Et facta est pars Domini Iacob funiculus hereditatis eius Israël. Vides ergo quia pro meritis vniuscuiusque gentis Angelorum statuitur principatus?*
2. Misera seruitute oppressi filij Israël, clamauerunt ad Dominum, qui suscitauit eis saluatorem & liberauit eos Othoniel Iudic. 3. 9. Origenes Hom. 3. in Iudices, donec precibus à malis, quæ patiebantur impetrauerunt eripi, miseræ seruituti subditi fuerunt. Exponit etiam subinde verba eiusdem capituli nu. 11. *Mortuus est Othoniel filius Cenez: addiderunt filij Israël facere malum, in conspectu Domini. Scilicet ex meritis populi bonus princeps præponitur plebi, & ex eiusdem demeritis aufertur. Sed illud consideremus (ait Origenes) quia donec seruiuerunt Chusarathon: Hi qui traditi fuerant pro delictis, & non clamauerunt ad Dominum, non suscitatus est qui liberare eos posset. Considera, quia pro eo quod indigni erant habere principem talem, propterea aufertur ab eis bonus index, & fecerunt filij Israël malum.*
3. Iudic. 4. 1. *Addideruntque filij Israël facere malum in conspectu Domini post mortem Aod, & tradidit illos Dominus in manus Regis Chanaan Iabin. Iuxta merita populi aut pius Princeps eligitur, aut impius dum populus in virtutem incumbit, Aod eum iudicat, & ab hostibus defendit. Postquam verò in crimina corrui de medio aufertur Aod, & crudeli principi subiicitur. Hoc ex Origenem dixerim Hom. 3. In Iudices, qui suam sententiam firmat verbis Osee 8. 4. *Ipsi regnauerunt, & non ex me: Principes stiterunt, & non cognoui. Cum Deum nihil omnino lateat, qui sint electi principes nescisse fatetur, nepe ignorare dicitur quod reprobat. Ergo sensus est iuxta merita populi eis præfectos & iudices misit, scilicet impios, dum ipsi improbi fuerunt, probos dum ipsi virtutem amarunt. Adiecerunt (ait Origenes) filij Israël facere malum in conspectu Domini: & Aod mortuus est: seruauerunt in his nimirum illa obseruatio, quia pro peccatis populi moritur bonus populi Iudex. Cum enim indigni fuerint effecti, ut fecerint mali-**
- gne in conspectu Domini, auferetur ab eis homo Dei. Sed dicit fortasse aliquis, quando Ecclesia Dei sine iudice est? etiam si prior defecerit, etiam alter adhibetur, audacter fortasse dicimus, sed quod scriptum est dicimus. Nō semper Princeps populi, & Ecclesie iudex pro Dei arbitrio datur, sed prout merita nostra deposcunt. Si mali sunt actus nostri, & operamur malignum in conspectu Domini datur nobis Principes secundum cor nostrum. Et hoc tibi de scripturis probabo. Audi namque quod Dominus dixit: fecerunt sibi Regem, & non per me, & Principem, & non per meum concilium. Et hoc dictum videtur de Saule illo, quem vtiq; Dominus elegerat, & Regem fieri iusserat: sed quoniam non secundum voluntatem Dei, sed secundum meritum populi fuerat electus, negat eum cum sua voluntate vel consilio constitutum.
- Origenes Hom. vnica in libros Regum pro nobis pugnat illis verbis Psalmi 140. *Eleuatio manuum* Psal. 140. *meorum sacrificium vespertinum*, id est, mea oratio, quæ Rex fundo sacrificij vespertini instar obtinet. Quemadmodum singulis diebus sub vesperam mactata hostia pro peccatis populi numen litabant; ita etiam præfecti vel Principis alicuius oratio in bonum cadit totius populi; & veluti sacrificium est quo iniquitas omnis plebis aboletur. Quod in Moysæ factum est. *Eleuat* (ait Origenes) *manus suas* Origen. *ille, qui eleuat actus suos a terra. Et conuersatio sua adhuc in terra ambulantis, in caelis est. Excelsi ergo actus, & sublimes, quos videntes homines magnificant patrem cœlestem, eleuatio manuum dicuntur, & sacrificium vespertinum. An non in lege per mysterium dicebatur, cum Moysæ eleuante manus suas in cœlum vincebat Israël, demittente vero deiciente deorsum vincebat Amalech, id est, dum Prælatus manus eleuat cœlestibus operibus incumbens, subditi quoque inimica vitia expugnant, si verò ille manus remiserit demonum præda fiunt.*
5. *Iob 24. 17. Si subito apparuerit aurora arbitrantur vmbra mortis.* Sensu morali per auroram exponit Gregorius lib. 16. Mor. ca. 23. Prælatum piis, & honestis moribus præditum, qui auroræ instar vniuersum orbem illustrat. Cum ergo homines nequam viderint, hos ad clauum reipublicæ assumi dolent, ægreque ferunt; & veluti aurora suo lumine cuncta perlustrat, colorem, & visum omnibus reddit, ita honestus Prælatus multis bonis reipublicam cumulat. Gregorium audi. *Sicut de sancta Ecclesia quoque dicitur: quæ est ista, quæ progreditur, quasi aurora cõsurgens. Quo igitur iustus quisque iustitiæ luce irradians in præsentis vitæ honoribus sublimatur, & ante peruersorum oculos tenebra sunt mortis, quia peruerse egisse meminerunt, corrigi pertimescunt.* Gregor.
6. *Exodi. 12. 11. sub quibusdam ritibus agnum comedere iubet Deus. Sic autem comedetis illum. Renes vestros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus tenentes baculos in manibus.* Hac figura adumbrati putat Gregorius bonum Prælatum Hom. 22. in Euangelia: nempe prius se accingit, & postea baculum portat: se accingere est ad legis normam se accommodare, & ad omnem virtutem se exercere: baculus autem insigne est potestatis. Ergo prius se ad pietatem informet, quam alios ad virtutem perducat. Tum etiam agnum comedat, id est, prædecessorum suorum exempla sequatur, ruminet, miretur. *Tenentes baculos in manibus*, (ait Gregorius) *quid lex per baculum, nisi pastorem curam designat? & notandum quod prius precipitur renes accingere, postmodum baculos tenere: quia illi debent curam pastorem suscipere, qui iam in suo corpore sciunt fluxa luxuria domare, ut cum alij fortia prædicant, ipsi desiderijs mollibus enerviter non succumbant.*

7. 1. Reg. 8. 1. *Factum est autem cum tenuisset Samuel posuit filios suos Iudices in Israël. Merito non iuuenis, sed senex longævus erat Samuel, dum filios suos Israëlî præfecit. Senex autem dicitur, non tã annis, quam moribus. Est autem res adeo difficilis, viros dignos ad præfecturas assumere, vt hoc nõ nisi pro viro deferendum sit; præcipuè cum priuati amoris stimulus vrget, & tamen res non pro voto accidit Samueli. Quid si priuato amore duceretur? Audi Gregor. huius expositionis authorem ibidem. *Qui filios suos iudices ponit, quando illos in sacerdotij dignitate constituunt, qui remissioris vitæ tempora contemplantur.**

8. 1. Reg. 9. *Cumque mane surrexisset, & iam clucesceret, vocauit Saul Samuelem in solario. Dubia adhuc luce Rex eligitur, quia vel sanctissimi, & prudentissimi viri Samuelis, & qui numine Dei agebatur in re tanta oculi caligant, & hæret animus. Res enim valde difficilis est virum dignum ad præfecturas euehere, & quæ multum negotium faceffit etiam sanctissimis, & prudentissimis viris. Quis enim abdita pectoris rimari potest? Pulchram hanc expositionem accipe ex Gregorio ibidem his verbis. *Quod bene in eius ordinatione dicitur, quia omnipotenti Deo postea displicuisse memoratur. Quasi enim mane antequam illucesceret Propheta vidit hunc, qui ei in luce bona conuersationis apparuit. Sed plena diei claritas nondum erat, quia in eo futuræ tenebras per præsentem cogitationis lucem videre non poterat. Quod nimirum toties, in sancta Ecclesia agitur, quoties boni sunt, qui eliguntur in præfenti, sed in eodem bono perseveraturi non sunt.**

9. Esaiæ 1. 2. 3. Innumera mala, quibus obruebatur re publica Hebræorum, late profequitur hoc capite Propheta. Sed illud in primis tanquam reliquorum originem meminit Propheta, quod scilicet pestis etiam in Principes grassabatur. *Principes tui infideles socii furum omnes diligunt munera, &c.* Hoc totius mali principium, & caput. Vnde cum malorum misertus Deus tantis malis medicamen adhibere vellet, subdit. *Et restitui iudices tuos, vt fuerunt prius, & consiliarios tuos tanquam antiquitus, quid inde? Post hæc vocaberis ciuitas iusti vrbs fidei.* Id est, si semel Principes & prælatos ad meliorem frugem traducam, omnes prorsus noxas populi eluã. Hanc expositionem accipe ex Chrysofomo ibidem, qui paulo aliter transfert verba Propheta. *Principes tui non obediunt. Vehementissimi morbi signum est, & obliqua peruersitatis, quando hi, quorum est ex officio mederi, inferunt morbos. Principum enim est licentiosam, & inconditam populi rebellionem comprimere, & in officio continere, vt ad legum formulam obsequentes reddant. Iam quando isti deprehenduntur primi in præuaricatione legum, quoniam pacto alij possunt esse doctores? Et infra. Vnde reliquam insuper medelæ speciem addidit, neque in tepestine, videlicet administrationem seu præfecturam, probaturum Principum, & consiliariorum copiam, qui boni sint, & patres ciuitatis ad pristinam redeant sanitatem, dum obsequenter parent medicamentis, medicique adsunt, quam optimi. Beneficij non mediocri loco habendum est, si contingat nancisci Principes bonos.*

10. Matthæi 10. 34. *Nolite arbitrari, quia pacem veni mittere in terram, non veni pacem mittere, sed gladium. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam, aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam, & inimici hominis domestici eius.* Non satis constat, quam ob causam hæc verba Christus inferuerit, nec connexionem aliquam habere videntur, cum his quæ præmisit aut subiungit. Verum Chrysofomus ibidem hac ratione filium orationis ordinat. *Præmiserat Christus Dominus: Omnis ergo, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor,*

*& ego cum coram Patre meo, qui in cælis est: qui autem negauerit me coram hominibus, negabo, & ego cum coram Patre meo, qui in cælis est. Quæ verba ad Apostolos referenda sunt & ad reliquos Ecclesiasticos prælatos, eorum successores; his enim protendit quantum debeant in virtute proficere, nec vi aliqua, aut metu ab ea dimoueri. Hoc autem confirmat verbis quæ præmisimus scilicet, nolite arbitrari, &c. Ac si aperte dicat: si quilibet ex Ecclesia ad eum virtutis gradum contendere debet, vt omnem priuatum amorem contemnat, patrem & matrem iuraque omnia sanguinis, virtuti posthabeat: vos, ô, Ecclesiastici prælati, qui maiorem perfectionem insequi tenemini, quanta fulgère debetis virtute? vt hac ratione eos ad virtutem inducat quam subinde in subditos transferant. *His quippe (ait Chrysofomus) admonitionibus Apostolos simul & muniebat, & sublimiores faciebat. Nam si à posterioribus vxores, viri, & liberi, & parentes, propter me contemnantur. Quales oporteat vos esse, à quibus illi, quasi magistris fidem suscipient.**

Chrysofomus homil. 13. in Lucam, his verbis prælatos instruit. *Sit eius doctrina duplex vt verbis facta conueniant, actus doctrina respondeant, in nullo sit minor, qui cunctis est potior. Sit cum autoritate humilis, cum humilitate sublimis. Non ideo sit melior, quia maior, sed ideo maior, quia melior.* Aurea plane verba Chrysofomi, sunt enim plures in præfecturis constituti, qui ea tantum luce præfulgent, quam ex ipsa hauriunt dignitate: cum tamen ipsi offerre deberent splendorem prælaturæ, qua ipsa illustraretur.

Augustinus in Psalmum 59. ad illa verba, *Iuda Rex meus, &c.* ad rem præsentem trahit illud Psalmi 144. *Singulariter sum ego donec transeam.* Vel vt legit Augustinus, *singularis sum ego donec transeam*, id est, nisi exemplo præiero eis, quibus præsum, non multos lucrabor, non multos animorum motus faciam, non multos mei instituti habebo sectatores. Si vero eos exemplo antecedam multos lucrabor: Item expendit relata verba Psalmi. Præmisit David; *Iuda Rex meus.* Et subdit statim. *Moab olla spei meæ.* Quia prælati exemplo facile in spem subditi inducuntur earundem virtutum. Item inducit, illud Ioan. 12. *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, &c.* Quæ sententia ad prælatos referenda est teste Augustino hac ratione. Nisi præsul exemplo suo subditos præcedat difficile efficiet, vt ipsi vel crimina exuant, vel virtutem amplectantur. *Moab (ait Augustinus) olla spei meæ. Quare olla? quia tribulatio, quare spei meæ? quia præcessit Iuda Rex meus. Quæ enim præcessit debet sequi. Quia times, quia præcessit? Per tribulationes, per angustias, per opprobria. Cæpta erat via antequam transiret, posteaquam transiit sequere. Iam parat via illius transitu. Singularis sum ego, inquit, sed quo vsque? vsque transeam, singulare granum quoadusque transeat, cum autem transierit, sequetur fructificatio.*

Postquam Christus Dominus quinque hominum millia paut, in montem aufugit teste Ioanne c. 6. *Fugit iterum in montem ipse solus.* Non in syluis se abdidit, nõ valles, & demissa loca petiuit, sed in montem ascendit, quo facto eos instruit, qui ad præfecturas assumuntur, vt scilicet ad summum perfectionis contendant, nec fat est illis mediocribus esse contentus. Huius expositionis author est Augustinus lib. 4. de consens. Euangelist. his verbis. *Hoc autem mysteriũ deorsum repetentes carnales homines fugit, quia valde sublime est: vnde & illos ipse fugit in montes qui animum eius terrenum requirebant.*

Genesis 1. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostrã, & præsit piscibus maris, & volatilibus cæli.* Philo lib. de opificio mundi putat hæc verba

Gregor.
Gregor.
Chrysof.
Chrysof.
August.
August.
August.

Chrysof.
I I. Chrysof.
I 2. Psal. 144. 10.
Psal. 59. 9.
Ioan. 12. 24.
I 3. Ioan. 6. 15.
I 4. Gen. 1. 26.
Y y dicta

dicta esse à Deo ad creaturas aliquas quarum ministerio utebatur ad effingendum hominem. Quærit ergo, quam ob causam Deus per se ipsum hominem non plasmaverit, sed Angelorum curâ commiserit? Cui dubio responderet hoc Deum fecisse, ut suo honori confuleret. Veritus enim ne sibi tribueretur, si quid in homine mali pullulasset, maluit aliorum curâ hominis formationem mandare. Tam enim certum est, quod si quid mali insit in operibus alicuius artificis auctori tribuatur, ut maluerit Deus hominis creationem ad alios trāsferre, quâ ad se, ne quod in homine vitiosū fuerit sibi tribuatur; magna enim vis inest cuiusvis rei authoribus, & prælatis, ut mores suos, & ingenium in subditos, & in opera à se facta refundat. Et ideo, quicquid in ipsis vitiosū, vel bonū fuerit in auctores, & prælatos recidit. Ut ergo Deus à se depelleret crimen hominis formationem aliis commisit. Quod si hæc expositio alicui minus probetur, quod Christiana fidei principii minus sit consentanea: meminerit Philonem à Iudaica superstitione ad sacra Christiana non trāsisse. *Quam obrem* (ait Philo) *de sola hominis generatione scriptum est, dixit Deus faciamus hominem, quod indicat assumptos alios tanquam cooperatores, ut irreprehensibiles tã voluntates quam actiones hominis recte se gerentis accepta ferantur Deo auctori omnium, contrarie vero alijs sibi subditis. Oportebat autem Patrem causam non esse malorum suis subditis, malum autem est vitium vitiosaque actiones.*

Philo.

15.
Gen. 3. 17.

Gen. 3. 17. *Adæ vero dixit: quia audisti verba uxoris tue & comedisti, &c.* Id est, teste Philone, hæc mala tibi euenerunt, quia ordinem inuertisti, & tu cum vir esses, & caput scemine, eã secutus es, quæ mobilitate animo innata, te in malū protraxit. Hinc totius tragediæ principium quia infirmū sexum tibi præfecisti. Rē probat ducta similitudine à quadrigis quarū cursum optimè dirigitur, dū auriga flectit habenas, & equi parēt, si vero è contra eorū imperū sequeretur auriga, omnia pessumeunt. *Nil inuilius* (ait Philo) *quã audiri sensum ab intellectu, & non contra potius, debet enim semper præesse melior subesse deterior. An intellectu sensus est melior? Ergo sicut auriga regente, & iumenta habentis, quod placet flectente, currus præcedit, illis vero contumaciter frænum mordentibus & auriga transfusus fertur, & iumenta interdum rapiuntur in canum cursu prorsus aberrante.*

Philo.

16.
Exod 7. 1.

Exodi 7. 1. *Dixit ergo Dominus ad Moysen; ecce constitui te Deum Pharaonis.* Sed ex quo potissimum sumpta sit similitudo, & quâ ob causam Moyses Dei personam induat scriptura non indicat; indicat Philo lib. de sacrificiis Cain, & Abel, scilicet ex animi pietate & moderatione. In primis Deus nec ira mouetur, nec peculiari affectu trahitur, nec passione incēditur, sed omnia plane tēperat, & ad iustum examen librat. Non aliter qui præest, quam maximè temperatū esse oportet. Hoc si fecerit, instar Dei nutu suo omnia diriget, & ad optatum finem perducet. Tum etiam sicut animi virtutes naturaliter Deo insunt, non aliter pudicos mores, quâ fieri potest maximè radicatos oportet esse in Prælati. *Quin* (ait Philo) *& cum in terrenis, eo utebatur negotijs, non principis, aut Regis communem aliquã virtutem indidit ei per quam is exerceret potestatem in affectus anima, sed Deum eum constituit totam corporis regionem, ducemque eius intellectum subiiciens ei, iubensque seruire, inquit enim: do te Deum Pharaonis, in Deum autem nec subtrahitio cadit nec oppositio, cū sit plenus & semper sibi ipsi parat. Expēdo verba illa Philonis, Deum eum constituit totam corporis regionem, &c.* Ac si dicat: Principes quidē Reges vel Imperatores alicui vel prouintia, vel regioni imperāt, nullus tamen est, qui vniuersum orbem subiectum

Philo.

habeat. At vero Deus totam rerū vniuersitatē nutu suo torquet. En tibi causam ob quam Moyses, non factus sit Rex vel Imperator Pharaonis sed Deus: quia scilicet subditis sat est si vnâ, vel alterâ virtutē colant, ei autē qui præest omnē prorsus virtutem induere oportet omnesque motus animi frangere.

Gravi ratiocinatione nobis ad stipulatur Philo libro de Cherubim. Rebus omnibus inferioribus principium quo se mouerent natura indidit. Nempe leuitatē ignis qua se attollerent, terræ grauitatē qua se deprimerēt, animantibus cunctis principium motus quo se librent. Vni cœlo, hoc principium non dedit, neque enim se ipso agente mouetur, sed circum rotante Angelo in gyrum agitur. Et ut cum Philosophis loquar, non habet principium motus. Deus sibi reseruauit, cœlum mouere, & circum agere, scilicet in hac rerū vniuersitate cœlū locum & vicem tenet Principis, qui suo motu omnia metitur, & virtutibus gubernat. Ergo licet cœlo commiserit sublunarium rerum ordinem, & gubernationem, ipsius tamen cœli motus penes se voluit esse. Quo ostēdit quantum excedere debeant Prælati eis qui præsunt. Tum etiam docet Deo eorū facta reseruari. Insuper si ipsi omnia iuxta Dei voluntatem dirigant facile futurū ut subditi in officio cōtineantur. Vnde nulli planetarum motū hunc cōmisiit, sed Angelo, nempe cum Planetæ erronee sint futurum erat ut totum orbem in errorem inducerent. Reliqua ex verbis Philonis patebunt. Verba eius infero. *Quibus tamen opifex non commisit habenas veritus, ne male regerent, sed vniuersos à se ipso pendere voluit, ratus sic maximè concinnum motum fore.*

17.

Philo.

Leuitici 8. *Et desuper humerale in quo erat doctrina & veritas.* Philo lib. 3. de vita Moysis ideo inferas ait rationali doctrinã, & veritatem, ut quâ sit necessarium Prælati exemplum, & quantum valeat, ostendat. Tum etiam doctrina significat eximiam sapiētiam, veritas vero quod alios docere debeat. Nec enim satis est si ipse mouerit, quæ necessaria sunt, sed ut alios eadem doceat, ut omnes suis moribus instruat. *Voluit autem* (ait Philo) *illud rationale quadrangulū esse artifex, pulchre subindicas oportere rationem, tum naturam hominis inconcussam esse, & solidam, quapropter ei, duas supra dictas virtutes reuelationem, veritatem. Nam & natura ratio vera est, reuelatoriaque omniū, & ea, que in sapiente est imago illius alterius debet esse verissima, & nihil celare præ inuidia quod quidem cognitū sit utile.*

18.
Leuit. 8.

Philo.

Errantes asinas cū diu incassum, quæsiuisset Saul de reditu in domū cogitabat. i. Reg. 9. quē famulus itineris focus monet, ut Samuelem consulant, ad quē Saul. *Ecce ibimus, quid seremus ad virū Dei? Panis defecit in sitariciis nostris, & sportulã nō habemus, ut demus homini Dei, nec quicquam aliud.* Iure eligendus Saul in Regē dolet sibi panē defecisse, quod iuxta Gregorium ibidē significat oportere ei, qui ad præfecturas assumitur alimenta virtutum, & doctrinã, quibus possit, & se ipsum, alere, & alios pascere. In quē sensum infert illud Ioan. 6. & Lucæ 9. de miraculo fatiatē multitudinis. Apostoli discubentibus panem apponunt, & fragmenta colligunt, quia tanta debet Prælati, doctrina virtuteque abundare, quæ non solum sibi ipsis sit satis, sed etiam subditis. *In Enāgelio dicitur* (ait Greg.) *impleuerūt septē sportas de fragmentis, cū enim in mensis Dominici panes abundat sporta impleri præcipiuntur, quia cū electi anima in superni Redemptoris contemplatione veritatis eruditur, ut verbi alimonia, qua in se exercere con nititur, in memoria ad eruditionē reponatur. Aliud autem præter panem, & sportulam abundanter habet qui cum virtute contemplationis, & doctrina verbi abundat copia sanctæ contemplationis.*

19.

i. Reg. 9.

Grego.

VERS. 5. In manu Dei prosperitas hominis, & super faciem scribæ imponet honorem suum.

1. *In manu Dei prosperitas hominis*, id est, in potestate Dei felicitas, & bona hominis fortuna. *Et super faciem scribæ imponet honorem suum.* Et docto, & litterato homini tribuet honorem.

2. *In manu Domini prosperitas hominis*, id est, prospera fortuna à Deo hominibus venit. Cohæret cum superiori versu in quo præfecturas & dignitates à Deo dari docuit author, nunc autem addit ab eodē felicitatem, & rerum abundantiam obuenire: seu forte, quas superiori versu appellauit præfecturas, & appellauit dignitates, nunc prosperitates appellat. Iansenius, & Latinorum plures ex Græco non prosperitates sed potestates transtulerunt. Habet autem hæc lectio sensum non ingratum, & optime cum superioribus cohæret hoc modo. Deus est qui homines ad dignitates, & præfecturas euehit. Erit autem hæc similis præcedenti sententiæ, scilicet, *in manu Domini potestas terra.* Hugo Cardinal. *In manu Dei, id est, in dispositione Dei potestas hominis, id est prædicatoris, vel rectoris cuiuslibet.* Ac si dicat. Si quos prædicator vel prælatus ad meliorem frugem traduxerit, non suæ industriæ, aut eloquentiæ referat sed Deo intus momenti, & regenti. Tigurina, *successus hominis in manu Domini*, id est, nihil cæco fato, aut fortuna accidit, sed omnia ex Dei prouidentia disponuntur, quæ præcipuè elucet in electione prælatorum.

3. *Et super faciem scribæ imponet honorem suum.* Pro facie Iansenius, & Tigurina transtulerunt personam, nam dictio Græca utrunque significat, quam lectionem nostræ vulgatae trāsferat Iansenius. Sed non video quam ob causam, cum eundem utraque lectio sensum habere possit. Glossa Ordinaria: *Qui vice sua mittit ad prædicandum.* Ergo vult concionatoribus summum honorem deferri, sicut eidem Christo à quo mittuntur.

4. *Scribæ:* Non nulli ad doctrinam referunt, alij ad officium. Si priorem intellectum sequamur sensus erit: Non modo prælatos ut est in priori versu alijs præficiendos, sed peritos doctrina, sapientia, qui ob hanc causam illustres apud omnes habentur. Melius autem nomen scribæ, non ad doctrinam, verum ad officium & munus referas, scilicet publicum scribam, & cancellarium, cuius officium, & munus est publica scripta, & tabulas asseruare. Ergo cum dixisset ad Deū pertinere munera, & officia distribuere, de scribæ dignitate quæ maximam apud Hebræos dignitatem habebant peculiariter hoc loco differit, quæ etiam Dei nutu distribuit, dicit. Officium verò scribæ apud Hebræos eximie fuisse dignitatis habes 2. Reg. 8. Ezechiel 4. Reg. 18. Alij vero hoc modo exponunt: etiam si alijs longe doctrina, & sapientia præstes, nisi Dei nutus accesserit nullam præfecturam obtinebis, etiam ex illis quæ viris doctis debentur. Quod patrio adagione dicere solemus. *Ventura te de Dios hijo que el saber poco te basta.*

VERS. 6. Omnis iniuriæ proximi ne memineris, & nihil agas in operibus iniuriæ.

1. Docet hæc sententia remittere iniurias, quod licet omnibus sit commune prælatis præcipuè iungitur, si velint præfecturas suas esse stabiles. *Omnis iniuriæ proximi ne memineris*, cuiusuis iniuriæ tibi à proximo illatæ, ne sis memor, & nihil agas in operibus iniuriæ, & nihil agas ob opera iniuriosa, hoc

est, caue ne in eum infurgas, qui te iniuria lacefluit.

Omnis iniuriæ, Græce iniustitiæ, vel delicti. Quidam indefinitam sententiam exponunt, id est, o, tu princeps aliquis in te collatas iniurias vliscere, quasdam verò condona: scilicet quæ tibi tanquam priuatæ personæ inferuntur, ne referas: quæ verò in damnum Reipublicæ, puni. Hanc expositionem innuit Tigurina, quæ ita transfert: ne succenseas proximo ob quamuis iniuriam.

Ne memineris, Græce, ne vliscaris. Sed codex Latinus radicem vindictæ amputauit, nempe memoriam offensæ, nisi enim acceptam iniuriam oblivioni mandes difficile manus à vindicta cohibebis.

Et nihil agas in operibus iniuriæ. Nos: ne acceptam iniuriam referas. Hac enim ratione posterior pars sententiæ priori cohæret. Iansenius autem nouam sententiam his verbis contineri: ut scilicet moueat author ne vlli iniuriam irrogemus. Nomen iniuriæ apud Græcos non significat simpliciter iniuriam, sed eam quæ cum contumelia, & petulantia coniuncta est. Et ne per contumelias vicem rependas ei, qui te læsit.

ETHOLOGIA CXV.

Viri Deo sacri iniuriarum sint immemores.

1. *Omnis iniuriæ proximi ne memineris.* Præcipuè hæc sententia tangit eos qui in dignitatibus sunt constituti, siue illi sacri sint, siue profani. Ergo rem duplici Ethologia absoluemus, prior monet iniurias remittere eos, qui in sacris sunt constituti, posterior verò prælatos omnes, distulit Christus Dominus pro inimicis preces fundere vsque ad crucem in qua maxime sacerdotis officio functus est, ut nos doceat præcipuè ad sacerdotes pertinere præceptum de diligendis inimicis. Hoc dixerim ex mente Ambrosij lib. 10. in Lucam his verbis. *Lucas autem competenter asseruit laroni veniam sacerdotali intercessione donatam, & indicij persecuentibus eodem munere indulgentiam postulatam.* Ergo hoc idem in latrone expendit Ambrosius, qui cum prius simul cum socio Christo insultaret, non multo post facti penitens veniam impetrauit, & Paradiso donatus est primus.

2. Descendit Spiritus sanctus super Apostolos reliquosque fideles Actor. 2. qui æstuantem illapso Spiritu foras prodierunt, & ad populum de Dei laudibus variis linguis concionem habuerunt. Auditores secus rem interpretati quasi vino madentes acceperunt. At Petrus modeste crimen depulit, nec tamen vltus est illatam contumeliam, quia teste Chrysofomo Hom. 4. in Acta, sacerdotale munere incipiens Petrus fungi iniuriam facile condonauit. Et ob hoc tam modestum responsum prima illa concione ad Christianam fidem traduxit, quia nihil est, quod ita hominum animos moueat, quam illatæ iniuriæ obliuio. *Quantæ putas* (ait Chrysofostomus) *hoc esse improbitatis, quantæ impudentiæ adscribere linguarum miraculum? verum id Apostolis nil attulit tristitia, neque reddidit illos timidores: cum eo tempore audirēt in se iaci scommata, quando iam aduentu Spiritus fuerant instructi, ut essent cunctis rebus corporalibus superiores.*

3. Cum Paulus, & Barnabas, de retinendo vel de dimittendo Marco diffiderent, his verbis vsus est Lucas Actor. 15. *Facta est autem dissensio, ita ut discederent ab inuicem.* Chrysofostomus Hom. 34. in Acta legit. *Facta est autem exacerbatio, ita ut separaretur*

alter ab altero, expenditque sententiam his verbis. *Quamuis autem non dixit, quod Barnabas exacerbatus sit, sed inter eos fuit exacerbatio. Si hic non est exacerbatus, nec ille.* Itaque ex sententia Chrysostomi neuter exacerbatus est, sed facta est inter ipsos exacerbatio, quousque tandem? donec separarentur ad iniuriam, fieri non potest ut semper idem omnes sentiamus: sed illud viros in sacris constitutos maxime decet, ne animo dissideant, & amore.

4.
Psal. 28. 7.

Hunc sensum habent verba illa Psal. 28. *Vox Domini interdicentis flammam ignis*, id est, oportet eum qui ad populum pro suggestu loquitur iram cohibere, & hanc ignis flammam interdiceret. Addit in eundem sensum, *vox Domini preparantis ceruus*, id est, hæc eadem verba eosdem conseruatores præparant ad partus feciles. Etenim ille, qui nouit inimicos diligere plures filios spirituales Christo parit. Vel aliter ceruus symbolum est eorum, qui illatas in se contumelias facillè condonant, & illis vescuntur, sicut ceruus venenatis serpentibus. Ergo qui hac ratione ceruum se præstiterit, reuelabit condensa, id est, arcana sacræ scripturæ mysteria, facillè tenebit, & aliis exponet. Hunc sensum tradit Augustinus exponens prædictum Psalmum his verbis. *Vox Domini interdicentis flammam ignis. Vox Domini per ardorem concitatisimum persequentium se sine ulla lesione transeuntis, vel diuidentis furentem iracundiam persecutorum suorum. Vox Domini præscientis ceruus. Vox enim Domini primum percipit superatores, & repulsores venenosarum linguarum, & reuelabit syluas, & tum ei reuelabit opacitates diuinorum librorum, & umbracula mysteriorum ubi cum libertate pastantur.*

August.

ETHOLOGIA CXVI.

Iniurias remittere indicium est ingenite nobilitatis.

I. Superior Ethologia euicit ad viros in sacris constitutos maxime pertinere præceptum de diligendo inimicos: Præsens verò ad eos maxime spectare probat, qui vel genere vel nobilitate excedunt. Sunt qui iniuriam propulserunt, ne animum ignaum & imbecillum induisse videantur. Ego autem longe aliter se rem habere contendam: ut scilicet percutientem repercutere animi sit prorsus abiecti, probabo. Quæsiuit Petrus à Domino Matthæi 18. quoad vsque tandem lædenti se parceret? *An vsque septies? cui Dominus: Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies.* Ac si dicat: fat erit si alij septies offendenti iniuriam remittant. mihi verò Domino in infinitum vsque numerum protrahenda est inimicorum remissio. Indicat hunc sensum Basilius Hom. 11. in Exameron. his verbis. *Petrus quidem septies, Dominus autem septuagies septies.* Et ibidem, *Prout sciuit docebat discipulos supergressus est discipulum opulenta pietatis Dominus.* Vel forte verba habent hunc sensum. Alij vsque septies remittant in se peccatibus, tu verò, ô, Petre omnium discipulorum caput, si in infinitum iniurias acciperis, in infinitum missas fac. Crescit enim simul cum dignitate locoque sublimi remittendarum iniuriarum necessitas. Hunc sensum tradit Origenes in hunc locum Matthæi his verbis. *Quoniam oportebat aliquid maius habere Petrum super illos qui ter arguerant. Ideo illi sic dicit; & tibi dabo clauas regni cælorum.*

Mat. 18. 21.

Basil.

Origen.

2.
Ioan. 8. 50.

Cum illatas contumelias patiēter tulisset Christus Dominus Ioannis 8. 50. ait: *Ego non quero gloriam meam, est qui querat & iudicet.* Quæ verba ex-

positore Gregorio Hom. 18. in Euangelia habent hunc sensum: ideo quæ in me scommata iacitis & iras & imprecationes non repello; quia enim iudex constitutus sum à Patre. Deducet autem virum principem maxime repercutere percutientem. Vel habent hunc sensum: etsi ego omnium hominum constitutus sum à Deo iudex, & omnium peccata ad meum tribunal sint deferenda, vnum est peccatum quod nunc punire recuso, nempe in me iactata scommata, quia hoc facto docere contendo maxime absonum rationi esse se vlciisci eum, qui ad præfecturam est euectus. *Ego autem* (ait Gregorius) *non quero gloriam meam, est qui querat, & iudicet, Scimus certum, quia scriptum est, quia Pater omne iudicium dedit filio: & tamen ecce infilius iniurias accipiens gloriam suam non querit, illatas contumelias Patris iudicio reseruat, ut nobis profecto insinuet quantum nos esse patientes debemus, dum se adhuc vlciisci non vult, & ipse qui iudicat, id est, reliqua omnia peccata iudicabo, vnum est, quod ad Patrem deferri vellem, nempe mihi illata iniuria, dedecet enim iudicem acceptas iniurias punire.*

Psal. 6. Qui primus est ex his quæ ad penitentiam spectant, his verbis orsus est Dauid: *Domine in furore tuo arguas me.* Expende cum Magno Gregorio in hunc locum dictionem illam *Domine.* Aperto enim vocabulo eum vocitat quem iniuriarum, & peccatorum immemorem optat. Nihil enim est quod tam hominem à iusta ultione reuocet, quam vel generis claritas vel summa potestas. *Vides* (ait Gregorius) *quam bonum principium quam affectuosum, quam gratia plenum. In eo enim quod Dominum vocat, quod sui iure misereri deberet, ostendit. Dominorum enim est seruos alere non negligere.*

3.
Psal. 6. 1.

Gregor.

Ecclesiast. 11. *Breuis in volatilibus apes, & initium habet dulcoris fructus illius.* Cui sententia talem affigit sensum Ioannes Chrysostomus Hom. 68. ad populum. *Apes principatum habent inter alia animalia, quæ ad vsum hominis operantur. Ideoque tam dedecet hoc animal vindicta, ut si semel aculeum infigat, moriatur, animamque in vulnere ponat. Sūt quidem alia animalia, quæ hominem vel aculeo pungunt, vel cornibus impetunt, vel vnguibus, dentibus, rostrone dilaniant: At nullum horum hominem lædēs perit præter apem, quia initium dulcoris habet, id est, quia principatum gerit inter reliqua, quæ ad hominis vsum elaborant. Deducet quidem omnes ultio, sed præcipue Reges & Principes. Audi verba Chrysostomi, *Nome vides apem quemadmodum moritur aculeo? Per illud nos animal docet Deus, ne proximum afficiamus tristitia, ipsi namque prius mortem excipiunt. Et illos quidem paululum ledimus, nos autem non amplius viuimus quemadmodum illud animal. Et si laudat scriptura, quod operarium sit asserens, cuius opes Reges, & priuati ad sanitatem offerunt, nihil tamen ipsi prodest, ne moriatur: sed omnino moriatur, est opus. Ergo illam non liberat malefacientem in reliquis præstantia, multo minus nos.* Forte ideo à natura ita apes institutæ sunt, vt vulnerando decidat, quia futuræ erant Regiæ dignitatis symbolum. Fauet dicto Iustinus lib. 24. dum recenset Hieron. Regis historiam his verbis. *Paruulum, & humana opis indigentem apes congesta circa iacentem melle multis diebus aluere. Ob quam rem responsō auspicum admonitus pater, qui regnum infanti protendi caneant, paruulum recolligi, omnique studio ad spem maiestatis, quæ promittebatur instituit. Ergo apes regiam maiestatis symbolū sunt; vt ego ostendat quam longe à Regibus sit vindicta, sese occidunt immisso spiculo; vel ideo quia apum Reges spiculo carent, quo omnes aliæ armantur**

4.
Eccles. 11.

Chryso.

Iustin.

armantur, testatur Seneca lib. 1. de Clementia c. 19. *Iracundissima, ac pro corporis captu pugnacissima sunt apes, & aculeos in vulnera relinquunt: Rex ipse sine aculeo est.* Ergo ideo apes optimæ reipublicæ symbolum gerunt, quia licet omnes aculeo armentur, vnus tamen Rex est exarmatus, quia à principibus viris aliena vindicta. Addit Chrysofomus. *Ferarum est verè lenissimarū n̄mine quopiam ledente iniuriam accipere, neque nisi coangustatas in necessitatem redegeris, nunquam ledent, nunquam mordebunt, sed propriam transibunt viam. Tu vero homo cum sis rationalis tanto decoratus principatu, tanto honore, & gloria feras imitaris, & iniuria fratrem afficis, & deuoras, vnde poteris excusari?* Ad trutinam voco verba relata Chrysofomus; *tanto honore & gloria, &c.* quibus exponit versum illum Psalmi 8. *Minuisti cum paulo minus ab Angelis gloria, & honore coronasti cum: & constituisti eum super opera manuum tuarum.* Quasi dicat: dedit Deus homini principatum, & dominium super omnia animalia, eumque Regem constituit, quo maximè factu eum ad clementiam, quæ propria principum est, pellexit.

Inauguratum Christum concinit Propheta Psalm. 109. *Virgam virtutis tua, emittet Dominus ex Sion. Dominare in medio inimicorum tuorum.* Hoc sceptrum vel virga, quod insigne Regiæ potestatis datur teste Chrysofomo ibidem est clementia, & iniuriarum remissio. Apud profanos quidem Reges euaginatns gladius insigne est Regiæ potestatis, apud Deū vero è contra clementia & iniuriarum obliuio Regiam dignitatem designat. Hanc ob causam missurus Christus discipulos tanquam Ecclesiæ Principes omnem orbem subiugaturus, eos sine baculo, & sine calceamentis remittit Lucæ 10. vt neque virga percuteret, neque calceo ferire, neque percutientem abigere valeant. Hæ sunt insula, & nota supernæ dignitatis, inimicorum tolerantia, & patientia. *Virgam* (ait Chrysofomus) *virtutis tua emittet Dominus ex Sion: dominare in medio inimicorum tuorum.* Hoc enim, eos quoque mittens dicebat: *ecce ego mitto vos tanquam oues in medio luporum, quod enim est quidem, minus priori miraculo, non est enim minus eos qui obuium locum obtinent lupos vincere, quam eos, qui sunt in alijs inepti, esse superiores.*

1. Reg. 24. Miratus Saul, quod sibi pepercisset Dauid, cum posset eum tuto occidere, dum in spelunca delituit, hæc verba protulit. *Et nunc scio, quia regnaturus sis, & habiturus sis in manu tua regnum Israel.* Multa quidem Sauli suppetebant argumenta ex quibus certissime posset deducere Dauidem ei sufficiens: scilicet electio Dei, prophetica inunctio, bellica virtus, & sexcenta alia: nihil autem horum animum fregit, nec vnquam sibi persuasit futurum Dauidem Regem donec cum inimico parentem vidit. Audi Chrysofomum Homil. 3. de Dauide. *Pariter hunc laudans & vniuersos erudiens, quod tunc maiora præmia nobis à Deo proposita sunt, cum pro innumeris beneficijs in hostem collatis diuersa recipimus. Ecce agnosco quod regnabis: quodque regnum Israel constituetur in manu tua. Vnde igitur te quasi ista loqueris? Nimirum ex ipsis Dauidis moribus.* Adducit subinde Chrysofomus verba Psalmi 131. *Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius.* Et subdit. *Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eum: de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.* Nimirum cum multis virtutibus ornetur Dauid nullam aliam præter mansuetudinem in medium adducit, qua Deum promissionis suæ commonefaciat. Id est, vt eum in Regem eligat, & ad posteros Regiam dignitatem tradcat, quia nihil aliud tam

debet Reges, ac mansuetudo, ac mite ingenium. Quod & in Moysè factum, scribit Chrysofomus, quia ideo dux populi factus est, quia omnium Hebræorum erat mitissimus, & iniuriarum immemor. Hoc autem subdit Chrysofomus; *Beneficia dicit, & quod est omnium honorum causa, moderationem humilitatem, mansuetudinem. Propter quod maxime admirationi habetur Moyses: erat inquit mitissimus omnium hominum, qui erant super terram.*

Hoc idem innunt verba illa Tertulliani lib. de Patientia cap. 2. *Patientia Domini in Malcho vulnerata est.* Cum Petrus seruum Pontificis percussisset etiam Domini læsit maiestatem. Nam dedecus est primos viros, & in dignitate constitutos ferientes ferire. Ergo Petrus Dominum vlciscens, eum quodammodo ignominia affectit, ac si non æquo animo inimicorum vim, & inimicorum iracundiam pateretur. Imo vero apte hoc loco Tertullianus Christum vocat Dominum, quia maximè alienum est ab eo qui dominium gerit iniurias vlcisci. Vel fortè vulneratus est Dominus in Malcho, qui Petrum Principem Ecclesiæ elegerat. Nam cum valde alienum sit ab eis qui præfecturas gerunt vicem ferientibus rependere, quodammodo Petrus, eum læsit, qui se ad tantum fastigium euexerat, ac si hominem non elegisset ingenio mitem. Et ob hoc fortè repressus est à Christo Domino duriuscule dum seruum Pontificis vulnerauit, ac si rem aggrediretur viro Principe indignam.

In hunc sensum exponit Chrysofomus verba illa Esaiæ 1. 23. *Principes tui infideles, sicut furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones.* Ipse paulo aliter legit, nempe: *Principes non obediunt; Principes tuorum diligentes munera, persequentes retributionem.* Quæ vltima verba scilicet: *persequentes retributionem*, vel vt codex vulgatus habet: *sequuntur retributionem*, explicat Chrysofomus de his, qui percutientem reperiunt. Ergo ait Esaias nefas, quod Principes Israëliti populi verba Dei non audient, peius, quod ius detorquent ob munera accepta, illud vero pessimum quod se de inimicis vlciscunt; hoc enim crimen viros Principes maximè dedecet. Audi verba Chrysofomi ibidem. *Persequentes retributionem, iniuriam contumeliamque ab inimicis illatam ad memoriam reuocantes, eisque se contristauerunt studiose procurantes rependere vicem. Id, quod insignis maleficy est species. Quamobrem multa cum sedulitate interdictum legimus, non in nouo tantum, sed in veteri testamento: malitiam enim vnus cuiusque ait, ne memineritis in cordibus vestris: maximè enim conuenit vnunquemque popularem esse affabilem, multo tamen magis conuenit Principem purum esse & immunem ab hac nequitia.*

Cum Euangelicas præceptiones & Christianam vitæ rationem proponeret Dominus sermone illo in monte habito, priores quidem sententias communiter omnibus proposuit, dicens. *Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum, &c.* Mat. 5. Ac tandem solos Apostolos compellans subdit. *Beati eritis cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos.* Reliqua omnibus in commune proposuit; dum autem ad iniuriarum tolerantiam ventum est, tantummodo Apostolis, id est, Ecclesiæ Principibus insonuit, quia videlicet, licet aliæ virtutes, ad omnes homines in commune spectent, iniuriarum vetò remissio præcipuè eos decet, qui in dignitatibus sunt constituti. Innuit Chrysofomus homil. 15. in Mathæum exponens relatam locum his verbis. *Beati estis cum reprobrauerint vobis, & dixerint omne malum aduersum vos. Videlicet ostendens ipsorum hoc esse proprium, & su-*

per aliud omne istud doctorum esse proprium.

10.

Isaia 42.1.

Idem Chrysoströmus homil. 41. in Matthæum ad rem præsentem traducit verba Esaia cap. 42. *Ego seruus meus suscipiam eum. Ac si dicat: excipite, & complectimini Messiam, & ducem futurum quem missurus sum, & vos auido animo expectatis. Ne vero aberratis signa obiciam, quibus eum certo possitis dignoscere, nimirum: calamum quassatum non coneret, & lignum fumigans non exstinguet. Hoc est, inimicos facile tolerabit etiam si instar fumi lacrymas extorqueant, & tam facile, eos possit comminere, ac quassatum calamum. Audi Chrysoströmum. Arundinem, inquit, contritam non frangat. Sic enim ipse omnes facile frangere poterat, tanquam arundinem, nec ut arundinem simpliciter, sed ut arundinem contritam, & lignum fumigans, non exstinguet hic accensam illorum iram, atque furorem præ oculis ponet & virtutem Christi tantam esse ut exstinguere, atque opprimere facile possit. Quod cum non fecerit immensa humilitate, & mansuetudine fecisse comprehenditur.*

Chrysostr.

11.

Tempore morti proximo Christus Dominus arefecit ficum Mat. 21. 19. Marci 11. 13. multa quidem signa in hominum bonum præmiserat Christus, hoc autem in extremum suæ vitæ tempus distulit, ut ex recenti documento noscerent inimici superesse Christo virtutem, non modo benefaciendi, sed & puniendi, qua de carnificibus, & hostibus suis facile vlscisci possent: nolle tamen se charitate; & amore erga inimicos allecctum. Ex iniuriarum tolerantia facile quisque eius diuinitatem, & regiam maiestatem subodorari possit. Expendo insuper in hoc facto Christi mansuetudinem; oportebat enim Christum Dominum specimen dare non modo beneficentiæ, & misericordiæ, sed iræ, & vindictæ. Ergo signum beneficentiæ, & misericordiæ præfert, innumeros pœne hominum greges variis langoribus sanando: dum vero necessitas cœgit, ad exhibendum specimen iræ & vindictæ, non hominem percutiendo fecit, sed ficum siccando. Imo vero non plures arbores percutit, sed vnã tantum: cum tamen in numeros pene homines sanasset. Illud etiam addi potest quod miracula in bonum hominum per totum vitæ suæ tempus edidit, hoc vero, quod iram protendebat, ad vltimum terminum vitæ distraxit, ac si renitendo faceret, necessitate cogente & vrgente morte cœpulsus. Fauet huic expositioni Chrysoströmus homil. 68. in Matthæum his verbis. *Cuius ergo Dei gratia maledicta est? Certe, ut discipuli considerent. Nam quoniam semper beneficia conferens nullum vnquam puniuit, conueniebat autem, ut puniendi virtutem aliquo exemplo demonstraret, ut tam discipuli, quam Iudæi sibi persuadent verbo solummodo posse ipsos etiam crucifigentes exsticare, sed sponte omnia sustinere, puniendi virtutem, non in homines, sed in arborem opportune tunc demonstrauit. Qui magna hoc miraculo admiratione commoti sunt.*

Chrysostr.

12.

Matth. 7.1.

Duas Christi Domini sententias intulit Matthæus cap. 7. quæ sibi mutuo pugnare videntur. Prior est: *nolite iudicare, & non iudicabimini: nolite condemnare, & non condemnabimini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini: & in qua mensura mensi fueritis, rementietur vobis.* Quibus verbis præcipit illatas iniurias facile remittere, & illorum facta carpere & iudicare prohibet, qui nos male acceperunt. Subdit autem statim: *Nolite sanctum dare canibus, neque projiciatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, & conuersi diripiant vos.* Iniungitur ergo nobis effrenatos inimicorum impetus effugere, & infringere: quæ sententia cum superiori pugnare videtur. Eas in concordiam redigit

author operis imperfecti homil. 17. in c. 7. Matth. hac ratione, ut scilicet prior sententia de his iniuriis dicta accipiat, quibus nos iniuriam impetunt: posterior vero de his quæ Deo inferuntur. Ergo alloquitur Christus Dominus, tam sæculares, quam Ecclesiasticos magistratus hac ratione. Si quid mali vobis homines intulerint æquo animo sustinete, vna enim communis est natura omnibus hominibus, neque si hanc tantum attendis vnus alij eminet, aut superior est. Posterior vero sententia de margaritis accipienda est de his qui in Deum peccant: in horum enim criminum auctores desæuiat iudex, & per potestatem a Deo acceptam plectat, nec tamen hac publica auctoritate ad priuatas offensas abutatur. Accipe verba huius authoris. *Nolite sanctum dare canibus, & margaritas vestras nolite projicere ante porcos. At si dicat: mandauit vobis diligere inimicos vestros, & non diiudicare eos, ut vos exhibeatis misericordes ad illos, ut benefaciatis eis de corporalibus vestris, non de meis spiritualibus bonis, quoniam in natura vobis commune sunt, non in fide.*

Imper.

13.

Colligentis ad ignem fomenta Pauli manum videra inuasit Act. 28. ab illa vero nihil mali passo diuinos honores detulerunt barbari circumstantes. *At illi existimabant cum in tumorem conuertendum, & subito casurum, & mori. Diu autem illis expectantibus, & videntibus nihil mali ab eo fieri conuertentes se dicebant eum esse Deum.* Non ex barbaro ingenio sed exulto & ciuili hæc coniectura orta est. Etenim morsus excipere; nec conuere, naturæ vires exuperat, & diuinum aliquid protendit: id est, iniuriam excipere, nec vicem rependere diuinitatem quandam, & superiorem potestatem redoleret. Innuit Ambrosius lib. 7. in Lucam his verbis. *Denique momordit Paulum viperam in Melita Insula, & videntes pendentes de manu eius viperam incolæ loci illum putabant eum esse mortuum: sed ubi inoffensum stare viderunt Deum esse dicebant, cui venenum nocere non poterat.*

Act. 28. 6.

14.

Quo habitu missi sint Apostoli ad prædicandum habes Matthæi 10. Lucæ 10. Marci 6. iuxta quos obseruat Ambrosius lib. 7. in Lucam, missos fuisse Apostolos sine baculo, aut virga, quæ insigne est potestatis. Certè etiam si alias baculis non fuissent vsi Apostoli, tum vel maxime eis se fulcire deberent, cum ad totius orbis clauum, & gubernaculum assurgebant, quia maxime eos tunc sceptrum decebat. At ostendit Christus Dominus insurgentes in nos homines æquo animo ferre magis, quam instrumentum vindictæ dignitatis esse notam. Eodem modo, exponit ibidem Ambrosius verba Isaia 53. *In humilitate iudicium eius sublatum est; id est, Christi thronus, & eius iudicia, & suprema potestas incrementum accepit ex eiusdem Christi Domini humilitate, & iniuriarum tolerantia. Non virgas (ait Ambrosius) in manu inuentur tollere Apostoli. Sic enim Matthæus scribendum putauit. Quid est virga, nisi præferentis potestatis insigne, & vlscendi instrumentum doloris (in humilitate enim iudicium eius sublatum est) humilis enim Domini præceptum discipuli eius humilitatis officijs exequuntur. Eos enim misit ad seminandam fidem, qui non cogerent, sed docerent, neque vim potestatis exercerent, sed doctrinam humilitatis attollerent. Quo loco humilitati putauit patientiam copulandam: quia ipse quoque iuxta testimonium Petri, cum malediceretur, non remaledixit, cum pateretur, non repercutit. Huc est ergo dicere: imitatores mei estote, vltionis studia deponite insulentiæ verberantium, non iniuria relatione sed magnam imitatio patientiam. Obicit sibi Ambrosius contradicta non vnquam Apostolos assumpsisse virgam, id est, insignia potestatis. Audi Paulum 1. Cor. 4. *Quid vultis?**

Isaia 53. 6.

Ambros.

1. Cor. 4. 21.

vultis? in virga veniam ad vos, an in caritate, & Spiritu mansuetudinis. Dubio respondet Ambrosius, hoc ex veteri lege desumpsisse Paulum in qua præcipitur agnus manducari ab eis, qui baculum in manibus tenebant: secus autem in lege noua in qua insigne potestatis, est virgam, id est, vltionis instrumentum, & notam potestatis abiicere. Unde (ait Ambrosius) perfectiores ergo sine virga diriguntur inferiores cum baculo manducant.

15. Christi Domini cognati eum sollicitabant, vt Ierosolymam ascenderet, vbi miraculis, quæ passim faciebat in regia ciuitate editis, honorem populi captaret plausum, & auram popularem, quibus Dominus Ioan. 7. *Tempus meum nondum aduenit. Quasi dicat: tempus meæ passioni, & morti statutum nõdum accessit.* Non satis horum verborum nexus apparet: suadent cognati Christo, vt, latebris & umbra relictæ in publicum sedeat, & Iudæorũ principem ciuitatem ascendat, in qua signis, & miraculis omnibus sit admirationi, & tamen hos in tempus vsque passionis distulit Christus. Chrysofomus Hom. 47. in cap. 7. in Ioannem hæc verba ita connectit. Hominum opinio, & existimatio, non tam captanda est oratione concinna, & miraculis, quam patienter aduersa sustinendo, & inimicos tolerando, quapropter ad tempus vsque passionis remittit, quando multa patienter laturus erat, & pro inferentibus mala rogaturus. *Ea autem particula, (ait Chrysofomus) nondum impletum est tempus meum, significatio est oportere adhuc, & signa fieri, & cõciones haberi, vt per audientiam, & passionem eius plures crederent, & discipuli magis confirmarentur. Hinc nos benignitatem, hinc mansuetudinem erudiamur dilectissimi. Discite, inquit, à me quia mitis sum, & humilis corde.*

16. Memineris quæso verborum Iosephi ad Pocillatorem Pharaonis Genes. 40. 13. *Tu memento mei cum bene tibi fuerit, & facias mecum misericordiam, vt suggeras Pharaoni, vt educat me de isto carcere, quia furrim sublatum sum de terra Hebraeorum, & hic innocens in lacum missus sum.* Posset quidem extollere fratrum inuidiam, multa de somnis inserere, at omnia subtrahit, ne fratribus sibi infensissimis aliquam notam inurere videretur. Immemor etiam fuit adulteræ quæ se ad libidinem sollicitauit. Scilicet noverat Iosephus fore ad supremam dignitatem extollendam, & indignum Principis putauit illatas iniurias, aut meminisse, aut vindicare. Vt bene notat Chrysofomus Hom. 70. in cap. 13. Ioan. his verbis. *Nihil adeo Deum delectat, quam nõ malum pro malo inimicis reddere, imò pro malo reddere beneficia, & preces, ideo Christus Dominus sui proditorum beneficiis affectus, & de Iosepho subdit statim. Inde carcere intrusus rogans causam neminem accusat tantum nihil fecisse, & se furrim ex Hebraeorum terra ereptum dicit. Ille autem factus Rex, non modo non vltus est, sed crimen in se patratum excusauit, quod Dei dispensatione, non fratrum malitia factum esset.*

17. Eandem habes sententiam 1. Petri 4. 13. *Communicantes Christi passionibus gaudete: vt in reuelatione gloria eius gaudeatis exultantes.* Quorum verborum si fides Chrysofomo Hom. 39. in cap. 18. Actor. hic est sensus. Cum aliquid ab inimicis patimini, nequid contra ipsos moliamini, quod si feceritis eadem gloria vos manet, quam Christus similem ob causam cõsecutus est. *Contumelia afficimini (ait Chrysofomus) contumelia afficitur, & Deus exprobramini, exprobratur, & Deus, conspuimini, etiam nobis communicauit Christus Dominus noster. Nusquam autem contumelia afficit, neque iniuste egit: sed ita nos sumus, qui communicamus Christo, non vos, ferre enim*

*eum, qui contumelia affectus, Dei est, contumelia autem afficere immeritis demonibus congruit. Ergo communicare Christi passionibus, & Christi gloriae est repercutientem non reperire, qui enim hoc præstat, Deo perquam similis dignitate, & autoritate efficitur. Inducit etiam Chrysofomus ad hoc idem probandum vulgarem modum loquendi quo dicere solemus cum vnus aliquis alium percutit: quis es tu, qui me feris? id est, heus tu, quis tantus es qui audeas mihi manus inferre: hoc autẽ sumptum dicit Chrysofomus, ex vulgari modo loquendi: cum tamen potius è contra dicere oporteret, quis tu ac tãtus es qui te non vindicas? hoc enim magis quam illud excelsi animi iudicium est; *Quis existens subdit Chrysofomus, dic oro: imò propter hoc contumelia afficis quoniam nihil es. Nullus enim qui homo est contumelia afficit, atque ita quod in bellis dicitur, tu quis es? è diuerso dicere oportebat: Contumelia affice, nihil enim es. Et nunc dicentibus vobis quasi aliquis sis, contumelia afficis, quasi melior te sit, Per omnia auditur: quamuis contrarium dicendum erat. At quoniam nos male rogamus propter hoc & ille male respondet. Contrario dicere oportebat: Contumelia afficis, contumelia affice, nihil enim es. Ad eos autem qui contumelia non afficiunt, quis es tu, dicere oportebat, qui contumelia non afficis? Transgressus es humanam naturam hoc esset nobilitas, libertas, nihil illeberale loqui de eo, qui meretur etiam asperius tractari. Nullum non mouet lapidẽ Chrysofomus, vt rem præsentem euincat. Ergo præsentem thesim communi hominum calculo firmat. Ad iudices quidem spectat causam tractare, absoluere, vel sententiam ferre contra fontes; Punire verò, & sententiam executioni mandare, decollare, in crucem agere, verberare, hoc valde alienum est, à iudicis suprema autoritate, hoc ad carnifices spectat. Nec alius magis distat à iudicum autoritate, quam infames carnifices. Ergo qui seipsum vindicat carnifex est, non iudex, licitor est non prælatus, longissime abest à præfulis gloria. Hæc est mens Chrysofomi Hom. 23. in cap. 20. Actorum. Qui ad rem præsentem trahit illud Psalms 67. 49. *Misit in eos iram indignationis sue, indignationem, & iram, & tribulationem.* Ne vero quis putet hanc stragem per se edidisse Deũ, subdit, *immissionem per Angelos malos, id est, Deus non per se ipsum homines malctauit, sed per malos Angelos. Malos Angelos vocat supernas illas mentes cum malum hominibus ex Dei præscripto inferunt: Nam licet fœlices sint eos tamen hoc nomine notat Propheta, dum puniant. Propter hoc (ait Chrysofomus) Leges licitoribus totum permittunt, volentes iudicem vsque ad pronuntiationem sententia peruenire, educunt autem illos ad opus. Quin & Deus non per se ipsum punit sed per Angelos. Vrgit rem ibidem Chrysofomus ex Genesis 18. *Abiitque Dominus postquam cessauit loqui ad Abraham, & ille reuersus est in locum suum: veneruntque duo Angeli Sodomam vesperi.* Promissurus Deus copiosam prolem Abrahamo, per se ipsum exequitur. At puniturus Sodomam se subtrahit, & Angelos misit. Et quamuis verius iudicem tertium illum qui apparuit Abrahamo Deum non fuisse, sed Angelum eius personam gerentem, vult tamẽ adesse excidio ciuitatis, quia mala inferre valde alienum à suprema potestate iudicauit. Audi Chrysofomum, *Quando Sodoma subuersa est, propter illos facta sunt omnia, similiter, & ea quæ in Aegypto acciderunt per illos acciderunt: immissionem enim inquit per Angelos malos, legitur quando seruare oportet, per se ipsum hoc facit, ita filium misit in salutem generis. Vrgit Chrysofomus ex verbis Christi Domini, saepe enim dum per parabolas de dånatorum supplicio****

fermonem habet, inferendum dicit, non tamen à quo inferendum sit denuntiat. Matth. 25. *Eiicite in tenebras exteriores: illic erit fletus, & stridor dentium.* Et Matth. 22. *Ligatis manibus, & pedibus eius mittite eum in tenebras exteriores.* Dum verò de beneficio inferendo, & de beatitate donanda loquitur, ipse inuitat, ipse se introducit. *Et iterum* (ait Chrysoftomus) *tunc, inquit, dicam Angelis: congregate facientes iniquitatem, & proiicite in carcerem. De iustis verò dicit, non sic, sed qui suscipit vos suscipit me. Et iterum: ligate illius pedes, & manus, & mittite in tenebras exteriores, quando autem beneficiis opus est, se ipsum benefactorem vocat: venite benedicti patris mei, percipite paratū vobis regnum: quando loquendum est cum Abrahamo ipse est, quando Sodomam abeūdum seruos mittit, sicut iudex quis existitans puniendos. Demum ait Chrysoftomus, rem hęc expressam habes apud Matthæum c. 25. in parabola de decem talentis. Nempe duos illos seruos, quos oportebat beneficiis afficere pro negotio benegesto, per seipsum præmium largitus est illis verbis. *Euge serue bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis supra multa te constituam.* Dum vero seruum pigrum damnat aliis ultionem remittit, addit enim: inutilem seruum abiicite, in tenebras exteriores, illic erit fletus & stridor dentium. *Et iterum* (addit Chrysoftomus) *Euge serue bone, & fidelis, supra pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam. Et tunc quidem illum benedicit, illum autem malum non ipse, sed serui ligant.**

18. Idem deducit Chrysoftomus Hom. 8. in caput 3. ad Ephesios, ex illo Exod. 2. 14. *Quis te constituit Principem, & iudicem super nos?* id est, ego quidem alienum valde à iudicaria potestate reputo te. Subdit autem rationem. *Nunc occidere me tu vis sicut heri occidisti Ægyptium?* id est, occidere, & punire, & illatam iniuriam vindicare alienum valde à iudice est. Hęc dicitæria Moyses patienter tulit, quapropter meruit iudex fieri populi. *Quis te constituit* (ait Chrysoftomus) *Principem, ac iudicem super nos? Cur istud? Non prateritis diebus dux eras? iniuria illa tua ac crudelitas, ipsa me iudicem, ac principem constituit.*

19. Chrysoftomus Hom. 4. in ca. 1. ad Ephesios, ideo ait ex Dei præscripto Reges & Prophetas oleo perungi, vt benignitate, & comitate insignes futuros doceret Principes tam sacros, quàm profanos. Oleum enim symbolum est mansuetudinis & magnificentie. *Sed misereris omnium, quia omnia potes.* Ecce in omnipotentiam Dei, & supremam illius dignitatem refundit sapiens, quod sibi aduersantibus ignoscit. Hoc enim maxime potentiores decet. Verba Chrysoftomi subiicio. *Propterea & sacerdotes & Reges, & Prophetæ oleo inungebantur. Nam diuine benignitatis habet oleum. Rursum docuit Principem plus misericordie habere debere. Declarauit etiam Spiritum sanctum propter misericordiam venturum ad hominem. Et Reges per misericordiam inungebantur. Etenim misereris inquit omnium, quoniam potes omnia. Et si quis Principem laudare velit, nihil adeo decorum adscribit, atque misericordiam. Principatus enim proprium est misereri. Considerat quod propter misericordiam constitutus sit mundus, & imitari Dominum. Et concludit his verbis. *Ista audientes misericordes simus erga debitores, tam in pecuniis, quam in delictis. Nemo enim iniuria sit memor, nisi velit seipsum ledere.**

20. Cum sapius Iudæi à Christo Domino petiissent signum aliquod de cælo sibi dari, distulit vsque ad crucem, quo tempore sol obscuratus est, quod fecit teste Chrysoftomo Ho. de caritate, vt simul summam potestatem, & summam potentiam coniungeret: summam potestatem, qua cælestibus imperabat: summam vero patientiam, quia tot ac tanta patie-

batur, & pro inferentibus preces fundebat. Hęc enim duo mutuo sibi coniunguntur, & coeunt. Hęc ob causam Paulus cum Corinthiis dare vellet argumenta sui Apostolatus sapius in euincenda patientia hæsit & multus est, cum tamen de aliis non ita fulse differat. Lege 1. Corinth. 4. 12. & integrum cap. 11. ex 2. ad Corinthios. Nec immerito, nullum enim signum tam perspicue probat supremam dignitatem, quam in laboribus patientia. Etenim (ait Chrysoftomus) *Et saluator noster contumelia affectus, verberatus, & cruci affixus clavis, leniter tulit Iudæorum furorem. Et licet posset de suis vindictam sumere, non sumpsit tamen, sed virtutem suam ostendit, eo quod concussit terram, & mortuos suscitauit & obscurauit solem, & noctem ex die fecit. Mansuetudinem autem, & misericordiam declarauit, quia nullum ex his, qui impie agebāt puniuit. Ut discerent omnes, qui impias manus attulerant Domino, quam non fuisset ei difficile, eos punire, qui tam facile terram commouit & solem repete obscurari præcepit. Hęc enim virtute Moyses Iudæorum insaniā moderate ferēs, & precibus saluās inimicos honorēs, & gloriā cælestem pro alijs obtinuit. Deique amicus vocatus est. Hęc quoque virtute, & Dauid parcēs inimicis, & hostibus, Deū sibi amicū & beneuolū effecit. Hęc enim cum omnes homines ornare valet, imprimis tamē eos, qui in potestatibus agūt. Nā cum Principibus omnia permittantur, si seipos continēt, & suorum operū ducem habent legē Dei, non nihil inde eorum celebritatis & gloriæ accrescit. Et clarissimus Apostolus virtutem Apostolicam commōstraturus Christi ministrum mansuetudine potissimum clarificare voluit, & quamuis multa potuisset dicere, si quidem voluisset, vt pote demonum fugam, mortuorum resurrectionem, atque alia. Sed omnibus alijs prateritis equalitatem morum suorum sursum, ac deorsum versat, ac tractat, quo persuaderet nobis, vt sua vestigia sequamur, benignique simus ac mites.*

Cum filij Zebædei Matth. 20. primas sedes in regno Christi ambirent, & immissa matre à Christo Domino petiissent, dignitate præstantibus, hæc Christus: *Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?* Quæ verba de iniuriis ferendis patienter exponit Augustinus in Psalmū 36. Ergo in nostræ sententiæ confirmationem hoc modo adduco. Qui supremas dignitates præstantis, discite quibus gradibus ad supremum apicem peruenire poteritis: æquabilitatem morum, & mite ingenium induite, si quis vos male acceperit sustinete, ne iniuriam referatis, quibus recte peractis facile quod optatis, consequimini. *Illi qui orant* (ait Augustinus) *vt moriantur inimici, audiant Dominum dicentem, orate pro inimicis vestris. Non ergo hoc orent, vt moriantur inimici: sed hoc orent, vt corrigantur, & mortui erunt inimici, iam enim correpti non erunt inimici. Non ergo ille ex amicis passus est inimicos, & nos non, imo, & nos ad hoc paremus ab eodem conuiuari. Talem calicem non respiciamus, vt excelsitudinis eius desiderium per humilitatem eius inueniamus. Respondit enim celsitudinem habere volentibus, qui eius adhuc humilitatem non cogitabant, & ait illis: Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Aut baptizari?*

Nonnulla congerit in hanc rem probandam Augustinus ferm. 66. de diuersis. Cum sapius turbæ confluerint, vt Christum Dominum sibi in Regem eligerent, ipse verbis commotam plebem sedauit, & fugam quandoque arripuit: At pendens in cruce passus est Regium titulum sibi affigi, imo volentes Iudæos delere per Pilatum arcano consilio repressit; scilicet in cruce pendens, & pro inimicis preces fundens dignus erat, qui Rex ab hominibus haberetur; est enim inimicorū dilectio Regia plane dignitas

Chrysoft.

21.

Matt. 20. 21.

August.

22.

dignitas. In eandem sententiã trahit illud Psalmi 2. *Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius predicans preceptum eius.* Id est, cum inimicos meos in cruce patiens amarem, & pro ipsis Deum exorarem, tunc idem Pater me Regem ostendit proscriptio, & titulo publicæ cruci affixo. Eodem adduci potest, quod ex versione 70. canit Ecclesia. *Dominus regnavit à ligno.* Id est, tunc cum in ligno pendens Patrem pro inimicis oravit se Regem, & principem ostendit. Augustinum audi. *Quod titulus positus est super eius crucem, in quo scriptum erat Rex Iudeorum, illud ostendit, quia nec occidendo efficere potuerunt, ut cum Regem non haberent, qui ei manifestissime eminentissima potestate secundum sua opera redditurus est. Vnde, & in Psalmo canitur: ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius.*

Opotter igitur iudicem immemorem esse iniuriæ sibi illatæ, in eos autem, qui rempublicam lædunt, vel apud Deum quoquomodo offendunt sæuire. Psal. 5. *Virum sanguinum, & dolosum abominabitur Dominus.* Id est, ego, qui Dei vices gero, & regni clauum & gubernaculum teneo, maxime odi homicidas & subdolos homines. *Decidant à cogitationibus suis: secundum multitudinem impietatum expelle eos.* Hoc est, acriter in eos animaduertam. Sed quam ob causam: numquid, ut proprias offensas propulset? minime sanè. Sed quamobrem? *Quoniam irritauerunt te Domine.* Id est, qui hostes meos amo, in tuos, ô, Deus grauius deflauio. Hæc est mens Basilij in scholiis ad hunc versum Psalmi his verbis. *Quoniam irritauerunt te Domine, non curo, inquit, res meas: sed propter ea, quæ tua sunt, auhor, & in animo crucior. Est hoc sanctorum, ut res quidem suas negligant, pro his vero quæ Dei sunt, decertent.*

Genesis 50. cum fratres Ioseph solliciti essent, & anxij ne post patris mortem acceptam iniuriam Ioseph eis rependeret: fraternos animos his verbis sedauit Ioseph. *Nolite timere, num Dei possimus resistere voluntati? Græcè habetur. Domini enim sum ego.* Id est, ne timeatis, metum deponite. Nam cum priuatus essem fortè de vobis vltionem sumere possem, nunc in Regiam dignitatem ascitus priuatæ iniuriæ omnino immemor sum, dum publicas offensas propellere intendo. Hunc sensum affert Rupertus lib. 9. in Genesim cap. 52. his verbis. *Hoc plane pietatis est, vos cogitare de me malum, & Deum vertit illud in bonum. Ut exaltaret me sicut in presentiarum cernitis, & saluus faceret multos populos. Hoc aspera veritatis est omnibus qui præsumunt, hinc exemplum sumendum est, ut cito quidem in se peccantibus dimittant, & in super bona pro malis retribuunt.*

Odibilis coram Deo est & hominibus superbia, & execrabilis omnis iniquitas gentium.

Odibilis coram Deo est, & hominibus superbia. Dupliciter vehementer Deo, & hominibus superbia. Et execrabilis omnis iniquitas gentium. Et execrabilis vtrisque est iniustitia.

Odibilis coram Deo & hominibus superbia. Quidam ad prædicta referunt, scilicet superbia illa, quæ acceptas iniurias in animo figit. At ego in genere locutum crediderim authorem de quauis superbia, quæ omnibus hominibus execrabilis est.

Et execrabilis omnis iniquitas gentium. Variant Græci codices. Alij habent: *Ex vtrisque committet iniusta.* Id est, superbus tanquam contra homines iniusta aliqua committet. Alij vero: *Ex vtrisque delictum iniustitia.* Id est, vtrisque vero scilicet Deo, & homi-

nibus odibilis est iniustitia, & auaritia, ut duæ partes huius versus duo præcipue vitia notent, quæ vel Principem virum valde dedeçant, vel nos ad referendam illatam iniuriam arment, scilicet superbiam & auaritiam. Huc referenda est vulgata dictionis lectio: *Et execrabilis omnis iniquitas gentium.* Iniquitas, id est, iniustitia, & auaritia, quæ sæpè in scriptura iniquitas dicuntur, odibilis est Deo, & hominibus.

Gentium. Iansenius exponit Gentilium. Dicitur autem superbia, & auaritia iniquitas Gentilium, quia his duobus vitiis maxime erant dediti idolorum cultores: erant enim superbi, & avari supra modum. Ego vero per gentes, ut sæpè alibi, non idololatrias intelligo, sed homines barbaros & agrestes moribus duris præditos, horum enim hominum propria est superbia, & auaritia, & iniustitia, dum sibi licere putant omnia, quæ viribus assequi possunt, hi etiam illatam iniuriam propulsant, ingenui vero non meminerunt.

ETHOLOGIA CXVII.

Auaritia & munerum acceptio in his qui præsumunt damnatur.

Odibilis coram Deo, & hominibus superbia, & execrabilis omnis iniquitas gentium. Duo præcipue hæc verba, in his qui præsumunt, taxant, scilicet superbiam, & auaritiam. De superbia, nonnulla diximus, nunc vero de acceptance personarum aliqua subiungam. Egressus Saul, ut perditas asinas quæreret incassum, de reditu cogitabat, quem socius itineris monet ut Prophetam adeant, & cum super hac re consulant. Saul autem 1. Reg. 9. 7. *Ecce ibimus: quid feremus ad virum Dei? Panis defecit in sitarcis nostris, & sportulam non habemus, ut demus homini Dei, nec quicquam aliud. Rursum, puer respondit Sauli, & ait: ecce inuenta est in manu mea quarta pars stateris argenti, demus homini Dei, ut indicet nobis viam nostram.* Eligendus mox in Regem Saul mores hauserat aulicorum, ut scilicet nihil illis agendum videretur, nisi per munera, nec responsum accepturos à Propheta nisi datis donis, crederet. Omnia putant venalia etiam ea, quæ sancta sunt, & etiam viros sanctos, & pios proposita mercede emollire conantur. Indicat hunc sensum Gregorius ibidem his verbis. *Et quia, quos pauidos facit per robur fiducia, ad præsumendum erigit, repente sub inferitur. Rursumque puer Sauli respondit, & ait: ecce inuenta est in manu mea quarta pars stateris argenti, demus homini Dei, ut indicet nobis de via nostra.*

Post electum Saulem in Regem, præfecturæ, quam obierat, rationem reddit Samuel his verbis 1. Reg. 12. 3. *Loquimini de me coram Domino, & coram Christo eius, utrum bouem cuiusquam tulerim aut asinum: si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cuiuspiam munus accepi: & contemnam illud hodie, restituumque vobis.* Rationem reddens Samuel muneris quod exercuit, nihil aliud quærir, quam utrum à quoquã munus accepit; nec enim oportet de alia re quæstionem habere. Nam ille Iudex qui dona respuit, proculdubio iuste munus suum obibat. Vnde Dominus Principes viros arguens de hoc vno crimine eos inculcat, quod muneribus fuerint corrupti, hoc enim caput est, & origo malorum, multaque ex illo tanquam de fonte dimanant in iudicibus. Item hoc accipe ex Gregorio ibidem. Dixit autem Samuel ad vniuersum Israël: *Ecce audiui vocem vestram, iuxta omnia quæ locuti estis ad me, & c.*

Psal. 2. 6.

August.

23.

Psal. 5. 7.

Basil.

24.

Gen. 50. 19.

Rupert.

VERS. 7.

1.

2.

3.

4.

1.

1. Reg. 9. 7.

Gregor.

2.

1. Reg. 12. 3.

Gregor.

vtrum

verum bouem cuiusquam tulerim, &c. Cum reprobi pastores præsumunt principale eis propositum est rapina subditorum, quia enim æternorum bonorum abundantia aspiciere nesciunt, præsentia ardentius concupiscunt. De his pastoribus per Prophetam Dominus Iudæa improperans dicit: Pastores tui lupi vespere, non relinquentes in mane calumniatores innocentum, pariter, & oppressores debiliū. Item percussit dicens: si quis non dederit in ore eorum quippiam, sanctificam super illum bellum. Iterum munerum acceptionem reprehendit Isaias dicens: omnes diligunt munera, sequuntur retributiones.

3. Patriam repetens Iacob munera præmittit Esau fratri apud quem grauius offenderat pro arrepta benedictione. Nec spes hominem fecellit, vt habes Gen. 35. 4. *Currens itaque Esau obviam fratri suo amplexatus est eum: extringensque collum eius, & osculans, flevit.* Vide hominem agrestem, & incultum qui acceptis muneribus adeo placatus est, vt in fratris etiā ruerit amplexus, immemor iniuriarum, inest enim maxima vis donis. Hoc ex Chryostomo noto homil. 58. in Genesim his verbis. *Dicite enim inquit, ecce puer tuus, aduenit post nos: & vt primum reddatur amicus, & tunc in faciem eius occurrat. Post hac enim, inquit, videbo faciem eius; forte enim accepta erit ei facies mea: & antecedant dona secundum faciem eius.*

4. Psal. 51. 4. *Sicut nouacula acuta fecisti dolum.* Hæc verba ad prælatos præcipue pertinent, qui optimè nouaculæ comparantur. Nempe hæc ad radendos pilos & superflua corporis refecanda aptum est instrumentum. Hoc imprimis curant iniqui Principes, vt ex alienis opibus radant, & crumenam emungant, subditosque depilent. Hac ratione exponit hunc locum Augustinus sermon. 6. de verbis Domini his verbis. *Sicut nouacula acuta fecisti dolum. Quare dolo potentiam comparauit? Quia non admittitur nisi ad superflua nostra. Nunquid tollit diuitias? minime: diuitia enim tua in corde tuo sunt.*

5. Psal. 44. 13. *Et filia Tyri in muneribus vultum tuum deprecabuntur.* Id est, te adorabunt, & colent habitatores Tyri, sed quam ratione id perficient? In muneribus. Hoc est datus muneribus, & oblati donis. Hoc enim genere latriæ placantur Principes, nec aliam adorationem admittunt. Diuersa Gentilium numina, diuersa sacrificia deposcebant: Ioui mactabant vitulos, Veneri porcam, Neptuno equum, &c. Reges & Principes tantummodo pecunia litantur. Huius expositionis author est Chryostomus ibidem his verbis. *Et non solummodo adorent (ait Chryostomus) sed munera etiam, & primitias offerant, quod est maximum genus adorationis, & signum summe obedientiæ.*

6. Matth. 5. 6. *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.* Teste Chryostomo homil. 15. in Matthæum his verbis lancinat Christus Dominus iniquos iudices, qui alienis opibus inhiant. Quasi dicat: non explebit famem nec diuitiis abundabit ille, qui acceptis muneribus subditos expilat; imo vero qui id fecerit, siti fameque tabescet, in magnamque deueniet paupertatē, qui vero iuxta fas, & secundum ius sententiam tulerit omnibus rebus abundabit. Hoc enim significat illa sententia. *Beati, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam quoniam ipsi saturabuntur;* id est, felix ille iudex, qui iuxta æquitatem causas dirimit, nec acceptis muneribus in alterutram partem declinat, nam is saturabitur, id est, diuitiis abundabit, qui vero secus fecerit in summam egestatem deueniet. *Quoniam ipsi saturabuntur (ait Chryostomus) quia in plurimos diuites facile putatur auaritia, dicit id esse contrarium magisque id præstare iustitiam. Noli igitur iustitiam exercens formidare*

pauperiem, neque tamen timere, cum certe illi magis omnibus bonis excidant, qui aliena diripiunt, vt ex aduerso ille qui iustitiam diligit tutissime omnia possideat.

Matthæi 20. 3. cunctis fere horis diei Pater ille familias exiit operas conducere, & egressus circa horam tertiā vidit alios stantes in foro otiosos & dixit illis: *ite & vos in vineam meam.* Author operis imperfecti in Matthæum homil. 34. locum notat in quo operarios inuenerit, nempe in foro. Forum enim locus publicus est in quo omnia prostant venalia. Ergo forum hunc mundum appellauit vniuersum, quia in eo omnia ferè venalia, & quod olim de Roma dictum est: Romæ omnia venalia, hoc de vniuerso orbe dici potest. Omnia etiam venalia, & vix aliud tam sanctum inueniri potest, quod non pecuniæ cedat. Non mea sententia est, sed huius authoris, quā tradit his verbis. *Forum est iste mundus, ubi omnia venalia sunt. Sicut enim propriū est fori, vt omnia illic venundentur, & emantur, & inuicem se circumueniant ementes, & vendentes. Sic in hoc mundo vendendo, & emendo viuunt, & inuicem sibi fraudem facientes vitam sustentant.*

8. Psal. 52. 1. *Dixit insipiens in corde suo non est Deus.* Vide insignem hominis stolidi insipientiam. *Non est Deus.* Quis enim adeo amens, quis tam barbarus, & excors, vt aliquod numen non colat? Vnde ergo tanta stultitia in huius hominis cor itrepsit? *Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt. Non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.* Corrupti dicuntur iudices, cum acceptis muneribus iura detorqueant. Ergo corrupti sunt, id est, munera acceperunt. Quapropter in tantam amentiam deueniunt, vt quod nulli hominum, per febrem, & somnium in mentem venit, hoc ille animo imbiberit. Vide in quod malorum barathrum accepta munera iudices detorqueant. Huius expositionis authorem habeo Chryostomum homil. 62. in Matthæum, quo loco querit quare cum à Domino quaesitum esset. Matth. 12. 35. de primo, & maximo legis mandato, ipse non solum primum mandatum subiecerit, sed secundum intulerit. *Hoc est maximum, & primum mandatum, (scilicet Deum diligere) secundum autem simile est huic, diliges proximum tuum sicut te ipsum.* Huius causam reddit Chryostomus, quia vix illud sine hoc impleri potest. Quod probat ex Psalmo 52. *Quam obrem ait Chryostomus) simile est huic? Quoniam hoc illud inducit, & ab illo rursus munitur. Quicumque enim malum agit odit lucem, & rursus dixit insipiens in corde suo, non est Deus. Deinde: corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis, & iterum: Radix omnium malorum auaritia est, quam quidem appetentes errauerunt à fide, & qui diligit me mandata seruabit, quorum caput & radix est: diliges Dominum Deum tuum & proximum tuum sicut te ipsum. Sic ergo diligere Deum diligere proximum est.*

9. Matth. 5. 6. *Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam.* Magna cura cuique suum ius obseruare debent iudices: hanc cum fame Christus cōponit, nec solum cum fame, sed etiam cum siti, qua grauius homines vrgentur. Sunt enim iudices aliqui, qui plus æquo sibi fidentes parua inunuscula sibi data non repellunt, quasi horū cor emollire non possent. Falluntur tamen, nam vel parua xenia animum inflectunt. Hanc expositionem adducit huic loco Chryostomus homil. 6. ex variis in Matth. cuius verba transcribo. *Non enim dixit: Beati qui iustitiam vendicant, sed, beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Ne simpliciter, sed omni studio eam obeamus. Quoniam enim auaritiæ præsertim proprium est, nec in cibos cupimus, aut potus, vt plura possidere, & abundare, cupiditatem hanc,*

7. Matth. 20. 3.

Imperf.

8. Psal. 52. 1.

Mat. 12. 35.

9. Matth. 5. 6.

Chryost.

hanc, ad hoc ne minimum queramus transferre nos præcipit.

10. Aët. 20. 33. Ephesiorum præpositos instruens Paulus, seipsum in exemplum adducit Aët. 20. *Argentum aut aurum, aut vestem nullius concupiui.* Cum multa posset Apostolus adducere, quibus suam laudem & gloriam cumularet, aliis omnibus omiſſis hoc vnum in medium adduxit, ac si reliqua omnia hoc vnum contineant, vt iudex qui dona spernit præclare reliquas partes sui muneris obiturus sit. Optime his notauit Chryſoſtomus Hom. 44. in Aët. his verbis. *Vos scitis à prima die, qua ingressus sum in Asia, hac doctoris virtus est, quod suorum operum testes habet discipulos, sicut enim Samuel traditurus Sauli principatum de ipso dicit: Numquid a vobis accepi vos testes ac Deus.* Et Hom. 45. in Aët. notat optime verbum illud *concupiui*, non enim tantummodo ait: non abstulit, non aurum accepi, sed neque concupiui quidem: tam enim longè distare debet iudex à muneribus accipiendis, vt votis etiam ipsis aditum ocludat. Facile enim qui præest aliena rapit si eorum amore tenetur. Radicem malorum auariciam sustulit. *Argentum, inquit, vel aurum, non dixit: non accepi sed neque concupiui.*

11. Aët. 24. 25. Aëtorem 24. de Paulo: *Disputante autem illo de iustitia, & castitate, & de iudicio futuro tremefactus Felix respondit, quod nunc attiner, vade. Tempore autem opportuno accersam te. Simul, & sperans quod pecunia ei daretur à Paulo.* Vide quæ Paulus iudici instillet. Scilicet de iustitia, & de iudicio multa his proposuit, quibus iudices pupugit, qui à iustitia defleſcunt, nec leuia quidem illa, & sed acriora, scilicet de iudicio. Quæ tanta vi & ferborum copia dicta sunt à Paulo, vt iudicem terruerit Sed vide auaritiæ tyrannidem: timore dissoluitur iudex, & tamen pecuniis inhiabat: & sperabat aliquid se accepturum à Paulo: magna profecto huius mali vis, & quam difficile iudices excutiunt. Pulchre hoc notauit Chryſoſtomus Hom. 50. in Aët. his verbis. *Et vide Paulum, quamuis cum Principe loqueretur, nihil tamen dicere eorum per quem verisimile erat refocillare animam ipsius, sed talia è quibus etiam terreretur, & mente concueretur. Et infra: quomodo pecunias sceleste ab homine contrarium predicante inquiris.*

12. 1. Reg. 12. *Loquimini ad me coram Domino, & coram Christo eius vtrum bonum cuiusquæ, tulerim aut asinum, si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cuiusquam munus accepi, & contemniam illud hodie restituamque vobis.* Non tantum vt se purget, hæc infert Samuel, sed vt nouum Regem instruat. Nihil enim aliud ei imitandum propoluit, quam vt à muneribus abstineat, & hoc exemplo suo. Hanc expositione adducit Chryſoſtomus Hom. 24. in ca. 11. 2. ad Corinthios, quam historiam cum præmississet subdit. *Attamen nullus illum arguit, causa est, quia non dicebat vt seipsum laudaret, sed quoniam Regem constituturus erat pro defensione sua posuit, volens illum erudire, vt humilis sit atque mansuetus.*

13. Hebræorum populum Regem sibi præponi in clamantem à petitione terrere conatur Samuel 1. Reg. 8. illis verbis. *Filios vestros tollet, & ponet in curribus suis &c.* Et infra, *Agros quoque vestros, & vinea, & oliueta tollet & dabit seruis suis &c.* Cum posset alia malorum genera in medium adducere vt populum ab inceptis auerteret; in his tamen totus est, quæ ad accipienda munera pertinent. Nempe hinc origo malorum, hoc iudices amentat, hoc iura inuērit, hoc vnum si auferas omnia pacata sunt. *Et considera* (ait Chryſoſtomus) *sapientiam Prophetæ imo Dei misericordiam, nam quia illos auertere volebat multa*

difficilia congerens, dicebat de futuris Regibus, quod viros eorum facturi essent molendinarias, viros pastores, & mulorum magistros, & alia Regum ministeria diligenter persequitur.

Sufficit Deus Saulem Samueli, qui rationem reddit coram Rege & populo muneris quod obiecit his verbis 1. Reg. 12. *Si de manu cuiusquam munus accepi, & contemniam illud hodie, restituamque vobis.* Expende verbum illud, *contemniam*, non ait referam, reddam, restituam, sed contemniam. Nam nisi prius iudex diuitias contempserit, alienus esse non poterit à furto, quem non continere potest in officio metus pœna.

Chryſoſtomus Hom. 10. in cap. 4. ad Ephe. exponens verba illa eiusdem capituli. *Qui furabatur iam non furetur, magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est.* Qui aliena rapuit non modo restituat integre quod abstulit, sed pecunia etiam se mulctet, & ex bene acquisitis elemosynam adiungat, vt hac ratione ab hoc crimine se cohibeat. Hoc ex lege probat, quæ in quadruplum reddere ablata præcipit. Hoc ex Zachæo Lucæ 19. *Et si quid aliquem defraudauit reddo quadruplum.* Hoc præcipue iniungendum est iudicibus, & prælatis, qui sibi subditos expilauerunt: Hi enim longè difficilium cohibentur, & multo maius inferunt Reipublicæ nocumētum. Illos enim instruere volens (ait Chryſoſtomus) non pauca de multis dat, sed multo plura, quam rapuerit, vt a rapinis cesset. *Audi Zachæum quid dicat: & omnium eorum quæ rapui in quadruplum reddam.* Et infra. *Quem admodum enim furtum, non tam defensus, & excusatus est, quando rapinam solum reddidit: sed & vitam sepemmero adiecit: Plerumque vero multo pluribus quam furatus, fuerat redditus, liberatus est, demum ita fraudatur auarus.*

Matthæi 19. *Tunc respondens Petrus dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit illi: Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël.* Iudicariam potestatem Christus Dominus attribuit eis qui diuitias contempserunt, quo facto nos docet dignum esse, qui in iudicem eligatur is, qui pecuniarum amorem à se expulit. Huius expositionis author est Augustinus ad illum versum Psalm. 110. *Conſitebor tibi Domine in toto corde meo, in concilio iustorum, & congregatione,* id est, summam laudem tibi accinam. *ô, Deus, quia ad id præcipue intentus es, ne quisquam iudicium munera accipiat, ideoque præcipue in medio iudicum sedes, vt eos à tali crimine cohibeas.* Infert etiã illud de Simone Mago Aët. 8. 18. *Qui cum vidisset illabi fidelibus Spiritum sanctum ad impositionem manuum Apostolorum, oblata pecunia emere potestatem illam intendit, scilicet vt venderet, quod emerat. Qui enim oblati donis præfecturâ aliquam obtinuit multo plura dona accipiet, neque enim turpe est vendere, quod emerat. Conſitebor tibi Domine* (ait Augustinus) *in toto corde meo, in consilio iustorum, & congregatione. Credo quia sedebunt super duodecim thronos iudicantes duodecim tribus Israël: nullus enim inter eos iniquus, nullius enim Iuda furta tolerauerit, nullus Simon Magus baptizatur, spiritum volens emere, dum cogitat vendere.*

1. Reg. 12. Suffecto Saule Samueli, & inaugurato Rege rationem reddit Samuel muneris quod obiecit. Prius magistratum deponit, & postea rationem reddit, vt libere cuique liceat querelas contra eum promere. Tum etiam instruit hoc facto Saulem, quam ratione se gerere debeat, neque enim

enim eorum mores imbuerat, qui exoptant in praelatura iniquos sibi succedere, quo se magis commendent. Tum etiam id fecit ut omnes electionem à se factam probarent; scilicet ille, qui munera accipit, nec aptus est ad praefecturam neque ad eligendum praelatos. Hæc omnia ex Chrysofotomo accipe Hom. in illud Apostoli. *Vitam sustineretis* &c. *Adverte quanta necessitas huiusmodi dicendi, magna nimirum, & vehemens: quandoquidem daturus erat illis Principem Saul, & infra. Verum praefectura iam tunc praerita, mutataque in successorem provincia gubernandi, ubi in reliquum tempus nihil periculi manebat accusatorem tunc demum apud eos iniustitiam suam contestatur. Alius forte iniuria memor quam à Iudeis accepisset, neutiquam exoptasset post se Principem mansuetum exoriri, ac moderatum, idque non omnino propter memoriam iniuria, sed, ut per se posset amplius commendare. Siquidem gravis est iste morbus, magis stratis infestus est, ut post se ad administrationem rerum suscepturos peruersos esse ac scelestos precentur.*

Chrysof.

18.
Psal. 25. 10.

Prou. 3. 16.

Psalm. 25. *Dextera eorum repleta est muneribus.* Hæc verba exponit ibidem Augustinus de iudicibus, qui donis corrumpuntur. Componit autem hunc versum, cum illo Proverb. 3. 16. *Longitudo dierum in dextera eius, id est, vel vitam hanc temporalem longiorem, vel potius æternam & beatam.* Ergo Salomou iudicem æquum, David autem iniustum describit. Impius iudex in manu dextera habet munera, quæ per summum scelus extorsit. At vero pius iudex in eadem dextera vitam longiorem vel scilicet, quæ nullo tempore continetur, seruat. Vide quanta sit, vis munerum, ut hæc vitæ beatæ iudices impij præponant: nec enim vna manus vtranque rem capere potest: si munera excutias, vita succedit beata, hæc simul cum muneribus stare non potest. Inducit etiam ibidem Augustinus illud Pauli 1. Timot. 6. *Qui veritate privati sunt existimantes questum esse pietatem.* Quam sententiam de his exponit Augustinus, qui muneribus inflectuntur; hi nimirum existimant quæstum esse pietatem, id est, praefecturas sibi datas ad quæstum, ac si ob eam causam iudices constituti essent, ut infontes spoliarent, plebem depilent, miseros deprædentur. *Dextera eorum (ait Augustinus) repleta est muneribus, & quod eis ad obtinendam, salutem æternam datum est ad accipiendam huiusmodi munera conuertunt, existimantes questum esse pietatem. Ego autem, in innocentia mea ambulavi.*

1. Tim. 6. 5.

August.

19.
Psal. 25. 10.

August.

In quorum manibus iniquitates sunt. Psalm. 25. Sed quid in causa est, 6, David, quod manus suas tanta impietate polluerint? *Dextera eorum repleta est muneribus.* Fieri enim non potest, ut iudex, qui xenia libenter accipit, multis etiam criminibus non succumbat. Audi Augustinum ibidem. *Ergo in iniquorum manibus iniquitates sunt, dextera eorum repleta est muneribus. Videtis fratres quia coram Deo sunt, & iniquorum manibus iniquitates non sunt, nec dextera eorum repleta est muneribus.*

20.
Psal. 14. 1.

Psalm. 14. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui habuerit cordis munditiam respondet David: Qui ingreditur sine macula &c.* Ecquis erit, qui hanc tantam animi munditiam habere poterit? *Et munera super innocentem non accipit.* Qui oblata munera depulerit, hic omnino mundus erit. Vnde subdit. *Qui facit hæc non commouebitur in æternum, id est, qui se muneribus pollui non permiserit cœlestem patriam, sine termino incolet.*

Regnum à gente in gentem transfertur propter iniustitias, & contumelias, & diuersos dolos.

Quasi dicat, Propter iniustitias, & iniurias, & contumelias, & varias fraudes imperia mutantur, & quæ gens nunc imperij sceptrum tenebat, subinde alijs inferuire cogitur.

Propter iniustitias, dictio Græca, ut supra retulimus iniustitias, vel delictum significat, iniustitiam autem definit Aristoteles in Rhetoricis hac ratione: est vis, qua aliena retinentur contra leges. Erasmus ait esse malitiam non ex errore sed consulo. Ergo cum per vim aliena rapiuntur, vel retinentur, aut mala alijs consulo inferuntur omnino reipublicæ fundamentum labat.

Et iniustitias, & contumelias. Græcis vnica tantum dictio est, quæ ut supra diximus significat iniuriam per contumeliam, & petulantiam illatam, cuius dictio vim duplici nomine exhaustit vulgaris, scilicet iniuria & contumelia. Hæc autem dictio, ut alijs placet delicias, & luxum designat, quæ rempublicam pessumdat. Hoc ex aliorum opinione dixerim, quam minus probo.

Et diuersos dolos. Græca: & dolo opes partas: dum enim per vim extrahuntur pecuniæ, respublica corrumpitur.

Auaro autem, nihil est scelestius. Quid superbis terra, & cinis?

Auaro autem nihil est scelestius. Reddit rationem ob quam auaritia monarchias alio transferat, quia scilicet, Auaro nihil est scelestius, quia nihil auaro peius. *Quid superbis terra & cinis?* o tu, qui subinde in puluerem redigendus es, quare tanto labore vndique pecuniam corrodas, & tanta diligentia conquiris?

Auaro nihil est scelestius, quia rem vilissimam amat. Cicero 1. officior. *Nihil tam augusti animi, tamque prauis, quam amare pecuniam.* Tum quia grauissimum crimen committit & multorum aliorum caput. Vnde Paulus loquens Ephesijs auaritiam vocat idolorum seruitutem, quia auaritia ad omnia ferme peccata animum trahit. Vnde Paulus 1. Timoth. 6. *Radix omnium malorum est cupiditas,* ob quas causas auaro nihil est peius. Potest, etiam me teste alio modo hæc sententia cum superioribus coniungi. Dixerat odibilem Deo, & hominibus superbiam, & execrabilem gentium iniustitiam, seu iniquitatem, idque probauerat. Subdit autem, auaro autem nihil est scelestius, id est, mala quidem hæc vitæ quæ retulimus, sed auaritia omnium pessima est. Videtur hanc sententiã hauisse Paulus 1. Timoth. 6. *Radix autem malorum est cupiditas.* Subiungit Apostolus: *Quam quidem appetentes errauerunt a fide.* En tibi qua ratione auaritiam Paulus, sicut & noster author cum infidelitate componit. Hanc sententiam quidam codices Latini absolute legunt, sine coniunctione, autem. Sed ex Græco constat per coniunctionem transferendam, & causam innuere prioris sententiæ. Vnde Tigurina transtulit: *Nam auaro nihil est iniquius.* Hugo Cardinalis: nihil est iniquius, id est, ad scelera pronius.

Quid superbis terra & cinis? id est, cum breui instar cineris sis dissolendus, ut quid tantam auri copiam aggeras? Iansenius ad illam sententiam refert, quæ præcessit, nimirum: *Odibilis Deo est omnis superbia.* Vnde subdit: *quid superbis terra & cinis?* id est, cum terra sis & cinis, vilissima, & abiectissima elementa

1.

2.

3.

4.

1.

2.

Cicero.

1. Timot. 6.

1. Timot. 6.

3.

Iansenius.

elementa, quare turgescit, quare tumescit? Alij hoc modo, cum præcedenti sententia immediatè coniungunt. Cum sis auarus, & vilissimas res ames, nempe aurum, quod nihil aliud quàm terra flaua est, & breuissimo tempore instar fumi diffugit, quid superbis, quid distenderis? quid inflaris? Hæc expositio præcedenti aptior, sed vtrique quam attuli antepono. Nonnulli latinorum per puluerem, & cinerem duas hominis partes intelligunt, scilicet per terram corpus, quod ex terra conflatum est, & per cinerem animam sine gratia Dei, natura quidem subtilem, sed peccatorum tenebris obsitam.

ETHOLOGIA CXVIII.

Humana vita caduca.

1. **Q**uid superbis terra, & cinis? Proponit ante oculos hominum, vitæ propriæ fragilitatè, vt eos ab amore pecuniarum deterreat, vel à superbia. Ac si dicat. Quare tantam commeatus copiam in tã fragilem vitam conquiris. Et nos eundem vrgeamus argumentis, quæ humanæ vitæ fragilitatè euincant. In primis Petrus Chrysol. serm. 165. expendit illud Lucæ 2.7. *Et peperit filium suum primogenitum, & panis cum inuoluit, & reclinauit eum in præsepio, quia non erat ei locus in diuerbio.* Extra patriam domum Christus Dominus nascitur, & in ipsa via, quia scilicet hominem induerat, qui semper in via ad mortè est. Adde verba eiusdè Christi Domini Ioan. 14.6. *Ego sum via, veritas, & vita,* id est, ex quo vitã indui humanam via sum, nulli enim hominum datur certo aut quieto consistere loco sed semper vagatur, semper in mortem corruit, & fluminis instar in oceanum mortis decurrit. *Et necessario* (ait Petrus Chrysol.) *fratres via, generatur in via, ego sum, inquit, via, vt omnis aditus excluderetur erroris, & viator tantum caelum peteret, qui terreni itineris incassum diu sudores sustulerat, & labores.*

2. Genes. 41. Hac ratione somnium suum Pharaon exponit. *Septem boves pulchra, & crassa nimis, & pascebantur, in locis campestribus. Alia quoque emergebant de flumine, sæda confectæque macie; & pascebantur in ipsa amnis ripa.* Hæ boues exponente Iosepho totidem annos significant. Ne tamen putares horum annorum curriculum aliquo modo constare, eas, & emeruisse de flumine dicit, & in ripa pascere, vt aquarum instabilitate, & decurrenti impetu, quanta vi tempus defluat ostendat. Ergo de flumine anni exeunt, quia fluminis aquam imitantur, & perpetuo cursu ad mortem vsque decurrunt. Ita Ambros. lib. 2. offic. c. 16. Audi. *Quæ adeo ascendebat de flumine, quod dies anni, & tempora fluminis prætereunt modo, & cursim labuntur.*

3. Genes. 1.12. *Et protulit terra herbam viuentem, & facientem semen iuxta genus suum.* Hæc quidem tertio die facta sunt, cum tamen sexto die conditus sit homo. Prius ergo sænum, & reliquæ herbæ oriuntur, & postea homo plasmatur. Vt scilicet denuo prodeunti homini in hanc rerum vniuersitatem humanæ vitæ fragilitatis species occurreret, quæ illum suæ mortalitatis commoneret. Herba enim, & sænum, quo nihil citius arefcit, symbolum sunt humanæ fragilitatis. Hæc est mens Ambrosij lib. 6. Examer. c. 7. qui rem probat ex illo Psalmi 118.6. *Fiant sicut fœmen testorum, quod priusquam euellatur exaruit.* Id est, adeo fragile est sænum, vt etiam si non metatur solis tamen radiis exsiccet, & flammæ concipiat. Verba Ambrosij transcribo. *Ille herba, & flos fœni, figura est carnis humana. Et infra. Sicut herba fœni, quod priusquam euellatur, arefcit. Quæ*

firmitudo in carne, quæ salubritas potest esse diuturna.

Lucæ 4.5. *Et duxit illum diabolus in montem excelsum & ostendit illi omnia regna orbis terræ in momento temporis.* Ambrosius lib. 1. de Cain & Abel c. 5. expendit illud *in momento temporis.* Scilicet, breui temporis interuallo, totius orbis terrarum gloriam ei ob oculos proposuit, quo ostendit, quam facile hæc fugiant, & euanescant. *Bene in momento* (ait Ambrosius) *quia diuturna esse nequeunt. Paululum expecta, & cito transeunt. Itaque qui sequuntur ea in monte sibi esse videntur, sed non sunt perpetui. Tu autem in Deo gloriam quare: qui tibi ait: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli serues, à quo æterna accipias non temporalia.*

Psal. 38. *Ecce mensurabiles posuisti dies meos.* Ambrosius ibidem legit ex 70. *Veteres posuisti dies meos.* Ducta nimirum similitudine à vestibus, quæ si nouæ sint, non facile discindi possunt, si vero veterascant sibi ipsis non constant, & ex seipsis dissolunt, & discinduntur. Non aliter vita hominis ex seipsa diffuit, & dissoluitur, & nullo impellente discinditur. Si secundum 70. viros, ait Ambrosius, veteres accipiamus dies, hoc est secundum veterem hominem, intelligimus exactos.

Psal. 38. *Ecce mensurabiles posuisti dies meos.* Id est breues. *Et substantia mea tanquam nihilum ante te.* Sumpta videlicet metaphora à lignis vel pomis verbibus exesis, quæ specie tenus pulchra quidem videntur, & sana; intus tamen omnino sunt inania. Ita etiam vita nostra specie tenus aliqualem consistentiam videtur habere, intus tamen est inanis, & euania, lapsiueque vicina, & ruinæ proxima. Hanc item accipe expositionem ex Ambrosio ibidem his verbis. *Ne peccatum inquit, cresceret, abrenuisti dies vitæ humana quam viuimus in his terris: & tamen cum maturior in hoc breui cursu istius finis vitæ sit peccatorum mortis celeritati substantia mea tanquam nihilum ante te.*

Psal. 118. *Retribuere seruo tuo viuifica me,* vel vt legit Ambrosius ibid. *viuam; & custodiam verba tua* Ex-Psal. 118. 17. *vt mihi cõcedas, sine te exorem.* Sed quid est, ô, Dauid, quod à Domino petis? Viuifica me, seu viuam. Quasi scilicet mortuus iaceret, nec vitam hanc duceret. Ambrosius in hunc locum: Ita sane est, mortuus iacebat Dauid. Nempe hæc vita, quam omnes viuimus, non vere dicenda est vita, sed imago quædam vitæ & umbra. Infert etiam illud ex Psal. 38. *Verum tamen in imagine pertransit homo;* vel vt ipse Ambrosius legit *in imagine ambulat homo.* Homo quidem dicitur in imagine pertransire, vel ambulare, quasi non veram vitam viuat sed imaginem quandam vitæ præferre videatur. Audi Ambrosium. *Viuam ait, quasi nondum viuens; hic enim in umbra viuimus. Ergo ista vita in corpore umbra est vitæ atque imago non veritatis. Denique in imagine ambulat homo.*

Psal. 114. *Placebo Domino in regione viuorum.* Duae regiones constituit, alteram viuorum, mortuorum alteram. Regionem viuorum appellat beatam illam felicitatem, & futuram vitam, in qua vere viuunt. Regionem vero mortuorum dicit hanc vitam præsentem, in qua vix viuunt. Rẽ similitudine expono. Non omnis regio, & terrarum plaga apta est ferendis, quibuscunque fructibus, pomis, frugibus, arboribus. Quædam enim tepentem regionem amant, & facile frigore læduntur, alia vero in frigidis plagis felicius proueniunt: & vt est apud Poëtam.

— Non omnis fert omnia tellus

India fert Ebenum, molles sua thura sabæi.

Ergo si quis arborem radios solis amantem in frigidiorẽ traducat regionem, vix multo labore, & cura,

eam ad iustam magnitudinē perducet. Quæ scilicet in propria regione per campos vltro nascitur nullo colente, aut curate. Ergo vita in beata illa felicitate tanquam in propria regione pullulat, ad nostrā vero regionem translata, extra proprium locum est. Vix eā multo labore tueri possumus, facile læditur, arefcit statim, nā hæc nostra regio non vitam sed mortē fert. Audi verba Ambrosij, huius expositionis authoris, in hæc verba Psalmi. *Meritoque alibi dicitur sanctus Domino: in umbra alarum tuarum protege me; omnes ergo etiam sancti in umbra sunt, quandiu sunt in corpore, non perfecte vident, sed ex parte cognoscunt; regionem autem hanc mortuorum esse quis dubitet, cum sancti ipsi dicat. Paccō Domino in regione viuorum, quia perfecte hic placere nemo potest, ubi etiam si fieri posset, vt sua peccata non habeat, in ipsa tamen regione mortuorum viuendo purificatione indiget, quæ à contagione cum regionis huius absoluat.*

Ambros.

9. *Iob 7. 1. Militia est vita hominis super terrā. Accipe pulchram huius loci expositionem, & rei præsentis fati accōmodatam, ex Greg. lib. 8. Mor. c. 6. Etiam si nullus vim inderat ipsa hominis vita secū pugnat, secum manus conserit, & digladiatur, & sibi ipsi viuendi filum abrumpit, & dum vltius progreditur, seipsam comminuit, & interfecat. Militia est (ait Gregorius) vita hominis super terram, quia dum per spatia temporum crescere appetit, ad eorum spatium, quod perdendo colliſit, crescendo pertransit.*

Iob 7. 1.

Gregor.

10. *Iob 17. 17. Putredini dixi pater meus es, mater mea, & soror mea vermibus. Per putredinem, & vermes intelligit Iob ipsam mortē. Ergo idem est, ac si dicat: mors ipsa, & interitus me genuerunt, ipsos parentes meos vocauit. Sed quare mortem matrem suam appellauit, non potius vitā. Greg. lib. 13. Mor. c. 20. ideo dictum putat, vt hac ratione ostenderet vitam humanam proprius mortem referre, quam vitam. Filij enim dicuntur imago patris, quia ore, moribus, & ingenio patentes referunt. Ergo cum humana vita longe similitior sit morti, quā vitæ, potius dicendum est à morte originem trahere quam à vita. Quid est hoc quod dicit (ait Gregorius) putredini pater meus nisi quod omnis homo ab origine tam vitiat a descendit? Vnde, & additur: mater mea, & soror mea vermibus: quia videlicet, & ab ipsa putredine, & cum ipsa in hunc mundum venimus. Quantum enim ad materiam corruptibilis carnis mater nostra, & soror nostra vermes sunt, & quia de putredine processimus, & cum putredine venimus, quam portamus. Iterum ad examen redeant verba illa Gregorij, & quia de putredine processimus & cum putredine viuimus, quam portamus. Quasi dicat. Ideo Deus hominem è terra condidit, vt secum quodammodo ferret sarcophagum, & tumulum, in quo inclusus, & sepultus iaceret, ne vnquam à se mortis memoriam posset auellere.*

Gregor.

11. *Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Iob 21. 13. Multis proſecutus fuerat Iob impiorum felicitatem hoc eodem capite, & tandem concludit relatis verbis, nempe, ducunt in bonis, &c. Id est, etiam si impij vitam videantur sibi ducere, quam longissimam, & omnibus bonis affluentem. Nihilominus reuera breui temporis interuallo omnia concluduntur. Nam cum bona, quibus perfruuntur, eodem quo vita termino claudantur, quæ adeo est breuis, non possunt diuturna esse bona, & felicitates eorum. Huius expositionis patronum habeo Gregorium lib. 15. Mor. c. 19. his verbis. Ecce beate vir eorum gaudia diu narraueras, quomodo nunc afferis, quod in puncto ad inferna descendunt nisi quod omnis longitudine vitæ præsentis punctus esse cognoscitur, cum sine terminatur.*

Iob 21. 13.

Nostræ sententiæ adſtipulatur Eliu apud Iobum cap. 34. n. 15. *Deficiet omnis caro simul & homo in cinerem reuertetur.* Prius hemistichium, nempe *deficiet omnis caro simul*, hac ratione exponit Gregorius lib. 24. Mor. c. 27. id est, deficient omnes carnales affectus, & homo perfectissimam induet virtutem, quid inde? *Et homo in puluerem reuertetur.* Id est, homo recordabitur se esse mortale, ei veniet in mentem in puluerem, & cinerem fore redigendum. Nam quo quis magis in virtute proficit, eo quam sit fragilis mortique vicinus expressius cognoscit. Audi Gregorium. *Bene autem Eliu hoc loco subdit, & homo in cinerē reuertetur: in peccato enim quisque positus mortalitatis sua obliuiscitur, & terram se esse non meminit, dū adhuc per superbiam inflatur. Post conuersionis vero sue gratiam, dum humilitatis spiritu tagitur, quod ex se aliud, quam cinerem recordatur. Iam in cinerem reuersus fuerat dicens: memento Domine, quod puluis sumus. Abraham in cinerem reuersus fuerat, dicens: loquar ad Dominum meum, cum sit puluis, & cinis, est viuentem carnem, nec dum in terra mors soluerat, sed tamen apud se erant, quod se futuros, absque dubitatione prævidebant.*

12.
Iob 34. 15.

Gregor.

13. *Psal. 103. Auferes spiritum eorum, & deficient: & in puluerem suum reuertentur.* Quæ verba hac ratione exponit Gregorius lib. 24. Mor. c. 27. auferes spiritum eorum, id est, omnem superbiam, & turgentem spiritum auferes. Quid inde? *Et in puluerem suum reuertentur.* Id est, tum facile, se esse puluerem, & cinerem, meminerint. Ob tumorem enim superbiæ, quo distudentur nō sinit Deus de futura morte iudicare, aut cogitare. *Hinc alias (ait Gregorius) dicitur: auferes spiritum eorum, & deficient, & in puluerem suum reuertentur. Quis autem eorum spiritus, nisi spiritus superbia nominatur? tollatur ergo spiritus eorum, & deficient, id est, subducto superbiæ spiritu, nihil de se esse cognoscant.*

13.
Psal. 103. 29.

Gregor.

14. *Sapient. 3. Fulgebunt iusti, & tanquam scintilla in arundineto discurrunt.* Quorum verborum sensus est teste Gregorio 24. Mor. c. 27. *Fulgebunt iusti*, id est, multa pietate sibi ipsis aliisque coruscabunt. *Et tanquam scintilla in arundineto discurrunt.* Et veluti fomenta ignis postquā flammam conceperunt, statim ac micant, in cinerem resoluuntur. Non aliter pij viri, qui multa pietate ornati sunt, & aliis per exempla emicuerunt sine mora in cinerem abeunt, id est, si ipsos puluerem, cineremque esse fatentur. Pietas enim statim hanc pietatem inducit. Propter hunc puluerem (ait Gregorius) ad cuius memoriam, qui semet ipsos considerant recordantur per sapientiam dicitur: *iusti autem fulgebunt, & tanquam scintille in arundineto discurrunt. Sancti enim viri, dum peccatoribus permiscuntur, eos exemplorum suorum igne succendunt, atque per omne, quod nitent in cinerem redeunt, quia pietatis flamma consumpti dum infirmitatem conditionis suæ suscipiunt, nihil aliud, quam fauillam se esse cognoscunt, vt à superbiæ suæ duritie resoluui per penitentiam dicant, quod supra protulimus. Memento Domine quoniam puluis sumus.*

14.
Sap. 3. 7.

Gregor.

15. *Matth. 16. 26. Quid enim prodest homini si uniuersum mundum lucretur, anima vero sue detrimentum patitur?* Id est, quid prodest homini diuitias vndique conquirere si labentem vitam tenere non potest. Cum enim is, nisi viuens homo frui non possit, quid iuuat temporalia conquirere, cum vitam rudentem tenere non possit? Prodest, ergo multum mortis meditatio, quia docet nos hæc temporalia contemnere. Sequor hac in re Gregorium homilia 32. in Euangelia his verbis. *Longa nostra desideria increpat vita breuis: in cassum multa portantur, cum iustus est, quo pergitur.*

15.
Mat. 16. 26.

Gregor.

16. Psalm. 101. 24. *Respondit ei in via virtutis sua, paucitatem dierum meorum nuncia mihi.* Luxta Gregorium in Psalmos pœnitentiales hic est sensus. Menti meæ obiace, affer mihi in memoriam, fac meminerim breuitatis vitæ meæ. Sane nihil magis perspicuum nihil notum magis, quam breuem esse vitam nostram, quod quotidianis docemur experimentis. Quid est ergo quod hoc maxime doceri se petit Dauid, vt rem maxime difficilem, & quæ captum maxime humanum excedat? Scilicet res est perspicua satis, & quæ quotidie ante oculos versatur, verum amore vitæ propriæ à morte homo auertit cogitationem, & quotidianis experimentis fidem habere renuit, & abigit memoriam mortis se vltro ingerentem. *Paucitatem* (ait Gregorius) *dierum meorum nuncia mihi. Quasi dicat, qui ex meis viribus hoc consequi non valeo, vt quam pauci sint dies mei intelligam, fac vt per gratiam tuam inspirationis, & virtutum defectum, & huius vitæ breuitatem agnoscam.* Huc adduci possunt verba Esaiæ 40. 6. Solito altius inclamare iniungitur Propheta, & vocem suam instar tubæ augere. Dicenti verò sibi hæc Propheta; *Quid clamabo?* id est, quid est hoc quod dicturus sum populo pro quo vocem augere mandatur. *Omnis caro fenum, &c.* id est, vitæ breuitatem hominibus instilla, quia vero ad rem hanc homines obsurduerunt, multa voce inclama; reliqua omnia, quacunque ratione dicantur homines excipiunt, hoc vnum oportet altius inclamare.

17. Genesis 1. 1. *In principio creauit Deus cælum & terram.* Prius dicit cælum creasse, postea terram. Qui molem aliquam ædificij construit à fundamentis orditur. Deus autem hanc rerum vniuersitatem à tecto incipit ædificare, ei qui destruit persimilis, nam qui deinolitur domum prius tectum communit, nec abs re Deus orbem condidit destructi similes, vt quam similes sit initio omnibus pateat, siquidem ædificans formam tenet demolientis.

18. Genesis 4. *Posuitque Dominus Cain signum, vt non interficeret eum, omnis, qui inuenisset eum.* Non consulens bono ipsius Caimi hoc fecit Deus, sed eum puniens, nihil enim miserabilius vita nostra, nullum maius supplicium inferri potest, quam diutius hæc ferre ærumnosam, & calamitosam. Ergo in pœnam est iniunctū peccati Caimo longius vitam protrahere. Felices illi, qui breui humanæ vitæ curriculum absoluunt. *Et omnis qui viderit me,* verba sunt Chrysoctomi, *interficiet me, & dixit Dominus non sit, ne putes, inquit, hæc ita fieri. Neque enim licet, vt te quisquis volet interficiat, extendam inquit vitam tuam, maior que & inde tibi dolor erit.*

19. Iacob. 3. 6. *Lingua constituitur in membris nostris que maculat totum corpus, & inflamat rotam natiuitatis nostræ inflammata à Gehenna.* Vitam nostram appellat Iacobus, sed vnde metaphora sumatur ostendit Chrysoctomus Hom. de nomine Abraham: nempe cum rota aliqua multa velocitate in gyrum agitur nequaquam discerni potest, quæ pars imum, quæ verò superiore locū obtineat; nimia enim velocitate visum fallit. Non aliter hominum vita tam præcipiti cursu volnitur, vt vix discerni possit, quæ pars præcesserit, quæ vero futura restet. Neque inter ipsas hominum generationes certò quis dignoscere potest, quænam præterierint, quæ sunt superstites, quæ vero his succedent; tam enim omnia velociter mouentur, vt cuncta confundantur, & ab ipso mundi nascentis exordio ad finem vsque nulla profus mora intercessisse videatur. Quod & apud Iobum docuit Eliu, cap. 34. 15. *Deficiet omnis caro simul.* Verba Chrysoctomi subiicio. *Et sicut videri ne-*

quit in rota, que continuo auersatur aliqua pars eius, eo quod crebra circumferentia semper sunt ima, & ima summa; ita & nostrarum rerum impetus dum continuo auertuntur summa facit infima, vt videre licet in diuitiis, potentiis, & aliis, nunquam enim in eodem statu manent, sed semper instabiles fluminum fluctus imitantur. Quid igitur his incertius, qui tam crebrius transferuntur & priusquam recte appareant, auolant, priusquam adueniant, resiliunt. Unde Propheeta de diuitiis, & deliciis talibus differens, & spectans valentes talibus, quasi permaneat, dicit: *Reputarunt, quasi stantia, & non quasi fugientia: non dixit quasi præuereuntia, sed multo minus quasi fugientia, non enim paulatim recedunt, sed mira velocitate.*

Paulus ad Hebræos 1. hæc de Christo. *Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, portansque omnia verbo virtutis suæ.* Chrysoctomus Hom. 2. in Epistolam ad Hebræos, exponit illud, *Portansque omnia.* Ducta similitudine à fulcris quibus corruës paries fulcitur. Vita hæc nostra, semper labitur, vitiumque facit, & corruit, sed verbo suo eam Deus sustentat, ne omnino decidat, quis ergo nisi planè amens ruinam minanti aedificio se credat: Illud addit Chrysoctomus multo esse difficilius labentem molem tenere quam ab imis extruere. Vide quanto impetu vita nostra ad interitum vergat, vt facilius sit hominem denuo condere, quam properantem ad mortem filtere. *Sed ecce* (ait Chrysoctomus) *& sic quidem ipse verbo suo cuncta facit, feratque inquit omnia, hoc est gubernet omnia; siquidem cadentia, & ad nihilū tendentia cōtinet. Non enim tā multum est continere mundum, quam fecisse. Sed oportet aliquid, quod admireris, dicere: adhuc amplius est. Nam in faciendo quidem, ex nullis adstantibus rerum essentiis producta sunt, in continendo vero ea, quæ facta sunt, ne ad nihilum redeant, continentur. Hæc ergo dum reguntur, & ad inimicem sibi repugnantia coaptantur, magnum, & valde mirabile, plurimæque virtutis indicium declaratur.*

Nihil est iniquius quam amare pecuniam. Hic & animam suam venalem habet: quomodo in vita sua proiecit intima sua.

Nihil est iniquius quam amare pecuniam; Nihil est magis à rationis legibus abhorrens, quam diuitias, rem, scilicet, vilissimam, consecrari. Hic & animam suam venalem habet. Talis enim vitam qua nihil carius esse debet pro pecunia dare paratus est. Quoniam in vita sua proiecit intima sua, id est, viuens enim, ea quæ maxime diligebat, & quæ in visceribus habebat, hoc pecuniam non dedit modo, sed proiecit etiam.

Nihil est iniquius quam amare pecuniam, Græca auaro nihil est scelestius. Proprie nihil à lege magis alienum. Hoc non dixit natura vitiorum pensata, sed propter damna, quæ secum auaritia in animū inuehit; licet aliqua ratione auaritia omnium peccatorum pessimū dici posset. Nam cum in peccato duo distinguere oporteat, nempe auersionem à Deo, & conuersionem ad creaturam, etiamsi alia peccata vehementius, & longius à Deo repellant, nullum tamen ad rem tam vilem conuertat, quā ad auaritiam, scilicet ad pecunias rem vtilissimā. Vide sanctum Thomam 2. 2. qu. 118. a. 5. Hæc autem sententia apud Græcos est superiorum repetitio. Variant enim ordinem in his sententiis Græca exemplaria, sed non valde sensum immutant.

Hic enim, & animam suam venalem habet. Nos animam, id est, vitam exposuimus. Alij verò ad æter-

20. Hebr. 1. 3.

VERS. 10.

1.

2.

3.

nam vitam transferunt, quam etiam auarus pro pecuniis profundit, id est, facile vitam suam, vel temporalem vel aeternam, cum vili pecuniarum lucro commutat. Dionys. Carth. Animam suam diabolo vendidit. Quod licet omnibus peccatoribus aptari possit præcipue tamen auaris: hi in vèditionibus, & emptionibus semper peccant. Hugo rem exponit sumpta metaphora à meretrice quæ pro obolo se prostituit, iuxta illud Ioël 3. *Posuerunt puerum in prostibulo; & puellam vendiderunt pro vino, ut biberent.*

4. Ianfc. *Quoniam in vita sua proiecit intima sua.* Iansenius: adeo immisericors factus est, ut quodammodo videatur viscera, & humanitatem penitus abieciſſe, ut in Iuda proditore factum legimus cuius viscera dispersa sunt. Ego verò per viscera, ab illo amata exposui, & quæ maxime auaro cordi sunt, ut puta filios uxorem &c. omnia pro pecuniis prodigit. Tigurina alium sensum offert integram sententiam hac ratione transferens: *nam auaro nihil est iniquius, ut qui animam quoque cuiusvis exigit. Nam pro vita ipsius eruere viscera sua quisque cogitur,* id est, auaro nihil peius est. Nam hic non modo alienis pecuniis inhiet, verum nec alienæ vitæ parcat, ut pecuniam extorqueat, vel surripit pecuniam, quæ instar vitæ hominibus est. Sed hoc nõ satis vulgaræ nostræ lectioni cohæret; vltimã verò partem scilicet: *Nã pro vita sua eruere viscera sua quisque cogitur:* hac ratione exponit Varablus in notulis, *in vita sua,* id est, *viuit.* Ac si dicat: nam ad conferuandam auari vitam multi coguntur vitam suam profundere, & auaro deferre pecunias, quæ instar vitæ hominibus sunt, vel sic: hic etiam animam suam venalem habet, quia in vita sua viscera quoque sua eieciere paratus est, scilicet lucri causa, id est, si lucri alicuius spes affulget, vel viscera sua pro lucro profundit: alij verò referunt ad eum, qui ut pecuniæ parcat, cibo, potuque se fraudat; hic enim, & animam suam, id est, vitam suam venalem habere dicitur, & proieciſſe intima sua, quia illa & extra præ fame tabescunt. Hos carpit Martialis pulchro Epigrammate.

Martial. *Cum tibi non essent sex millia Cæciliane:*

Ingenti latè veltus es exophoro.

Postquam bis decies tribuit dea cæca: sinumque

Ruperunt numi: factus es ecce pedes.

Quid tibi pro meritis, & tantis laudibus optem?

Dij reddant sellum Cæciliane tibi.

Nonnulli verò ad amorem proximorum quo penitus caret, qui nimium diuitias amat, sententiam trãſferunt; auarus enim omnino viscera humana exiit, & brutorum induit feritatem. Hug. Card. Proiecit intima sua, id est, virtutes, auaritia enim omnes virtutes pellit. Item intima sua, id est, fratres vterinos, hoc etiam genus crudelitatis auaritia docet: tandem proiecit intima sua, id est, hominem interiore, qui quasi nostra viscera interiora est.

ETHOLOGIA CXIX.

Pungit auaros.

1. **N**ihil est, iniquius quam amare pecuniam &c. Hæc verba nos cogunt iterum in auaros homines descuire. Imprimis contra hos testem adduco Philonem lib. 2. de Allegorijs legis, qui pro nobis affert verba morituri Iacob ad filiũ suum Ioseph Genesis 48. 22. *Do tibi partem vnã extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu.* Hæc fuit Sichima, quam Philo interpretatur succollationem. Nèpe fieri non potest, ut quis diuitias possideat, nisi multo labore; oportet enim succollare diuitias, & eas instar magni alicuius ponderis ferre. Ergo Iose-

pho, qui hoc loco hominis prædiuitis figurã tenet, succollare iniungitur, Iudæ verò, id est, confessioni, qui personã agit omnia temporalia contententis præcipitur laudes & hymnos personare, quia magno gaudio afficitur, & omnẽ laborẽ excutit qui diuitiarum amorem abigit. *Celantur autẽ,* ait Philo, & *asseruatur semper affectus in Sichimis: quæ vox interpretatur succollatio, nã qui laborat ob voluptates libetẽr asseruando earum est, apud sapientem vero corrumpuntur, & pereunt. Non intra breue tẽpus, sed hodie, id est, semper: nam auum omnẽ hodierno metimur, est enim totius tẽporis mẽsura diurnus ambitus, & ideo Iosepho dicit Iacob Sichima, tãquam portionem eximiam, res corporeas, sensibiles exercentis se in talibus. Iudæ autem, id est, confessioni, non dona sed laudes, hymnosque, & cãtiones, quibus celebretur à suis fratribus.*

Genes. 35. Ascensuro Iacobo in Bethel domestici omnes idola dederunt. *At ille infodit ea subter thebenthiũ, quæ est post urbẽ Sichẽ,* Acceptos Deos, non asseruat Iacob sed terræ infodit subtus arboreo, quæ erat prope Bethel, ne scilicet aut ipsi, aut domestico cuiuspiã attrectare fas esset: nèpe oportet, ut longe à nobis faciamus diuitias, neque eas audeamus cõtingere, ne suo amore pelliceat, & nos in malorum barathrum demergat. Hanc expositionẽ affert huic loco Philo Iudæus lib. 2. de Allegorijs legis his verbis. *Cũ igitur anima contingit, defodere abolereque vitium, nisi cui Deus apparet, & quæ assabilibus arcibus dignatus est? ait enim, nõ celare potero Abraham quæ gesturus sũ: Euge seruatur, cui tua facta ostẽdis desiderãti res honestas anime, & nihil elã operuit in ea, ideo valet fugere malitiã, & celare, atque tegere, & interimere sẽper cupiditates noxias.*

Exodi 20. 23. *Vos vidistis quod de celo locutus sum vobis, non facietis Deos argenteos, nec Deos aureos facietis vobis.* Scilicet ac si liceret ex viliori materia idola cõdere. Philo lib. 1. de monarchia, ideo peculiariter cautum putat nequis ex precioſo metallo Deos effingat, quia hoc præcepto omnẽ auaritiã pellere Deus nititur. Ac si dicat: nemo vestrum auaritiẽ studeat, nã hæc vnã radicem malorum, si à corde auulseris, reliquas vitiorum infelices herbas nullo negotio euelles. Imo verò nõ immerito præmisit, *de celo locutus sum vobis,* quia nisi prius ad cœlestia animum extuleris vix à diuitiis valebis abstrahere. *Tantum* (ait Philo) *non expresse docẽs, ne ex alia vlla materia Deos manufaciendos esse, quãdo præcipis duabus interdicitur. Argentum autẽ, & aurum primatũ inter metalla obtinet, verum præter hoc apertum interdicitum, videtur mihi subesse hic aliud præceptũ vile moribus, auaros valde arguens vnde cunq; argentum, & aurum sibi querentes, & acquisitum tanquã numen recondeutes in penetralibus, totam suam felicitatem acceptum inferendo, quin & illi, qui non possunt proprias diuitias colere, quod bis curẽt, alienas mirantur.*

4. Basilius Hom. 8. cum de Leonibus sermonem instituit huius animalis vitia ad diuites, & superbos homines trãſfert, hoc animal nullius alterius societate gaudet, semper solus incedit. Scilicet superbo, & auaro homini nihil satis est, nolletque in toto orbe terrarum sociũ habere, ut ipse omnia possideret, ideoque solus graditur, nullius amicitia gaudet. *Vna cum Leone* (ait Basilius) *animosus, & ad incandescentiã mire propensior, illi à natura est vita solitaria expertis societatis ab ea, quæ genus subeunt idem. Verum enim tyrannus quidem animantium rationis expertium pares congressiones cum ceteris, non acceptat, sed aspernatur.*

5. Psal. 4. 5. cum viri pij notã, & signũ requisisset, sibi ipsi respõdet, *qui pecuniã suã nõ dedit ad vsurã, & munerã super innocentẽ nõ accepit,* hoc est, teste Basilio pij & iusti hominis character, hoc prædestinationis præcipuum signũ, diuitias spernere: ex aduerso autẽ qui eas immoderate amat reprobationis notã præſert.

Idem

Idem quoque nunc (ait Basilius) tanquam charactere[m], & certam notam hominis perfecti Propheta noster usurpauit, dicens: qui argentum suum non dedit ad usuram.

Psal. 61. Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere. Duo mihi expendenda cum Basilio in hunc locum. In primis iuxta scripturæ phrasim prius, & posterius hemistichium mutuo se exponunt, & lucem sibi afferunt. Imo verò idem profus significant, & quod prius extulit, maiori cum energia, & vi repetit; posterius ergo iuxta hunc dicendi modum, quod prior pars versus dixit iniquitatem, hoc posterior pars appellauit rapinam, & diuitias. Vix enim aut nunquam ab iniquitate diuitiæ separantur, aut sine illa conquiri, haberi, aut conferuari possunt. His ergo diuitiis docet Basilius non fidentium, præcipuè illis, quæ cum iniquitate, & rapina congestæ sunt. Rê similitudine expono: si quis prospera vtens valetudine crassior fiat, & pinguescat, pinguedo illa vires addit, & robur: si vero præ morbo intumescat indigestis humoribus, manum, & artem quærit medicam, quæ tumorem illum medeat: ita profecto, qui vel à parentibus diuitias accepit, vel illas honestis modis lucratus est, iis fidei potest, si vero contra fas corroserit periculose auaritia ægrotat, mortique vicinus est. *Nolite sperare (ait Basilius) in iniquitate, & rapinas non concupiscere.* Supra namque dixi: sperate in eo omnis congregatio populorum. Nouit in obtemperando desideriam, & pronunciauit: *veruntamen vani filij hominum. Rursus prohibet nos sperare in iniquitate. Nam qui diuitias ad iniquitatem coactas ad vires, atque potentiam facere putauerit, similis est egrotato, qui summo, ac redundanti morbi statu bonam esse habitudinem existimat. Nolite sperare in iniquitate, hæc enim opulentiâ impedimento tibi est, ad efficacem operationem. Et rapinas nolite concupiscere, ut ne aliena concupiscamus admonet.*

Psal. 61. Diuitiæ si affluant nolite cor apponere. Sumpta similitudine à flumine relatum versus exponit Basilius ibidem; scilicet dum fluuius multis imbribus augetur solito ocyor decurrit, per campos vicinos stagnat, obuia quæque deuchit. Diuites sût instar rapidissimi fluminis, qui rapidiori cursu ad malum, & ad mortem feruntur, quo copiosius diuitias congesterunt; nec modo seipso lædunt, verum, & proximos quoque deprædantur. Vel etiam sicut aqua, nullibi quieta consistit, sed semper ad ima defertur; sic etiam diuitiæ nullibi consistunt, sed præpeti cursu auolant. *Diuitiæ (ait Basilius) si affluant; mihi cum admiratione hæc suscipito vocem. Fluxa est diuitiarum natura, suos possessores torrente prærapido ocyor prætercurrit, alios alio modo apto munere Dominus; quemadmodum fluuius ex alto fluens loco ita subito extuberat, ut stantes in via quandoque attingat: simul vero ubi attingit mox succedit: sic & opum lubrica procliuas perniciosissimum exhibet, & prolapsiore leuissimam sui presentiam aliud ex alio natum permittare.*

Psal. 61. Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. A flumine ductam metaphoram hic versus continet testante Basilio ibidem. Qui per fluminis ripas solatium aliquod capere intendit, rapido flumini non se committit, in ripis confidet præterlabentes aquas oculis inspicit, manus quandoque lauat, & sitim explet. Ergo *diuitiæ si affluant, nolite cor apponere*, id est, decurrentibus diuitiis cor apponere veto, manus vero apponere permitto. Per cor enim affectus significatur, per manus vero vsus. Igitur idem est, ac si dicat: uti quidem diuitiis licet, eas vero suspicere, deperire, toto corde amplecti alienum est ab homine non plane amente. Vel etiam, qui diuitias apud se retinere conatur, non aliud efficiet, ac si obiecta

manu decurrentis fluminis impetum sistere conaretur, quod neque per somnium quis cogitauit. Vtrûmque ex Basilio accipe. *Magis enim aquam manu circumplexam retinere continenter possis, quam diuitias conseruare tibi ipsi. Illud autem: diuitiæ si affluant, nolite cor apponere, te admonet, ut ne animo erga illa afficiaris, sed ad usum tuum sume necessaria, non denique tanquam bonorum vnum aliquid eas ardentius affectans, aut habens miraculi loco, sed ipsarum usum administrationemue, quasi instrumentum ad virtutem amplectere.*

Basilius homil. 6. auarum hominem componit cû eo, qui perspicillis vtens, viridi, caruleo, vel alio quouis colore infectis, eundem colorem habere putat omnia illa, quæ oculis haurit. Non aliter qui auaritia laborat, nihil aliud quam aurum videt, omnia pallere putat instar auri. Vel fortè metaphoram capit ab eis, qui morbo aliquo laborant, eorum, qui pupillam inficiunt, qui vitiatò visu eodem infici colore reliqua omnia, quo ipsi inficiuntur, putant. *Quemadmodum, enim (ait Basilius) per insaniam mète moti res probe non vident, sed morbi sui ratione, quænt imaginantur: sic omnia tua ab auaritia possessa, cum aurum, cum argentum respicis, libenter respicis aurum quod colis. Quacunque vides in aurum conuerri cupis, dasque operam, quod possis, & liceat. Quid enim rerum non moliris, vouesque vnius auri gratia, frumentum tibi in aurum veritur, vinum, in aurum concrefcit, cum ipsa transeunt in agrum. Insipientis Midæ fabulam his verbis refert Basilius: qui cum omnia in aurum conuertere petiisset, auaritiæ suæ poenas dedit. Accipe ex Ouidio 11. Met.*

*Sine dapes auido conuellerè dente parabat,
Lamina fulua dapes admoto dente premebat.
Miscuerant puris aurorem muneris vndis,
Fusile per rictus aurum fluuare videres.
Attonitus nouitatem alij diuesque miserque
Effugere optat opes, & quæ modo vouerat, odit.
Copia nullam famem releuat: sitis arida guttur
Vrit, & inuito meritis torquetur ab auro.*

Auatos amentibus, & pueris insipientiores dicit Basilius, nam si semel cibo aliquo se ingurgitaerint, tædio afficiuntur erga cibum illum, ne iterum attingant: at vero auari, etiam si sapius ex diuitiis nocumentum acceperint, nihilominus eis imhiant. *Neque enim satietas (ait Basilius) aut fides cupiditatis inuenitur. Sapenumero pueris cibo iusto appetentioribus, quæ cupiunt assatim, & vsque ad saturitatem damus, ita ut ex copia fastidio capiuntur. Solus auarus non ita, sed quanto plus accipit, tanto plura desiderat. Diuitiæ si fluant, Psalmus, nolite cor apponere.* Ergo sumpta metaphorà à cibo prædictum locum Psalmi exponit Basilius.

Psalm. 61. Diuitiæ si affluant nolite cor apponere. In metaphora fluminis persistit Basilius exponens hûc locum Psalmi homil. 6. flumen nullo impediante proprio aluco fertur, nec vlli nocumentum infert, si vero ei repagulum obiciat, & obicem apponas, excidium infert satis, & proximis aruis: ita etiam diuitiæ si præterlabi, & effluere sinantur, & in vsus necessarios infumantur, vtilis quidem sunt, si vero retineas, stagnant, & malum inferunt. Sequor hæc in re Basilius qui eandem rem sumpta similitudine à puteis euincit. Nimirum putealis aqua si agitetur, & sapius hauriatur dulcis efficitur, & purior redditur; sin vero diutius quiescat cænosa, ac putrida. Haud aliter opes asseruatæ nocent, distractæ vero vtilis sunt. *Vos autem (ait Basilius) contra optem à me, ut per suade animi, nempe, ut portis omnibus patefactis promptuariorû diuitijs latissime patentem transitum exhibeatis, quasi litifundo fluuiò frugiferam terram per*

mille irriguos ilices, riuosque clam ingredimini. Itidem, & ipsi per multas vias opibus ad pauperiem domus adiutum dare. Nam, & putei continuo exhauriti, & copiosiore, & pulchriore admodum sunt aqua; demissi vero, & quieti facile putent. Sic & opes condita quiescentes inutiles, mota autem, & translata publicum commodum pariunt.

12. Iure miratur Basilii auarorum hominum amentiam, qui amore pecuniarum in rabiem acti vsque ad tartara conquirentes descendunt, & quas natura recondiderat, extrahunt: extractas autem iterum terræ infodiunt, & humo recondunt, vt afferuent. Ex quo malum aliud sibi metipsis auari homines accerfunt, nam simul cum ipsis pecuniis cor in terra subruunt. Nam si semel cor diuitiis hæserit, eisdem periculis, & malis, subiacet quibus ipsæ pecuniæ, iuxta illud Domini Lucæ 12. 33. *Ubi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit*, id est, qui auidæ pecunias corroditis, eisdem periculis cor vestrum obiicitis, quibus pecuniæ obnoxie sunt, siue fur rapiat, siue diffluant, siue terræ infodiatis.

Lucæ 12. 33.

Basil.

Gravis (ait Basilii) *proscilo in sania, primum in metallis aurum latitans omni diligentia in lucem proferre, atque ex humore excludere, deinde semel effossum rursus in terram occultare. Nam quicumque hoc facit, simul & cor infodere videris, dicitur enim: ubi thesaurus tuus, ibi & cor tuum.*

13. Adolescens quidam diuitiis clarus, & possessioibus Dominum conuenit, Matth. 19. multa de via, qua in supernam ciuitatem itur disquirat. Cui cum Dominus mandatorum obseruantiam, tanquam prætoriam, & publicam viam demonstrasset, subdit adolescens: *Omnia hæc custodiui à iuuentute mea, quid adhuc mihi deest?* ait illi Iesus: *si vis perfectus esse, vende, vende, qua habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in celo, & veni, & sequere me;* cum audisset autem adolescens verbum abiit tristis, erat enim habens multas possessiones. Hoc genus hominum, qui cum reliqua ex Dei præscripto perfecerint pecuniarum tamen amore deterrerentur à perfectione; simile facit Basilii homil. 7. his qui longam aggressi viam, vt insignem ciuitatem oculis lustrent, & ciuium mores excipiant, cum ad suburbana venerint viæ obliui, & laboris reuertuntur, & quam multo labore exquisierant ciuitatem videre negligunt. *Idcirco* (ait Basilii) *Dei mandata tristitiam istis afferunt: nam miseram vitam sibi esse putant nisi inutilibus sumptibus occupentur, & in summa mihi euenisse huic adolescenti vel propinquus ipsius videtur, quod illi solet euenire, qui iter facit ciuitatis alicuius spectaculi videndi studio, properatque vsque ad mania, ibi reperto diuersorio requiescit, modicumque quod restat via ob pigruiam, atque desidiam ire detrectat, simul & toleratum laborem itineris inanem reddens, & spectacula bonorum, qua videre poterat in vrbe excludens: sic, & huiusmodi sunt homines, qui cetera quidem mandata obseruant, ad bonorum suorum erogationem claudicant.*

Mat. 19. 20.

Basil.

14. Gen. 4. 1.

Genes. 4. 1. *Adam vero cognouit uxorem suam Euam, qua concepit & peperit Cain, dicens: possedi hominem per Deum.* Postquam primi parentes in peccatum prolapsi sunt primogenito filio nomen indiderunt Cain, id est, possessio. Nam cum primum homo à veritate desciscit in auaritiam statim prolabitur. Cain autem sicut prior natu inter fratres fuit, ita etiam, & parentibus causa luctus exitit, origo, & principium malorum. Huic frater nascitur Abel, id est, luctus, fieri enim non potest, vt multo mœrore reprimatur, qui pecuniis incubat. Hoc transfero ex Ruperto lib. 3. de Trinitate cap. 34. *Ille primus in generatione iniquorum, iste primus computatur in generatione iustorum. At ille tanto cum tripudio*

matris exceptus, vt iuraret sibi in admiratione sui gaudij dicens, possedi hominem per Deum: & ob hoc vocatur nomen eius Cain. Cain quippe interpretatur possessio, ille inquam primum generationis miraculum, & falsa felicitas, falsumque gaudium, in felicem occidit fratrem suum Abel, quod interpretatur luctus, & hoc nomen illi congruit, quia primi luctus causa fuit parentibus: verum etiam quia primus illorum est de quibus dictum est: beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur.

Psal. 90. *Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis.* Per dexteram exponit Bernardus sermo. 15. Prou. 90. 7.

ne 2. in ramis palmarum, omnium rerum abundantiam, & diffluentes opes: per sinistram vero pauperiem & aduersam fortunam. Ergo ad sinistram mille cadunt, ad dexteram autem decem millia, quia nonnullos deprimit, & disturbat aduersa fortuna, at vero multo plures sunt, quos obruit, rerum prosperitas, & abundantia. Nonnullos ad vitium trahit pauperies, male suada fames, & turpis egestas: multo vero plures decipit felicitas, rerum copia, & abundantia. Adducit illud Prouerb. 30. *Diuitias, & paupertatem ne dederis mihi.* Duas præcipuas pestes humanæ vitæ scilicet abundantiam, & inopiam longe vt à se depellat, orat Deum sapiens; peiorem tamen, & quæ plures pessundat, diuitias posuit, ac tandem paupertatem subiunxit. *Sicut scriptum est* (ait Bernardus) *cadent à latere tuo mille, sinistro, & per quod significatur aduersitas: tamen multo plures extollit prosperitas: & decem millia, id est, multo plures à dextris tuis, in quibus prosperitas designatur, denique quia vtroque periculum est, orat sapiens & dicit: diuitias: & paupertatem ne dederis mihi.*

Prou. 30. 8.

16. Multa attingit Bernardus suo more sermo. 3. in ramis palmarum ad rem præsentem. In primis quaerit quare Christus Dominus per modum triumphi, & publicæ orationis Ierosolymam ascendit, qui non ita multo post catenis ligatus, & funibus, eandem viam acturus erat? Respondet Bernardus his verbis Apostoli ad Hebræos 14. 15. *Non habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentati autem per omnia pro similitudine absque peccato.* Tentatus dicitur Christus per omnia iuxta Bernardum, tam in prosperis, quam aduersis, tam in rerum copia, quam in earundem abundantia, nec enim minor tentatio minusve periculum insurgit ab his, quam ab illis; oportuit ergo, vt in prosperis modestiam ostenderet, & in aduersis constantiam. In hunc sensum exponit ibidem verba Matthæi cap. 3. numer. 13. *Tunc venit Iesus à Galilæa in Iordanem ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo, Ioannes autem prohibebat eum dicens, ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Respondens autem Iesus dixit ei: sine modo; sic enim decet nos implere omnem iustitiam.* Omnem iustitiam omnem virtutem vocat, id est, omne virtutis genus, siue in prosperis siue in aduersis, vtrunque enim nõ mediocre nobis imminet periculum. Subinfert Bern. verba Pauli ad Philip. 4. 12. *Scio humiliari, scio & abundare: (vbique, & in omnibus institutus sum.) Et saturari & esurire, abundare, & penuriam pati: omnia possum in eo qui me confortat.* Vtrumque poterat Apostolus scilicet abundare, & pati egestatem, nec minori gratia à Deo confortabatur, ne in prosperis decideret, quam ne in aduersis inflaretur. Imo verò prius illud posuit, quafi rem longe difficiliorem: tandem illud Prouerb. 1. 32. *Auersio paruulorum interficiet eos, & prosperitas stultorum perdet illos.* Vide quæ ratione vtrumque coniunxit sapiens. Bernardi verba subiicio. *Decibat Pontificem nostrum tentari per omnia pro similitudine absque peccato, vt tanquam verus homo, & prospera hominum, & aduersa opportune videret,*

Bernard.

Ad Hebræos 14. 15.

Matth. 3. 13.

Philip. 4. 12.

Prou. 1. 32.

Bernard.

vitaret, ut enim temperantia est praecoxia populi, & prospera huius saeculi declinare, si quid interdum iustitia est certa quidem dispositione admittere ea. Persecutio quoque & temporalis omnis aduersitas, pro loco & tempore prudenter aliquando fugienda erit, cum autem necesse fuerit viriliter toleranda: itaque omnem virtutem implere decuit in quo plenius habitat omnis plenitudo virtutis, ut notum fieret omnibus, quia his scires magis abundare sciret, & penuriam pati. Utrumque enim scriptum est, quod prosperitas, non tamen omnium, sed stultorum, occidat illos: auersio utique, non quorumlibet, sed paruulorum, perdat illos, quam modeste tamen hanc gloriam videtur accepisse ad triumphalem occursum in asino veniens, non in curribus, aut in equis: sed dicebat: si quis aliquid vobis dixerit, dicite: quia Dominus his opus habet.

17.
Psal. 90. 50.

Psal. 90. Scuto circumdabit te veritas eius. Hoc scuti genus de quo hoc loco Dauid ita describit Bernardus sermon. 5. in Psalmum *Qui habitat*; ut scilicet, superiori parte latum esset, inferiori vero angustum magis, & referre videtur illud quo hispani equites vtuntur, & vernaculo vocabulo vocant *adargas*. Superior quidem caelestia, & superna bona significat, inferior vero terrena, & temporalia. Ergo scutum, quo Deus nos protegit, superiori quidem parte latum est, quia spiritualibus quidem delictis affatim pios homines dicit, temporalia vero bona, parce concedit Nec minus Deus homines pios reddit per inopiam temporalium, quam per abundantiam spiritualium donorum. *Non incongrue sane* (ait Bernardus) *scuto comparatur gratia diuina protectionis, quod in superiori parte amplum, & latum est, ut caput humerosque custodiat, in inferiori vero strictum, ut minus oneret, maxime quod graciles sint tibiae, nec tam facile vulnerentur, sed nec adeo periculum sit illis in partibus vulnerari. Sic omnino sic in militibus suis Christus ad inferiora tuenda, id est, carnem, magnam, ut ita dixerim, strictitatem, atque penuriam rerum temporalium donat: nec vult eos illarum multitudine praeauari, sed videtur, & vestitum habentes, quemadmodum ait Apostolus, his contenti sumus: in superioribus vero ampliorem latitudinem, & abundantiam gratiae spiritualis. Sic enim habes: primum querite regnum Dei, & iustitiam eius, & haec omnia adicientur vobis.*

18.
Psal. 48. 15.

Psal. 48. Sicut oves in inferno positi sunt, mors depascet eos. Ex marcello sumptam metaphoram putat Bernardus sermon. 7. ex variis. Sicut enim carni-fices prius vellera detrahunt, & pecudem excoriant, ac tandem carnem detracto vellere in cibum diuendunt. Non aliter diabolus inferorum Princeps mortis tempore peccatores excoriat, ablatisque diuitiis deuorat, comminuit. atterit. Ne sibi impo-nant diuites quasi diuitias suas secum possint importare, prius quidem diuitias auferet diabolus, ac tandem impium in inferni carcerem detrudet. *Sicut oves* (ait Bernardus) *in inferno positi sunt, mors depascet eos: quam bene sicut oves, quia detracto vellere, mundia-lium diuitiarum dure, praessequae detonsi, sempiternis nudi deputabuntur incendiis. Mors depascet eos, quia semper moriuntur ad vitam, & semper viuunt ad mortem.*

19.
Eccles. 9. 2.

Eccles. 9. 2. Cor sapientis in dextera eius, & cor stulti in sinistra illius. Oportet sententiam per tropologiam interpretari, nam si naturam hominis inspicias, & humani corporis formationem, cor mediū corporis tenet cuspide in sinistram partem deuoluta. Ergo sane per cor amorem intelligo: Per dexteram autem aeterna, per sinistra vero temporalia, iuxta illud Proverb. 3. 16. *Longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra illius diuitia & gloria.* Ergo sensus est, sapiēs & pius vit aeterna temporalibus praefert: secus verò insipiens, & iniustus posthabitis

Prou. 16.

caelestibus ad temporalia vergit. Haec est mens Ecclesiastici, relata sententia: *Cor sapientis*, &c. quae, ni fallor, tracta est, ex natura serpentium, qui dum in foramine occluduntur immixtas dexteram hominis manū inficere non valent, si verò quis sinistram immittat virus statim euomunt, & iniecta peste totum hominem inficiunt: imprimis ipsum cor sanie inspergunt in quo est fons vitae, & ad sinistram partem vergit. Ergo sicut serpens non dexteram partem inficit, sed sinistram, ut virus recta ad cor dirigat; sapientes quidem in dexteram partem cor inflectunt, ne in ipso virus excipere possit, & hac ratione illudunt altum serpentis, stolidi vero, & insipientes homines, quorum cor rebus temporalibus immersum est, immixtum vitare non possunt virus. Hanc serpentis naturam tradit eruditissimus doctor Camara de animalibus sacrae Scripturae cap. 3.

20.
Psal. 90. 3.

Psal. 90. Quoniam ipse liberabit me de laqueo venantium. Laqueus iste expositore Bernardo ibidem diuitiis sunt, iuxta Paulinam phrasim 1. Timot. 6. 9. Ab hoc ergo laqueo ereptum gloriatur se, & miratur Dauid relatis verbis. Illud autem non segniter praetereundum, quod non laqueos sed laqueum in singulari intulit, cum tamen alibi sapius laqueos in plurali vocauerit diaboli tentationes. Nempe, & multa sunt diaboli tentamenta, & vnum tantum, quia omnia illa, quae in se multa sunt, in vna auaritia concluduntur, & qui hanc euaserit omnes diaboli laqueos rupit. Nec praetereundum, quod subdit: *Et a verbo aspero.* Verbum asperum iuxta Bernardum ibidem, verba illa sunt, quibus in extremo iudicio impios Christus danaturus est. Scilicet, *ite maledicti in ignem aeternum*, &c. Ergo ab hoc verbo aspero facit Deus immunem, quem exiit amore pecuniarum. *De laqueo venantium* (ait Bernardus) *Et a verbo aspero, dic nobis inquam beate Paule, quis sit laqueus iste diaboli, a quo se liberatam fidelis anima congratulatur? qui volunt, inquit, diuites fieri in hoc saeculo incidunt in tentationes & in laqueum diaboli. Et paulo inferius, Et a verbo aspero. Audieturi enim estis aliquando verbum asperum: ite maledicti in ignem aeternum, quibus enim dicitur, ite maledicti in ignem aeternum? Esurini enim, & non dedistis mihi manducare: quibus enim dicitur nisi his, qui substantiam huius mundi habuere.*

Bern.

Omnis potentatus brevis vita: languor VERS. 11.
prolixior grauat medicum.

Breuem languorem praecidit medicus: sic VERS. 12.
& Rex hodie est, & cras morietur.

Omnis potentatus brevis vita. Agit non de quouis potentatu, sed de eo, qui per tyrannidem exercetur, quem dicit futurum breuem, quasi dicat. Omnes tyranni breui moriuntur, male partum imperium, vbi degustauerint, relinquere cogunt. *Languor prolixior grauat medicum*, morbus diuturnus medico molestiam affert, quem vix, ac ne vix quidem ab agro corpore depellere valet, etiam multis medicamentis adhibitis. *Breuem languorem praecidit medicus.* Antequam morbus radices agat facile eum depellit medicus. *Et Rex hodie est, & cras morietur.* Non aliter Rex, qui quod tyrannus est reipublicae morbus appellari potest, hodie est, & cras morietur. Deus enim qui medicus est peritissimus, huic morbo continuo occurrat, eumque praecidit, ne si tempore radices agat, corpus reipublicae eo vsque laedat, quod illatum damnum refarcire non possit.

Græca exemplaria quae nunc extant, vel his duobus

bus verbis omnino carent, vel longe aliter habent. Scilicet: *longum morbum præcidit medicus. Et Rex hodie, & cras morietur.* Quorum verborum hæc est sententia: Rex improbus eodem modo male afficit, & lædit rempublicam, ac corpus humanum diuturnus morbus; quem tamen medicus arte, experientia, & multis remediis armatus è corpore pellit: non aliter Deus peritissimus medicus ubi viderit hunc morbum rempublicam affligere, refecat, tyrannumque de medio tollit, intendit enim his verbis Ecclesiasticus Dynastis ad humanitatem allicere saltem ne breui periodo vitam concludant: sed maiori cum aculeo eandem sententiam vulgatus noster transtulit.

3. *Omnis potentatus vita brevis.* Nos, tyrannorum quorum vitam Deus breui tempore abscindit reipublicæ malorum misertus. Dionys. Carth. *Omnium hominum brevis est vita iuxta illud Iob 14. homo natus de muliere breui vivens tempore. Potentium tamen & principum, vita specialiter brevis vocatur, quia frequenter ob scelera sua breuiatur eorum vita, & quia cibis, & potibus calidissimis uti solent luxuriose vacare.* Ergo Dionysius locum exponit, non tantummodo de tyranno, sed de quolibet Dynasta. Hug. Cardin. *Quasi dic. Sicut non est gloriandum in patientia, ita nec in potentia, quæ cito transit,* id est, si potentiorum etiam hominum vita brevis est, quid superbis, ô, Princeps? Potentiores homines frequentius breui vitam concludunt. Huius mali causas, nonnullas affert Hugo præter eas, quæ ex Dionysio retulimus. Imprimis frequentes iræ id est, quia plurimorum invidiæ patient, & dolis: Tum quia ipsorum sit muneris exercitum ductare, & hostibus obuiam ire, quapropter inimicorum telis primi patent.

4. *Languor prolixior grauat medicum.* Nos exposuimus, id est, morbus inueteratus. Non indocti Latini hunc versum exponunt non de prolixiori morbo, sed de grauiori, & hunc sensum integræ sententiæ assignant. Si æger non periculose decumbat nõ multum curat medicus, sed paulatim medicamenta adhibet; si vero grauiori morbo afficiatur ægrotus medicamentis, & potionibus missoque sanguine sine mora it obuiam, ne si vires assumat malum totum hominem inficiat, morbumque inducat. Non aliter Deus potentiorum hominum peccata serpentem reipublicæ pestem existimans, abscindit statim: priuatorum vero hominum crimina tanquam leuissimum morbum non multum curat. Dionysius Cart. de radicata consuetudine locum exponit; hanc enim euellere non est facile. Hugo de superbia principibus familiari, quæ si radices mittat, difficile euellitur. Glossa interlinearis. *Quasi auaritia inueterata difficile curetur, dum non est facile extinguitur.*

VERS. 13. Cum enim morietur homo, hæreditabit serpentes, & bestias, & vermes.

1. Hinc etiam superbiæ modus imponendus. *Cum enim morietur homo* &c. id est, cum homo vita excesserit cibus erit serpentibus & bestiis, & vermibus. Hoc enim illi post mortem, quasi hæreditario iure debetur, etiam Principi viro, & qui multis Proinciis imperauerit.

2. *Cum enim morietur homo.* Coniunctio illa enim, aliquid requirit ex præcedentibus, cui coniungatur præfens versus. Vnde huc transferunt nonnulli, id quod præcessit; *Quid superbis terra, & cinis? causam reddit quare non illi sit superbiendum. Cum enim morietur homo, &c.* Sed non ob hoc à vulgato

codice discedendum, nec inuertendus ordo: facile enim in hunc locum sententia, quæ non multum discessit, vocari potest, & suppleri: imò & in aliis versibus, qui interiacent, eadem sententia repetenda est. Huc enim omnes istæ sententiæ tendunt, ut à superbia arceant, & vitæ breuitatem ostendant. Latini aliqui non indocti hac ratione locum exponunt. Dixerat tyrannos esse reipublicæ morbum, qui è medio tollendi sunt, ne pereat. Atque ita Deus eiusmodi Reges sine mora abscindit, ut populus respiret, & sanitati restitatur: cum enim homo vi morbi oppressus exciderit è vita, hæreditabit serpentes, & bestias, & vermes: in vitam verè reuocari non potest & ita si semel extinctus sit, actum de illo est. Non aliter reipublica per tyrannum, qui eius morbus est grauissimus, extincta, serpentes, bestias, & vermes, hoc est, homines improbos, hæreditabit; qui eam atterant ad vitam amplius non reuocandam. Ergo improbi, qui tyrannum stipant serpentes, & bestia, & vermes sunt, qui rempublicam depopulantur. Fortè serpentes, & bestias, & vermes commemorat author, ac si dicat: quorundam tyrannorum cadauera ob publicum odium, & inuidiam obiecta sunt serpentibus, & bestiis, ut Athalia, & Iezabel, quæ à canibus comestæ sunt 4. Reg. 11. & 9. ea vero, quæ sepulchro mandata sunt vermes non euadent. Si vero meminerit author supplicia inferenda tyrannis in alio sæculo, rectè dæmones serpentes, bestias, & vermes appellauit. Dionysius Carthus. tres hæredes per hæc verba intelligit, qui post mortem iniquorum hominum, & tyrannorum bona inter se distribuent: nempe vermes, qui eorum cadauere satiabantur: bestias, id est, homines iniquos in quorum usum, facultates, diuitiæ, & præfecturæ iniquorum hominum deuolentur: tandem serpentes, id est, dæmones, qui eorum animas in æternum barathrum detrudent. Accipe eius verba post dicta. *Florum trium quilibet sufficit, hac portio sua, & de alijs duabus non curat. In cuius figura Rex Sodomorum dixit ad Abraham: da mihi animas, cetera tolle tibi.* Hugo: *serpentes, id est, Dæmones, quoad animam: bestias id est, parentes, quo ad rem: vermes ad literam, quo ad corpus.*

ETHOLOGIA CXX.

Peccatum mortem accersit.

Omnis potentatus brevis &c. omnes hæc sententiæ eo tendunt, ut rem satis perspicuam nobis ad memoriam reducant, nempe peccata vitam absumere, & longius procedentem abscindere. Exod. 21. 12. *Qui percusserit hominem volens occidere morte moriatur.* Hæc verba expendit Philo lib. de profugis; non enim de simplici morte tantum loquitur, sed de duplici, nempe de morte corporis, & animæ; non solum anima in mortem incidit spiritualement, sed & dignus est, cui & vitæ filum abscindatur. Audi Philonem. *Si quis autem percusserit, & ille mortuus fuerit, ipse quoque morte moriatur, quod si quis nolens fecit, sed Deus eum in manus eius tradidit, dabo tibi locum, quo homicida fugiat. Quod si quis per insidiam proximum occiderit, & ad altare meum confugerit, abstractum inde afficies supplicio. Cum scirem leges nullo uti verbo superuacaneo, qualia per nimiam loquacitatem excidunt, hastiani intra me ipsum cur homicidam voluntarium non solum mori pronunciet, sed morte mori. Quid enim aliud morientes quam mors enecat. Additur igitur mulieri sapienti, cui nomen disceptatio de his querere, ea respondit malos etiam si ad extremum pertingant senium esse mor-*

tuos, quod virtuti non viuunt, probos vero etiam si disjunctantur a corpore, sortitos immortalitatem in sempiternum viuere, sententiam hanc consumabat per oracula, qui adhaerēt Dominō Deo viuēt omnes hodie. Supplices Dei solos agnoscit pro viuīs, reliquos habet pro mortuis. Illis vero etiam immortalitatem pollicetur, non solum dicēs viuētis, sed addens hodie; per hanc enim uocem intelliguntur infinita sacula. Et infra. Ecce posui coram te vitam & mortem, bonum, & malum. Ergo uir sapiens crede bonum uirtutem, & vitam esse; malum uero mortem, & uitium. Alicubi uero legitur: hac est tua uita, & longauitas Dominum Deum tuum diligere. Egregia uita mortalis definitio, Dei dilectione amorēque incorporeo corripit. Sic sacerdotes Nadab, & Abiud, ut uiuant, moriuntur, pro mortali uita recipientes incorruptibilem, & à creatura ad creatorem migrantes. Argumentum immortalitatis eorum est, quod legitur, tunc mortui sunt coram Dominō, id est, uixerunt, mortuum enim nefas est, uenire in conspectu Dei. Pulchra quidem hæc quæ in nostræ sententiæ confirmationem inserit Philo, & excussione digna, nisi alio animus properaret; omnia uero eo tendunt, ut nobis ostendant peccatum mortem inuēhere, uirtutem uero vitam protrahere, adeo ut ipsa uirtus nomen uitæ acceperit, è contra uero uitio nomen mortis sit inditum. Ideo ait sapiens appositum esse coram homine bonum, & malum, & postea exponens, quid sit hoc malum, quid uero bonum, subdit uitam & mortem.

2. Psal. 33. *Mors peccatorum pessima.* Satius dicendum esset uita peccatorum pessima, uita enim peccatorum multis inquinatur criminibus, multis fædatur peccatis. At uero mors hoc bonum habet, et si cætera desint, quod peccandi licentiam adimit: ergo magis inculanda erat uita peccatorum, quam mors. Basilius ibidem exponit per illud nomen mors, uitam: itaque idem est ac si diceret: uita peccatorum pessima. Ideo uero uitam nomine mortis appellat, quia peccando tam breuem suam uitam reddiderunt, ut potius mors, quam uita dicenda sit. In suam sententiam inducit Basilius illud Romanor. 7. 24. *Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius.* Dum Apostolus expertus est corpus suum uim animæ inferens, & contra Dei præcepta calcitrans corpus illud, corpus mortis appellauit, quia dum corpus uitæ exæluat demorantē mortem trahit, & ueluti aculeis urget. *Mors* (ait Basilius) *peccatorum pessima, uel omnem uitam mortem appellat ex Pauli sententia, qui carnem hanc mortem uocat, dicens: quis me liberabit de corpore mortis huius. Qui autem hoc corpore abutuntur, & omne scelus ministerium, atque instrumentum, id faciunt, malam omnino præparant mortem.*

3. Psal. 48. *Et sepulchra eorum domus illorum in perpetuum.* Quasi sepulchris defossos, & intra tumulos consistentes uocat impios, tam enim vicini sunt morti, ut iam intra sepulchra degere uideantur, suis enim criminibus terram effodiunt, & in sepulchra se ipsos inferunt, & terræ semetipsos mandant. Adde illud Genesis 25. *Factus est Esau ignarus uenandi, & homo agricola; Iacob autē uir simplex habitans in tabernaculis.* Id est, ideo habitabat in tabernaculis, quia simplex erat, honestus, & pius: si enim esset iniquus non domos, & tabernacula diceretur inhabitare, sed sepulchra, iuxta uerba Psalms quæ retulimus. Inferre illud Matth. 23. 27. *Va uobis scribes, & Pharisei hypocrite, quia similes estis sepulchris.* Similes eos dicit sepulchris, quia impij, tam sunt proximi morti, ut potius eis ad habitandum sepulchra, quam domus conueniant. Hæc omnia ex Basilio transfero, in Psal. 48. *Horum nauque domus, nempe insipientes*

& stulti, sepulchra sunt in æternum. Quorum enim uita mortuis operibus, nimirum omni ex parte peccatis differata est, horum sepulchra sunt habitationes in æternum. Mortuus namque ratione peccati, non in domo sed in sepulchro ob animam mortuam habitat. Domum uero Iacob habitat, atque colit, neuiquam subdolis mortis decolor, sed simplex de quo scribitur: erat homo minime succatus, ac bonus habitans domum. Sepulchrum uero colit, qui est omnino iniquus, nec ab operibus mortuis fundamentum penitentiæ substernit sibi, sed similis sepulchro dealbato efficitur, quod forinsecus, quidem apparet, intrinsecus mortuorum ostibus, & omni immundicia infertus est.

4. Psal. 48. *Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos.* Expofitore Basilio ibidem, nomen ouis hoc loco, non sumitur in bonam, sed in malam partem. Ut idem sit quod stolidus, insipiens, sensu, & capite diminutus, quibus nominibus appellare consueuit scriptura peccatores. Ergo, ait Dauid, insipientes, & stolidi peccatores facti sunt uelut oues omni sensu carentes. Quid inde: *In inferno positi sunt.* Id est, ad tumulos, & sepulchra mortuorum tanquam ad propriam habitationem, & domum accesserunt, uel ad macellum interficiendi deuenerunt. Vel ex sacrificiis sumpta est metaphora, tanquam hostia mactanda ad aram peruenerunt. In summa, mortem sibi ascuerunt. Tum ulterius, *mors depascet eos.* Id est, audissimum dente mors eis uescetur. Appetit enim mors, quasi aptissimum cibum peccatores, quibus libentissime uescitur. Omnibus enim animantibus naturæ suæ conuenientes cibos natura concessit; morti uero peccatores tanquam proprium alimentum indulsit. Vel quia pijs uesci morti interdictum est, ideo impijs tanquam concessio sibi cibo uescitur. Ideo ex mente Basilius non alijs animantibus brutis, & stolidis Propheta peccatores similes facit, sed ouibus, in quibus simul, & stoliditatem & imbecillitatem notat. Alia enim animalia longius uitam protendunt, uel quia sic à natura instituta sunt, uel quia ad cibos, & sacrificia non expetuntur. Oues autem breui termino uitam concludunt, & conquiruntur ad sacrificia & ad cibos. *Sicut oues* (ait Basilius) *in inferno positi sunt, mors depascet eos bestijs, & iumentis insipientes comparatos, uel ut oues intellectus, simul, & uiribus ad se defendendum carentes, rapiens inimicus in suam ipsius munitionem adduxit, ad mortem depascendos tradidit.*

5. Roman. 5. 14. *Regnauit mors ab Adam usque ad Moysen; Basilius in Psal. 45. legit. Paut mors ab Adam, usque ad Moysen.* Nempe iniquos homines, mors uelut pastor ducit, præit, & iuxta infernum pascit. Impij enim mortem inscij ad macellum sequuntur, ueluti oues pastorem, & gregis ducem, uel pascit, id est, instar iniqui pastoris mactat, deuorat, comminuit. *Paut enim* (ait Basilius) *mors ab Adam, usque ad Moysen politicam administrationem. Donec uerus pastor uenit, qui animam suam pro ouibus posuit, atque adeo eas secum excitatas, & ex inferni carcere eductas, diluculo suæ resurrectionis tradidit iustis, hoc est sanctis Angelis, eas, ut pascere, & fouerent.*

6. Psal. 81. 6. *Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes: uos autem sicut homines moriemini, & sicut unus de principibus cadetis.* Duplex genus hominis distinguit Dauid, alterum illorum, qui dij dicuntur, & filij excelsi, alterum uero eorum, qui homines dicuntur tantummodo; per hos impios, & fontes; per illos uero iustos, & pios adumbrans. Ergo de prioribus, ait, quod dij sint, & ex illius natura, quoddam genus hauserint immortalitatis, ut quemadmodum ille morti non est obnoxius, ita etiam illi, & hanc uitam longissime protrahant, ac tandem æternam assequantur.

4. Psal. 48. 15.

Basil.

5. Rom. 5. 14.

Basil.

6. Psal. 81. 6.

Basil.

quantur. Impij vero sicut homines moriuntur, id est, breuissimo interuallo, vitam absumunt: vel sicut homines moriuntur, quia cum vitam humanam tantum habeant, illa perfuncti in mortem aeternam incidunt. Huius expositionis auctorem habeo Basilium in hunc locum Psalmi his verbis. *Mendacij enim expers est qui dixit. Ego dixi: estis dii, & filij excelsi omnes. Vos autem sicut homines moriemini. Dij estis huiusmodi appellatione, sicut alij prorsus, neque indecore ipse competit David. Etenim is filius est altissimi, qui studio exercenda virtutis Deo se familiarem reddit, & amicum, neque hic iam, ut homo moritur, cum in se habeat vincem Deum.*

Basil.

7.
Lucæ 10. 30.

Lucæ 10. 30. *Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Ierico, & incidit in latrones, qui etiam despoliauerunt eum & plagis impostis abierunt semiuino relicto. Non ascendenti in Ierusalem, sed descendenti obuij sunt latrones, qui eum semiuinum reliquerunt. Ascensus enim ad vitam sublimiorem conatum significat, descensus vero ruinam à virtute ad vitium. Ergo cum quis amissa supernarum rerum cura vitis inferuit, in latrones incidit, qui eius vitæ insidiantur. Nam pietas ad vitam, vitium vero ad mortem deducit. Hanc expositionem adducit Basilus in Psalmum 21. his verbis. *Illum miserum hominem ex urbe Ierusalem in Iericuntina deiecit, hoc est altis locis ad ima, est enim Ierusalem in colle sita, Ierico autem in ora maris. Si quis vestrum locum vidit scire poterit rei veritatem, quemadmodum Ierico in curuis Palaestina locis recumbit: Ierusalem vero in monte longe diffusa super reliqua loca huius regionis, attollatur. Ita homo è sublimi ad inferiora descendit, ut in latrones incideret. E Ierusalem tanquam securo loco exiit, ut incideret in latrones solitudinem occupantes, qui eum, & eaciderunt, & expoliauerunt.**

8.
Lucæ 10. 30.

Lucæ 10. 30. *Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Ierico, & incidit in latrones, qui etiam despoliauerunt eum, & plagis impostis abierunt, semiuino relicto. Verba illa, qui etiam despoliauerunt eum, significant prius quidem confossum vulneribus, postea vero nudatum, quod secus faciendum foret, prius enim despoliandus erat vestibus, postea pugione confodiendus; ne scilicet simul cum corpore vestes confoderent, & attereret, & disfluente sanguine vestimenta fœdarent, & redderent inutilem. Basilus homil. 21. per vulnera intelligit peccata, quibus homo animum suum confodit: per vestem autem immortalitatem, qua donatum est genus humanum in paradiso. Ergo diabolus prius hominem percussit, id est, ad peccata traxit: tum deinde expoliavit, quia eum obnoxium morti reddidit ob peccata. Quem etiam ordinem duo hæc semper obseruant, scilicet ut prius peccata quis committat, & subinde commissa peccata moras trahentem mortem urgeant, & veluti aculeo tardantem pungant. Habeo in hac re patronum Basilium homil. 21. cuius hæc verba transcribo. *Prius plaga, deinde nuditas narratur, nam anime plaga peccatum, nuditas vero anime immortalis amictus est ereptio. Peccatum namque gratiam per baptismi regenerationem nobis donatam abolet. Fornicatio plaga est, adulterium alia plaga, alia inuidia, libido alia plaga, auaritia item alia: quodlibet malum plaga est à latronibus, hoc est demonibus nostris ad culpam ministris nobis inflicta. Post plagas autem expoliatus est: si autem corporea fuisset vestis, prius expoliasset, deinde plagas edidissent, ut seruaretur vestis. Nunc autem plaga procedunt, ut plane discas, quemadmodum culpa, gratia priuationem atque amissionem præcedit, quæ nobis per humilitatem Domini nostri Iesu Christi data est.**

Basil.

9.
1. Cor. 15. 55.1. Corinth. 15. *Vbi est mors victoria tua? vbi est mors*

stimulus tuus? stimulus autem mortis peccatum est. Basilus exhortatione ad baptismum legit, *obsonia*. Obsonium autem est delicatior aliquis cibus, & irritans magis gustum, quem ad panem adhibemus tanquam illius condimentum. Ergo mors non vescitur libenter pijs & iustis hominibus, sed hunc cibum respuit, & ad eum nauseat, & fastidit, amat autem, & in deliciis habet peccatores homines, & illis pro obsonio vitur. *Reiecta itaque* (ait Basilus) *incredulitatis duritie, ostendamus subiectionem, & obedientiam in diuinis præceptis, spirituque feruentes resplendeamus, & à tenebrarum potestate in mortem abripiente liberemur.* Obsonia namque peccati mors, ut & in nobis peccatum adeat quod ab Apostolo dictum est. *Absorpta est mors in victoriam, vbi est mors stimulus tuus? vbi tua est inferne victoria.*

Basil.

Jerem. 9. 10. *Audite ergo mulieres verbum Domini & assumant aures vestra sermonem oris eius: & docete filias vestras lamentum, & vnaquaque proximum suum planctum, quia ascendit mors per fenestras nostras, ingressa est domos nostras, disperdere paruulos de foris, iuuenes de plateis. Audi tanti luctus causam, nempe: quia ascendit mors per fenestras.* Basilus lib. de vera virginitate, rem hanc exponit apta metaphora sumpta à latronibus, qui per muros socium aliquem per diem dimittere solent, ut domi delitescens ianuus noctu adaperiat, dum alto somno domus habitatores obruunt. Peccatum & mors inita societate in malum hominum conspirant, & eius domum diripere conantur. Peccatum vero clam se immitit, qui oscitante homine, & in vtramque aurem dormiente ianuas, & fenestras domus intranti morti aperit. Ergo mors opus habet, ut peccatum præcedat, quod sibi aditum patefaciat. *Obstruendus est, igitur* (ait Basilus) *primus per sensum satelliti carnis ingressus, sensusque ipsi ut ianuæ, ac fenestra cordis seris ac vectibus, undique firmandi, atque muniendi, ne per aliquem illorum versutus ascendens mortem, quæ contubernalis eius est secum una introducat. Mors enim inquit, ascendit per fenestras. Reuera enim fenestra sensus anime sunt.*

10.
Jerem. 9. 10.

Basil.

Genesim 6. 3. *Dixitque Deus: non permanebit spiritus meus in homine in aeternum, quia caro est.* Rupertus lib. 4. in Genesim c. 13. hac ratione exponit hunc locum, ac si hac ratione Deus secum reputans dixerit. *Spiritus meus, id est, anima hominis, quæ ideo spiritus meus dicitur, quia illam ego creauit. Non permanebit in homine.* Id est, non diutius durabit corpori vnitus, citissime dissoluam nodum, & societatem, quæ inter vtrumque intercedit, & breuiori termino vitam hominis concludam, sicut in principio arbore vitæ priuavi hominem, ne perpetuo vitam duceret. Huius autem reddit rationem, *quia caro est.* Id est, quia corporeis cupiditatibus obtemperans anima, quodammodo caro facta est. Vide ergo qua ratione ob peccata Deus humanam vitam spatia contrahat. Illud etiam animaduerte, animam corpori inferuentem, quodammodo in corpus transire: ita etiam è contra corpus animæ obtemperans effici quodammodo spirituale. Vnde peccator totus caro factus scilicet secundum corpus & animam facile morti aditum præbet. At vero homo pius secundum vtramque sui partem in spiritum quodammodo versus, non habet qua parte mortis iacula excipiat, efficitur enim quodammodo mortis immunis, & instar spiritus expers est mortalitatis. *Et hic erit sensus* (ait Rupertus) *quia fragilis est in homine conditio, non eos ad aeternum seruabo cruciatu, sed illis sic restituam, quod merentur.* Et infra. *Igitur sicut tunc prouidens dixi, sic & nunc confirmata sententia dico: quia spiritus*

11.
Gen 6. 3.

Rupert.

spiritus meus, id est, spiritus ad imaginem meam factus, non permanebit in hominibus in aeternum, quia cum deberent esse spirituales homines caro sunt, sola qua caro sunt sapiunt. Adeo enim in sententia perdurabo, ut non modo non vivat homo in aeternum, verum etiam brevis vivendi tempus, & pauciores sint anni singulorum, & erunt inquit dies illi centum viginti annorum.

Deuteron. 34.7. *Moyſes centum & viginti annorum erat quando mortuus est: non caligavit oculus nec dentes illius moti sunt.* Vel hæc verba scripta sunt à Moyſe, & illa posuit tanquam coronidem, eis quæ literis mandavit, vel illa subiunxit Iosue eis, quæ Moyſes scripserat. Siue hoc siue illo modo, certè per admirationem dicta sunt. Ac si dicat: itane vir tam pius, & mansuetus centesimum vigesimum annum non excessit? dignus Moyſes, qui in aeternum viveret, tam brevi tempore vitæ periodum claudit: & , ut reor, hoc idem significant verba quæ subdit, *non caligavit &c.* id est, nondum expertus fuerat mala senectutis, nec aſa fuerat mors nuntios suos pramittere: sed vegeta adhuc, & robusta planè valetudine utebatur. Hanc sententiam firmat Rupertus, lib. 4. in Genesim c. 13. his verbis. *Sed eius qui hæc scribit videlicet Moyſi dies fuere centum viginti annorum, sic enim de eo scriptum est: Moyſes centum viginti annorum erat, quando mortuus est: Mirò ac penè ineffabili modo vir mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra, se ipsum in ipsa congerie morientium, ac propter corruptionem vitæ suæ pauciore tempore viventium opportune importune ingerit, quodammodo ingerit, quod illi secundum Dei præscientiam percussus ipse fuerit, ut moriturus non saltem tempora Matusale implere posset, quatenus ingrediatur terram promissionis, sed sint dies eius pauci, id est, anni tantum viginticentum.* Ergo expendit Rupertus id quod de Moyſe dictum est, *Mortuus est Moyſes iubente Domino*, id est, mortuus est Moyſes, non exposcente temporum ratione, neque cogente morbo, neque urgente morte, sed iubente Domino, id est, quia sic Deo libitum fuit, nam attempta rerum ratione vir tam pius in longissimum tempus vitam extenderet.

Pſal. 87.7. *Posuerunt me in lacu inferiori, in tenebrosis, & in umbra mortis.* Hoc loco umbra mortis & sæpe alibi appellat scriptura, peccatum pro huius nominis ratione: consule Bernardum serm. 48. in Cantica. Scilicet hac appellatione docemur, quam proxima sit peccato mors, non enim amplius mors à peccato distat, quam umbra à corpore. Adhæret umbra corpori, & illud semper, & quocumque eat, comitatur, nec vlla vi ab eo diuelli potest. Non aliter mors peccatum sequitur, illi coniungitur, & firmiter adhæret. Insuper, quo longius sol abscedit, & ad occasum appropinquat, eo longiores sunt umbre, & maiores cadunt de montibus: ita profecto, quo longius ab anima recedit Deus, quia sol iustitiæ, eo maiores cadunt umbræ, id est, quo modo nobis mors magis appropinquat. Inducit etiam Bernardus pro eadè re illud Pſal. 84.4. *Quia repleta est malis anima mea*, id est, quia in multa peccata incidi, vita mea inferno appropinquavit, id est, propius ad mortem, & ad sepulchrum accessi. Denique, ait Bernardus, *sapientia carnis mors est, sed, & mortis est umbra illius, scilicet que cruciatur in aeternum, sedimus aliquando in tenebrosis, & umbra mortis, carnaliter concertantis, & non ex fide viuentes, mortui iam quidem iustitiæ, à morte vero secunda paulo minus absorbendi, quantum enim corpori prope est umbra cuius est corpus, tantum pro certo vita illa nostra inferno appropinquavit.*

Infirmavit spiritum, & turbavit semetipsum, & dixit posuisti eum. Ioan. 11. A mulieribus, scilicet à Maria,

& Martha fororibus Lazari quærit Christus, quo in loco fratrem conderint. Nam exponente Petro Chryſologo serm. 64. meminit Christus lapsus primi hominis. Ac si dicat: Ego quidem hominem condidi omni morbo immunem, & mortis expertem: at verò prior illa scæmina eum ad interitum impulit, dum esum pomi vetiti suavit. Ergo ô scæminæ in fratre vestro tanquam in imagine videre in quod miseriarum barathrum virum impuleritis: videte ubi posuistis eum. Ergo sicut in primis parentibus peccatum aditum aperuit; etiam nunc nisi per peccatum ingressus morti non patet, vel saltem peccatum mortem vrget. *Vbi posuistis eum*, ait Petrus Chryſologus, *Mulieres increpat, mulieres arguit, hoc est, quem ego posui in paradiso in regione vitæ, ecce vos ubi posuistis eum, ut scirent, quod mors non ex conditione Dei, sed ex delicto hominis hominibus accidisset.*

Lucæ 16. *Homo quidam erat dives, qui habebat villicum; & hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona ipsius, & vocavit illum, & ait illi: quid hoc audio de te, redde rationem villicationis tuæ, iam enim non poteris amplius villicare.* Villicus iste iuxta Petrum Chryſologum serm. 125. quicumque homo dicitur, qui animam suam à Deo tanquam villam accepit, ut virtutes seminet, & multa cura ad perfectum vsque statum perducatur: villicationis ablatio, vitæ est subtractio. Sed quam ob causam mors infertur, & à villicatione remouetur? *Quasi dissipasset bona ipsius.* Ex Domini præscripto in multum vsque tempus villicatio extenderetur, nisi villicus ea abutès præfixum tempus contraxisset, nam suis criminibus, id efficiunt homines, ut longiorem vitam brevi temporis intervallo circumscribant. *Non peruenit*, ait Petrus Chryſologus, *ad statutum terminum vitæ, qui villicationis amittit tempus, quem sonavit credita dissipasse.*

Pſalm. 105. *Et stetit Phinees, & placavit & cessavit quæſſatio.* Habes historiam Numer. 25. 7. cum enim Moabitides scæminæ se prostituissent Hebræis, idolorum suorum cultum loco mercedis exigètes, grauitè id ferens Phinees vitam & scæminam cocuntes pugione confodit. Eximij huius viri zelo placatus Deus ab ultione cessavit. Hoc factum laudat David prædicto carmine. Quod hac ratione transfert Origenes Hom. 9. in Numeros, *Et cessavit confractio.* Tracta nimirum similitudine à vasis figulini, quæ nullo negotio atteri, & confringi, & comminui possunt. Ergo homines iusti, & pij similes sunt vasis æneis, aureis, & argenteis, quæ ictus sustinere possunt: at vero peccatores testacei plane sunt, & facile conteruntur. Ergo peccatum, innatam fortitudinem, & vim demolitur. Aperte hoc tradidit Ieremias, Threnor. 4. 2. *Filij Sion inclyti amicti auro primo: quomodo reputati sunt in vasa testæa opus manuum figuli?* id est, qui cum virtutem colerent firmitatem, & duritiam eis induerant, quam ratione ob peccatum in fragilitatem testacei vasis conuerſi sunt. Item illud 2. ad Timoth. 2. quo in loco Apostolus vasa aurea, argentea, testacea, lignea, distinguit. Sanctis viris tribuens duritiam, & firmitatem æneorum vasorum; iniquis vero fragilitatem testæ. Sexcenta alia sunt in scriptura his similia, vt Pſal. 2. *Reges eos in virga ferrea, & tamquam vas figuli confringes eos.* Inſero verba Origenis. *Et cessavit vastatio, vel vt in alijs exemplaribus legi diximus: confractio: quod & magis interpretationi conuenit veritatis, confractio namque est, quæ veluti in vasis fictilibus efficitur. Peccatores autem vasa fictilia sunt sicut Ieremias Propheta designat in lamentationibus dicens: filij Sion,*

12. Deut. 34.7.
13. Pſal. 87.7.
Pſal. 84.4.
Bern.
14. Ioan. 11.33.

15. Lucæ 16.1.
Petr. Chryſ.
16. Pſal. 105.30.
Thren. 4.2.
Pſalm. 2.9.
Origen.

qui erant honorabiles, & in auro elati: quomodo reputati sunt in vasa fictilia opera manuum figuli. Et in domo magna non sunt sicut ait Apostolus tantummodo vasa aurea, & argentea, sed & lignea, & fictilia, si ergo intellectus noster luteus sit, & de terrenis cogitet, efficitur vas fictile, opus manuum figuli: & forte propter hoc iste qui talis est increpatur ab Apostolo tanquam qui sensum habes luteum, de magnis, & de his, qua capere non potest, & dicit: quid enim ad hoc conquerimur, voluntati eius quis resistet? cui Apostolus quasi luteo responderet: tu quis es homo, qui contra respondeas Deo? nunquid dicit figmentum ei qui se fecit, cur me fecisti sic?

17. Matthæi 22. Christi maledictione percussa ficus aruit, nec tamen tempus erat ficorum, imò etiam si apto sydere fructus non tulisset nihil peccasset ficus sensu & vita expertus. Ergo innuit Christus ad maiores referendum factum hoc. Significat autem iuxta origenem tractat, 16. in Matthæum, per peccatum sibi hominem mortem accersere, vt enim arbor hæc fructibus carens Christi maledictioni se reddidit obnoxiam, qua percussa à radicibus aruit, non aliter qui peccat, mortem sibi affert. Idem probat ex P'salm. 81. 28. ego dixi dii estis, & filij excelsi orantes: vos autem sicut homines moriemini & sicut vnus ex Principibus cadetis, id est, cum possitis quodammodo Dei immortalitatem imitari, & in longum æuum vitam protrahere, quæ tanta insania vos adigit in mortem, vt illam manibus, ac nutibus accersatis. Insuper addit illud Pauli ad Romanos 8. Si autem secundum carnem vixeritis moriemini, id est, commissis criminibus fugientem mortem reuocabitis. Propter quod, (ait Origenes) hominibus dicit, quosunque ad beatitudinem vocat: ego dixi dii estis, & filij excelsi omnes.

Pfal. 81. 18.

Rom. 8. 13.

Origen.

Arguens autem eos, qui nolunt esse dii, nec filij excelsi: vos autem sicut homines moriemini, in singulis enim quibuscunque peccatis quando sumus carnales, & secundum hominem ambulamus, nihil operamur, nisi, vt moriamur, & verum est quia si secundum carnem viuimus, moriemur, sicut dicit Apostolus.

18.

Lucæ 3. 8.

Lucæ 3. 8. Iam enim securis ad radicem arboris posita est. Hæc metaphora ab arboribus sumpta optime nostram sententiam firmat, quis enim est adeo avarus agricola, vt armatus securi ad fructum decerpendum ex arbore pergat, excisurus eam si semel fructum non inuenierit: sed vno, & altero anno expectat, arborem colit, firmum radicibus inicit, luxuriantes amputat ramos; tandem si hæc, & alia ex arte facta, minus successerint, tum demum arborem euellit. At Deus dum fructum quærit in arbore bipennem importat, quam ad radices adigat, si fructus non inuenierit. Ergo ô peccator mors ceruicibus tuis falce minatur dum noxam contrahis. Hæc expositionem adducit Ambrosius in hunc locum Lucæ, his verbis. Ad radicem securis est posita, faciat fructum, qui potest gratia, qui debet penitentia. Adest Dominus, qui fructum requirat, fecundos viuificet, steriles reprehendat. Hoc idem patet ex verbis Christi Domini Ioannis 15. 2. omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum: & omnem, qui fert fructum purgabit eum, vt fructum plus afferat. Deus simul cum falce in vineam pergit, vt vel fructus decerpatur, aut palmites amputet.

Ambros.

Ioan. 15. 2.

VERS. 14. Initiū superbix hominis apostatare à Deo.

VERS. 15. Quoniam ab eo, qui fecit illum, recessit cor eius. Quoniam initium omnis peccati est superbia: qui tenuerit illam adimplebitur maledictis, & subuertet eum in finem.

I. Omnes quot vidi expositores ad primum Adami

peccatum hos versus referunt: Initium superbia hominis apostatare à Deo. Principium humanæ superbix recedere à Deo fuit, id est, tum cepit superbia, cum homo posthabitis Dei mandatis pomum gustauit, tunc enim supra Deum se extulit, & diuinitatem affectauit. Quoniam ab eo qui fecit illum recessit cor eius. A conditore enim suo homo recessit. Quoniam initium omnis peccati est superbia. Quoniam omnia peccata à superbia originem trahunt. Antè enim quam primi parentes Dei legem violarent superbi fuerunt, Dei similitudinem, quam serpens mulieri, & per mulierem Adamo pollicitus fuerat, appetentes. Primas igitur partes inter peccata superbia sibi vèdicat, eiusque filia primogenita est apostasia. Qui tenuerit illam adimplebitur maledictis, qui apprehenderit superbiam multis malis erit obnoxius: & subuertet eum in finem, & eum in sempiternum euertet.

Initium superbia hominis apostatare à Deo, id est, tum primum superbia cepit, cum Adam còtra Dei præceptum pomum vetitum gustauit, & à Deo defecit. Ergo cauere superbiam docet exemplo primorum parentum. Hic sensus germanus est ex quo apparet, quam non aduerfetur hic locus dictis Pauli. Radix omnium malorum est cupiditas, de quo tanta Augustinus lib. 11. de Genesi ad literam c. 15. tantum enim indicat hic author superbiam peccatis omnibus esse antiquiorem, non verò ex illa superbia originè ducere reliqua, quod an verum sit necne non disputo: quod mei muneris est contendo, ex hoc loco id non deduci. Si vero cum Iansenio quis sentiat hunc locum innuere superbiam peccatorum omnium esse radicem, vel intelligendum est de eo, quod frequenter accidit: frequentius enim homines in peccata incidunt propter superbiam, vel superbia non presse accipienda est; sed vt idem sit, ac practicus Dei contemptus, in quem cadit omnis ille, qui posthabita Dei lege contra fas prohibitam rem adamat. Quouis autem ex istis modis sententia hæc exponatur cum verbis Pauli non pugnat. Græca hac ratione hunc locum transferunt: principium superbia hominis deficientis à Domino, supple fuit. Hæc lectio cum nostra expositione coheret; idem enim est ac si dicat, tunc cepit superbia, cum homo deficeret à Deo. Hanc partem ita exponit Iansenius: ipsa defectio fuit initium superbi hominis, hoc est fuit prima in homine superbia, quam deinde in ipso multiplex, ex varia superbia secuta est, fixe illi inhærens. Ego verò subobscuram puto eiusmodi Iansenii expositionem: & nihil aliud velle authorem his verbis significare, quam superbiam inter prima vitia prodiiisse, ex quo argumentum sumit, quo homines ab hoc vitio deterreat. Paulus de Palatio: Defectio seu apostasia à Deo, causa fuit, vt homo in superbiam se efferret, & hac ratione exponit illud, initium superbia apostatare à Deo, id est, superbia ex apostasia ortum habuit in Adamo: vocat autem hic author inobedientiam apostasiam, hanc autem inobedientiam primum Adami peccatum esse putat ex quo ortum habuit superbia, verum ex nullo capite probare potest Adamum peccasse peccato inobedienciæ specialis. Dicitur autem inobediens à Paulo, quia contra Dei legem pomum vetitum comedit, quæ inobediencia generalis est cuiusque peccato, omnis enim qui peccat Dei mandata, & præcepta transilit.

Palatio.

Quoniam initium omnis peccati est superbia. De peccatis primorum parentum sine dubio agit, in quibus omnis peccati initium fuit superbia, quia antequam pomum vetitum gustassent, diuinitatem à serpente promissam ambierunt, ex quo etiam factum est,

3.

VERS. 18. Radices gentium superbarum arefecit Deus, & plantauit humiles ex ipsis gētibus.

VERS. 19. Terras gentium euertit Dominus, & perdidit eas vsque ad fundamentum.

VERS. 20. Arefecit ex ipsis, & disperdidit eos, & cessare fecit memoriam eorum à terra.

1. *Radices gentium superbarum arefecit Deus.* Opes, & potentiam quibus quasi ex radicibus viuebant gentes superbae abstulit Deus. *Et plantauit humiles ex ipsis gentibus.* Et in humiles ex ipsis gentibus, vt eis crescerent contulit. *Terras gentium euertit Dominus.* Nec solum ob superbiam homines male multauit, sed in ipsas etiam terras, & regiones desauit. Nam terras harum gentium superbarum euertit Dominus. *Et perdidit eas vsque ad fundamentum.* Et labefactauit eas vsque ad fundamentum. Adeo autem superbos habitatores disperdit, vt nullus ex ipsis remaneat, & penitus earum gentium memoria aboleatur. Vnde subdit. *Arefecit Deus ex ipsis.* Complures ex ipsis arefcere fecit, & perdidit eos. Deleuit, disperdidit. *Et cessare fecit memoriam eorum à terra.* Memoriam eorum, id est, eos à viuus abstulit penitusque deleuit.

2. *Radices gentium arefecit Deus, &c.* Græcè extraxit eos, id est, penitus euulsit. Dionys. Carthuf. vim generatiuam eorum fructu, & prole priuauit. Tigur. *Radices superbarum gentium euellit Dominus, & in locum earum gloriose plantauit humiles.* Hug. Card. per radices templum intelligit, & legales ceremonias. Religio enim, & Dei cultus sunt veluti radices reipublicæ. Lyra radices, id est, diuitias, quibus nutriebantur. & in quibus confidebant.

3. *Terras gentium, &c.* ad quinque vrbes, quæ cælesti incendio deleræ sunt sententiam refero. Hugo Card. *Et disperdidit eos, hoc est, in corpore, & in anima perdidit, vel in diuersis partibus sparsit.*

4. *Et cessare fecit memoriam eorum à terra.* Id est, ad vnum omnes deleuit, vt nulla prorsus, eorum posteritas relicta sit. Aliqui referunt ad nominis celebritatem: auferet eorum celebrem laudem: sed præstat prior expositio. Hi tres versus omni modo abolendos esse impios significant. Primus euellit radicitus. Secundus arefacit euulsos. Ac tandem arefactos penitus atterit tertius.

VERS. 21. Memoriam superborum perdidit Deus, & reliquit memoriam humilium sensu.

1. *Memoriam superborum perdidit Deus.* Nominis celebritatem superborum deleuit Deus. *Et reliquit memoriam humilium sensu,* & memoriam eorum conseruauit, qui de se humiliter sentiunt.

2. Exeplaria Græca hunc versum non habent, additus vero est à vulgato, quo significaretur nõ modo superbos perituros, verum neque eorum nomen permanens, quia licet malefactorum eorum memoria permaneat, non tamen ad gloriam, sed ad detestationem.

3. *Memoriam, iuxta illud Psal. 33. vultus autem Domini super facientes mala, vt perdat memoriam æternam eorum.* Obliterat ergo Deus memoriam hominum superborum, quod vel de nominis celebritate, vel de progenie, & filii intelligi potest.

4. *Et reliquit memoriam humilium sensu.* Et auxit celebritatem eorum, qui mente, & spiritu humiles sunt, hi enim dicuntur humiles sensu. Non hi, qui exterius se humiliant, intus tamen superbia turgēt.

VERS. 22. Non est creata hominibus superbia, neque iracundia nationi mulierum.

1. *Non est creata hominibus superbia.* Non ad superbiam conditi sunt homines à natura, nec ad hoc effecti: imo vero multis de causis conuenit eis humilitatem sectari. *Neque iracundia nationi mulierum.* Neque iisdem hominibus, qui ex mulieribus nati sunt, naturalis est aliquo modo iracundia.

2. *Non est creata hominibus superbia.* Ne quis hominū se excusaret quasi à natura inditam haberet superbiam, hunc præoccupat his verbis. Non est creata hominibus superbia. Id est, homo non est ad superbiam à natura constitutus, & efformatus, imo potius ex argilla, & vilissimo elemēto fictus, multisque necessitatibus obnoxius, vt seipsum despiciat, aliisque se subdat. Id est, non mirum si Angelus superbiat, illud mirum valde, quod homo testaceus multisque laboribus addictus, se extollat, vel etiam bestiarum est ferocire, & superbiere; longe enim abest ab homine rationis capace. Hugo, hominibus vel cum hominibus, id est, nec homines à natura sunt constituti, neque cum ipsis nata est superbia, sed ascita aliunde post eius creationem.

3. *Neque iracundia.* Græcè *ira furoris.* Coniunxit autem cum superbia irā, quia hæc duo vitia maximè sibi cōnexa sunt, & qui superbia turget facile iracundia excādescit. Vnde hæc duo Christus Dominus coniunxit: *Discite à me quia mitis sum, & humilis corde.*

4. *Nationi mulierum Periphraſis est omnis, vt quem in priori hemistichio hominem appellauerat orationis gratia dixerit in posteriori nationem mulierum.* Et apte, hac periphraſi vtitur hoc loco. Nihil enim adeo vel superbiam retundit, vel iram sedat, quam meminisse nos ex infirmo, & humili sexu natos. Fauēt huic expositioni Græca exeplaria, quæ habent: *Generationibus mulierum.* Id est, hominibus ex mulieribus generatis. Eodem dicendi modo vtitur Ioannes Baptista Matthæi 3. *Genermina viperarum* incredulos Iudæos vocitans, hoc est vipersas, & ex viperis genitos. Alij vero per nationem mulierum sexum fœmineum intelligunt, vt sensus sit: homo non ad superbiam, sed ad humilitatem natus est, sicut fœmina non ad arma capiendā, & ad vltionem nata, sed ad pacem, & ad domestica munera obeunda, iuxta illud.

Vt corpus tenerum, sic mens infirma puellis. Sed magis ad rem prior expositio. Hugo Card. per

Hugo Card. per mulieres homines molles, & effæminatos intelligit, quos maximè premit iracundia: fortes vero, & magnanimi diutius tolerant. Glossa Ordinaria. *Vitia non sunt creata in hominibus. Sed peruersa voluntate reperita, Deus enim fecit omnia valde bona: sed initium superbia apostatare à Deo. Per mollitiem animi, quam notat sexus muliebris surgit iracundia, quam virtutis superat constantia.* Ergo effæminatorum vel debiliū hominum est superbiere, & furere. Huius versus sententiā latè prosequitur Plinius in proœmio ad librū 7. nonnulla transcribo. *Ante omnia vnum animantium cunctorum, alienis velat opibus, ceteris varia regumenta tribuit, testas, coriaces, coria, spinas, villos, fetas, pilos, plumā, pēnas, squamas, vellera, truncos. Etia arbores quas cortice interdū gemino à caloribus & frigore tutata est. Hominem tantū nudum & in nuda humo natali die obijcit, ad vagitus statim & ploratum, nullūque tot animalium aliud ad lachrymas & has protinus vite principio. At Hercule, risus præcox ille celerissimè ante quadragesimum diē nulli datur, ab hoc lucis rudimento, quæ nec feras quidē inter nos genitas vincula excipiunt, & omniū mēbrorum nexu: itaque feliciter natus iacet manibus, pedibusque deuinctis, sicens animal, ceteris imperaturum: & à supplicis vitam auspicatur, vnam tantum ob culpam quia natus est. Heu dementiam ab his initium existimant se gentos.*

Ira compefcitur.

1.

Non est creata hominibus superbia: neque iracundia nationi mulierum. Duplex vitium hic versus damnat, nempe superbiam, & iracundiam. In superbiam superius grassati sumus, restat vt in iram præfens deseriatur Ethologia. Hoc enim vitium maximè nocet naturæ humanæ, nec sine fructu laborabimus, si mala, quæ ex illo oriuntur, hominibus ante oculos obiciamus. Genes. 2. 10. *Et fluius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradysum, qui inde diuiditur in quatuor capita, nomen vni Phison, ipse est, qui circuit omnem terram Heuilath, vbi nascitur aurum, & aurum terra illius optinum est; ibi inuenitur Bdelium, & lapis Onychinus.* Hæc quatuor flumina ad quatuor præcipuas virtutes inflectit Philo lib. 1. de Allegoriis legis: hunc autem primum fluium prudentiæ accommodat, cui ira opponitur ex eiusdem sententia, imprimis facit nomen Phison, qui dictus est à parcendo, hic autem circuit omnem terram Heuilath, id est, placidam. Eidem virtuti accommodari possunt ea omnia, quæ de primo flumine tradit scriptura, ibi nascitur aurum, quod inter omnia metalla pretiosissimum est, qui enim iræ modum imponit caritatem adipiscitur virtutum omnium pretiosissimam, ibi etiam lapides pretiosi nascuntur, quia multorum virtutum parës est patientia. *E quatuor virtutibus, (ait Philo) vna species est prudentia, quæ Phison hic nominatur, à πρὸ τοῦ φείδεσθαι, id est, quia parcat animam seruans eam à peccato. Circuit autem chorcea in modum terram Heuilath, id est, placidam, mitem, propitiâ constitutionem conseruat.*

Gen. 2. 10.

Philo.

2.

Tres præcipue animæ virtutes, seu potentias præcipuas distinguit Philo lib. 2. de Allegoriis legis. Prima est ratio, quæ in capite residet, secunda ira, quæ in corde præsidet veluti in arce, ac tandem tertia concupiscibilis, cui ventrem tanquam proprium locum constituit. Verum harum potentiarum situs quanta cura circa iram agendum sit, ostendit. Nam aliæ duæ potentiæ scilicet ratio, & concupiscentia mediam iram continent, ne eam vagari sinant, imo verò ratio superiorem partem tenet, & tanquam auriga & fessor iræ insidet, & inequitat, & iniecto fræno, moderatur. *Inspiciamus rem (ait Philo) diligenter: communis partitiam esse animam nostram habereque partes vnam rationeque præditam, alteram ad iram natam, tertiam ad concupiscentiam, has partes nonnulli Philosophi potentijs tantummodo differre existimant: hi locum etiam rationali parti caput sedem attribuant, reddentes causam, quod ibi sit Rex vbi satellites: Satellites autem mentis sensus collocatos in capite, proinde Rex habitare ibi tanquam in arce probabiliter credunt, iidem iram locant in pectore, aiuntque hac de causa à natura munitam partem, densis ac validis ossibus, non aliter ac strenuum militem instructum thorace, ac clypeo, ad repellendos aduersarios. Postremus locus assignatus concupiscentiæ circa iecur, & ventrem: his enim hæc vis inhabitat; appetitus ratione carens: itaque sacra lex gnara quantum posset vtriusque affectionis impetus, vel iræ, vel concupiscentiæ compefcit vtrumque aurigam gubernatoremque rationem his præficiens.*

3: Exodi 28. 19. *Israël in rationali iudicij super pectus suum: quando ingreditur sanctuarium.* Rationale portare iubetur sacerdos cum ingreditur sanctuarium, illumque supra pectus. Hoc pro nobis exponit Philo lib. 2. de Allegoriis legis: humano pectori ira insidet, & in eo loco sedem fixit hic affectus, quapropter hanc

corporis partem ex Dei præscripto munit sacerdos rationali, quia omnem aditum iræ occludere debet ratio ne profiliat. Insuper rationale inscriptas habebat doctrinam, & veritatem, quia vbi ira feruet harum duarum fræno maxime indigemus, nam ira tenebras menti offundit & veluti rationem auferret. *Equum igitur erat (ait Philo) ira confusionem per doctrinam corrigi, & per veritatem insuper, nam & hoc eius proprium est, quod facile fallitur fallitque: itaque iracundorum nemo fere verax est, vt pote diuectus ab ebrietate anima non corporis.*

Philo.

4.

Exodi 29. 26. in consecratione Aaron & vitulus occisus est & aries: ex ariete verò petusculum decidit in partem Moyfi, qui fratrem, & nepotes consecrabat, quod factum ait Philo, lib. 2. de Allegoriis legis; vt nos doceat iræ modum imponere, ira enim in pectore residet, quam partem auferre iubetur legislator, quia viri pij abscindere debent iræ motus omninoque iram cohibere. Notat etiam per arietem significari iram, quia animal cornu petum: vnde machinas quasdam antiqui arietes vocabant, quibus ad conuassandos muros utebantur, ergo dum sacerdotes consecrantur aries mactatur, quia ad virtutis culmen non peruenitur nisi abscissa ira. Insuper petusculum arietis diffindit Moyfes, quia oportet maxime iram cohibere. Adde mactato ariete asseruatur Isaac: qui ad perfectionem tendit, & spiritualium rerum gaudia & risus exoptat iram interimere debet. Illud etiam notat Philo Aaroni quidem datum rationale, quod pectori imponat, & veluti insurgentes iræ motus cohibeat, vt numero præcedenti diximus: Moyfi verò datum animalis petusculum abscissum. Nam Aarõ significat hominem quidem pium, at verò Moyfes virum plane perfectum: vir pius insurgenti iræ aditum obstruat, perfectus verò pœnitens abscindat, quantum fas est. *Ergo Aaron (ait Philo) vt alter Moyfes: exciso pectore, hoc est ira, non sinit eam esse ferari impetu absque iudicio, veritus ne quando sibi ipsi permessa in equi more exultans, totam proculcet animam, sed curat frangatque primo ratione, vt sub auriga optimo discat non admodum habenas contemnere: deinde, & rationis virtutibus doctrina, veritateque, si enim sic erudiat iram, vt & rationi cedat, & doctrine, & non mentiri assuescat, cum se ipsam liberauit ab exferuescentia nimia, tum animam totam reddet placidam. Verum hic vt dixi non carens hoc affectu conatur eum sanare, iam dictis salutaribus remedijs. At Moyfes totam iram rescindendam, & rescidam censet ex anima, non moderationem affectuum, sed prorsus priuationem amans. Attestatur his verbis sanctissimum oraculum: Sumptum, inquit, Moyfes petusculum separauit, vt offerret coram Domino de ariete consecrationis, & obtigit Moyfi in portionem suam, valde pulchre, illum enim virtutis, Deique amatorem decebat considerata tota anima pectus desumere ex ea, quod ad iracundiam pertinet, adimereque id, & abscindere, vt exacta parte bellaturiente de cetero in parte anima in parte degeret. Afferretur autem non à quolibet animali, sed ab ariete consecrationis. Atqui vitulus immolatus fuerat, sed hoc præterito venit ad arietem, est enim animal cornu petum, iracundum, assultorium, quapropter & fabrijs, machinarijs plerumque inter instrumenta oppugnationis vntur arietibus. Sic & in nobis arietinum assultorium indomitum quiddam est, id quod contentionem appetit, contentio vero materia est iracundiæ.*

Philo.

5.

Genesis 3. Hæc Deus ad serpentem: *super pectus tuum gradieris.* Ad rem præsentem traducit verba Philo lib. de migratione Abraham: in pectore ira residet, ergo hoc supplicium serpentis, super pectus

Gen. 3. 14.

tuum gradieris: nam dum quis à recta ratione per peccatum excidit, in iram proruit. Igitur cum primum in partem supplicij serpentini iniungitur, ut deposita recta corporis statura pronus incedat & repens, statim subiungitur: super pectus tuum gradieris. Nam qui à recta ratione, & pietate exciderint iræ motibus inferuire coguntur. *Quod enim* (ait Philo) *de serpente dictum est, id de quouis bruto, & affectibus dedito homine diuinum oraculum: super pectus tuum, & ventrem gradieris, nam circa pectus ira est, in ventre concupiscentia, ceterum inspiens super utraque semper ingreditur, iram, & concupiscentiam, nunquam cessando, ex quo aurigam, & præsidem ratione reuocit.*

Philo.

6. Ex victimis quæ Deo mactabantur pars duplex in usum cedebat sacerdoti, nempe petusculum, & armus dexter: videlicet armus fortitudinem significat: petusculum vero iracundiam: ergo hæc duæ partes proprie erant sacerdotum, quia ille, qui sacris inseruit fortis debet esse, & temperatus ab ira. Vel quia magna fortitudinem præditus debet esse, qui iram cohibet, quid enim difficilius quam insurgentem iram premere? Hæc est mens Philonis lib. de victimis, qui eandem rem euincit ex formatione corporis humani. Cor enim, id est, sedem iræ fortissimum ossium vallo circumclusit Deus, ut illa circumclusa teneretur, neue ei egressus pateret. *Nam de qualibet* (ait Philo) *mactanda pecude lex iubet duas certas partes ei descendit, armum dextrum, & pectoris pinguedinem, quarum altera significat requiri in eis fortitudinem in omni actione legitima, siue dandum siue capiendum, siue operandum sit quippiam: altera vero animum placatum, & alienum ab omni ira postulat. Hunc autem habitare in pectore, ubi natura collocavit vim irascibilem, ceu militem in presidio munito, scilicet compage ossium firmissima nervis adstricta validis.*

Philo.

7. Prouerb. 22. 24. *Noli esse amicus homini iracundo, neque ambules cum viro furioso: ne forte discas semitas eius & sumas scandalum animæ tuæ.* Omnium quidem impiorum hominum societatem declinare nos monet sapiens, ne ex eorum consuetudine mores etiam trahamus. Præcipit tamen iracundum, & furiosum vitare præcipit, quia hi qui iracundis adherent facilius morbum excipiunt. Hanc expositionem affert huic loco Basilius ibidem, qui apta similitudine rem firmat, ducta scilicet à canibus, qui iracundiæ symbolum sunt: sæpius latratem canem audiētes canes imitantur, nō quidem, quia aliquod mali passus sint, sed quia focij latratu audierunt: non aliter qui cum iracundis societatem iniuit nullo impellente in furorem ruit, sed aliena ira incādescens. Audi verba Basilij, qui paulo aliter verba Proverbiorum transfert. Igitur scripturæ verba sæpe tecum repete, vir iracundus indecens: & cum iracundo noli sub eodem tecto agitari. O quam malum cum tali commiseri, qui continuo latrat, nisi eius fugias conuersationem necessarium est eius thecnas ediscere, dixit acerbum aliquid, iam animum tuum commouit: veluti enim canis latratu alterius canis tumultum prouocat: sic animum tuum quiescentem, & dormientem vox illius excitauit, & controuersi veluti fundatis verba, & inepta & turpia inuicem latrantes.

Basil.

Basil.

8. Basilius in regulis breuioribus cum quæsiuisset, inter. 127. *Dicunt quidam fieri non posse quin homo irascatur, his verbis respondet. Esto fieri posse, ut miles præsentem Rege irascatur, non tamen eo etiam, id rationi consentaneum est, quod dicitur. Etenim si hominis præsentia, eo vsque valet, ut qui in equali natura conditione constitutus sit, propter dignitatis tamen excellentiam latrum, alicuius animi motum possit comprimere, non ta-*

men facilius hoc existimandū est, si alicui persuasit Deum cogitationes suas inspicere, sic idem longe melius, qui scrutatur corda, & renes Deus, motiones animi prædicet, quam homo, ea qua oculis subiecta sūt. Oportet in his verbis Basilij non nihil immorari. Duo adhibet remedia quibus animi irā moderari possumus, imprimis ait vitale esse Deum præsentem inspicere, & nos ipsos expectorantem. Nam licet Deum habere præsentem ad omnes animi motus comprimendos valeat, præcipue tamen iram sedat. Nam si regis præsentia hos motus cohibere potest, longe melius Deum habere præsentem. Insuper expendo verba quæ subiungit, *qui scrutatur corda, & renes*, quæ desumpsit Basilius ex Psal. 7. *Scrutans corda, & renes Deus.* Omnia quidem Deus inspicit, nihil eum latet, & tamen præcipue scrutari corda dicitur, quia scilicet cor sedes est iræ. Ergo huic maxime Deus præsidet, quiescentem hunc affectum esse vult, nec vnquam insurgere, & iracundos maxime odit.

Psal. 7. 10.

Ephesior. 4. 26. *Irascimini & nolite peccare, sol non occidat super iracundiam vestram.* Hæc verba desumpsit Paulus ex Psalmo 4. 5. quo in loco Dauid: *irascimini, & nolite peccare: qua dicitis in cordibus vestris in cubilibus vestris compungimini.* Subdit autem Apostolus: *Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à vobis cum omni malitia.* Duplex hæc sententia Pauli, sibi ipsi videtur contraria. Nam cū prius dixisset Apostolus, irascimini, & nolite peccare, quibus verbis eam tantummodo iram damnare videtur, quæ cum peccato coniuncta est, subdit tamē, *omnis autem amaritudo, &c.* Quæ verba omnem prorsus iram radiceit euellunt. Cū hoc sibi obiecisset Basilius in regulis breuioribus, interrogat. 243. Respondet priora quidem verba Pauli solū cauere iram iuxta legem antiquā, ideoque desumpsisse sententiam ex Dauide. Ergo illis, à quibus minor perfectio exigebatur, satis fuit si iram compecerent quæ cum peccato esset coniuncta. At verò posteriora verba Pauli Euangelicā continēt perfectionē, iuxta quā non modo quis compefcere debet iram, quæ peccata est, sed omnem prorsus euellere exteriorem etiam tanquam Euangelicæ perfectioni repugnantē. Verba Basilij audi. *Quid sibi vult Apostolus cum dicit: irascimini, & nolite peccare: sol non occidat super iracundiā vestram: cum ipse idem alio loco dixerat: omnis amaritudo, & ira, & indignatio, tollatur à vobis? Responso: in hoc existimo Apostolū Dominum fuisse imitatum. Quemadmodum enim in Euangelio Dominus, cum ante dixisset: dicitur est anti quis hoc & hoc: postea adiungit: ego autem dico vobis hoc, sic & Apostolus hoc in loco mentione facta veteris præcepti, quod veteribus illis olim datum fuerat: irascimini videlicet, & nolite peccare: suum paulo post nobis concinens subiicit dicens: omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor tollatur à vobis.*

9.

Ephes. 4. 26.

Psal. 4. 5.

Basil.

10.

Esaia. 1. 11.

Esaia 1. 11. *Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum, dicit Dominus? Plenus sum, holocausta arietum, & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorū nolui.* Hæc verba ad rem præsentem traducit Basilius ibidem, id est, non tam volo, ut has mihi victimas offeratis, quam ut id, quod per illas significatur. Agnus enim protendit morum innocentiam, hircus symbolum est luxuriæ, taurus furoris, & iræ. Ergo inferte morū candorē, mactate libidines, & iracundiam. Quod si perfeceritis gratū mihi omnino sacrificiū offeretis, si autē ipsa animalia inferatis, nec illud quod per ipsa significatur, vestra sacrificia contemno. *Neque flagito* (ait Basilius) *ut adeps agnorū in fementa, ac minuta concissa torreantur igni, neque infumi ac nidore redigatur: sed mitis consecretur candor, simplicitasque morū ab innocente anima proficiens.*

Basil.

Non

Non enim postulo, ut ad, basim altaris sanguis effundatur taurorum, & hircorum, sed ut facultates anime ad concupiscentiam, & indignationem propensiores, per operosam, ac strenue effusam deprecationem perque iugem perseverantiam, in sanctis locis consumatur.

11. Psal. 100. 8. In matutino interficiebam omnes peccatores terra. Duo mihi notanda circa hæc verba cum Basilio in caput 1. Etsia. In primis illud omnes peccatores terra. Quid oportebat addere illud terra? Scilicet, ac si essent aliqui peccatores cæli. Basilius illos dicit esse peccatores terræ, qui duo genera peccatorum peccant maximè terrestria scilicet luxuriam, & iram. Ideo autem hæc duo vitia supra omnia alia terrestria dicuntur, vel quia maximè peccatorem ad terram trahunt, & qui in eis delinquit maximè terrenus dicitur. Adde etiam illud: in matutino. Oportet enim hæc crimina dum adhuc pullulant radicibus euellere ne si diutius malum serpat radiceque agat vix eradicari possit. Hæc enim vitia supra omnia alia altas agunt radices. Inducit ut hoc probet Basilius Matthæum cap. 11. 18. Que autem procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem: de corde enim exeunt cogitationes mala, homicidia, &c. Cor enim omnium criminum fontem & originem Christus dicit, scilicet quia in corde sedes est iræ, ex qua reliqua omnia vitia genus ducunt, qua a nulla reliqua omnia arcescunt. Quid igitur (ait Basilius) in hoc: in matutino interficiebam omnes peccatores terra, ut disperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem? ipsi quidem exandiamus, quod ad intelligentiam dictorum proprius conueniat, & ne videamur coarguisse eloquia prophetarum, quod neuiquam fas est, ciuitas Domini ciuitas est humana conditionis, peccatores autem ciues eius, non alij aliqui tanquam hi, de quibus ait Saluator, quia ab intimis nimirum à corde exeunt cogitationes male, inuidia, homicidia, adulteria, furta, falsa testimonia, & his similia. Qui tales sunt hos vocat peccatores terra, quippe, qui consentiente terrena carne euadunt tales. Nobis proinde consulit Propheta, ut quam citissime mutati conuertamur, usque peniteat prioris vitæ, nec malis mala cumulemus.

12. Psal. 45. Irascimini & nolite peccare. Hæc verba exponit Basilius in cap. 4. Etsia, sumpta similitudine ab auriga, qui quadrigas moderatur. Hic enim quandoque fræna laxat equis, quandoque comprimit, quandoque verbere ad cursum impellit, quandoque ora contundit. Hunc imitari debemus ut iræ motum dirigere possimus, frequentius enim iræ cohibenda est ne præcipites nos agat, nonnunquam etiam si res exigat habenæ laxanda iræ. Audi verba Basilij. Ait enim scriptura, nondum immobilem esse circa tales anima affectus, qui de eo edixerit, qui quadam ex istis & mediocriter tanguntur, quemadmodum alijs in locis dictis: inspiens eo ipso die denuntiat iram, sapiens autem per partes conseruat eam. Dicit ergo iram in futurum tempus recondendo proferre, tamen eam pro iudicio rationis, auriga in morem passionem ipsam moderantis: quo sensu dictum est illud: irascimini, & nolite peccare.

13. Exodi 12. 7. Et sument de sanguine eius, ac ponent super virumque postem, & insuper liminaris domorum. Et infra. Et videbo sanguinem, & videbo vos; nec erit in vobis plaga disperdens, quando percussero terram Ægypti. Nunquid commoneri indiget Deus, in quam domo Hebræi habitent, ut nisi infectas portas agni sanguine viderit Hebræorum domus ab Ægyptiorum minimè discernat? absit. Ad rem moralem præceptum facit. Cautum erat lege Genesis 9. 3. Excepto quod carnem cum sanguine non comedetis. Ut ergo ostenderent Hebræi hoc adimpleuisse præceptum, intingebant portas sanguine agni, quem comede-

14. rant; quo docebatur Deus vel Angelus Hebræorum esse domum illam. Verum cum multa alia essent præcepta, cur quæso in huius obseruatione Hebræorum salus præsignabatur? Sane præceptum hoc ad cohibendam iram maximè positum est. Carnem enim cum sanguine manducat, qui proximo irascitur. Ergo qui à sanguine abstinet, & in huius rei significationem sanguine postes intingit spiritualiter Hebræus est, & à Dei ultione liber. Vide quanta virtus sit in moderatione iræ, qua vastantem Angelum arceat. Hanc expositionem tranfero ex Ruperto lib. 2. in Exodum cap. 3. Porro, quod ait Rupert. videbo, id est, fidem, vel attentam fidelium expectationem approbo, nec enim obliuiscus est, aut errabundus incedit Deus, ut nisi signum sanguinis viderit in postibus nesciat quibus in domibus sit, aut nõ sit comestus agnus, & errore deceptus, percussit pariter iustos cum peccatoribus. Ita non quidem sanguis agni habitus est, alio enim loco scriptura dicit: omne quod mouetur, & vinit erit vobis in cibum, excepto, quod carnem cum sanguine non comedetis; sed mihi eo minus proficit, cum eius intuitu, non arceatur percussor domum ingredi.

14. Bernardus sermone 13. in Psalmum, Qui habitat, ideo ait homines irasci, quia sibi nimium parcent, è contra vero aliorum errata patienter tolerat, qui in se vindicat: & qui sibi blandus est, frequenter est in alios crudelis. Ergo qui iram moderati cupit proprijs criminibus non parcat. Rem probat ex Psalmo 37. 14. Ego autem tanquam surdus non audiebam: & sicut mutus non aperiens os suum. Et factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones. Id est, aliorum errata patienter tuli, & peccata dissimulaui, iram aduersus delinquentes cohibui. Sed quæ causa est tantæ mansuetudinis vers. 14. Quoniam ego in flagella paratus sum; & dolor meus in conspectu meo semper. Id est, à me commissa peccata puniui meipsum afflixi, & ideo in alios miris steti, & blandus. Quam melius (ait Bernardus) si sibi ipsis irasci potuerant non peccarent. Nimirum affectio naturalis iræ hominum est, sed abuentibus bono natura gratis perditio est, & miseranda perniciës: occupemus iram fratres in quibus expedit, ne forte ad inutilia, illicitaque prorumpat. Ego in flagella paratus sum, qui perfecte huic irascitur, cæteris non mouetur, magis, & amplectitur ea. Ego inquit, in flagella paratus sum. Sit tamen, sit conuiuium, sit lesio corporalis, paratus sum, & non sum turbatus: quoniam dolor meus in conspectu meo semper. Quid in exteriora omnia parui pendam in huius astimatione doloris. Iterum ad incudem veniant verba illa Bernardi. Quam melius sibi ipsis irasci potuerant ne peccarent. Quibus exponit illud Psal. 4. 5. Irascimini, & nolite peccare, id est, irascimini, ne irascamini, irascimini cum merito, ne irascamini cum peccato: irascimini vobis, ne irascamini alijs. Propria peccata castigate, ne in alienas noxas crudelius defæuiatis.

15. 1. Petri 5. Aduersarius vester diabolus tanquam le rugiens circuit quærens, quem deuoret. Hæc verba ad rem præsentem transfert Ambrosius lib. 1. offi. c. 49. quibus hanc sententiam assignat. Dæmoni datum est grassari, in eos homines, qui imaginatione Dei non oblerarunt sed exuta humanitate ferociam bestiarum induerunt, ideoque tanquam leo depingitur, cui bestia omnes parent. Iuxta illud Prouerb. 30. 30. Leo fortissimus bestiarum, ad nullius pauebit occursum. Ergo dæmoni data est potestas erga illos homines qui bestia sunt, non vero erga illos qui humanitatem tenent. Sed rogo qui sunt illi, qui humanitate abiecta in ferinam naturam transeunt? Non alij profecto iuxta Ambrosium, quam illi, qui ira ardent, & humanitate, leni ingenio, placidisque mor-

AA a 3 ribus

ribus abiectis in homines naturæ socios grassantur. Ergo in hos ferocitatem suam, & dominium exercet diabolus, tanquam leo in omnes bestias sylvæ. Addit etiam Ambrosius præcipue sitam esse Dei imaginem in humanitate, & lenitate. Ergo dum hic sumus (ait Ambrosius) seruemus imaginem, ut ibi veniamus ad veritatem: sicut nobis imago iustitia. Sit imago sapientia, qua veniemus ad illum diem, & secundum imaginem æstimabimur. Non inueniat in te aduersarius imaginem suam, non rabiem, non furorem: in his enim imago nequitia est. Aduersarius enim vester diabolus circuit quærens quem deuoret.

Ambros.

16.
Psal. 36. 8.

Psal. 36. Desine ab ira, & derelinque furorem. Hæc verba in hunc modum exponit Ambrosius ibidem. Desine ab ira, id est, iram cohibe, moderare, ne egrediatur, nisi ratione præceunte, ne iram satis ex se vrentem accendas, ne feram, per se satis sæuam irrites, ne pyræ, iniicias flamas, ne igni fomenta ministras. Rem probat Ambrosius apta similitudine. Dum medicus inuist ægrotum alimenta febris remouet, ut tandem calorem præternaturalem extingnat. Non ait: noli febribus afluere, noli nimio calore vrgeri: quis enim est qui hæc pati veller? sed incendij causam interdicit. A vino abstine, poculis ne indulgeas, poculis moderate vttere, hæc vel illa excipe medicamenta: quibus tandem hominem in pristinam sanitatem reducit. Simili prorsus ratione Dauid non ait, ne iram concipias, ne furore excandescas, hoc enim quandoque renitentibus nobis vel nihil minus cogitantibus accidit: sed iniungit: desine ab ira, hoc est, incitamenta, & irritamenta iræ remoue, pelle fomenta iræ, quibus amotis ipsam tandem extingues. Desine ab ira (ait Ambrosius) nec cum accenderis, illa desinat, priusquam te eius flamma consumat: relinque indignationem, relinque eam, sinem impone, ne te in peccatum trahat. Hoc est, quod supra dixi, irascimini, & nolite peccare. Non enim hortatur, ut irascatur, sed ad tempus cedit affectui, dat tantum medicamentum ne diutius vis ulceris serpat. Irascimini, quod ait, tua est passio. Medicus autem non statim adhibet medicamenta languoris. Si dolor seruet, medicamenta adhibet, ut mitescat dolor. Si febris exaestuauit remediij tempus expectet, ipsi potum sumentibus negare consuevit. Non dicit: nolite febrere, cum vapor seruet ægroti: sed dicit: expecta desinat febris, digeratur commotio. Sic enim Prophetia non potuit dicere homini, cuius caro ut varij morborum ita commotionum passionibus excitatur: non irascere, sed desine ab ira, & indignationem relinque, ne pecces. Ira enim grauis est magistra peccati.

Ambros.

17.

4. Reg. 5. 11.

4. Reg. 5. Naamam Syrus, qui multum apud Regem gratia valebat, ut lepram, qua scedabatur, deponeret, ad Elisæum pergit; qui Propheta iniungit, ut septies se lauet in Iordane. Iratus Naamam recedebat dicens. Putabam, quod egrederetur ad me, &c. Hæc per iram effutiebatur, cum autem furor deferuuit, & ira resedit, nebulaque illa euauit, quam excandescencia excitare solet, meliorem mentem induit, dictis Prophetæ audiuit, & curatus est. Hoc enim malum præcipue patiuntur illi quibus stomachus, & bilis commouetur, ut scilicet eorum mens densissimis tenebris obscuretur, nec rectam rerum agenda- rum rationem aut videre, aut tenere possint, donec ira amota, tenebræ illæ excutiantur. Audi huius expositionis auctorem Ambrosium in caput 4. Lucæ. Nonne bene, inquit, Abana & Pharphar fluuij Damasci præ Iordanem? sed iratus hos pratulit, Iordanem meditantis elegit, nescit enim ira mysterium, fides nouit.

Ambros.

18.
Sap. 12. 18.

Sapient. 12. Tu autem Domine cum tranquillitate iudicauis. Ut Dei iudicium, & sententiam iustam esse cunctat sapiens, ab illo iram, & furorem remouet.

Id est, inde te vel maxime iuste sententiam ferre probo, quia iræ motibus subiectus non es. Fieri enim non posset, quod iustam sententiam ferres, si iræ motibus subiaceres. Quod si in Deo verum putat sapiens, quid dicendum de illis hominibus, qui iræ laxant habenas? Prædicto modo exponit hunc locum Gregorius lib. 5. Moral. cap. 30. his verbis. Tu autem Domine cum tranquillitate iudicaris. Sciendum nobis magnopere est, quia quoties turbulentos motus animi sub mansuetudinis virtute restringimus, ad similitudinem redire Conditoris conamur. Nam cum tranquillitatem mentis ira diuerberat, dilaniatam quodammodo, scientiamque perturbat, ut sibi met ipsa non congruat, ac vim intima similitudinis amittat. Quanta sit ergo iracundia culpa pensemus, per quam dum mansuetudo amittitur superna magi similitudo vitiat.

Gregor.

Iob cap. 5. 2. his verbis nostræ sententiæ adstipulatur, Eliphaz Themanites: Vere stultum interficit iracundia, & paruulum occidit inuidia. Sculto iracundiam attribuit Eliphaz. Nam teste Gregorio lib. 5. Moral. cap. 30. densissimas tenebras menti obicit, nec finit eam recte iudicare. In cuius rei confirmationem inducit illud Ecclesiastici 5. 10. Ne sis velox ad irascendum, quia ira in sinu stulti requiescit. En tibi quam arcem tibi ira delegerit mentem scilicet, & animum stulti, quia stultos plane homines reddit, ne sententiam rectam ferre possint. Addit etiam illud Iacobi 1. 19. Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. Ira enim viri iustitiam Dei non operatur. Expendit verba hæc iustitiam Dei non operatur, id est, rectum iudicium, absomit, nec rectam sententiam ferre patitur, tenebras menti obiciens. Insuper adducit illud Ephes. 4. 26. Irascimini, & nolite peccare: sol non occidat super iracundiam vestram; id est, ne per iram in mentis caliginem, & densissimam noctem incidatis. Sole occidente, omnia tenebris obuoluntur, & incandescente ira nox animo nostro offunditur. Per iram (ait Gregorius) sapientia perditur: ut quicquid quou ordine agendum sit omnino nesciatur. Sicut scriptum est: ira in sinu stulti requiescit, quia nimirum intelligentia lumen subtrahit, cum mentem per mouendo consumit. Per iram iustitia relinquitur. sicut scriptum est: ira viri iustitiam Dei non operatur, quia dum perturbata mens iudicium suæ rationis exasperat, omne quod furor suggerit, rectum putat. Et infra. Per iram lux veritatis amittitur, sicut scriptum est: sol non occidat super iracundiam vestram, quia cum menti iracundia confusionis tenebras incutit, huic Deus radium suæ conditionis abscondit.

19.
Iob 5. 2.

Eccle 5. 10.

Iacobi 1. 19.

Ephes. 4. 26.

Gregor.

Semen hominum honorabitur hoc, quod timet Deum: semen autem hoc exhonabitur, quod præterit mandata Domini.

VERS. 17.

Postquam hominem ab honoris appetentia deterruit, iam viam ostendit, qua verus honor sit quærendus nempe ex cultu, & latria Dei. Hic autem & facilis nexus est, non ille quem tradit Iansenius, ut scilicet timorem Dei opponat superbiam, & ut hanc suggillet illum extollat. Ergo ait. Semen hominum honorabitur hoc quod timet Deum. Id est, illud genus hominum condecorabitur, quod timet reueretur ac colit Deum. Semen autem hoc exhonabitur, quod præterit mandata Domini. Illud autem hominum genus, quod Dei mandata implere non curat honore priuabitur.

1.

Multis hanc sententiam transtulit Tigurina. Scilicet: est semen honorificum, semen scilicet hominis, semen honorificum, qui Dominum reueretur. Est semen

2.

men

men infame, semen scilicet hominis: semen infame, qui precepta violat. Semen stabile sunt qui reuerentur Dominum, & honesta planta qui eundem diligunt. Semen infame sunt qui legem negligunt: & semen fallax, qui precepta violant.

Semen hominum; Nos genus hominum. Alij ad filios transferunt, & nepotes, id est, eorum filij & posterij, qui Deum coluerunt honorabuntur: eorum vero qui improbi sunt honore carebunt. Hunc honorem ad vltimum iudicium pertrahit Hugo Cardinalis: non abnuerim dum de honore in hoc sæculo exhibito, non negetur. Glossa ordinaria, semen hominum, Doctores sancti in honore sunt apud bonos, maxime qui timent Dominum.

VERS. 24. In medio fratrum rector illorum in honore: & qui timent Dominum, erunt in oculis illius.

1. *In medio fratrum rector illorum in honore,* Cum subditi fraterno amore concordant eorum prælatum magni fit: & qui timent Dominum erunt in oculis illius. Simili, & multo maiori honore erunt apud Dum, qui eum colunt.

2. *In medio fratrum.* Exponit quantum honoretur à Domino ille, qui eum colit, tracta similitudine à Prælato qui multa cum pace subditos moderatur, qui subditos habet multa pace concordantes, in summo honore habetur, sed hic honor non potest aliqua ex parte comparari cum eo, quo afficitur ille, qui Deum reueretur. Hic versus innuit pios homines cum Regibus comparandos. Ad ius primogenituræ versus quidam referunt, hac ratione: multum Deus honorauit eos, quos primogenitos inter fratres esse voluit, in hos enim iuxta antiquas leges, & duplex portio paternorum honorum, & ius primogenij, & sacerdotij deuoluebatur: at verò multo magis chari Deo sunt, qui eum cultu & latria prosequuntur. Reuerentia enim erga Deum multo maiora hominibus importat, quam ius primogenij. Huic expositioni fauet Tigurina quæ ita transtulit: *inter fratres qui præst ipsi honore excellit: at præ ipso qui reueretur Dominum.* Alij hac ratione exponunt. Rector, & Princeps qui in medio fratrum est, est ab eis honorandus, quia repræsentat diuinam Maiestatem mundi gubernatricem. Hoc enim innuere autumant priorem partem versus, nempe: *In medio fratrum rector illorum in honore,* posteriorem verò partem scilicet: *Et qui timent Dominum erunt in oculis illius,* hac ratione exponunt. Similiter ergo timentes Deum honorentur à rectore, sintque in oculis illius: id est, subditi, honorent prælatum, & in eo Deum reuerentur, quicumque ille sit. Similiter prælatus subditos colat pro modulo, eosque magis, qui virtute excellunt.

3. *Et qui timent Deum erunt in oculis illius.* Supple in honore; est enim nomen honor repetendū ex priori hemistichio, si verò non repetatur, esse in oculis alicuius vsitata scripturæ phrasi significat magnam de aliquo habere curam, & prouidentiam, vel magni aliquem æstimare, erit ergo sensus, magnam curam de illo Deus habebit vel magni eum faciet.

4. *In oculis illius.* Relatiuum illius, quidam ad Deum referunt, alij ad prælatum, nos firmiori interpretationi adherentes ad Deum retulimus hac ratione: & qui timent Deum in honore erunt in oculis ipsius Dei, id est, maiori in honore Deus habebit colentes eundem Deum, quam homines habere solent Principem suum, summa cum laude rempublicam administrantem. Alij vero relatiuum illud referunt

ad prælatum, & sensum efficiunt non inconcinnum. Prælatus, qui cum pace, & laude subditos moderatur, multam curam eorum gerit, & maxime amat eos, qui Deum colunt. Princeps ille, qui in societatem sibi asciscit, & curam gerit eorum maxime, qui in virtute proficiunt, hic summa cum laude præest. Hunc sensum habent verba illa Psalmi 100. *Oculi mei ad fideles terræ, ut sedeant mecum* Ergo Principes, & Prælati optimos quosque charissimos habeant. Hugo Card. *Erunt in oculis illius, vel in beneplacito eius, id est, beneplacebunt ei, sicut sunt oculi matris super filium, quocumque vadat, quia ubi amor ibi oculus, vel in oculis illius, id est, in cogitatione eius, & est hoc contra illos, qui nolunt suam conscientiam reuelare.* Ioannis 10. *cognosco oues meas, & cognoscit me mea.* Docentur hoc versus subditi, vt intima sui cordis suis prælati explicent. Lyra, in medio fratrum &c. honorabilis est coram hominibus qualiscumque sit.

VERS. 25. Gloria diuitum, honoratorum, & pauperum timor Dei.

1. *Gloria diuitum,* &c. Tam diuites, quam honorati, & pauperes ob Dei timorem multo honore digni sunt.

2. *Gloria diuitum,* &c. Hic versus potentiorum hominum tumorem, & supercilium deprimit, pauperes vero, & humiles erigit, dum illos non in diuitiis, & potentia superbiendum, neque hos demisso animo esse oportere docet author, sed omnibus æque in pietate, & Dei cultu gloriandum. Gloria, pro gloriatione sumitur, vt patet ex codicibus Græcis. Quasi dicat: gloriatio omnibus æque obuenire debet, ex Dei timore. Similem sententiam habet Ieremias c. 9. *Non gloriatur sapiens in sapientia sua, & non gloriatur fortis in fortitudine sua: & non gloriatur diues in diuitiis suis, sed in hoc gloriatur qui gloriatur scire, & nosse Deum.* Hanc eandem sententiam habent Græca, licet subobscurius, scilicet. *Diues, & honoratus, & pauper gloriatio eorum timor Domini.*

3. *Honoratorum.* Non iungendum, vt male aliqui, cum genituo diuitum, sed substantiue, & per se sumendum, vt duo genera hominum distinguat, quibus maxime familiaris esse solet superbia, scilicet, eos, qui potentia, & diuitiis excellunt: hos ergo deponere fastum monet, & de sola virtute gloriari docet.

VERS. 26. Noli despiciere hominem iustum pauperem, & noli magnificare virum peccatorem diuitem.

1. Ex præcedenti versus, præsens pendet, dixerat enim hominem quemcumque siue diuitem siue pauperem, siue nobilem, siue obscuro loco natum, ob solam pietatem & Dei cultum in honore habendum, ex quo optime subducit. *Noli despiciere hominem iustum pauperem,* &c. id est, si vnus Dei timor, homines gloria dignos facit aspernari, non debes hominē iustum, quanuis pecunia careat, neque in summo precio habere peccatorem, etiam si multis opibus abundet. Iansenius, & latinorum plerique ita legunt. *Non despiciere hominem iustum, pauperem: & non magnificare hominem peccatorem diuitem.* Iuxta hanc lectionem, quoniam infinitiui illi, despiciere, & magnificare, non habent à quo regantur varium sensum efficiunt. Quidam cum antecedenti sententia coniungunt hac ratione. Gloria diuitum honoratorum, & pauperum timor Dei est. Quis autem sit hic Dei timor, præsens versus indicet; non despiciere hominem

iustum pauperem, & non magnificare hominem peccatorem diuitem. Sed ex codicibus Græcis constat, hunc versum plenam continere sententiam, qui hac ratione efferunt. *Non est æquum despicere hominem pauperem intelligentem, & non conuenit honorare virum peccatorem.* Ex illis autem, qui hunc versum separatim à præcedenti exponunt, quidam infinitiuis illos despiciere, & magnificare, ponunt pro imperatiuis, despiciate, & magnificate, est enim dicendi formula Græcis non intolens. Ergo sensus erit: hominem iustum pauperem ne despiciate, & hominem peccatorem diuitem ne magnificate. Alij supplere malunt verbum conuenit, hac ratione: non conuenit despiciere hominem iustum pauperem: nec conuenit magnificare hominem peccatorem diuitem. Tigurina addit æquum est, & hac ratione trāsfert, *ut pauperem cordatum non est æquum ignominia afficere: ita virum diuitem scelerosum honorari non conuenit.* Editio vulgata addit verbum noli: ut, ut, sit, sententia non valde diuersa est, & præfixum sensum habent non obscure relata verba. Ergo præcipitur, ne pauperes ob paupertatem despiciamus. His multa similia habes in libris pertinentibus ad mores, ut puta Prouerb. 17. *Qui despicit pauperem exprobrat factori eius.* Et Iob. 10. *Derideret iusti simplicitas, &c.* Neque potentioribus, & diuitibus adulari. Similia habes Prouerb. 26. *Qui dicunt impio iustus es, maledicent eis populi.*

Prou. 17.

Iob. 10.

Prou. 26.

VERS. 27. Magnus, & iudex, & potens est in honore: & non est maior illo, qui timet Deum.

1. *Magnus & iudex, &c.* id est, magnates, & iudices, & Dynastæ coluntur ab hominibus, & honorantur: nullus tamen maior est illo, qui Deum colit, ac reueretur.
2. Græca hac ratione sententiam extulerunt. *Magnates & iudices & Dynasta: & non est aliquis eorum maior timente Dominum.* Latini codices variant, verborum tamen pene eadem est sententia in omnibus, nempe: quantumcunque quis ob potentiam, & dignitatem maximo in honore sit apud homines, nullo tamen modo conferendus est cum eo, qui Deum colit. Ne tamen quis aliorum lectiones desideret recenseo, non expono, non proba, non impugno, ne in longum abeam. Quidam transferunt: *Magnus est iudex: & potens est in honore.* Alij, *magnus est diues, & iudex potens in honore.* Nonnulli: *Magnus enim iudex, & potens est in honore.* Quidam: *Magnus est iudex, & potens in honore.*
3. *Magnus, & iudex, & potens.* Adiectiua magnus, & potens pro substantiuis ponuntur, scilicet pro potente & magno aliquo viro. Glossa interlinearis, licet potestas terrena magna sit, timentem Deum præcedere non valet: timentibus enim Deum nihil deest, diuites autem eguerunt, & esurierunt.

ETHOLOGIA CXXII.

Vir pius omnibus rebus præferendus.

1. **M**agnus, & iudex, & potens est in honore, & non est maior illo, qui timet Deum. Collatione facta cū ditiorebus, & potentioribus viris quanti faciendus sit vir pius exponit, vt vel inde constet, quantum reliquis hominibus antecedit. Et nos eius sententię subscribamus nonnullis adductis de more testimoniis, Iosue 9. Vim Hebræorum, & res in bello præclare gestas audient es Gabaonitę missis nuntiis in ire fœdus cum Israelitis decreuerunt, callide

eos aggressi sunt, longinquam regionem incolere mentiti, detecto vero dolo, eos addixit Iosue comportandis oneribus. *Referuntur quidem vt vinant, ne contra nos ira Domini concitetur, si peierauerimus, sed sic vinant, vt in vsu vniuersa multitudinis ligna cadant, aquasque comportent.* Iosue 9. 20. Per Gabaonitas exponit Origenes Hom. 9. in Iosue, eos quidem qui pij sunt, de perfectione tamen nihil curant, hi quidem addicti sunt inferuendis aliis, & importandis oneribus, quacunque magna dignitate præfulgeat. Tracta à vitibus similitudine rem probat. Vitę natura caducam vlmis maritant agricolæ, vt in altum erecta fructus edere possit, nec vlmum sua ipsius gratia plantamus, sed vt vitibus inferuiat. Vlmis similes sunt, qui virtutem non colunt quantumcunque proceri sint, & in dignitatis culmine constituti, qui non gratia sui amantur, sed vt iusti sint viles. Vide quantum Deus iustos amet, quos regibus, & imperatoribus præfert, & propter horum vtilitatem patitur. *Tale etiam (ait Origenes) intellige in Gabaonitis, qui non deposuerunt hominem cum actibus suis, ministrant tamen sanctis, & seruiunt, & aliquid vtilitatis impendunt, & tali quodam ordine ab Iesu saluati cum iuramenti interpositione suscipiunt: ego volebam in Gabaonitarum ordine consequi, nec ligni cassoribus, nec aqua gestatoribus numerari, sed inter Israelitas cupere hereditatem terrę repromissionis accipere.*

Iosue 9. 20.

Origen.

Ieremię 15. 13. *Diuitias tuas, & thesauros tuos in direptionem dabo gratis in omnibus peccatis tuis.* Quærit Origenes quanam sint hi thesauri, quos directurum se minatur Dominus, hos autem dicit esse viros iustos, quos sane thesauros nominat, quia maximo sunt apud Deum precio, & omnibus thesauris, & regnis præferendi. *Ecce vnus thesaurus Esaias, alius thesaurus Ieremias. Thesaurus erat Moyses, & reliqui. Thesaurus abstulit Deus populo, & Christum qui dixit: Auferetur a vobis regnum Dei: & dabo turgenti facienti fructum eius.* Verba sunt Origenis.

2.

Ierc. 15. 13.

Ezechiel 14. 7. *Quia homo homo de domo Israel, & Deprolytys quicunque aduena fuerit in Israel, Israelitas bis homines appellat, Profelitos verò semel tantum: nempe sensu morali Israelitæ viros iustos adumbrant, Profelyti vero peccatores. Ergo iusti non semel homines dicuntur, sed bis; peccatores verò non bis sed semel hominis nomenclaturam merentur.* Inducit etiam Origenes illud ex Psalmo 49. quo loco peccatores iumenta dicuntur, quia non pluris eos facit Deus ac si iumenta essent. Huius expositionis authorem habeo Origenem Hom. 13. in Ezechielem, his verbis. *Homo homo, de domo Israel, &c. Omnes homines nati sumus homines, sed non omnes homines, homines homines sumus: sicut sapiissime notauit, id quod in Leuitico scriptum est: Homo homo filiorum Israel, aut aduena, qui positi sunt in nobis: estote homines, homines scilicet, quia non omnes homines, homines sunt. Ostendamus de scripturis quomodo quidam homines non sint homines. Homo in honore positus non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.*

3.

Ezech. 3. 6.

Origen.

Matthæi 21. *Et videns arborem ficu vnam secus viam; venit ad eam, & nihil inuenit in ea nisi folia tantum, & ait illi: nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum, & arsaeta est continuo ficulnea.* Causam tanti supplicij innuit Marcus illis verbis, quæ excusationem præferre videbantur. Nempe, *Non enim erat tempus ficorum.* A vires enim piis fructus exigit Deus alieno etiam videre; sunt enim viri pij, quodammodo omnipotentes, nec naturæ legibus subiiciuntur, & Deum quodammodo virtute, & potentia imitantur, quapropter dii sæpius in scriptura dicuntur. Sequor hac in re Origenem tractat. 16. in Matthæum,

4.

Matt. 21. 19.

tham, qui quæsitos in ficu fructus mystice exponit, nempe fructus Spiritu sancti his verbis. *Semper gaudere. Beatus est huiusmodi Christianus: fructus gaudij ferens, etiam non in tempore ficum: similiter in alijs fructibus Spiritus sancti est tractandum. Vult enim Christus fideles suos meliores esse humana omni natura, & exigit eos super naturam, & ut ita dicam opera Dei magis quam hominum. Propter quod hominibus dicit quoscumque ad beatitudinem vocat: ego dixi di estis, & filij excelsi omnes. Arguens autem eos qui nolant esse di, nec filij excelsi: vos autem sicut homines moriemini.*

Exodi 3. 6. *Et ait: ego sum Deus Patris tui Deus Abraham Deus Isaac, & Deus Iacob.* Non dixit Deus Abraham, Isaac, & Iacob, sed singulis Patriarcharum nominibus semel bis atque iterum Dei nomen at-textuit. Scilicet tanti Deus facit iustos, vt non modo trium, sed vnus Deum esse gloriatur, satisque sibi honoris accerere putet si vnus tantum iusti, Deus vocetur. E contra vero impios nihil ducit. Subdit enim eodem cap. 18. *Dominus Deus Hebraorum vocauit nos.* Confusam multitudinem, nullo facto delectu posuit, & coniunctæ turbæ semel Deus dicitur, qui vnus tantum iusti Deus vocatus est. Nemp vnus tantum iustum impiorum multitudini Deus præfert. Hoc autem accipe ex Origene Tractatu 22. in Matth. his verbis. *Ego autem sum Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob. Et vide, quia non dixit, ego sum Deus Abraham, Isaac, & Iacob: sed Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob. in alio autem loco dixit: Deus Hebraorum misit me. Qui enim perfectissimi sunt, circa Deum quantum, ad comparationem dico, caterorum hominum plenius totum Deum habent in se; propterea, non communiter, sed singulariter dicitur Deus, vt puta si dicitur ager ille eorum est, ostendimus, quia vnusquisque eorum, qui possidet agrum illum partem modicam habet de eo, & non habent eum totum: si autem dicimus quia ager ille illius est, significamus quia totum agrum possidet ille, sic & ubi dicitur Deus Hebraorum imperfectio demonstratur eorum, quoniam vnusquisque eorum aliquid modicum de Deo habebant: Abraham autem totum habebat Deum, Iacob totum habebat Deum, quia singuli eorum totum habebant Deum.*

Genesis 32. 26. *Traductisque omnibus, quæ ad se pertinebant, mansit solus: & ecce vir luctabatur cum eo vsque mane, qui cum videret quod eum superare non posset, tetigit neruum femoris eius, & statim emarcuit, dixitque ad eum: dimitte me, iam enim ascendit aurora.* Causam, quam Iacobus infert Angelo, vt eum dimittat, scilicet. *Iam enim ascendit aurora*, ad rem nostram trahit Cyrillus relatus tom. 6. Con. Ephes. cap. 5. Iacob timetur cum aurora confurgit, quia ille cui pietatis lux irradiat, vel ipsis Angelis admirationi est, & terrori. Vires Angelicas superat, & oculorum aciem præstringit vir iustus. *Luctatur* (ait Cyrillus) & pugnat aduersus illos tantum, qui veluti in nocte, & tenebris versantes caliginosum obscurumque sor possident, at vero cum illis non pugnat, qui sunt in luce.

Ioan. 20. 11. *Dum ergo fletet inclinavit se, & prospexit in monumentum: & vidit duos Angelos in albis sedentes, &c. dicunt ei mulier quid ploras? Et infra. Dicit ei Iesus Maria. Dum hæc fœmina tanquam mortuum quærit Iesum, nec de fide resurrectionis secura est, mulier dicitur: cum vero Christum loquentem audit Maria dicitur, & nomen magnæ dignitatis accipit. Quod non sine causa factum putat Ambrosius lib. 3. de Virginitibus, sed vt inde constet in quantam dignitatem assurgat, qui pietati studet, & Deo coniungitur propius. Quando non credit (ait Ambrosius) mulier est, quando conuerti incipit Maria vocatur. Hoc est nomen eius accipit quæ parurit Christum:*

est enim anima, quæ spiritualiter parurit Christum.

Cant. 7. 1. *Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia principis.* Iuxta Ambrosium lib. de institutione virginum cap. 14. calceamenta corporis mortificationem designant, fiunt enim frequentius ex corio ab animalibus detracto. Ergo laudari calceamenta nihil aliud est, sed eo laudare animam de corporis castigatione, quæ quom tempore filia principis dicitur, quia per opera virtutis ad regiam dignitatem anima conscendit. Nec tamen Regi comparatur, cum capitis ornatus extollitur, sed dum pedum calceamenta describuntur, quia infima, quæ in virtute sunt regiam, & imperatoriam dignitatem superant. *Quam pulchri* (ait Ambrosius) *sunt gressus tui in calceamentis filia Principis: speciose procedit anima quæ corpore velut calceamento vititur, vt quo velit suum possit sine impedimento villo circumferre vestigium.*

4. Reg. 6. Rex Syriæ exercitum misit, vt Elifæum Prophetam captum ad se adducerent. Perterritus Giezi Prophetæ seruus ad Prophetam ait. *Heu, heu, heu Domine mi quid faciemus? at ille respondit: Noli timere, plures enim nobiscum sunt quam cum illis. Cumque orasset Elifæus, ait: Domine aperi oculos huius, vt videat. Et aperuit Dominus oculos pueri, & vidit: & ecce mons plenus equorum, & currum igneorum in circuitu Elifæi.* Ex hoc loco deducit Ambrosius sermon. 86. quanti Deus faciat viros iustos, & quantam erga illos curam agat. Nam vt vnus tutetur Prophetam innumerum pene exercitum cælestium militum misit. Imo vero Angeli liberent ad pugnam pro viro iusto descendunt, tanquam ad tutelam proprij ciuis ac si res sua agatur. Sunt enim viri iusti Angelorum ciues, & cognati. *Mirum* (ait Ambrosius) *forsitan videatur, quod ante dies Elifæi gratiam describentes diximus, in defensionem ipsius de cælis auxilia descendisse, & armatos equites sine quadrigas diuinitus affuisse: astitisse etiam iuxta ipsum quadrigam igneam: magna quidem res, sed viro sancto miranda non est, quid enim mirum si auxilia mereatur de cælo cuius animus de cælo semper est. Sicut ait Apostolus: nostra autem conuersatio in cælis est, & cælestium conuersatio potest esse nobis, hoc est, vt quia vitam viuimus Angelorum etiam consortium rectè mereamur.*

Lucæ 10. *Gaudete autem, quia nomina vestra scripta sunt in cælis.* Hoc pro nobis exponit Ambrosius lib. 1. Examer. cap. 6. ex antiqua consuetudine. Qui rem aliquam præclarau in rempublicam fecissent, vel ipsam ab hostibus liberando, vel eximium aliquod beneficium conferendo, ob res in bello, vel in pace præclare gestas hoc munere donabantur, vt in locis publicis statuas erigere possent additis elogiis, & encomiis quæ eorum facinora ante omnium oculos legenda proponerent, hoc summum decus est, summa gloria: areas, vel marmoreas erigere statuas, & gloriosos titulos. Vilescunt omnia terrestria, & nihil inuenitur dignum, quod iustorum hominum nomen excipiat, atque adeo cælis ipsis, & syderibus inferuntur. Hunc sensum habent iuxta Ambrosium verba Psalmi. *Extendit cælum sicut pellem: & huic similia loca, in quibus cæli cum libris, & chartis comparantur. Ac si Deus ob hoc præcipuè cælos condiderit, vt in eis iustorum nomina scribere possit. Quod similiter* (ait Ambrosius) *significatur cum legitur, quia cælum Dominus extendit, extenditur enim sicut pellis, ad tabernacula habitationesque sanctorum. Vel quia si liber, vt plurimorum scribantur nomina: si Christi gratiam, à fide, & deuotione eruerunt. Quibus dicitur: gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cælo.*

Ambrosius lib. 9. de Noë, & arca cap. 3. Arcam Noë

Origen.

5. Exod. 3. 6.

Origen.

6. Gen. 32. 26.

Cyrl.

7. Ioan. 20. 11.

Ambros.

8. Cant. 7. 1.

Ambros.

9.

4. Reg. 6. 15.

10. Lucæ 10. 26.

Psal. 103. 2.

Ambros.

11.

Noë componit cum arca fœderis, seu testamenti. Per arcam testamenti iustos intelligit. Per arcam vero Noë homines vniuersos, siue illi pij sint, siue secus. Sed quantum arca testamenti materia, & opere, excelluerit arca Noë, satis ostendit quantum viri iusti reliquorum hominum confusam multitudinem superent. Arca testamenti ex lignis incorruptibilibus constat: illa quam struxit Noë ex obuuis quibusque trabibus. Arca fœderis laminis aureis, intus, & foris obregitur, illa vero alia bitumine. Multaque alia eiusmodi cuiusque occurrere possunt vtriusque arca fabricam legenti. Ego ad Ambrosium redeo. *Alibi autem, hoc est in Exodo etiam deauratur intus, & foris arca illa, quæ in sanctis est mundi intelligibilis imitatrix imago. Sicut enim pretiosius aurum bitumine, ita illa, quæ in sanctis est arca, quam ista præstantior. Denique hic simpliciter ligna posuit, ibi autem ligna quidem; sed impubilia comprehendit, declarans merita sanctorum. Addit etiam illic, supportatoria immobilia esse, quod sanctorum statio, stabilis & firma sit, quia vita probabilis tramitem virtutis ductu secuti sunt, corruptela declinantes consortia. Hæc autem arca, ut pote in diluuium, huc atque illuc motu impellebatur incerto, eo quod peccatorum status mobilis sit, & vita eorum, quodam redundantium passionum diluuium corruptioni obnoxia errore inconstanti vagetur.*

addidit: pasce hædos tuos, id est, rege, quæ in sinistra sunt, nam si non regantur facile labuntur. Coerce pecculantiam, lasciuiam tui corporis, & luxuriam irrationabilem.

Canticor. 6. *Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerunt.* Hæc verba exponit Ambrosius pro nobis lib. de Isaac cap. 6. sumpra similitudine ab speculo, quod collectos solis radios ita excipit, ut non modo reddat, cum eadem luce, & ardore, sed & intédât, adeo ut vix sustineri possint. Ergo ait Deus: cum lucis meæ radios, lucem, & maiestatem pia anima excipit, non modo reddit perfectè, sed quodammodo auget, adeo ut diuinitatis meæ gloria quodammodo magis in viro iusto, quam in me ipso resplendeat, & vix tantum iubar oculi mei patiantur. Vide quanta sit dignitas viri pij, ut diuinitatis radiis, & maiestatis quodammodo vim addant, & maiori cum cremento diuinam reddant lucem. *Auerte oculos tuos* (ait Ambrosius) *quia ipsi me auolare fecerunt, eo quod plenitudinem diuinitatis eius, & splendorem veri luminis sustinere non possit.*

Cant. 6. 4. *Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerunt.* Ambrosius lib. de Isaac cap. 6. ex 70. transfert. *Auerte oculos tuos à me, quia me eleuas.* Verbum autem eleuas exponit Ambrosius, ut idem sit ac superbire facis. Nulla sane superbia, in Deum cadere potest, qui omnis delicti immunis est: si tamen quomodo augmentum excipere possit, vel intumescere, & superbiere, ob hoc vnum intumesceret, quod viros pios, & iustos edidit. Eundem sensum habent iuxta Ambrosium verba Psalmi 29. *Exaltabo te Domine quoniam suscepisti me.* Id est, quodammodo in superbiam te erigam. Extollitur enim quodammodo Deus, & inflatur, quando in suam amicitiam hominem asciscit. *Auerte* (ait Ambrosius) *oculos tuos à me, quia me eleuas. Quanto enim quis ad Dominum intendit, tanto amplius Dominum eleuat. Vnde ille ait: exaltabo te Domine quoniam suscepisti me, sanctus enim exaltat Dominum, peccator humiliat.* Cum Ambrosio sentit Tertullianus lib. 4. contra Marcionem c. 17. Conatus est dæmon Christum Dominum in superbiam trahere illis verbis Marci 1. *Quid nobis, & tibi Iesu Nazarene venisti ante tempus perdere nos: scio quod sis sanctus Dei.* Hæc dicentem diabolum repressit Christus Dominus. Quod factum putat Tertullianus, ac si Christus dæmonis amentiam despiceret, & irrideret, ac si diceret: id agis ut me in tumorem trahas, quia tantæ virtutis sum, ut possim dæmones torquere, & pellerè: verum stulte profus agis, nam si possem superbiere, & extolli, non de vi, & robore, ad torquendum dæmones intumescerem, sed de amicitia, & societate sanctorum virorum. *Incepit illum* (ait Tertullianus) *Iesus plane inuidiosum, & male adulantem, quasi hæc esset summa gloria Christi, si ad perditionem hominum venisset, & non potius ad hominum salutem.*

Præferuntur etiam viri pij, impiis, ex muneribus, quæ Deo offerunt. Nam quantumuis peccatores multa, eximiaque dona offerant, nihil à Deo æstimantur, si vero, vel parum vir pius obtulerit, multi æstimat. Crescit enim donum ex persona offerente. Hanc rē multis probat Ambrosius lib. 1. de Nabute cap. 16. in primis ex verbis Pauli ad Hebræos 11. 4. *Fide plurimam hostiam Abel, quam Cain obtulit Deo.* Id est, ex dignitate personæ offerentis hostia, quam Abel obtulit, maior fuit illa, quam intulit Cain. Adducit etiam verba illa Psalmi 67. *Tibi offerent Reges munera.* Reges, id est, illi, qui sibi ipsis imperant, offerunt Deo munera, quasi munera, & dona, quæ alij offerunt, hoc nomen non mereantur, & ea Deus nihili faciat. Item Psal. 49. *Immola Deo sacrificiū laudis.*

Ambros.

12.

Ambros.

13.

Cant. 1. 7.

Lucæ 17.

Ambros.

Exodi 3. Missurus Deus Moysen, ut exercitum, & imperium comminueret, & ut Deus esset totius Ægypti prius iubet pedum calceamenta soluere, quid hoc? Iuxta Ambrosium lib. de Isaac cap. 4. calceamenta soluere est, fluxas corporis passiones comprimere. Ergo idem est, ac si dicat, si virtuti, & perfectioni incubueris facile regiam dignitatem, imo, & ipsam Deitatem, consequeris. Ergo cum iniungitur Moysi quod calceamenta soluat modus ei præscribitur, quo possit Rex, & Deus esse Ægyptiorum, vide rogo ad quantam altitudinem pietas hominem traducat. *Talis Moyses* (ait Ambrosius) *cui dicitur solue calceamenta pedum tuorum, ut vocaturus, populum ad Dei Regnum prius carnis exuias deponeret, & nudo spiritu vestigioque mentis incederet.*

Cantic. 1. Cum quasiuisset sponsa, quo in loco dilectum suum inuenire posset sub meridiem recumbentem, talem responsum accipit num. 7. *Si ignoras te à pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum tuorum, & pasce hædos tuos iuxta tabernacula pastorum.* Quibus verbis hæc sententia subest, si fides Ambrosio lib. de Isaac cap. 4. si ad regni consortium, o sponsa peruenire desideras, modum te docebo, quo facile possis ad optata peruenire. *Si ignoras te* id est, si egressa fueris à te, per abnegationem tui ipsius, & corporis castigationem, & nudam curam tui egeris, ac si te ipsam nescieris, & ignoraueris: ad regendos greges, & ducenda armenta aptam te ipsam effinges. Est autem pastoritia vita symbolum regis dignitatis. Ergo idem est, ac si dicat, si virtutem colueris regiam dignitatem consecuta es. Pro hac re inducit Ambrosius illud Lucæ 17. *Regnum Dei intra vos est*, id est, in vestra potestate sita est ratio, & modus quo possitis vos ipsos Reges efficere, virtutem colite, pij enim viri Reges sunt.

Hoc est ergo (ait Ambrosius) *quod ait, exi in calcaneis gregum, & pasce hædos tuos, in tabernaculis pastorum, quia per greges regnum intelligimus, eo quod potestatis sit gregibus præsidere. Præsidet autem unusquisque sibi quandam potestate regali, si coerceat in se corporis luxuriam, & seruituti redigat carnem suam. Ideoque dictum est, regnum Dei intra vos est, vnde pulchre ait ad animam, exi, id est, exi à seruitute, exi à carnis imperio, atque dominatu, & exi non in carne, sed in spiritu. Exi ad regimen potestatis. Ideoque*

14.
Cant. 6. 4.

Ambros.

15.
Cant. 6. 4.

Psal. 29. 1.

Ambros.

Marci 1. 24.

Tertul.

16.

Hebr. 11. 4.

Psal. 67. 30.

Psal. 49. 14.

Ac